Universidad de Deusto
Biblioteca

PETRI LOMBARDI
EPISCOPI PARISIENSIS,
SENTENTIARVM
LIBRI IIII.

Quibus autor ille in diuinis scripturis exercitatissimus, vniuersæ Theologiæ summam ex orthodoxorum Patrum decretis atque sententiis, mirabili compendio & arte complexus est;

Vt iure optimo MAGISTER SENTENTIARVM *dici meruerit.*

DOCTORVM ALIQVOT VIRORVM opera pristino nitori suo nunc primùm verè restituti.

Quarta editio: in qua quid præstitum sit, luculenter docet præfatio.

VENETIIS,
Apud Bartholomæum Rubinum.
M D LXX.

105

BARTHOLOMAEVS GRAVIVS SACRARVM literarum ſtudioſis S. D.

VARTVM iam exhibemus vobis, humaniſsimi lectores, Petri Lõbardi ſententiarumlibros, nuper quidem opera noſtra non ſemel repurgatos, nunc autem maiori ſtudio diligentiaq; recognitos. Et fuit tunc ſanè magnopere à nobis elaboratũ vt opus hoc quàm emendatiſsimum in lucem exiret: ſiquidem vniuerſum à capite ad calcem vſque, ad complurium vetuſtiſsimorum exemplarium fidem non æſtimandis laboribus contuleramus, atq; ex tota lectionum varietate, ab acris aliquot iudicij viris habito delectu, germana lectio conſtituta: & ne quid deeſſet, aditi etiam authores ipſi quorum hic erant innumera producta teſtimonia; tum vt hæc ipſa ad ſuos fontes expenſa originis ſuæ ſinceritatem quàm proximè referrent, tum vt locorum capitumq; numerus vnde quidq; petitum erat, meliore quàm hactenus apud cæteros fide annotaretur. Qua quidem diligentia id me conſequutum eſſe arbitrabar, nihil vt addi vel requiri amplius poſſet. Sed iſtud longè mihi aliter atq; opinatus fueram accidit: nam cùm eſſem nouam hanc editionem aggreſſus, idq; quibuſdam veſtri ordinis amicis noſtris aperuiſſem; illico me ſubmonuere, multa adhuc ineſſe quibus lima caſtigationeq; opus eſſet; conſultum fore, vt pruiſquam longius progrederer, recognoſcendum curarem. Ad

quæ, satis demiratus, respondi, incredibile mihi videri, post tot tantosque impensos sudores quicquam prætera desiderari; quin opinari me, exemplar omnibus esse numeris absolutum, quod tutò sequi imitarique licet. Tum verò illi rationem reddere, commonstrareque quàm adhuc multa supereſſent quæ attentiorem curam studiumque deposcerent: nam quanquam superioribus editionibus innumera sanè loca restituta essent; complures tamen adhuc mendas resedisse, easq; haud contemnendas: locorum etiam capitumq; notationes non rarò corruptas esse, frequenter quoque partim negligentia, partim ob marginis angustias, alio dilapsas, magno certè studiosorum incommodo. Ad hæc, non pauca, Parisiensis editionis exemplo, non tam ad veterum codicum fidem, quàm ex coniectura castigata esse, deterrimo haud dubiè pestilentissimoque corrigendi genere: quin & veterem sæpenumero lectionem immodico restituendi studio esse deprauatam, & non vno in loco deteriorem pro meliore substitutam. Illud autem haud quaquam videri dissimulandum, quòd genuina illa ac germana Magistri lectio in citandis veterum scriptorum testimoniis, nimis quàm frequenter ad originis suæ veritatem esset immutata, nullo præsertim suffragante vetusto exemplari, quo constaret ita eum scriptum reliquisse. Neq; enim id semper Magistro curæ fuisse, vt tota ac integra eorum loca referret, sed plerumq; satis habuisse summam modò rei ac compendium proponere, compluribus nonnunquam versibus in medio relictis. Quare non facturum ex ipsius sententia, qui quod omissum ille voluit, insulcire conetur. Immo verò certis sese argumẽtis deprehendisse, pleraque eum non tã ex ipsis fontibus hausisse, quàm ex Hugone Victorino, maximè autem ex Glossa ordinaria transscripsisse: vbi ea ferè non perpetuo contextu, vti apud suos leguntur authores, sed truncatim mutilarimq; nonnunquã & frustulatim, ex variis tum libris, tum capitibus, tanquam in farragine permixta citantur. Eoq; si quid fortè in Magistro deprauatum occurrat, id nõ ad fontes ipsos, sed ad Glossæ potius riuulos reuocandum ac restituendum videri, vt quod inde proximè petitum sit. Quin etiam fieri nonnunquam vt deprauata lectione deceptus labatur, & in errorem abducat: vbi certè eam ad authoris sui gnomonem exigere atq; emendare, absurdissimum sit, & hominis parum sanæ mentis. Addebant, nec illud admodum sibi probari, quod dum ille in citandis authoribus perperam subinde alium pro alio nominat, aliud pro alio caput aut librum adscribit, hic quoq; verus scriptura immutata sit; præstitisse Magistri lectionem vti ab eo nobis tradita est, quàm fieri posset, sinceriſsimam retineri; & si quid minus rectè ab eo scriptum esset, id vel ad marginem, vel ad calcem paragraphi paucis annotari. Ad hæc (quanquam minutius id esset) libri margines frequenter inutilibus multis ac superfluis annotationibus occupatos, quos optarint in meliores vſus quàm ampliſsimos sibi relinqui. Postremò, quò me magis permouerent, aiebant non ipsis solis hæc videri, sed eadem non semel audisse se cum ab aliis compluribus, tum verò ab aliquot magni nominis ac eruditionis theologis, quorum hac in re iudicium maximum habere debeat pondus & authoritatem. Hæc illi in hanc ferè sententiam: quæ profectò lubenſine, an inuitus audierim, difficile dictu sit. Gaudebam enim admonitum me esse, quò damnum hoc & iacturam in posterũ sarcirem: dolebam rursus, tum quod superiorum editionum alea tam parum ex animi sententia nobis cecidisset, tũ q̃ tanto huic malo occurrere nõ liceret. Quid.n. agerẽ opere iam inchoato, quod è manibus deponere nec animus erat, nec res nostræ patiebantur? Quare an-

ceps animi, rogo quid mihi dēt consilij: serius.n.videri, nunc demum ad castigationem animum adiicere. Iubent illi bono esse animo; habere enim sese tum ex viua præceptoris voce, tum priuato etiam studio pleraq; iam olim in hunc usum meditata ac præparata; ea libenter communicaturos; nihil vt necesse sit iam cœptam excusionem interrumpere; tantum superesse vt tota illa variarum lectionum sylua magno nuper labore congesta, diligentius perlustretur, excutiatur, ac diiudicetur: eam autem laboris partem in sese haud grauatim recepturos. Ibi ego pro hac tanta eorum humanitate maximas agere gratias, polliceriq́ue daturum me operam, vt beneficium istud in hominem nec ingratum, nec immemorem collatum esse aliquando intelligant. Addebant, optandum, lectionem nostram cum ea quoq; conferri quæ in veterum quorundam scholasticorum extat commentariis iam olim in Italia excusis: arbitrari enim se quam plurima inde restitui posse; id se per alios quosdam, si nobis probaretur, curaturos: nam ad has res tam multas sat sibi nec virium, nec otii suppetere. Ego verò, vt qui nihil minus vellem quàm quenquam meo nomine grauari: aio id non modo placere mihi, verum etiam ita vt fieret iubere atq; præcipere: abundè enim mihi satisfacturos si uel horam, ad summum sesquihoram in singulos dies huic operi impendant: quare tot sibi socios & adiutores adiungerent, quot tanto oneri ferendo opus esse iudicarent, sumptus omnes liberaliter me suppeditaturum. Cumq́; ita inter nos conuenisset, produxi quæ domi habebam & alia duo manuscripta exēplaria, vetusta admodum, ac paulò post etiam tertium, ante annos propè trecentos descriptum; id ex Aldernardēsi bibliotheca, pro sua erga nos humanitate, suppeditauit, quem honoris gratia nomino, clarissimus vir D. Cornelius Iansenius, sacrarum literarum in hac nostra Academia ordinarius

ordinarius professor, & designatus iam nuper Gandensium, Antistes. Itaq; mox partito in varios labore, opus ipsum molestum haud dubiè, ac laboris plenissimum Christo duce aggressi sumus, eodemq; bene fortunante, breui rem totam ex animi sententia confectam reddidere. Cæterum negotio iam ad vmbilicum deducto, tum demum verè sensi in quanto hactenus errore quam suauiter versatus fuerim. Quapropter vt omnes noritis quid horum opera atq; industria præstitū sit; tenetote, trecenta in primis & amplius, loca (quod nunquam antè fueram creditурus) restituta esse: quorum quædam tam prodigiosè deprauata legebantur, vt mirum fuerit tam multorum oculos toties effugere potuisse. Qua in re magno sane nobis adiumento fuit tū textus ille scholasticorū cōmētariis insertus, tum verò vel maximè exēplar illud Aldernardense, cuius iam supra mentionem fecimus. Et facillimū quidē id foret productis in mediū exemplis commonstrare: sed vereor ne nimia prolixitate iam dudum vobis molestus sim. Quare ad alia transeo quæ hac noua editione expectare vos iubeam. Quæ ex veteribus producta sunt à Magistro testimonia, et fuere superioribus editionibus temerè ad suos fontes immutata; ea omnia ex ipsius sententia restituta sunt: quanquā, variantibus exēplaribus, ea potissimū delecta est lectio quę quam proximè visa est ad originē suā accedere. Quoties autem occurrit quippiā in authoribus obseruatione dignum, quod ab illo prętermissum aliove detortum erat; id quatenus licuit, ad marginem annotatū reperietis. Eadem præstita diligentia quoties in authorū nomēclatura peccasse deprehenditur. Id enim satius fuit, quā quod ille scripserat immutare: ideoque vbi factū id fuerat, veterem scitote repositam esse lectionem. Ad hæc, capitum locorumque notationes habetis hic & fidelius adscriptas, & in sedem suā restitutas, & quoad eius fieri

potuit, ex aduerso respondẽtes: in quem etiam vsum typis aliquanto maioribus vsi sumus. Curatum & illud, vti margines, resectis plerisq; non necessarijs annotationibus, spatiosissimi essent, & ad scribẽdũ quod voletis maximè oportuni. Postremo, ne qd deesset, indices qui hactenus plus satis fuerant confusi & perturbati, eademq; sæpenumero ter quaterve molesta loquacitate inculcarant; circuncisis quamplurimis, & in commodiorem ordinem redactis, facti sunt & cõpendiosiores, & ad vsum ac commodatiores. In summa, nihil hic à nobis prætermissum est quod ad librum hunc repugnandum, perficiẽdum, ornandum quoquo pacto pertinere videbatur. Ex quibus omnibus facilè iam quiuis intelligat, quantũ hic ab illis operæ ac laboris, quantũ à nobis sumptus impẽsum sit: quanquã id nemo satis pro dignitate æstimarit, qui nõ in simili aliquando fuerit arena versatus. Atque hæc quidem omnia vestri gratia, nec nõ publicæ vtilitatis amore, & suscepta sunt & defudata. Quod superest, oro vos atq; obsecro, viri humanissimi, vt ficubi nostrã industriam cõmodo vobis esse senseritis; hãc vicissim à vobis gratiam referamus, vt si quid fortè deprehẽdetis quod nostram quãtamcunq; diligentiam subterfugerit, aut alioqui institutum hoc nostrum adiuuare queat; id omne ad nos perferre dignemini: rem sanè facturi in primis quidem piam admodum, & promouendis cõmunibus studiis non parum vtilẽ, tum verò nobis longè gratissimã. Cupimus enim susceptum semel opus istud absolutissimũ reddere, & quã nacti sumus Spartam modis omnibus exornare. Sed nos iamdudũ prætationis modũ egressi sumus. Quare valete viri ornatissimi, et si quid de vobis benè meremur, vicissim amate.

INDEX TITVLORVM AC CAPITVM IN SINGVLAS LIB. I. DISTINCT.

DISTINCTIO I.

OMnis doctrina est de rebus vel de signis. A
De rebus quibus fruendum est, vel vtendum, & de his quæ fruuntur & utuntur. B
Quid sit frui uel uti. B.C.D.E.F.G.H.I

Distinctio II.

De trinitate & unitate. A
Quæ fuerit intentio scribentium de trinit. B
Quis ordo sit seruandus cum de trin. agitur. C
De testimonijs veteris testamenti, quibus trinitatis mysteriũ declaratur. D E
De testimoniis ueteris testam. ad idem pertinentibus. F.G.H

Distinctio III.

De cognitione creatoris per creaturas in quibus trin. uestigiã apparet. A.B.C.D.E
De imagine & similitudine trinitatis in anima humana. G. H.I.K.L.M.N.O
De similitudine creantis & creatæ trinit. P.Q.R.S.T.V.X.Y
De trinitatis vnitate. Z

Distinctio IIII.

Vtrùm deus se deum genuerit. A.B.C.D
Vtrùm trinitas de uno deo prædicetur, sicut vnus deus de tribus personis. ibidem

Distinctio V.

Vtrùm diuina essentia genuerit filium, uel genita sit à patre, vel de ipsa natus sit filius, uel spiritus sanctus processerit. A.B.C.D.E.F.G.H.I.K
Quòd filius non sit de nihilo, sed de aliquo, non tamẽ de materia: sic & spiritus sanctus. L
Quare verbum patris dicatur filius naturæ. M

Distinctio

Distinctio. VI.

Vtrùm pater uoluntate genuerit filium, an necessitate: & an uolens uel nolens sit Deus. A.B.C.

Distinctio. VII.

Vtrùm pater potuerit uel uoluerit gignere filiũ. A.B.C.D.E

An posse gignere filium sit aliqua potentia in patre quæ non sit in filio. F.G

Distinctio. VIII.

De ueritate ac proprietate diuinæ essentiæ. A.B

De incommutabilitate eiusdem. C

De simplicitate eiusdem. D

De corporali & spirituali creatura, quomodo sit multiplex, & non simplex. E

Quòd deus cum sit simplex, tamen multiplex dicatur F

Quòd dei simplicitas nulli prædicamentorum subijciatur G

Quod Deus abusiuè dicatur substantia. H

Quod non sit aliquid in deo quod non sit deus. I

Distinctio. IX.

De distinctione trium personarum. A

De coæternitate patris & filij. B.C

De ineffabili & nõ itelligibili generationis mõ. D.E.F.G.H.I

Vtrùm debeat dici, Semper gignitur filius, uel semper genitus est. K.L.M.N.O

De obiectionibus hæreticorum nitentium probare filium nõ esse coæternum patri. P

Distinctio. X.

De spiritu sancto, quod amor patris & filii propriè, dicatur, cum sit in trinitate amor, qui est trinitas: sicut uerbum propriè dicitur sapiẽtia, & tamen tota trinitas dicitur sapiẽtia. A.B.C

Quod eadem nomina propriè & uniuersaliter accipiantur. D.E.F.G

Quod spiritus sanctus sicut patri & filio est communis ita cõmune nomen habeat proprium. H

Distinctio. XI.

Quod spiritus sanctus procedat à patre & filio: quem tamen Græci à filio procedere diffitentur. A.B.C

De

De conuenientia Latinorum & Græcorum in sensu, & differentia in uerbis. D.E

Distinctio. XII.

Vtrùm spiritus sanctus prius uel plenius procedat à patre quàm à filio. A.B

Quod spiritus sanctus principaliter & propriè dicatur procedere à patre. C.D.E

Distinctio. XIII.

Quare spiritus sanctus, cum sit de substantia patris, non dicatur genitus, sed tantum procedens. A

Cur filius dicatur procedere, cum spiritus sanctus non dicatur gigni. B

Quod non possit mortalis distinguere inter generationem filii & processionem spiritus sancti. C.D

Vtrum spiritus sanctus debeat dici ingenitus, cum non sit genitus. E.F.G.H

Distinctio. XIIII.

De gemina processione spiritus sancti, temporali & æterna. A. B

Quod non solum dona spiritus sancti, sed etiam spiritus deus detur hominibus & mittatur. C

An uiri sancti possint dare spiritum sanctum. D. E.F

Distinctio. XV.

Quod spiritus sanctus à seipso detur, & quod filius à seipso mittatur. A.B

Quomodo intelligenda sit missio utriusque. C

Quod à spiritu sancto etiam sit filius missus. D

Quod filius etiam sit datus à seipso. E.F.G

Quomodo intelligendum sit illud, A meipso non ueni. H

Vtrùm semel tantum sit filius missus, an sæpe. I

De duobus modis missionis filii. K

Quod secundum alterum modum semel sit missus, secundum alterum sæpe; & secundum alterum modum dicatur missus in mundum, secundum alterum non. L.M

Quare pater non dicatur missus. N

Quod filius & spiritus sanctus non sint quasi minores patre quia missi. O

Distin-

Distinctio. XVI.

De missione spiritus sancti, quę fit duobus modis, uisibiliter & inuisibiliter. A.B.C

Quod filius, secundum quòd homo non modò patre, sed spiritu sancto etiam minor sit. D.E

Distinctio. XVII.

Quòd spiritus sanctus sit charitas qua diligimus deum & proximum. A.B.C

Quòd fraterna dilectio sit deus, nec pater uel filius, sed tantùm spiritus sanctus. D

Quòd non sit dictum illud per causam, Deus charitas est, sicut illud, Tu es patientia mea & spes mea. E

Quomodo spiritus sanctus mittatur uel detur nobis. F

Vtrùm spiritus sanctus augeatur in homine, uel minus uel magis habeatur uel detur: & an detur habenti uel non habenti. G.H

Quòd aliqui dicant charitatem dei & proximi non esse spiritum sanctum. I.K.L, M.N.O.P.Q

Vtrùm concedendum sit, per donum dari dona. R.S.T

Distinctio. XVIII.

Vtrùm spiritus sanctus eadem ratione dicatur donum qua datum siue donarum. A.B.C.D.E

Quòd sicut filius nascendo accepit non tantum ut esset filius, sed etiam essentiam; ita spiritus sanctus procedendo acceperit non tantum ut esset donum, sed etiam ut esset essentia. F.G.H

Quòd spiritus sanctus dicatur donum & donatum, secundũ duos modos prædictos processionis: qui secundum quod donum est, refertur ad patrem & filium: secundum quod datum, ad eum qui dedit, & ad eos quibus datur. I.K

An filius, cum sit nobis datus, possit dici noster, ut spiritus sanctus. L

Vtrùm spiritus sanctus ad seipsum referatur. M

Distinctio. XIX.

De æqualitate trium personarum. A

Quod æternitas, & magnitudo, & potentia, in Deo unum sint, etsi uideantur diuersa. B

Quod

Quod aliqua personarum aliam non excedat magnitudine quia non est maior una persona alia, nec maius aliquid duæ quàm una, nec tres quàm duę uel una. C.D

Quomodo dicatur pater esse in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in utroque. E.F

Quod nulla personarum pars sit in trini. G

Quare tres personæ dicantur summe unum. G

Cùm dicimus tres personas esse unam substantiam uel essentiam, nec ut genus de speciebus, nec ut speciem de individuis prædicamus: quia non est essentia genus, & persona species, ut essentia species, & personæ individua. H.I.K

Quod nec secundum materialem causam dicantur tres personę una essentia. L

Nec ita dicuntur tres personę una essentia, ut tres homines una natura uel uniùs naturę. M.N.O.P

Vtrùm tres personæ differant numero, quæ proprietatibus distinctæ sunt. Q

Quare tres personę simul nõ sint maius aliquid q̃ una. R.S

Quòd deus non sit dicendus triplex, sed unus. T.V

Distinctio. XX.

Quòd aliqua personarum non excellat aliam potentiam. A

Quòd non minus possit filius quam pater. B

De obiectionibus hæreticis contra hoc, & responsionibus catholicis. C.D.E.F

Distinctio. XXI.

Quomodo possit dici solus pater, uel solus filius, uel solus spiritus sanctus, cùm sint inseparabiles. A

Vtrũ debeat dici, Solus pater est deus, uel solus filius est deus. uel solus spiritus sanctus est deus; an, Pater est solus deus, filius est solus deus, spiritus sanctus est solus deus. B

Quomodo trinitas dicatur solus deus, cum ipsa sit cum spiritibus & animabus sanctis. C.D

Distinctio. XXII.

De nominũ differentia quibus utimur loquentes de deo. A

De hoc nomine, quod est Trinitas. B

De his quæ tẽporaliter deo conueniũt, & relatiuè dicũtur. C

De his quę tẽporaliter deo conueniunt, & nõ relatiuè dñr. D

De

De his quæ propriè ad singulas personas pertinent, & de his quæ unitatem essentiæ significant. E.F

Distinctio XXIII.

De hoc nomine, quod est persona: quod cùm secundum substantiam dicatur, tamen non singulariter, sed pluraliter accipitur in summa. A.B.C

Qua necessitate dictum sit. Tres personæ à Latinis: & a Græcis, Tres hypostases uel substantiæ. D.E

Quare non dicamus patrem & filium & spiritum sanctum esse tres deos, ut tres personas. F

Cur non dicamus tres essentias ut tres personas. G.H

Quòd in trinitate non sit diuersitas, vel singularitas, uel solitudo; sed unitas, & trinitas, & distinctio, & identitas. I

Quòd deus non debeat dici multiplex. K

Distinctio. XXIIII.

Quid significetur his nominibus, Vnus uel una, duo uel duę, tres uel tria, Trinus uel trinitas, Plures uel pluralitas, Distinctio uel distinctæ, cùm his utimur loquentes de deo. A.B.C.D.E.E.G.H.I.K

Distinctio XXV.

Quid significetur hoc nomine persona in plurali numero, s. cùm dicitur personæ. A.B.C.D

De triplici acceptione huius nominis persona in trinitate. E.F.G.H

Ex quo sensu dicatur, Alia persona patris, alia filii, alia spiritus sancti, siue alius in persona pater, alius in persona filius, alia in persona spiritus sanctus. I.K.L.M

Distinctio XXVI.

De hoc nomine hypostasis. A

De proprietatibus personarum, & de nominibus earum relatiuis. B

Quòd non omnia dicantur de deo secundum substantiam: quædam enim secundum relationem, non tamen secundum accidens. C

Quare dicatur proprium esse unigeniti filium dei esse, cùm etiam homines sint filii dei. D

Quòd

Quòd homo dicatur filius trinitatis, & trinitas pater hominum. E

Quòd spiritus sanctus eadem proprietate donum dicatur, qua spiritus sanctus, & utroque modo relatiuè ad patrem & ad filium. F

Vtrùm pater, uel filius, uel trinitas ipsa possit dici spiritus sanctus. G

Quòd non omnia quæ relatiuè dicuntur, suis ad se uicissim respondeant uocabulis. H

Distinctio XXVII.

Quæ sint illæ proprietates quibus distinguuntur personæ. A.B

Quòd non omnino sit idem dicere, esse patrem, & genuisse uel habere filium. C

Quòd proprietates determinent hypostases, non substãtiam, id est, naturam. D.E.F

De generali regula eorum quæ ad se, & eorum quæ relatiuè dicuntur. G

An secundum substantiam dicatur deus de Deo, & huiusmodi. H.I

Distinctio XXVIII.

Quòd non tantùm tres sint proprietates personarum A

An solus pater debeat dici non genitus uel non filius, sicut dicitur ingenitus. B

De proprietate quam notat ingenitus. C

Responsio Ambr. contra Arrianos de ingenito. D

An diuersum sit, esse patrem & esse filium. E

Si sapientia genita dicatur secundum relationem, uel secundum substantiam. F

De imagine. G

Distinctio XXIX.

De principio. A

Quod ab æterno pater est principium, & filius, sed non spiritus sanctus. B

Quomodo pater sit principium filii, & ipse cum filio spiritus sancti. C

An

An eadem notione pater & filius sint principium spiritus sancti. D

Distinctio XXX.

De his quæ temporaliter de deo dicuntur, & relatiuè secundum accidens: quod non deo sed creaturis accidit. A.B

An spiritus sanctus dicatur datum uel donatum relatiuè ad se, cùm à se detur. C

Distinctio. XXXI.

An filius dicatur æqualis vel similis patri secundum substantiam. A.B

De sententia sancti Hilarij, qua trinitatem personarum propriam ostendit. C.D.E.F.G

Quare patri attribuatur unitas. H

Quare pater & filius dicantur esse unum uel unus deus, sed non unus. I

Quare dicatur æqualitas esse in filio. K

Quare in spiritu sancto dicatur esse utriusque concordia uel connexio. L

Distinctio. XXXII.

Vtrùm pater uel filius eadem dilectione se diligant, quæ procedit ab utroque, id est, spiritu sancto. A.B

Vtrùm pater sit sapiens sapientia quam genuit. C.D

An filius sit sapiens seipso, uel per seipsum. E

An una sit tantùm sapientia patris. F

Sicut in trinitate est dilectio quæ est trinitas, & tamen spiritus sanctus est dilectio quæ non est trinitas, nec ideo sunt duæ dilectiones: ita & de sapientia. G

Quare pater non dicatur sapiens sapientia genita, sicut dicitur diligens dilectione quæ ab ipso procedit. H.I

Distinctio. XXXIII.

Vtrum proprietates personarum sint ipse personæ, uel diuina usia. A.B.C.D E. F.G

Quomodo proprietates possint esse in natura dei, nec eam determinent. H.I.K

Distinctio XXXIIII.

De uerbis Hilarii quibus secundum prauorum intelligentiam, uidetur dicere, non idem esse diuinam naturam, & rem

rem naturæ, & non idē esse deum & quod dei est. A.B.C.D

Vtrùm ita possit dici, Vnus deus trium personarum, vt dicitur Vna essentia trium personarum, & tres personæ vnius essentiæ. E

Quòd potentia, sapientia, bonitas, in scriptura interdum ad personas distinctè referantur. F

Quare patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas tribuatur, cùm sit vna sapientia, potentia, & bonitas trium. G.H

De hoc nomine homousion, vbi in autoritatem receptum sit, & quid significet. I. K.L

Distinctio XXXV.

De scientia, præscientia, prouidentia, dispositione, & prædestinatione dei. A

De quibus sit præscientia vel prouidentia. A

De quibus dispositio. A

De quibus prædestinatio. A

De quibus prouidentia. A

De quibus sapientia, vel scientia. A

Vtrùm præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio dei esse posuerit, si nulla essent futura. B.C

Quod scientia dei de temporalibus est & æternis. D

Quomodo omnia dicantur esse in deo, & vita in eo. E.F

Distinctio. XXXVI.

Vtrùm omnia debeant dici esse in dei essentia, vt in dei cognitione vel præscientia esse dicuntur. A.B

qua ratione bona dicantur esse in deo, & non mala. C

Vtrùm idē sit, omnia esse ex deo, & per ipsum, & in ipso. D

quòd omnia sint in quolibet triū, & per ipsum, & in ipso. E

Quòd non omnia quæ ex deo sunt, etiam de ipso sunt. F

Distinctio. XXXVII.

Quibus modis dicatur esse deus in rebus. A

Quòd Deus non vbicunque est, habitet, sed econuerso. B

Vbi fuerit deus antequam esset creatura. C.D E.F.G

Quòd Deus, cùm sit in omnibus rebus essentialiter, non tamen coinquinetur sordibus rerum. H

Cùm Deus sit vbique & semper, non tamen localis, nec loco nec tempore mouetur. H I
Quibus modis aliquid dicatur locale vel circunscriptibile. I
Quid sit mutari secundum tempus. K
Vtrù spiritus creati sint locales & circunscriptibiles. L.M.N
Quod Deus sit vbique sine locali motu. O.P.Q

Distinctio. XXXVIII.

An scientia vel præscientia dei sit causa rerum, vel econuerso. A.B.C.D
Vtrùm præscientia dei possit falli. E

Distinctio. XXXIX.

Vtrùm scientia dei possit augeri, vel minui, vel aliquo modo mutari. A
An deus possit nouiter vel ex tempore scire vel præscire aliquid. B
Vtrùm deus possit scire plura quàm scit. C
Quod deus & semper & simul sciat omnia. D.E

Distinctio. XL.

An aliquis prædestinatus possit damnari, vel reprobus saluari. A.B.C
Quid sit reprobatio dei, & in quibus consideretur: & quis sit prædestinationis effectus. D

Distinctio. XLI.

Vtrùm aliquod sit meritum obdurationis vel misericordiæ. A.B.C.D.E
De variis super hoc carnalium opinionibus, An ea quæ semel scit deus vel præscit, semper sciat vel præsciat, & semper scierit & præscierit. F.G

Distinctio. XLII.

De omnipotentia Dei, quare dicatur omnipotens, cùm nos multa possimus quæ ipse non potest. A
Quomodo dicatur deus omnia posse. B.C.D
De omnipotentia dei, quòd secundum duo consideretur. E.F.G.H

Distinctio. XLIII.

Inuectio contrà illos qui deum dicunt nihil posse, nisi quod vult & facit. A.B.C.D.E

Diff.

Distinctio. XLIIII.

An deus possit facere aliquid melius quàm facit, vel alio, vel meliori modo. A.B.C
Vtrùm deus semper possit quod potuit. D

Distinctio XLV.

De voluntate dei, quæ essentia dei est, & de signis eius. A
Quòd licet idem sit deo velle quod esse, non tamen possit dici omnia esse quæ vult. B
De intelligentia harum locutionum, Deus scit, vel deus vult, deus scit omnia, vel vult aliquid. C
Quòd dei voluntas summè bona, causa sit omnium quæ naturaliter sunt: cuius causa non est quærenda: quia prima & summa causa est omnium. D.E
Quibus modis accipiatur dei voluntas. F
Quòd præceptio, prohibitio, permissio, consilium, operatio, nomine voluntatis interdum intelligantur vel accipiantur. G.H.I
Vtrùm deus velit ab omnibus fieri ea quæ præcipit, vel non fieri ea quæ prohibet. K.L.M

Distinctio. XLVI.

quòd voluntas dei, quæ ipse est, in nullo cassari possit. A
quomodo intelligendum sit illud, Volui congregare filios tuos, & noluisti: & illud, qui vult omnes homines saluos fieri. B.C
Vtrùm mala deo nolente an volente fiant. D
quomodo intelligendum sit illud Augustini, Mala fieri bonum est. E.F
De multiplici acceptione boni. G.H
quòd mala vniuersitati valeant. I.K
quod in deo non est causa vt homo sit deterior. L.M.N.O.P

Distinctio. XLVII.

Quomodo voluntas dei de homine impleatur, quocunque se vertat. A
Ex quo sensu quædã dicantur fieri cõtra dei voluntatem. B
Quare præceperit deus omnibus bona facere, & mala vitare, etsi non id ab omnibus velit impleri. C

Distinctio XVIII.

Quòd homo aliquando bona voluntate aliud velit quàm deus, & mala idem quod deus. A
Quòd dei voluntas per malas hominum voluntates implicatur. B
Verum placuerit viris sanctis, quòd Christus moreretur & pateretur. D
Vtrùm passiones sanctorum debeamus velle. E

TITVLORVM I. LIB. FINIS.

INDEX TITVLORVM ET CAPITVM LIBRI II.

Distinctio. I.

QVod vnum sit principium rerum, & non plura. A
Quid sit creare, quid facere. B
Secundum quam rationem dicantur de Deo huiusmodi verba, agere, facere, &c. B.C.D
Quare rônalis creatura facta sit. i. hõ. vel angelus. E.F.G.H
Quomodo dicatur homo factus propter reparationem angelici casus. I
Quare ita homo sit institutus, vt vnita sit anima corpori. K.L

Distinctio. II.

De angelis, quando facti sint. A.B
Quòd nihil factum sit ante cœlum & terram. C
Quòd simul cum tempore & cum mundo cœperit spiritualis creatura & corporalis. D.E F
Vbi angeli mox creati fuerint. F
Quòd simul creata sit visibilium materia, & inuisibilium natura, & vtraque informis. G
Quomodo dixerit Lucifer, Ascendam in cœlum. H

Distinctio. III.

Quales facti fuerint angeli. A
An omnes angeli fuerint æquales in essentia, sapientia, & libertate arbitrij. B
Quæ communia & æqualia habuerint angeli. C
Bonine an mali creati sint, & an aliqua mora fuerit inter creationem & elapsum. D.E.F.G.H
De triplici sapientia angelorum ante casum vel confirmationem. I
An aliquam habuerint Dei dilectionem vel sui ante casum. K

Distinctio. IIII.

An perfecti & beati creati sint, an miseri & imperfecti. A.B.C.D
Quòd tribus modis dicatur perfectum. E.F

Distinctio. V.

De confirmatione & conuersione stantium, & auersione & lapsu cadentium. A
De libero arbitrio breuiter agitur. B
An aliquid datum fuerit stantibus quo conuerterentur. B.C
Qua gratia indiguerint angeli, & qua non. D
An lapsis sit imputanda auersio. E.F
Vtrùm beatitudinem quam acceperunt in cõfirmatione stãtes, meruerint per aliquam tunc appositam gratiam. G

Distinctio. VI.

Quòd de maioribus & minoribus quidam ceciderint, inter quos vnus fuit celsior, scilicet Lucifer. A
Vnde & quomodo deiecti sint. B
Quare non sit eis concessum habitare in cœlo vel in terra. C
De prælationibus dæmonum. D
An omnes dæmones sint in hoc aere caliginoso, an aliqui in inferno. E.F
De potestate Luciferi. G
An dæmones semel victi à sanctis, vltrà accedant ad ipsos, vel ad alios. H

Distinctio. VII.

Vtrùm boni angeli peccare, vel mali rectè viuere possint. A
Quòd cùm vtrique habeant liberum arbitrium, non tamen ad vtrumque flecti possint. B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd boni post consummationem liberius habeant liberũ arbitrium quàm ante. C
An possint ex natura peccare sicut antè. D
Quibus modis angeli mali noscant veritatem temporalium rerum. E
Quòd magicę artes virtute & scientia diaboli valeant: quę est ei à Deo. F
Quòd malis angelis non seruiat ad nutum materia visibiliũ rerum. G
Quòd non sint creatores, licet per eos magiranas & alia fecerint: sicut nec boni, etsi per eorum ministerium fiant creaturæ. H
Quòd solus deus sic operetur creationem rerum, sicut iustificationem mentis. I.K
Quòd angeli mali multa possint per naturæ vigorem, quæ non possunt propter dei prohibitionem. L

Distinctio. VIII.

Vtrùm omnes angeli corporei sint. A
De formis in quibus apparuit deus, & de illis in quibus angeli apparent. B
quòd deus in specie qua deus est, nunquam apparuerit mortalibus. C.D
Quomodo dicantur dæmones intrare in homines. E

Distinctio. IX.

De ordinum distinctione. A
Quid appelletur ordo, & quæ sit ratio cuiuscunque nominis. B
Quòd nomina illa sumpta à donis gratiæ, non propter se, sed propter nos eis data sint. C.D
Vtrùm hi ordines ab initio creationis distincti fuerint. E
Vtrùm omnes angeli eiusdem ordinis, sint æquales. F
Quomodo dicat scriptura, decimum ordinem compleri debere de hominibus. G
Vtrùm homines assumantur iuxta numerum stantium, an lapsorum. H.I

Distinctio. X.

An omnes cœlestes spiritus mittantur. A.B.C

An Michael, Gabriel, Raphael, sint nomina ordinum & spiritum. D.E.F

Distinctio. XI.

quòd singulæ animæ habeant angelum bonum ad custodiã, malum verò ad exercitium. A.B.C
Vtrùm angeli proficiant in merito & præmio vsque ad iudicium. D.E.F.G.H

Distinctio. XII.

De distinctione operum sex dierum. A
quòd alij senserint omnia simul facta in materia & forma, alij per interualla temporum. B
quomodo per interualla temporum res corporales conditæ sint. C
quo sensu tenebræ dicantur esse aliquid, & quo dicantur nõ esse aliquid. D
Quare illa materia confusa sit dicta informis, & vbi ad esse prodierit, & quantum in altum ascenderit. E.F.G
De quatuor modis diuinæ operationis. H

Distinctio. XIII.

De primo distinctionis opere. A
De luce facta primo die, si spiritualis, an corporalis fuerit. B.C
Quibus modis accipiatur dies. D
De naturali ordine comparationis dierum, & de illo qui propter mysterium introductus est. E.F.G
De intelligentia horum verborum, Dixit deus. H.I.K

Distinctio. XIIII.

De opere secundæ diei, qua factum est firmamentum. A.B
Quòd cœlum tunc factum debeat intelligi. ibidem.
De qua materia factum sit. ibid.
Quomodo aquæ possint esse super cœlũ, & quales sint. ibid.
De figura firmamenti. C
Quare tacuerit scriptura de opere secundæ diei. D
De opere tertiæ diei. E
Quomodo aquæ congregatæ sint in vnum locum, cùm multa sint maria & flumina. ibi.
De opere quartæ diei, qua facta sunt luminaria. F
Quomodo accipiendum sit illud, Sint in signa & tẽpora. G

Distinctio. XV.

De opere quintæ diei, qua facta sunt natatilia & volatilia. A
De opere sextæ diei, qua creata sunt animalia & reptilia terræ. B
De venenosis & noxiis animalibus. C
Vtrum minuta animalia tunc creata fuerint. D
Quare post omnia factus sit homo. E
De sententia illorum qui simul omnia facta esse contendunt. ibidem.
Quomodo intelligenda sit requies Dei. F
Quomodo accipiendu sit quod dicitur Deus complesse opus suum septima die, cum tunc quieuerit. G
Quomodo omnia facta à Deo dicantur valde bona. H
De sanctificatione septimæ diei. I

Distinctio. XVI.

De hominis creatione. A
Qualis factus sit homo. B
De imagine & similitudine ad quam factus est homo. C.D
Quare homo dicatur imago, & ad imaginem, filius verò non ad imaginem. E

Distinctio. XVII.

De creatione animæ, an de aliquo facta sit. A
De inspiratione & insufflatione Dei. B
Quando facta fuerit anima, an in corpore, an extra corpus. C
In qua ætate factus sit homo. D
Quare homo extra paradisum creatus, in paradisum sit positus. E
Quibus modis paradisus accipiatur. F
De ligno vitæ. ibidem.
De ligno scientiæ boni & mali. ibidem.

Distinctio. XVIII.

De formatione mulieris. A.B
Quare de latere viri, & non de alia parte corporis formata sit. C
Quare dormienti viro, & nõ vigilanti subtracta sit costa. D
Quòd de costa multiplicata in se, sine additamento extrinseco facta fuerit. E

De

De causis superioribus & inferioribus. ibidem.
De causis quę in Deo sunt simul & in creaturis, & de his quæ in deo tantùm sunt. F.G
De anima mulieris, quòd non sit ex anima uiri: quia animæ non sunt ex traduce. H

Distinctio. XIX.

De statu hominis ante peccatum, qualis fuerit secundum corpus & qualis post peccatum. A
Quomodo dicatur homo factus in animam uiuentem. A
Corpus hominis ante peccatum mortale & immortale erat: post peccatum, mortuum. A
Vtrum immortalitas quam tunc habuit, fuerit de conditione naturæ, an ex gratiæ, beneficio. B
An posset homo uiuere semper utens aliis lignis, & non de ligno uitæ, deo non mandante ut de illo ederet. B.C
De immortalitate corporis. D.E.F

Distinctio. XX.

De modo procreationis filiorum, si non peccassent primi homines. A
Quare in paradiso non coierint. B
De modo translationis in melius, si non peccassent. C
Vtrum in perfectione staturæ, & usu membrorum procrearentur filij. D
Vtrum etiam in sensu paruuli nascerentur. E.F.G.H.I
De duobus bonis, altero hic dato, altero promisso. K

Distinctio. XXI.

De inuidia diaboli qua ad tentandum accessit. A
De forma in qua uenit. B
De calliditate serpentis. B
Vtrum diabolus serpentem elegerit ut per eum tentaret. B
De modo tentationis. C.D
De duplici specie tentationis. E
Quare peccatum hominis, & non angeli curabile sit. F
Quòd non soli uiro præceptum fuerit datum. G

Distinctio. XXII.

De origine illius peccati. A.B
De mulieris elatione. C

De

De uiri elatione. D
Quemagis deliquerit, uir, an mulier. E.F.G.H
De ignorantia excusabili vel inexcusabili. I.K.L
An voluntas præcesserit illud peccatum. M

Distinctio XXIII.

quare Deus permiserit hominem tentari quem sciebat casurum. A
qualis fuerit secundum animam homo ante peccatum. B
De triplici scientia hominis ante lapsum. C.D.E
Vtrùm homo præscius fuerit eorum quæ sibi futura erant. F

Distinctio XXIIII.

De gratia hominis & potentia ante casum. A.B.C
De adiutorio homini in creatione dato, quo stare poterat. D
De libero arbitrio. E
De sensualitate. F
De ratione & partibus eius. F
De simili ordine peccandi in nobis & in primis parentibus. G
quòd in nobis sit uir, & mulier, & serpens. G
De spirituali coniugio uiri & mulieris in nobis. G
qualiter per ista tria in nobis consummetur tentatio. H
quando mulier manducet sola cibum uetitum. H
Quando etiam uir manducet. ibidem
quando sit ueniale uel mortale peccatum. I
quibus modis accipiatur sensualitas in scriptura. K.L

Distinctio. XXV.

Definitio liberi arbitrii secundum philosophos. A.B.C
qualiter in Deo accipiatur liberum arbitrium. D
quòd angeli & sancti liberum habeant arbitrium. E
quòd liberius erit liberum arbitrium, quando peccare non poterit. E
De differentia libertatis liberi arbitrij secundum diuersa tempora. F
De quatuor statibus liberi arbitrij. G
De corruptione liberi arbitrij per peccatum. H
De tribus modis libertatis liberi arbitrij, à necessitate, à peccato, à miseria. I.K.L.M

De

De libertate quæ ex gratia, & quę ex natura. N.O.P.Q

Distinctio XXVI.

De gratia operante & cooperante. A
quid sit voluntas. B.C
quę sit gratia uoluntatem bonam præueniens. D
quòd bona uoluntas quæ præuenitur gratia, quædam Dei dona præueniat. E.F.G
quòd cogitatio boni præcedat fidem. H
quòd intellectus & cogitationem boni & dilectionem præueniat. H
An per liberum arbitrium bonum operetur homo sine gratia. H
Vtrùm una & eadem gratia sit, quæ dicitur operans & cooperans. I
quomodo gratia mereatur augeri. K
De tribus generibus bonorum. K
In quibus bonis sit liberum arbitrium. L

Distinctio. XXVII.

De uirtute, quid sit, & quid actus eius. A.B
De gratia quæ liberat uoluntatem, an uirtus sit, an non. C
quomodo ex gratia incipiant bona merita, & de qua gratia hoc intelligatur. D
quòd bona uoluntas gratiæ principaliter sit. E
qua ratione dicatur fides mereri iustificationem. F
De muneribus uirtutum, & de gratia, quæ non est, sed facit meritum. G.H
quòd idem sit usus virtutis & liberi arbitrij, sed uirtutis principaliter. I
quidam putant virtutes bonos vsus esse liberi arbitrij. i. actus mentis. K.L

Distinctio. XXVIII.

De hæresi Pelagiana. A
quomodo Pelagiani dictis Augustini utantur in testimoniũ sui erroris. B.C
quomodo Augustinus uerba illa determinet in retractationibus. B.C

De

De hæresi Iouiniani & Manichæi, quas collidit Hieronymus. H

Distinctio XXI.

Vtrùm homo ante peccatum eguerit gratia operante & cooperante. A
Si homo ante lapsum virtutes habuerit. B
De iectione hominis de paradiso. C
quomodo intelligendum sit illud. Ne sumat de ligno uitæ, & uiuat in æternum. D
De flammeo gladio ante paradisum posito. E
An ante peccatum homo comederit de ligno uitæ. F.G

Distinctio XXX.

quòd per Adam peccatum & pœna transierit in posteros. A
Vtrum illud peccatum quod transiit, fuerit originale, an actuale. B
quidam putant fuisse actuale. B
quomodo dicant illud intrasse in mundum. C
quòd originale peccatum id sit quod per Adam transiit in posteros. D
quid sit originale peccatum. E
quòd originale peccatum sit culpa. F
quòd originale peccatum dicatur fomes peccati, id est, concupiscentia. G
quid nomine concupiscentiæ intelligatur, quæ fomes est peccati. H
quòd per Adam originale peccatum intrauerit in omnes, id est, concupiscentia. H
An sit originale peccatum in quo omnes peccauerunt. I
Ex quo sensu dictum sit, Per inobedientiam unius multi sunt constituti peccatores. K
quòd originale peccatum in Adam fuerit, & in nobis sit. L
quomodo omnes dicantur in Adam fuisse quando peccauit, & ex eo descendisse. M.N
quòd nihil extrinsecum conuertatur in humanam substantiam, quæ est ex Adam. O

Distinctio

Distinctio XXXI.

quomodo originale peccatum à patribus transeat in filios, an secundum animam, an secundum carnem. A
quòd per carnem introducatur peccatum, & quomodo ostendit. B
Carnis corruptionis causam ostendit, ex qua peccatum fit in anima. C
Quare dicatur peccatum esse in carne. D
Vtrùm causa originalis peccati, quæ est in carne, sit culpa, an pœna. E.F.G
Quare dicatur originale peccatum. H.I

Distinctio XXXII.

Quomodo originale peccatum diminutatur in baptismo. A.B
Vtrùm fœditas quam caro ex libidine contrahit, in baptimo diluatur. C
Vtrùm illius concupiscentiæ Deus sit autor. D
Quare illud peccatum imputetur animæ. E
Vtrùm illud peccatum sit necessarium an uoluntarium F
Quare deus iungat animam corpori, sciens eam inde maculari. G
An anima sit talis qualis à Deo creatur. H
An animæ ex creatione sint in donis naturalibus æquales. I

Distinctio XXXIII.

An peccata omnium præcedentium patrum paruuli originaliter trahant ut peccatum Adæ. A.B.C
Quomodo in illo primo uno peccato plura reperiantur. D.E
An peccatum Adæ sit grauius cæteris. F.G
An illud peccatum sit primis parentibus dimissum. H
Quomodo peccata parentum uisitentur in filios, & non uisi tentur. I.K.L.M.N

Distinctio XXXIIII.

De peccato actuali. A
Quæ fuerit causa secundaria primi peccati. B
Quæ fuerit secundaria causa malorum. C
Quod non nisi in bona re sit malum. D.E
Quòd in his fallat dialecticorum regula de contrarijs. F.G.H

Di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Distinctio. XXXV.

Quid sit peccatum. A.B.C
Vtrum malus actus, inquantum peccatum est, sit corruptio uel priuatio boni. D.E.F.G.H.I.K
Quomodo peccatum possit corrumpere bonum, cùm nihil sit. L.M
Qualiter se homo elonget à Deo. N
An pœna sit priuatio boni. O

Distinctio. XXXVI.

Quòd quædam simul sint peccata & pœna peccati; quædam peccata & causa peccati; alia uerò peccata, & causa, & pœna peccati. A
An peccatum sit causa peccati, inquantum peccatum est. B
Quòd non omne peccatum sit pœna peccati. C
Vtrùm peccata aliqua essentialiter sint sine peccato. D.E
Quòd cùm peccatum sit pœna peccati, peccatum est ab homine, pœna à Deo. F
De quibusdam quæ indubitanter sunt peccata & pœnæ: & inquantum eas patimur, peccata non sunt. G.H.I.K

Distinctio. XXXVII.

Quòd aliqui putent malos actus nullo mõ esse à Deo. A.B.C
Ex quo sensu dictum sit, Deus non est mali autor. D.E

Distinctio. XXXVIII.

De uoluntate, & eius fine. A
Quid sit bonus finis, scilicet charitas. B
Quòd omnes bonæ uoluntates unum finem habeant, & tamen quædam diuersos fines sortiantur. C.D.E
De differentia uoluntatis, intentionis, & finis. F.G

Distinctio. XXXIX.

Quare uoluntas dicatur peccatum, cùm sit de naturalibus, quorum nullum aliud peccatum est. A
Quare actus uoluntatis sit peccatum, si aliarum potẽtiarum non sunt peccata. B
Ex quo sensu dicatur naturaliter oĩs homo uelle bonum. C

Distinctio. XL.

An ex fine omnes actus pensari debeant. A
Ex quo affectu uel fine omnes sint boni uel mali. B.C.D

Distinctio.

Distinctio. XLI.

An omnis intentio & actio infidelium sit mala. A.B
Quibus modis dicatur bonum. C
Quomodo intelligatur illud, Peccatum adeò est uoluntariũ, ut nullo modo sit peccatum, si non sit uoluntarium. D
Et illud, Nusquam nisi in uoluntate peccatum est. E
Et item, Non nisi uoluntate peccatur. F
Quòd mala uoluntas sit uoluntarium peccatum. ibidem.

Distinctio. XLII.

An uoluntas & actio mala in eodem & circa idem sint vnum peccatum, an plura. A.B.C
Si peccatum ab aliquo commissum in eo sit vsquequò pœniteat. D
Quibus modis accipiatur reatus. E
De modis peccatorum. F
Quomodo differant delictum & peccatum G
De septem principalibus vitijs. H
De superbia, I
Quomodo superbia dicatur radix omnium malorum, & cupiditas, cùm superbia non sit cupiditas. K

Distinctio. XLIII.

De peccato in spiritum sanctum. A
Vtrùm omnis obstinatio sit peccatum in spiritum sanctũ. B
Qualiter accipiatur peccatum in spiritum sanctum. C.D

Distinctio. XLIIII.

De potentia peccandi, an sit homini uel diabolo à Deo. A.B
An aliquando resistendum sit potestati. C

FINIS.

INDEX TITVLORVM ET CAPITVM

LIBER III.

Distinctio. I.

DE incarnatione Verbi. A
Quare filius carnem assumpserit, non pater uel spiritus sanctus. B
Vtrùm pater uel spiritus sanctus potuerit incarnari. C
An filius, qui tantùm carnem accepit, aliquid fecerit quod non pater uel spiritus sanctus. D

Distinctio. II.

Quare totam humanam naturam acceperit, & quid nomine naturę intelligatur. A
De unione uerbi & carnis mediante anima B
Quòd Verbum simul assumpserit animam & carnem, nec caro prius sit concepta quam assumpta. C

Distinctio. III.

De carne assumpta, qualis antè fuerit. A
Quòd nullus hic sit sine peccato, excepta Virgine. B
Quare Christus non fuerit decimatus in Abraham sicut Leui. C
Quare caro Christi non dicta sit peccatrix, sed similis. D
Carnem Christi non prius conceptam quàm assumptam. E

Distinctio. IIII.

Quare spiritui sancto tribuatur incarnatio, cùm sit opus trinitatis. A
Quare dicatur Christus conceptus & natus de spiritu sancto. B.C
Quare Apostolus dicat Christum factum, quem nos fatemur natum. D

Distinctio. V.

Si persona uel natura personam uel naturam assumpserit, & si natura dei sit incarnata. A.B
An diuina natura debeat dici caro facta. C

Quare

Quare, cùm humanam naturam Christus assumpserit, non etiam personam hominis assumpsisse dicendus sit. D.E

Distinctio. VI.

De intelligẽtia harum locutionum, Deus est homo, Deus factus est homo, &c. tres sententias ponit. A.B.C.D.E.F.G
Quatuor species habitus distinguuntur G

Distinctio. VII.

Deinde quę singulis sententiis aduersari videtur ponit. A.B
Ex quo sensu dicatur Christus prædestinatus C.D.E.F.G.H.I.K.L
Quòd non debeat dici homo dominicus. M.N

Distinctio. VIII.

An diuina natura dici debeat nata de uirgine. A
De gemina Christi natiuitate, qua bis natus est. B

Distinctio. IX.

De adoratione exhibenda humanitati Christi. A.B

Distinctio. X.

An Christus, secundum quòd homo, sit adoptiuus filius. A.B.C.D.E
Vtrùm persona an natura prædestinata sit. F

Distinctio. XI.

Vtrùm Christus sit creatus vel factus. A
De perfidia & pœna Arrij. B

Distinctio. XII.

An homo ille semper fuerit. A
An deus alium sumere potuerit, vel aliunde quàm de genere Adæ. B
Si homo ille potuerit peccare, vel non esse Deus. C.D
Si Deus potuerit assumere hominem in sexu muliebri. E

Distinctio. XIII.

De sapientia & gratia Christi hominis, an in eis proficere potuerit. A.B.C.D.E

Distinctio. XIIII.

Si anima Christi habuerit sapientiam parem cum deo, & si omnia sciat quæ deus A.B
Quare deus non dederit illi animæ potentiam omnium vt scientiam. C.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Distinctio. XV.

De hominis defectibus quos assumpsit Christus. A.B.C
De propassione & passione timoris vel tristitiæ. D.E.F
De quibusdã capitulis Hilarij obscuris quibus carne Christi dolores passionis submoueri videntur. G
De tristitia Christi, & eius causa secundum eundem. G

Distinctio. XVI.

An in Christo fuerit necessitas patiendi & moriendi, quæ est defectus generalis. A
De statibus hominis, & qd Christus de singulis acceperit. B

Distinctio. XVII.

Si omnis Christi oratio vel voluntas impleta sit. A
De voluntatibus Christi secundum duas naturas. B
De capitulis quibusdam Ambrosij & Hilarij, vbi de dubitatione & timore Christi agitur. C.D

Distinctio. XVIII.

Si Christus meruerit sibi & nobis, & qd sibi, & qd nobis. A
Quod à conceptu meruerit sibi idem quod per passionẽ. B
De eo quod scriptum est, Donauit illi nomen quod est super omne nomen. C
Si Christus sine omni merito habere valuerit quod merito obtinuit. D
De causa passionis & mortis Christi. E

Distinctio. XIX.

Qualiter à diabolo & à peccato redemerit nos Christus per mortem. A
Cur deus homo & mortuus. B
Quomodo à pœna nos redemerit Christus. C
Quomodo pœnam nostram portauerit. D
Si solus Christus redemptor & mediator debeat dici. E
De mediatore. F
Secundum quam naturam sit mediator. G

Distinctio. XX.

Quòd alio modo potuerit liberare, & quare isto modo potius. A
Qua iustitia sit victus diabolus. ibid.
De causa inter deum, & hominem, & diabolum. B

De traditione Christi facta à Iuda, à Deo, & à Iudæis. C
Vtrùm Christi passio sit opus dei, an Iudæorum. D

Distinctio. XXI.

Si in Christi morte separata fuerit anima vel caro à Verbo. A.B.C
Qua ratione dicatur Christus mortuus vel passus. D

Distinctio. XXII.

Si Christus in morte fuerit homo.
Si Christus vbicunque est, sit homo. A
Quod Christus vbique totus sit, sed non totum; vt totus est homo vel deus, sed non totum. B
Si ea quæ dicuntur de deo vel filio dei, possint dici de homine illo, vel de filio hominis. C

Distinctio. XXIII.

Si Christus habuerit fidem, spem, & charitatem. D
Quid sit fides. A
Quot modis dicatur fides. B
Quid sit credere deum, vel deo, uel in deum. C
De informi qualitate mentis quæ in malo Christiano est. D
Quomodo dicatur una fides. E
Quòd fides sit de his quæ non uidentur propriè, ipsa tamen uideatur ab eo in quo est. F
Descriptio fidei. G
Quare sola fides dicatur fundamentum. H

Distinctio. XXIIII.

Quomodo intelligatur quod scriptum est, Cùm factum fuerit credatis. I
Si Petrus habuerit fidem passionis quando uidit illum hominem pati. A
Si aliqua sciantur quæ creduntur. B

Distinctio. XXV.

De fide antiquorum. C
De fide simplicium. A
Quæ ante aduentum credere sufficeret. B
De fide Cornelij. C
De æqualitate fidei, spei, charitatis, & operis. D E

Universidad de Deusto
Biblioteca

Distinctio. XXVI.

De spe, quid sit. A
De quibus sit spes, & quomodo differant fides & spes. B
An in Christo fuerit fides vel spes. C
An iusti in inferno fidem & spem habuerint. ibid.

Distinctio. XXVII.

De charitate Dei, & proximi, quę in Christo & in nobis est. A
Quid sit Charitas. B
Si eadem charitate diligatur deus & proximus, & quare dicā-
tur duo mandata charitatis. C
De modo diligendi. D.E
De impletione illius mādati, Diliges Deū ex toto corde. F.G
Quòd alterum mandatum in altero sit. H
Quæ charitate diligenda sint. I

Distinctio. XXVIII.

Si iubeamur diligere totum proximum & nos totos. A
Quòd in dilectione proximi includatur dilectio angelorum,
& quis sit proximus. B
Quibus modis dicatur proximus. C

Distinctio. XXIX.

De ordine diligendi, quid prius, quid posterius. A
An omnes homines pariter diligendi sint. B.C.D.E.F.G
De gradibus charitatis. H

Distinctio. XXX.

Si melius sit diligere inimicos quàm amicos. A

Distinctio. XXXI.

Si charitas semel habita amittatur. A.B
Quare fides, spes, & scientia dicantur euacuari, & non chari-
tas, cum & ipsa sit ex parte. C
Si Christus eū ordinem diligendi seruauerit quem nos. D

Distinctio. XXXII.

De charitate Dei. A
Quomodo dicatur Deus magis vel minus diligere hunc vel
illum. B
Quòd dupliciter inspicienda sit dilectio dei. C
Si quis magis vel minus diligatur à deo uno tpe q̄ alio. D
Si deus ab æterno dilexerit reprobos. E

Dist.

Distinctio. XXXIII.

De quatuor virtutibus principalibus, & vtrùm hæ virtutes in
Christo fuerint, & in angelis sint, & de usibus earum. A

Distinctio. XXXIIII.

De septem donis spiritus sancti, & utrùm sint uirtutes, & sint
in angelis. A
Vtrùm in Christo fuerint illa septem dona. B.C
De timorum distinctione. D.E
De timore casto, & seruili, & initiali. F.G
Quomodo differant castus & seruilis uel initialis. H
Quod timor seruilis & initialis dicantur initium sapientiæ,
sed differenter. I
Quomodo castus timor permaneat in æternum. K
An timor pœnę q̄ fuit in Christo, seruilis uel initialis fuerit. L

Distinctio. XXXV.

De sapientia & scientia, quomodo differant. A
In quo differat sapientia ab intellectu. B
Vtrùm intellectus & scientia, quæ inter dona numerantur,
sint illa quæ naturaliter habet homo. C.D

Distinctio. XXXVI.

De connexione uirtutum quæ non separantur: & an cunctę
uirtutes pares sint in quocunque sunt. A.B
Quomodo in charitate tota lex pendeat. C

Distinctio. XXXVII.

De decem mandatis, quomodo contineantur in duobus. A
Quare idolum nihil esse in mundo dicatur. B
Quare in spiritu sancto propriè dicatur fieri remissio pecca-
rum. ibid.
De sensu spirituali & carnali legis. C
De furto. C
De mendacio. ibid.

Distinctio. XXXVIII.

De tripliplici genere mendacij, & de octo speciebus menda-
cij. A
Quid sit mendacium. B
Quid mentiri. C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd oē mẽdaciũ peccatũ sit, siue prosit, siue nõ; & quare. ib.
In quibus rebus cum periculo erretur, uel non. D

Distinctio XXXIX.

De periurio, & an sit periurium quod non est mendaciũ. A
De triplici modo periurii. B
An iuratio sit malum. C
De iuramento quod fit per creaturas. D
Quæ iuratio sit grauior, an quæ fit per deum, an quæ fit per creaturas, uel per Euangelium. E
Quid sit dicere, Per deum iuro. F
De illis qui iurant per falsos deos. G
Quòd iuramẽtũ uel ꝓmissio cõtra deũ facta nõ sit tenẽda. H
Si sit periurus qui non facit quod incautè iurat. I
De illis qui uerborum calliditate iurant. K
De illo qui cogit aliquem iurare. L.M

Distinctio. XL.

Quare lex dicatur comprimere manum, non animum. A
Quæ sit litera occidens. B
De legis & euangelij distantia. ibid

FINIS.

INDEX TITVLORVM AC CAPITVM LIB. IIII.

DISTINCTIO I.

DE sacramentis. A
Quid sit sacramentum. B
Quid sit signum. B
Quo differant signum & sacramentum. B
Quare instituta sint sacramenta. C.D
Differentia sacramentorum ueterum & nouorum. E
De circuncisione. F
Quod remedium illi habuerint q̃ fuerũt añ circuncisionẽ. G
De

De institutione circuncisionis, & de causa. H.I.K
De paruulis defũctis ante diẽ octauũ, quo fiebat circũcisio. L

Distinctio. II.

De sacramentis nouæ legis.
De baptismo. A.B.C
De differentia baptismi Ioannis & Christi. D
Quid utilitatis baptismus Ioannis habuerit. D
An Ioannis baptismus fuerit sacramentum. E
De forma baptismi Ioannis. E

Distinctio. III.

Quid sit baptismus. F
De forma baptismi. A
Quòd Apostoli in nomine Christi baptizauerint. B
Si in noĩe pris tñ, uel spũs sãcti possit tradi baptismus. B
De institutione baptismi. C.D.E
Quare in aqua tantùm fiat. F.G
De immersione, quoties fieri debeat. H
Quando circuncisio amiserit uim suam. I
De causa institutionis baptismi. K

Distinctio. IIII.

De illis qui suscipiunt sacramentum & rem; & sacramẽtũ, nõ rem; & rem, non sacramentum. L
De fictè accedentibus. A
Quomodo intelligatur illud, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. B
Quòd passio suppleat uicẽ baptismi, itẽ fides & cõtritio. C
Quid prosit baptismus cum fide accidentibus. D.E
Quid iustis dimittatur in baptismo. F
Cuius rei sacramentum sit baptismus quẽ recipit iustus. F.G.H

Distinctio. V.

Quòd baptismus æquè bonus sit, à bono uel à malo datus bono uel malo. A
De potestate baptismi & ministerio. B
Quæ fuerit potestas baptismi, quam Christus potuit dare seruis, & non dedit. C

Distinctio. VI.

Quibus liceat baptizare. A

Universidad de Deusto
Biblioteca

An rebaptizandi sint qui ab hæreticis baptizantur. A
Quod nullus in materno vtero baptizetur. B
Vtrùm baptismus sit cùm verba corruptè proferũtur. C.D
De illo qui pro ludo immergitur. E
De responsione patrinorum. G
De catechismo & exorcismo. H

Distinctio VII.

De sacramento confirmationis, quod non nisi à summis sacerdotibus tradi potest. A
Quæ sit virtus huius sacramenti. A
Vtrùm hoc sacramentum dignius sit baptismo. B
Vtrùm possit iterari. B

Distinctio. VIII.

De sacramento altaris. A
quòd figura huius sacramenti & baptismi in veteris testamẽto præcesserit. A
De institutione huius sacramenti. B
De forma. C
quare Christus post alium cibum dederit hoc sacramentum discipulis. C
De sacramento & re. D
quòd res sacramenti duplex sit. D

Distinctio. IX.

De duobus manducandi modis. A
De errore illorũ q dicunt Christũ tantũ à bonis sumi. B
De intelligentia quorundam verborum ambiguorum. C

Distinctio. X.

De hæresi illorum qui dicunt corpus Christi non esse in altari, nisi in figura vel in signo A.B.C
De sanctorum testimonijs, quibus probatur verum corpus Christi esse in altari. D

Distinctio. XI.

De modo conuersionis. A
quo dicatur corpus Christi confici de substãtia panis B.C.D
quare sub alia specie sumatur. E
quare sub duplici specie. B
quare aqua misceatur vino. G
quale

quale corpus dederit Christus discipulis in cœna. H

Distinctio. XII.

Vbi illa accidentia fundentur. A
De fractione & partibus. B.C
De confessione Berengarii. D.E
quid illæ partes significent. F
An Christus immoletur in altari quotidie, & an sit sacrificiũ quod à sacerdote geritur. G
De causa institutionis. H

Distinctio XIII.

Si hoc sacramentũ conficiatur ab hæreticis, uel excõicatis. A
quid faciat hæreticũ, & quid sit hæreticus. B

Distinctio. XIIII.

De pœnitentia. A
Vnde dicatur pœnitentia. ibidem
quid sit pœnitentia B
quid sit pœnitere. ibidem
De solenni & unica pœnitentia. C
Quòd peccata sæpe dimittantur per pœnitentiam. D

Distinctio. XV.

Quòd plurib⁹ irretitus peccatis non possit uerè de uno pœnitere, nisi de omnibus pœniteat. A
Quibus de causis contingant flagella. A
De Aegyptijs & Sodomitis, qui dicuntur temporaliter puniti ne in æternum perirent. A.B
De generibus eleemosynæ C
Quid sit eleemosyna. C
Vtrùm in mortali peccato permanentes, & largas eleemosynas facientes, debeant dici satisfacere. C
Vtrùm bona quæ fiunt ab aliquibus malis, ualeant ad meritum uitæ, cùm fuerint conuersi ad bonum. D.E.F.G

Distinctio. XVI.

De tribus in pœnitentia considerandis, scilicet compunctione, confessione, & satisfactione. A
Quæ sit uera satisfactio. A
Quæ sit satisfactio falsa. B
De tribus actionibus pœnitentię. C
De

Universidad de Deusto Biblioteca

De multitudine uenialium q̃ grauãt vt unũ grãde peccatũ. C
De satisfactione uenialium. D

Distinctio. XVII.

Vtrùm sine confessione dimittantur peccata. A.B
Si sufficiat soli deo confiteri. C
Quòd non sufficiat soli Deo confiteri, si possit sacerdoti confiteri. D
An sufficiat confiteri laico. E
Ad quid ualeat confessio. F

Distinctio. XVIII.

De remissione quam præstat sacerdos. A
De clauibus. B
De usu clauium. C
Si sacerdos possit dimittere peccata uel retinere. D
Quomodo sacerdotes dimittant peccata uel retineant. E
Quomodo sacerdotes ligent uel soluant à peccatis. F
Quo ītelligẽdũ sit illud, quodcũq; solueris super terr. &c. G.H
Quæ sint interiores tenebræ, & interior macula. I

Distinctio. XIX.

quando hæ claues dentur, & quibus. A
Vtrùm per indignos transfundatur gratia dignis. B.C
Quo intelligendũ sit, Maledicã benedictionibus uestris. D
Qualis esse debeat iudex ecclesiasticus. E

Distinctio XX.

De his qui in fine pœnitent. A
De his qui pœnitentiam non complent. B
De illo cui sacerdos indiscretus iniungit pœnitẽtiã paruã. C
Quòd morientibus non sit imponenda satisfactio, sed innotescenda. D
quòd in necessitate non sit pnã neganda uel recõciliatio. E
quòd presbyter non reconciliet aliquem incõsulto episcopo, nisi in necessitate. F
An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad pœnitentiam præuenitur morte. G

Distinctio. XXI.

De peccatis quæ post hanc uitam dimittuntur. A
De his qui ædificant aurum, argentum, lapidem pretiosum, lignum

lignum, fœnum, stipulam. A
De igne purgatorio, quo alij citius, alij tardius purgantur. B
Quid sit ædificare lignum, fœnum, aut stipulam. B.C
Quid sit ædificare aurum, argentum, lapidẽ pretiosum. B.C
Quòd aliquis uere pœniteat, etsi non de omni ueniali. D
Quid prosit generalis confessio. E
Quòd nemo debeat confiteri peccata quæ non fecit. F
De pœna sacerdotis qui peccata confitentis publicat. G

Distinctio. XXII.

Si peccata dimissa redeant. A.B
Quid sit sacramentum & res. C

Distinctio. XXIII.

De sacramento unctionis extremę. A
De tribus generibus unctionis. A
A quibus fuerit hoc sacramentum institutum. B
De iteratione huius sacramenti. C

Distinctio XXIIII.

De ordinibus ecclesiasticis, & quot sint. A
Quare sint septem. A
Quales assumendi sint ad clerum. B
De corona & tonsura. B
De ostiarijs. C
De lectoribus. D
De exorcistis. D
De acolytis. E
De subdiaconis & diaconis. F
De presbyteris. G.H
Qui dicantur ordines sacri. I
Quid appelletur ordo. I
De nominibus dignitatis & officijs. K
De Episcopo. L
De Pontifice. L
De quadripartito Episcoporum ordine. L
De uate. M
De cantore. M

Distinctio XXV

De ordinatis ab hæreticis. A.B.C.D

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De simonia, unde dicatur, & quid sit. D
De his qui à simoniacis ordinantur scienter, uel non. E
De his qui dicunt se emere corporalia, & non spiritualia. F
De distinctione simoniacorum. G
De his q̃ uiolẽter à simoniacis uel aliis hereticis ordinant. H.I

Distinctio. XXVI.

De sacramento coniugij. A
De institutione coniugii, eiusque causa. B
Quando secundum præceptum, quando secundum indulgentiam contractum sit coniugium. C
Quibus modis accipiatur indulgentia. D
Quod nuptiæ bonæ sint. E
Cuius rei sacramentum sit coniugium. F.G

Distinctio. XXVII.

Quæ sint considerandæ in coniugio. A
Quid sit coniugium. B
De consensu qui efficit coniugium. C.D
Quando incipiat esse coniugium. E
De opinione quorundam, qui dicunt coniugium non esse ante carnalem copulam. F.G
Quòd sponsa ante carnalem copulam possit ingredi monasterium sine consensu sponsi. G
Quòd coniugatus sine coniugis consensu nequeat profiteri continentiam. H
De aduleriniis coniugijs. H.I
Quòd multipliciter sponsus & sponsa accipiatur. K.L.M
Quæ sponsa sit uidua mortuo sponso, & quæ non. N.O

Distinctio. XXVIII.

Si cõsensus de futuro, et iuramẽto firmatus, faciat cõiugiũ. A
De his quæ pertinent ad substantiã & ad decorẽ sacrameti. B
Vtrùm consensus ille qui facit matrimonium, sit de carnali copula, an de cohabitatione an de alio. C
Quare de latere uiri formata sit mulier. C

Distinctio. XIX.

Quòd non sit consensus legitimus ubi est coactio. A.B

Distinctio. XXX.

De errore qui euacuat consensum. A
De

De coniugio Mariæ & Ioseph. B.C
De finali causa coniugij. D
Quòd malus finis non contaminet sacramentum. E

Distinctio. XXXI.

De tribus bonis coniugij. A
De duplici separatione. B.C
De his qui procurant uenena sterilitatis. D
Quando sint homicidæ qui procurant abortum. E
De excusatione coitus quæ fit per bona coniugij. F
De indulgentia Apostoli 1. Cor. 7. G
De malo incontinentiæ. G
De carnis delectatione, quæ peccatum sit uel non. H

Distinctio. XXXII.

De solutione carnalis debiti. A
De continentia ex communi consensu seruanda. B
Quando cessandum sit à coitu. C.D
Quibus temporibus non sint celebrandę nuptiæ. E

Distinctio. XXXIII.

De diuersis legibus coniugij. A
Vtrũ Ioannis uirginitas sit præferenda castitati Abrahæ. B
Quę fuerit consuetudo coniugij sub lege. C
Cui licuerit tunc plures uxores habere, uel non. D
De uirginitate mentis & carnis. E

Distinctio. XXXIIII.

De personis legitimis. A
De frigidis separandis, uel non. B
De his qui maleficijs impediri coire nequeunt. C
De furiosis. D
De his qui dormiunt cum duabus sororibus. E
Quòd non sit dimittenda uxor pro aliqua macula corporis. F

Distinctio. XXXV.

De iure uiri & mulieris. A
Quod fornicariam nequeat dimittere uir, nisi ipse expers fuerit fornicationis, & conuersio. B
De recõciliatione eorũ qui pp fornicationẽ separãtur. C.D.E
De illis qui ante coniunctionem se polluerunt per adulterium. F.G

Distinctio

Distinctio. XXXVI.

Verum propter seruilem conditionē possit fieri separatio. A
De copula serui & ancillæ diuersorum dominorum. B
De uiro qui se facit seruum, ut diuidatur ab uxore. C
De ætate contrahentium. D

Distinctio. XXXVII.

In quibus ordinibus nequeat contrahi matrimonium. A
De interfectoribus suarum coniugum. B

Distinctio. XXXVIII.

De uotis & uotorum differentia. A.B
De illis qui post longam captiuitatem redeunt. C

Distinctio. XXXIX.

De dispari cultu. A
De coniugio fidelis & infidelis, & duorum infidelium. B
De fornicatione spirituali propter quā dimitti coniūx pōt. C
Pro quibus peccatis possit fieri separatio uel non. D
Quando liceat fideli aliam ducere uel non. E.F.G
Vtrum coniugium inter infideles sit. H
Quod coniugium infidelium sit legitimum, sed non ratū. I

Distinctio. XL.

De cognatione carnali. A
De computatione graduum consanguinitatis. B
quare sex gradus computentur. C
De dispensatione Gregorij habita ad Anglos. C

Distinctio. XLI.

De gradibus affinitatis. A
De uarijs traditionibus affiniratis. B
Si cōiugiū sit inter eos qui nota cōsanguinitate diuidūtur. C
quibus personis testificantibus sint dirimenda coniugia. C
quid sit fornicatio, & quid stuprum. D
Quid adulterium, & quid incestus. ibidem.
Quid raptus, quid stuprum. ibidem.

Distinctio. XLII.

De spirituali cognatione. A
Qui sint filij spirituales. B
De copula spititualiū, uel adoptiuorū & naturaliū filiorū. D
De copula filiorū q̄ ante cōpaternitatē uel post nati sūt. E.F

Si cui liceat duas commatres ducere unam post alteram. G
Si uir & uxor simul tenere ualeant puerum. H
De secundis & tertiis nuptiis, & deinceps. I

Distinctio. XLIII.

De resurrectionis & iudicij conditione. A
De uoce tubæ. B
De nocte media. C
De libris qui tunc aperientur. ibidem.
De memoria electorum, si tunc præterita mala teneat. D
De his qui uiui reperientur. E
Quo intelligatur Christus iudex uiuorū & mortuorum. F

Distinctio. XLIIII.

De ætate & statura resurgentium. A
Quòd resurget quicquid fuit de substātia & natura corporis, & in eadem parte corporis. B
Quòd sancti sine omni deformitate resurgent. C
Vtrùm reproborum corpora cum deformitatibus resurgant quas hic habuerunt. D
Quòd non cōsumētur malorū corpora quæ tūc ardebunt. E
Si dæmones corporali igne crementur. F
Si animæ sine corporibus sentiant ignem materialem. G
De abortiuis fœtibus & monstris. H

Distinctio. XLV.

De diuersis animarum receptaculis post mortem. A
De suffragiis defunctorum. B
De officijs sepulturæ. C
De duobus æquè bonis, quorum alter post mortem plura habet auxilia. D
Quibus suffragijs iuuabuntur mediocriter boni in fine reperti. E
Quomodo sancti, & glorificati, uel angeli, audiant preces supplicantium, & quomodo intercedant pro nobis. F

Distinctio. XLVI.

Si ualde malis præstetur mitigatio pœnæ. A.B
De occulto iudicio Dei. B
De iustitia & misericordia dei. C
Quare quædam opera dicantur iustitiæ, quædam misericordiæ

die uel bonitatis dei. D
Quomodo uniuersæ uiæ Domini dicantur misericordia & E
Veritas.

Distinctio. XLVII.

De sententia iudicij. A
Quòd sancti iudicabunt, & quomodo. B
De ordinibus eorum qui erunt in iudicio. C
De ordine iudicij & ministerio angelorum. D
Si post iudicium dæmones præerunt hominibus ad puniendum. E

Distinctio. XLVIII.

De forma iudicis. A
Quòd apparebit in forma serui. B
Quare secundum formam serui dicatur Christus suscitaturus corpora. C
De loco iudicij. D
De qualitate luminarium & temporis post iudicium. E

Distinctio XLIX.

De differentia mansionum in cælo & in inferno. A. B
Si quid ibi cognoscatur ab aliquo, quod nó intelligãt oẽs. C
De paritate gaudij. D
Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium. E

Distinctio. L.

Si mali in inferno peccabunt. A
Quare dicantur tenebræ exteriores. B
Si damnatorũ animæ notitiam habeant eorũ quæ hic fiũt. C
De lazaro & diuite. D
Si boni & mali inuicem se uideant. E
De chaos inter bonos & malos. F
Vtrùm uisa impiorum pœna minuat uel augeat gloriam bonorum. G

FINIS.

PETRI LOMBARDI, EPISCOPI PARISIENSIS IN LIBROS SENTENTIARVM.

PROLOGVS.

VPIENTES aliquid de penuria ac tenuitate nostra cum paupercula in gazophilacium Domini mittere, ardua scandere opus ultra vires nostras agere præsumpsimus, consummationis fiduciam, laborisque mercedem in Samaritano stratuentes, qui prolatis in curationem semiuiui duobus denariis, supererogranti cuncta reddere professus est. Delectat nos veritas pollicentis: sed terret imminens itas laboris. Desiderium hortatur proficiendi, sed dehortatur infirmitas deficiendi: quam vincit zelus domus Dei. Quo inardescẽtes, fidem nostram aduersus errores carnalium atque animalium hominum,] Dauidicæ turris clypeis munire, vel potius munitam ostendere, ac Theologicarum inquisitionum abdita aperire, nec- *Luc.21.a et Matt.12.g* *Luc.10.f* Ex *Aug.3 lib.de Trin in pr. ama Cant.4.b*

non & sacramentorum ecclesiasticorum pro modulo intelligentiæ nostræ notitiam tradere studuimus. [Non valentes studiosorum fratrum votis iure resistere, eorum in Christo laudabilibus studiis, lingua, ac stylo vos seruire flagitantium: quas bigas in nobis agitat Christi charitas] [Quamuis non ambigamus, omnem humani eloquii sermonem calumniæ, atq; contradictioni æmulorum semper fuisse obnoxiũ: quia dissentientibus uoluntatum motibus, dissentiẽs quoq; fit animorum sensus: ut cùm omne dictũ ueri ratione perfectũ sit, attamẽ dũ aliud aliis aut videtur, aut complacet, veritati vel non intellectæ, vel offendenti, & impietatis error obnitatur, ac voluntatis inuidia resultet: quã Deus seculi huius operatur in illis diffidentiæ filiis, qui non rationi voluntatem subiiciunt, nec doctrinæ studium impendunt: sed his quæ somniarunt sapientiæ verba coaptare nituntur: non veri, sed placiti rationem sectantes: quos iniqua voluntas non ad intelligentiam veritatis, sed ad defensionem placentium incitat: non desiderãtes doceri ueritatem, sed ab ea ad fabulas conuertentes auditũ. Quorum professio est magis placita quàm docenda conquirere: nec docenda desiderare, sed desideratis doctrinã coaptare, habent rationem sapientiæ in † superstitione. Quia fidei defectionem sequitur hypocrisis mendax:

Ex eodẽ Augustĩ. co. ci. tato.

Ex Hilario, in prin. 10. de trini.

2. Cor. 4. a
Ephe. 2. a

2. Tim. 4. a
Col. 2. d
1. Tim. 4. a
† superficie.

mendax: vt sit in verbis pietas, quam amiseric conscientia: ipsamque simulatam pietatem, omni verborum mendacio impiam reddunt: falsæ doctrinæ institutis, fidei sanctitatem corrumpere molientes: auriumq; pruriginem sub nouello fui desiderii dogmate aliis ingerentes, qui contentioni studentes contra veritatem sine sædere bellant. Inter veri namq; assertionem, & placiti defensionem, pertinax pugna est: dum se & veritas tenet, & se volũtas eroris tuetur. Horũ igitur & Deo odibilem ecclesiam euertere, atq; ora oppilare (ne virus nequitiæ ĩ alios effũdere queant) & lucernam veritatis in candelabro ex altare volentes, in labore multo ac sudore, hoc volumẽ Deo præstante compegimus ex testimoniis veritatis in æternũ fundatis, in quatuor libris distinctum. In quo maiorum exemplaria doctrinamque reperies: in quo per dominicæ fidei synceram professionem, vipereæ doctrinæ fraudulentiam prodidimus, aditum demonstrãdæ veritatis complexi: nec periculo impiæ professionis inserti, temperato inter vtrunque moderamine vtentes. Sicubi verò parum vox nostra intonuit, non à paternis discesit limitibus. [Non igitur debet hic labor cuiquam pigro uel multum docto uideri superfluus: cùm multis impigris multisq; indoctis, inter quos etiam mihi sit necessarius, breui uolumine complicãs

2. Tim. 4. a

Ex Aug. in proœmio 3. de Trini.

Matth. 5. b

patrum sententias, appositis eorum testimoniis, vt non sit necesse quærenti librorum numerositatē euoluere, cui breuitas quod quæritur offerat sine labore. [In hoc autem tractu, non solùm pium lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero: maxime vbi profunda versatur veritatis quæstio: quæ vtinam tot haberet inuentores, quot habet contradictores.]vt autem quod quæritur facilius occurrat titulos, quibus singulorum librorum capitula distinguuntur, præmisimus.

Ex eodē loco supra citato.

DE MYSTERIO TRINITATIS

LIBER I.

A DISTINCTIO I.

VTERIS ac nouæ legis continentiam diligenti indagine etiam atq; etiam considerantibus nobis, præuia Dei gratia, innotuit, sacræ paginæ tractatum circa res, vel signa præcipuè versari: vt enim egregius doctor August. ait in libro de Doct. Christ. [Omnis doctrina vel rerum est vel signorum: sed res etiam per signa discuntur. Proprie autem hic Res appellantur, quæ non ad significandum aliquid adhibentur.] Signa verò, quorum usus est in significando. [Eorum autem aliqua sunt, quorum omnis vsus est in significando] non in iustificando: quibus non vtimur, nisi aliquid significandi gratia, vt aliqua sacramenta legalia. Alia quæ non solùm significant, sed conferunt quod intus adiuuet: sicut euangelica sacramenta. [Ex quo apertè intelligitur, quæ hic appellentur signa, res illę videlicet, quæ ad significandum aliquid adhibentur. Omne igitur signum etiam res aliqua est. Quod enim nulla res est, vt in eodem August. aut omnino nihil est. Non autem e diuerso omnis res signum est: quia non adhibetur ad significandum aliquid.] Cumq; his intenderit Theologorū speculatio studiosa atque modesta, diuinam scripturam formam præscriptam in doctrina tenere aduertet. De his ergo nobis aditum ad res diuinas aliquatenus intelligendas, Deo duce aperire uolentibus disserendum est: & primum de rebus, postea de signis disseremus.

De materia huius libri, et librorum diuisione.

Lib. 1. ca. 2.

Res.

Signa.

Lib. & loc. citatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B *De rebus communiter agit.*

Id ergo in rebus considerandum est, vt in eodē Aug. Lib. 1. ca. 3. ust. ait: quòd [res aliæ sunt quibus fruendum est, aliæ quibus vtendum est, aliæ quæ fruuntur & utuntur. Illæ quibus fruendū est, nos beatos faciunt. Istis quibus utendum est, tendentes ad beatitudinem, adiuuamur, & quasi adminiculamur, vt ad illas res, quæ nos beatos faciunt peruenire, eisque inhærere possimus. Res verò quæ fruuntur & vtuntur, nos sumus: quasi inter vtraque constituti, & angeli sancti.] Erui autem est amore alicui rei inhærere propter seipsam. Vti verò, id quod in vsum venerit referre, ad obtinendum illud, quo fruendum est alias abuti est, nō vtinam usus illicitus abusus vel abusio nominari debet.] Res igitur, quibus fruendum est, sunt pater, & filius, & spiritus sanctus. Eadem tamen Trinitas quędam summa res est, cōmunisq; omnibus fruentibus ea: si tamen res dici debet, & non rerum omnium causa, si tamen & causa. Non enim facilè potest inueniri nomen, quod tantæ excellentiæ conueniat, nisi quòd melius dicitur trinitas hæc vnus Deus. Res autē quibus vtendum est, mundus est & in eo creata. Vnde Aug. in eodem, Vtendum est hoc mundo, nō fruendū, vt inuisibilia Dei per ea quę facta sunt, intellecta cōspiciantur, id est, vt de tēporalibus æterna capiātur. Item in eodem, In omnibus rebus illę tantùm sunt quibus fruēdum est, quę æternę & incōmutabiles sunt: cæteris autem vtendum est, vt ad illarū perfruitionem perueniatur. Vnde Aug. 10. lib. de Trin. Fruimur cognitis, in quibus ipsis propter se uolantes delectata cōquieuit: vtimur verò eis, quæ ad aliud referimus, quo fruendum est.

Quid sit frui, & qd uti.

Idem eodem lib. ca. 4.

Idē li 1. c. 5

Lib. 1. c. 4.

Rom. 1. c. Cap. 22.

Cap. 10.

Item quid interſit inter frui & uti, aliter quàm ſupra.

C

Notandum verò quòd idem Aguſt. lib. 10. de Trini. aliter quàm suprà accipiēs Vti & Frui, sic dicit, [Vti est assumere aliquid in facultatē volūtatis. Frui aūt, est uti cū gaudio, nō adhuc spei, sed iā rei; ideoq; omnis fruitur, vtitur: assumit enim aliquid in facultatem voluntatis cum fine delectationis. Nō autem omnis qui vtitur, & fruitur: si id quod in facultatem voluntatis assumit, non propter ipsum, sed propter aliud appetit.] Et attēde, quòd videtur Augustinus dicere, illos frui tantū, qui in re gaudent, non iam in spe. & ita in hac vita non videmur frui sed tantū vti, vbi gaudemus in spe: cùm supra dictum sit, Frui, esse amore inhærere alicui rei propter se: qualiter etiam hic multi adhęrent Deo.

Cap. 11.

In litera B. huius diſt.

D *Determinatio eorum quæ uidentur contraria.*

Hæc ergo quæ sibi contradicere videntur, sic determinamus: dicentes, nos & hic & in futuro frui: sed ibi propriè, & perfectè & plenè, vbi per speciem videmus quo fruemur: hic autē, dum in spe ambulamus, fruimur quidem, sed non adeò plenè: vnde in libro decimo de Trinitat. [Fruimur cognitis in quibus voluntas est,] Idem in libro de Doctrina Christiana ait, [Angeli illo fruentes tam beati sunt, quo & nos frui desideramus: & quantum in hac vita iam fruimur, vel per speculum vel in ænigmate, tanto nostram peregrinationem & tolerabilius sustinemus, & ardentius finire cupimus,]

1. Cor. 13. d Cap. 10. Lib. 1. c. 30

E *Alia determinatio.*

Potest etiam dici, quòd qui fruitur etiam in hac vita, non tantùm habet gaudium spei, sed etiam rei: quia iam delectatur in eo quod diligit, & ita iam rem aliquatenus tenet. Constat igitur, quòd debemus Deo frui & non vti. Illo enim (ut ait Augustinus) frueris, quò efficieris beatus, & in quo spem ponis, ut ad id perueniās. De hoc idem ait in libro de Doct. Christ. Dicimus nos ea re frui quam diligimus propter se, & ea re fruendum nobis esse tantùm, qua efficimur beati, cæteris verò vtendum. Frequenter tamen dicitur frui, cum delectatione vti. [Cum enim adest quod diligitur, etiam delectationem secum gerit: si tamen per eam transieris, & ad illud ubi permanendum est, eam retuleris, vteris ea: & abusiuè non propriè diceris frui. Si verò inhæseris atque permanseris, finem in ea ponens lætitiæ tuæ, tūc

Lib. 1. de Doct. Chri. cap. 33. Aug. lib. 10d. c. 31. Augſt. de Doct. Chri. cap. 33.

verè & propriè frui dicendus es: quod non est faciendum nisi in illa Trinitate, id est, summo & incommutabili bono.]

F *Vtrum hominibus sit vtendum, vel fruendum.*

Cùm autem homines qui fruuntur & utûtur aliis rebus res aliquæ sint, quæritur, utrùm se frui debeant, an vti, an utrunq;. Ad quod sic respondet Augustinus in lib. de Doctr. Christ. [Si propter se homo diligendus est fruimur eo: si propter aliud, utimur eo. Videtur autẽ mihi propter aliud, diligendus. Quod enim propter se diligendũ est, in eo constituitur beata vita, cuius etiã spes hoc tempore nos consolatur. In homine aũt spes ponenda non est: quia maledictus est qui hoc facit. Ergo si liquidè aduertas, nec seipso quisquam frui debet: quia diligere se propter se non debet, sed propter illud quo fruendum est.] Huic autem contrarium videri nõ debet, quod Apostolus ad Philemonum loquens ait, Ita frater ego te fruar in Domino. Quod ita determinat Augustinus: Si dixisset tantùm, te fruar, & non addidisset in Domino, uidetur finem dilectionis, ac spem constituisse in eo: sed quia illud addidit, in Domino finem se posuisse, eodemq; frui significauit. Cùm enim (vt idem Augustinus ait) homine in Deo frueris, Deo potius quàm homine frueris.

Cap. 12. *Hierem. 17.* *Cap. unico.* *Aug. in l. 1. de Doctri. Christi. c. 33.* *Ibidem.*

G *Hic quæritur, an deus fruatur, an utatur nobis.*

Sed cùm Deus diligat nos, vt frequenter scriptura dicit, quæ eius dilectionem erga nos multum commẽdat, quærit Augustinus quomodo diligat: an vt vtẽs, an vt fruens: & procedit ita, [Si fruitur, eget bono nostro, quod nemo sanus dixerit. Ait enim Propheta, Bonorum meorum non eges: Omne enim bonum nostrum uel ipse est, uel ab ipso est: nõ ergo fruitur nobis, sed vtitur. Si enim nec fruitur, nec vtitur, non inuenio quomodo diligat nos. Neque tamen sic utitur nobis, ut nos alijs rebus. Nos enim res quibus utimur ad id referimus, vt Dei bonitate perfruamur: Deus verò ad suam bonitatẽ usum nostrũ refert.] [Ille enim miseretur nostri propter suam bonitatem: nos autem nobis inuicem propter illius bonitatem. Ille nostri miseretur, ut se perfruamur: nos uerò inuicem nostri miseremur, ut illo perfruamur. Cùm enim nos alicuius miseremur, & alicui cõsulimus, ad eius quidem facimus utilitatem, eamq; intuemur: sed & nostra fit consequens, cùm misericordiam quam aliis impedimus non relinquit Deus sine mercede. Hæc autem merces summa est, ut ipso perfruamur,] [Item quia bonus est, sumus: & inquantum sumus, boni sumus. Porrò etiam quia iustus est, non impunè mali sumus: & in quantum mali sumus, in tantum etiam minus sumus. Ille ergo usus, quo nobis utitur Deus, non ad eius, sed ad nostram utilitatem refertur: ad eius uerò tantummodo bonitatem.]

Ad Ephe. 2. *Aug. lib. 1. de Doctrina Christ. cap. 31. & 32.* *Psal. 15.* *Aug. lib. 1. de Trinit. cap. 8.* *Cap. 8.* *Ex eodẽ lib. cap. 30.* *Ex eodẽ lib. cap. 32.* *Matth. 5.* *Ex eodẽ lib. cap. 31.*

H *Vtrum utendum an fruendum sit uirtutibus.*

Hic considerandum est, utrùm uirtutibus sit utendum, an fruendum. Quibusdam uidetur, quòd eis sit utendum, & non fruendum, & hoc confirmant auctoritate Augustini, qui, ut prætaxatum est, dicit [non est fruendum nisi trinitate, id est, summo & incommutabili bono] Item dicunt, ideo non esse fruendum eis, quia propter se amandæ non sunt, sed propter æternam beatitudinem. Illud autem quo fruendum est, propter se amandum est. Sed quòd uirtutes propter se amandæ non sint, imò propter beatitudinem solam, probant auctoritate Augustini, qui in lib. 13. de Trinit. contra quosdam ait, Fortè uirtutes, quas propter solam beatitudinẽ amamus, sic nobis persuadere audent, ut ipsam beatitudinem non amemus: quod si faciunt, etiam ipsas vtiq; amare desistimus, quando illam propter quam solam istas amauimus, nõ amamus. Ecce his uerbis uidetur Augustinus ostẽdere, quòd uirtutes non propter se, sed propter solã beatitudinem amandæ sint. Quod si ita est, ergo eis fruendum non est. Alijs uerò contrà uidetur, sicet,

In litera E. *huius primæ Distinct. habetur lib. 1. de Doctr. Christ. ca. 33.*

Non reperi- licet, quòd fruendum eis sit, quia propter se expetẽdæ
tur in Aug. & amandæ sunt. Et hoc confirmat autoritate Ambro-
hoc sit comẽ sij, qui ait super illum locum epistolæ ad Gala. Fructus
tarius, sed in autẽ spiritus est charitas, gaudiũ, pax, patientia, &c. At
glosa interli hic non nominat opera, sed fructus: quia propter se pe-
neari, super tenda sunt: si uerò propter se petenda sunt, ergo & pro-
hoc verbo ad pter se amanda. Nos autem harum quæ uidetur autori
Gala. Cap. 5. tatum repugnantiam de medio eximere cupientes, di-
cimus q̃ uirtutes propter se petendæ & amandæ sunt,
& tamen propter solam beatitudinem: propter se qui-
dem amandæ sunt, quia delectant sui possessores syn-
cera & sancta delectatione, & in eis pariunt gaudium
spirituale. Verumtamen nõ est hic cõsistendũ, sed vltrà
gradiendũ: non hic hærear dilectionis gressus, neq; hic
sit dilectionis terminus: sed referatur hoc ad illud sum-
mũ bonũ, cui soli omnino inhærendum est: quia illud
propter se tantùm amãdum est, & ultra illud nihil quę-
Aug. 13. de rendũ est: illud est enim supremus finis. Ideo Augusti-
Trin. cap. 8 nus dicit, quòd [eas diligimus propter solam beatitudi-
nem] non quin eas propter se diligamus, sed quia idip
sum quod eas diligimus referimus ad illud summũ bo
num, cui soli inhærendum est, & in eo permanendũ,
finisq; lætitiæ ponendus: quare uirtutibus non est fru-
Frui ī lit. B endum. Sed dicet aliquis, Frui, est amore inhærere ali-
cui rei propter seipsam, vt prædictum est. Si ergo pro-
pter se uirtutes amandæ sunt, & eis fruendum. Ad q̃
dicimus, in illa descriptione, vbi dicitur, propter seip-
sam: intelligendum est tantummodo, vt scilicet ame
tur propter seipsam tantùm, ut non referatur ad aliud,
sed ibi ponatur finis, ut suprà ostendit Augustinus
In litera E, dicens, [Si inhæseris atque permanseris finem ponens
et lib. de do. lętitiæ, tunc uerè & propriè frui dicendus es: quod nõ
Christ. 1. Cap. 33. est faciendum, nisi in illa trinitate, id est, summo &
incommutabili bono] Vtendum est ergo uirtutibus,
& per eas fruendum summo bono: ita & de uoluntate
Cap. 1. bona dicimus: vnde Augustinus in lib. 10. de Trin. ait,
1. Ioan. 4. c. [Voluntas est per quã fruimur] ita & per uirtutes frui
mur,

mur, nõ eis, nisi forte aliqua virtus sit Deus, ut chari- *Distinct. 7. lib. 1.*
tas: de qua pòst tractabitur.

I *Epilogus.*

[Omnium igitur quæ dicta sunt, ex quo de rebus
speciãliter tractauimus, hæc summa est, Quòd aliæ *Aug. lib. 1. de doc. Chri stiana. c. 35*
sunt quibus fruendũ est, aliæ quibus vtẽdũ est: aliæ quę
fruuntur & vtũtur:] & inter eas quibus utendum est,
etiam quædam sunt per quas fruimur: vt uirtutes &
potentiæ animi, quæ sunt naturalia bona. De quibus
omnibus, antequam de signis tractemus, agẽdum est:
ac primùm de rebus quibus fruendum est, scilicet de
sancta atque individua Trinitate.

DE MYSTERIO TRINITATIS, & Vnitatis.

A DISTINCTIO II.

HOc itaq; vera ac pia fide tenendum est,
quòd [trinitas unus sit & solus uerus
Deus (vt ait Augustin. in 1. lib. de Trini.)
scilicet Pater, & filius, & spiritus san- *Cap. 2.*
ctus: & hæc trinitas unius eiusdemque
substantiæ uel essentiæ dicitur, creditur, & intelligitur:
quæ est summum bonum, quod purgatissimis menti
bus cernitur. Mentis enim humanæ acies inualida, in
tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiã fidere-
mundetur. Idem in lib. 1. Retractatio. cap. 4. [Non ap- *Lib. 1. solilo qui. cap. 1.*
probo quod in oratione dixi, Deus qui non nisi mun-
dos uerum scire uoluisti: responderi enim potest, mul
tos etiã non mundos multa scire vera] De hac re ergo
summa & excellentissima, cum modestia & timore
agendum est, & attentissimis auribus atque deuotis *Sumptum ex Aug. lib. 1. de Trini. cap. 7*
audiendum, ubi quæritur unitas trinitatis scilicet, &
filij, & spiritus sancti: quia nec periculosius alicubi er-
ratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuo- *1. Tim. 6. c.*
sius aliquid inuenitur.] Proinde omnis qui audit & le-
git

Cap. 2. et 3. Psal. 104. Ecclesiast. Retract. 1. cap. 4. Vbi dixit de patre & filio, qui gignit, & quę gignit vnum ę, dicędũ fuit vnũ sint, sicut ipsa ueritas aperte loquitur, dicens, Ego & pater vnum sumus. De consid. dist 3. cap. oēs.

git ea quæ de ineffabili & inaccessibili luce diuinitatis dicuntur, studeat imitari atque seruare, quod venerabilis doctor Augustinus in primo libro de Trinit de seipso ait. [Non pigebit me, inquit, sicubi hæsito, quærere: nec pudebit sicubi erro, discere. Quisquis ergo audit hęc, uel legit, ubi pariter certus est, pergat mecum: ubi pariter hæsitat, quærat mecum: ubi errorem suũ cognouerit, redeat ad me: ubi meum, reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis uiam, tendentes ad eum de quo dictum eũ, Quærite faciem eius semper.]

C. *Quę fuerit intentio scribendi de Trinitate.*

[Omnes autem catholici tractatores, ut in eodem primo libro de Trinit. 4. Augustinus ait, qui de Trinitate, quam Deus est, scripserunt, hoc intenderunt secundum scripturas docere, quod pater & filius & spiritus sanctus, unius sint substantiæ, & inseparabili æqualitate unus sint Deus: [vt sit unitas in essentia, & pluralitas in personis [: ideoque non sunt tres Dii, sed unus Deus, licet pater filiũ genuerit, & ideo filius nõ sit qui pater est; filiusque à pãtre sit genitus, & ideo pater non sit q filius est: & spiritus sãctus nec pãter sit, nec filius, sed tãtũ patris & filii spiritus, vtique coæqualis, & ad trinitatis pertinęs unitate] [Teneamus ergo, patrem, & & filiũ, & spiritũ sanctũ, unum esse naturaliter Deũ, ut ait Augustinus in libro de Fide ad Petrũ: neque tamen ipsum patre esse, qui filius est, nec filiũ ipsum esse, qui pater est: nec spiritum sanctũ ipsum esse, qui pater est, aut filius. Vna est enim patris, & filii, & spiritus sancti essentia, quã Græci οὐσίαν vocant: in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus: quanuis sit personaliter alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus.]

Cap. 1.

C. *Quis ordo sit seruandus cum de Trinitate agitur.*

Cæterum, ut in primo libro de Trinitate Augustinus docet, [primo secundum autoritates sanctarum scripturarum, vtrum fides ita se habeat demonstrãda est. Deinde aduersus garrulos ratiocinatores, elatiores quàm capaciores, rationibus catholicis & similitudinibus congruis ad defensionem & assertionem fidei vtendum est, vt eorum inquisitionibus satisfacientes, manuetos plenius instruamus, & illi, si nequiuerint inuenire quod quærunt, de suis mentibus potius quàm de ipsa veritate, vel de nostra assertione conquerantur.]

Cap. 2.

D *Testimonia sanctorum de trinitate.*

Proponamus ergo in medium veteris ac noui testamenti autoritates, quibus diuinæ vnitatis atq; trinitatis veritas demonstretur: ac primum ipsa legis exordia occurrant, vbi Moses ait, Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est. Item, Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: non erunt tibi alij Dij præter me. Ecce hic significauit vnitatem diuinæ naturæ, Deus enim, vt ait Ambrosius in primo libro de Fide, nomen est naturæ: Dominus vero nomen est potestatis: Item alibi Deus loquens ad Mosen, ait, Ego sum qui sum: & si quæsierint nomen meum, vade, & dic eis, Qui est, misit me ad vos. Dicens enim, Ego sum: non, Nos sumus: &, Qui est, non, Qui sumus, apertissimè declarauit, vnum solum Deum esse. In canticis etiam Exodi legitur, Dominus omnipotens nomen eius: non ait, Dominis: vnitatem volens significare. Personarum quoque pluralitatem & naturæ vnitatem simul ostendit Dominus in Genesi, dicens, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Dicens enim, Faciamus, & nostram, pluralitatem personarum ostendit: dicens vero Imaginem, vnitatem essentiæ. Vt enim dicit Augustinus in libro de Fide ad Petrum, [Si in illa natura patris, & filij, & spiritus sancti, vna esset tantùm persona, non diceretur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cum enim dicit, Ad imaginem, ostendit vnam naturam esse, ad cuius imaginem homo fieret: cùm verò dicit, Nostram, ostendit eundem Deum, non vnam, sed plures esse personas.]

Deut. 6. a Exod. 20. a

De fide ad Gratianum cap. 1. & 2.

Exod. 3.

Cap. 15.

Genes. 1. e

Ad finem capitis primi.

Aperte

Aperte ostendit, quod nec solitudo, nec diuersitas, nec singularitas ibi est, sed similitudo.

Circa finē. Hilarius quoq; in lib. 3. de Trin. dicit his verbis significari, ꝙ in Trinitate nec diuersitas est, nec singularitas, vel solitudo, sed similitudo, & pluralitas, siue distinctio: ait enim sic, [Qui dixit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: inuicem esse sui similes, in eo quod dicit, Imaginem & similitudinē nostram, ostendit. Imago enim sola non est, & similitudo sibi non est: neque diuersitatem duobus admisceri alterius ad alterum similitudo permittit. Item idē

Circa medium. in 4. lib. Absolutius uoluit intelligi, significationem hanc non ad se tantùm esse referendam, dicendo, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: professio enim consortij sustulit intelligentiam singularitatis: quia cōsortium aliquod nec potest esse sibi ipsi solitario, neq; rursum solitudo solitarij recipit Faciamus: neq; quisquam alieno à se loquitur nostrā: vterq; ergo sermo, scilicet, Faciamus & Nostram, ut solitarium eundemq; non patitur, ita neque diuersum à se, alienumq; significat. solitario conuenit Faciam & meam: non solitario verò conuenit dicere, Faciamus & Nostram. vterq; sermo vt non solitarium tantùm, ita neque differentem esse vel diuersum esse significat. Nobis quoq; nec solitarius nec diuersus est confitendus: ita ergo Deus ad communem sibi cum Deo imaginem, eandemq; similitudinem hominem reperitur operari: vt nec significatio efficientis admittat intelligentiā solitudinis, nec operatio constituta ad eandem imaginem vel similitudinem patiatur diuersitatē diuinitatis.] In his verbis Hilarius pluralitatem personarum uoluit intelligi nomine consortij: atque significauit nomine cōsortij vel pluralitatis non poni aliquid, sed remoueri. Pluralitas enim uel consortium personarum, cùm dicitur, solitudo uel singularitas negatur: cùm dicimus plures esse personas, significamus ꝙ non est vna sola. Ideo Hilarius uolens illa subtiliter

& sanè

& sanè intelligi ait, [Professio consortij sustulit intelligentiam singularitatis:]non dicit, posuit aliquid: ita ēt cùm dicimus tres personas, singularitatem & solicitudinē tollimus: & ꝙ pater nō est solus, nec filius ē solus nec spiritus sanctus, est solus significamus, & quòd nec pater tantùm est & filius, nec pater tantùm & spiritus sanctus, nec filius tātùm & spiritus sanctus. De hoc autem in sequenti plenius agetur, vbi etiam secundum quid similes dicantur tres personæ, & vtrùm aliquo modo sit ibi diuersitas vel differentia ostendetur.

Loco eodem.

Distinct. vi delicet 19. huius primi & 24. 31. ac. 34.

Ad idem quod coperas redit, ut alias auctoritates supponat.

Nunc verò ad propositum redeamus, & ad ostendē dum personarum pluralitatem, atque essentiæ diuinæ vnitatem, alias sanctorum autoritates inducamus. Moses dicit, In principio creauit Deus cœlum & terram: per Deum significans patrem: per principium, filium. Et pro eo quod apud nos Deus dicitur, Hebraica veritas habet eloym: quod est plurale huius singularis, qđ est El. Quod ergo non est dictum El, quod est Deus, sed eloym, quod interpretari potest dij siue iudices, ad pluralitatem personarum refertur. Ad quam etiam illud attinere videtur, quod diabolus per serpentem dixit. Eritis sicut dij, pro quo i Hebraico habetur eloym: ac si diceret, Eritis sicut diuinæ personæ. Ille etiam maximus prophetarum & regum Dauid, qui suam cæteris præfert intelligentiam dicens, Super senes intellexi: vnitatem diuinæ naturæ ostendens, ait: Dominus nomen est illi: non dicit domini. Alibi etiam eiusdem vni

Gene. 1.

Genes. 3. b

Psalm. 118

Psalm. 67.

Psalm. 80.

† *vel de fide ad Gratianum. c. 5. d.*

tatem & æternitatem simul ostendens ait ex persona Dei, Israel si me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. [Aliud horum, vt dicit Ambrosius in lib. 1. † de Trin. significat æternitatem: aliud vnitatem subsantiæ indifferentis, vt neq; posteriorem patre, neq; alterius diuinitatis filium vel spiritum sanctum esse credamus: nam si patre posterior est filius, vel spiritus sanctus, recens est: & si vnius nō est diuinitatis, alienus est: sed nec posterior est, quia recēs

non

Universidad de Sevilla Biblioteca

non est: nec alienus, quia ex patre natus est filius, [ex patre processit spiritus sanctus. Alibi quoque distinctionem personarum insinuãs ait: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. *Psalm. 32.*

Psalm. 66. Alibi etiam ait, Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus, & metuãt eum omnes fines terræ. Trina enim confessio Dei trinitatem exprimit personarũ: vnitatẽ verò essentiæ aperit, cùm singulariter subiũgit eum. Esaias quoq; dicit se audisse Seraphin clamantia, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus. Per hoc quõd dicit ter sanctus, trinitatem significat: per hoc per quõd subdit, Dñs Deus, vnitatẽ essentiæ. Dauid quoq; æternã filij generationem apertè insinuat ex persona filij dicens: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te. De hac generatione ineffabili Esaias ait, Generationem eius quis enarrabit? In libro quoq; Sapientiæ æternitas filij cum patre monstratur, vbi sapientia ita loquitur: Dominus possedit me in initio viarũ suarum: antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinata sum antequam terra fieret: necdum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes, necdum montes aut colles, & ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & cardines orbis terræ. quando præparabat cœlos, aderam: quãdo appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies ludens coram eo. Ecce apertum de æterna genitura testimonium, quo ipsa sapientia perhibet, se ante mundum conceptam esse, & pariri, id est, genitam, & apud patrem æternaliter exisse. Ipsa etiam alibi ait, Ego ex ore altissimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. Michæas quoque propheta æternam verbi generationem, & temporalem ex Maria, simul insinuauit, dicens, Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda: ex te egredietur, qui sit dominator in Israel: & egressus eius ab initio à diebus æternitatis.

Esaiæ. 6. *Esaias 53.* *Proverb. 8.* *Eccl. 24.* *Michææ 5.*

De spiritu sancto etiã expressa documenta in vetere testamento habemus. In Gen. legitur, Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et Dauid dicit, Quo ibo à spiritu tuo? In lib. Sap. dicitur, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictũ: benignus est enim spiritus sapientiæ. Esaias quoq; ait, Spiritus Domini super me. *Genes. 1.a* *Psal. 138.* *Sap. 1.b* *Esai. 61.a.*

Nunc verò post testimonia veteris testamenti, de fide sanctæ trinitatis & vnitatis, ad noui testamẽti autoritates accedamus: ut in medio duũ animalium. i. testamentorũ, cognoscatur veritas. & forcipe de altari sumatur calculus, quo tãgantur ora fidelium. Dãs itaq; Christus vnitatẽ diuinæ essentiæ, ac personarũ trinitatẽ, apertè insinuat, dicens Apost. Ite, baptizate oẽs gẽtes in noĩe patris & filij, & spiritus sancti. [In noĩe vtriq; ait, vt Ambrosius ait in libro de fide, non in nominibus] vt unitas essentiæ ostendatur. Per nomina tria quæ suppositũ, tres esse personas declarauit. Ipse etiam ait, Ego & pater vnũ sumus: [vnum dixit, ut ait Ambr. in eodem, ne fiat discretio potestatis naturæ: & addidit sumus, ut patrem filiumq; cognoscas. s. vt perfectus pater filiũ perfectũ genuisse credãtur: & q̃ pater & filius vnũ sint, nõ cõfusione personæ, sed vnitate naturæ] Ioan. quoq; in epist. can. ait, Tres sunt q̃ testimonium perhibent in cœlo, pater, uerbum, & spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Ipse etiam in initio Euangelij sui ait, In principio erat uerbum: & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbũ: ubi apertè ostendit, filium semper & æternaliter fuisse apud patrem, vt alium apud alium. Apostolus quoq; apertè trinitatem distinguit dicens. Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra: & alibi, Si spiritus eius qui suscitauit Iesum habitat in nobis, &c. Item alibi trinitatem atque unitatem euidentissimè commendat, dicens, Quoniã ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria. (Ex ipso ait, vt Aug. in lib. de Trin. ait, p̃ patre: per ipsum dicit p̃ filium: in ipso, propter spiritum sanctũ.) *Ioan. 10.* *Cap. eodem.* *1. Ioan. 5. b* *Ioan. 1.a* *Gal. 4.a* *Rom. 8.b* *Rom. 11.* *Lib. 1. cap. 6*

Universidad de Deusto Biblioteca

per hoc verò q̃ non ait, ex ipsis, per ipsos, & in ipsis: hec ait, ipsis gloria, sed ipsi: insinuauit hãc trinitatem vnum Deum esse. Sed quia singulæ penè syllabæ noui testamenti hanc ineffabilis vnitatis atque trinitatis veritatem concorditer insinuant, inductioni testimoniorum super hac re supersedeamus, & rationibus cõgruisq; similitudinibus ita esse, prout infirmitas nostra valet, ostendamus.

INCIPIT OSTENDERE QVOMODO PER creaturam potuerit cognosci creator.

A DISTINCTIO III.

Rom. 1. c

APostolvs namque ait, q̃ inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Per creaturam mundi intelligitur homo, propter excellentiam, qua excellit inter alias creaturas, uel propter conuenientiam, quam habet cum omni creatura. Homo ergo inuisibilia Dei intellectu mentis conspicere potuit, uel erat conspexit, per ea quæ facta sunt, ideſt, per creaturas visibiles uel inuisibilibes. A duobus enim iuuabatur: scilicet, à natura, quæ rationalis erat: & ab operibus à Deo factis, vt manifestaretur homini ueritas. Ideoq; Apostolus dixit, Quia Deus reuelauit illis, scilicet dum fecit opera in quibus artificis aliquatenus relucet indicium.

Rom. 1. c

Prima ratio uel modus quomodo potuit cognosci Deus.

B Nam sicut ait Ambrosius, [Vt Deus qui natura inuisibilis est, etiam à visibilibus posset sciri, opus fecit quod opificem visibilitate sui manifestauit: vt per creaturam esset incertum posset sciri, & ille Deus omnium esset Dei. ctederetur, qui hoc fecit quod ab homine impossibile est fieri] potuerunt ergo cognoscere, siue cognouerunt, ultra omnem creaturam esse illum qui ea fecit, quæ nulla creaturarum facere uel destruere valet. Ac cedat quæcunque eis creatura, & faciat tale cœlum & talem terram, & dicam quia Deus est. Sed quia nulla creatura talia facere valet, constat supra omnẽ creaturam esse illũ qui ea fecit, ac per hoc, illum esse Deũ humana mens cognoscere potuit.

In. 1. cap. ad Rom. circa il lud. Quod no tum, incertum

Secunda ratio qua potuit cognosci, uel modus quo nouerunt.

C Alio etiam modo Dei uerũtatem ductu rationis cognoscere potuerunt uel etiam cognouerunt: vt enim Aug. ait in lib. de ciuit. Dei. [Viderunt summi philophi nullum corpus esse Deum, & ideo cuncta corpora transcenderunt quærentes Deum: viderunt etiam quicquid mutabile est, non esse summũ Deum, omniumq; principium: & ideo omnem animam mutabilesq; spiritus transcenderunt. Deinde viderunt omne quod mutabile est, nõ posse esse nisi ab illo qui incommutabiliter & simpliciter est. Intellexerunt ergo eum & omnia ista fecisse, & à nullo fieri potuisse.

Lib. 8. cap. 6

Tertia ratio uel modus.

D Considerauerunt etiam quicquid est in substãtiis, uel corpus esse, vel spiritum: melius q; aliquid spiritũ esse quam corpus, sed longè meliorem qui spiritum fecit & corpus.

Ibidem.

Quartus modus uel ratio.

E Intellexerunt etiam corporis speciem esse sensibilem, & spiritus speciem intelligibilem: & intelligibilẽ speciem sensibili prætulerunt. Sensibilia dicimus quæ visu tactuq; corporis sentiri queunt. Intelligibilia, quę conspectu mentis possunt intelligi. Cùm ergo in eorum conspectu & corpus & animus magis minusque speciosa essent, si autem omni specie cãrere possent, omnino nulla essent: viderunt esse aliquid quo illa speciosa facta sunt, ubi est prima & incommutabilis species, ideoq; incomparabilis: & illud esse rerũ principium

Ibidem.

cipiũ rectissimè crediderũt, quod factũ nõ esset, & ex quo cũcta facta essent. [Ecce tot modis potuit cognosci ueritas Dei. Cùm ergo Deus una sit & simplex essentia, quæ ex nulla diuersitate partium uel accidentium consistit, pluraliter tamen dicit Apostolus. Inuisibilia Dei : quia pluribus modis cognoscitur veritas Dei per ea quæ facta sunt. Ex perpetuitate nanq; creaturarum, intelligitur conditor æternus: ex magnitudine creaturarum, omnipotens: ex ordine & dispositione, sapiens: ex gubernatione, bonus. Hæc autem omnia ad vnitatem deitatis pertinent monstrãdam.

Ad Rom. 1.

Quomodo in creaturis appareat uestigium
F *trinitatis.*

Nunc restat ostẽdere, utrùm per ea quæ facta sũt, aliquod trinitatis indicium uel exiguum haberi potuerit. De hoc Augu. in lib. 6. de trin. air, Oportet vt creatorem per ea quæ facta sunt, intellectu conspicientes, trinitatem intelligamus. Huius enim trinitatis vestigium in creaturis apparet. [Hæc enim quæ ante diuina facta sunt, & unitatem quandã in se ostendũt, & specie & ordine. Nã quodq; horũ creatorũ, & vnum aliquid est, sicut sunt naturæ corporum & ingenia animarum: & aliqua specie formatur, sicut sũt figuræ uel qualitates corporum, ac doctrinæ uel artes animarũ: & ordine aliquem perit aut tenet, sicut sũt pondera uel collocationes corporum, & amores uel delectationes animarum] ita in creaturis prælucet vestigium trinitatis. [In illa enim trinitate summa origo est omniũ rerũ, & perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio.] [Summa autẽ origo, ut Augostendit in libro de vera religione, intelligitur deus pater, à quo sunt omnia: à quo filius & spiritus sãctus perfectissima pulchritudo intelligitur filius. s. veritas patris, nulla ex parte ei dissimilis: quam cum ipso, & in ipso patre ueneramur: quæ forma est omnium quæ ab uno facta sunt, & ad unum referuntur: quæ tamẽ omnia nec fierẽt à patre per filiũ, neq; suis finibus

Cap. 10.

In tomo. 1. c 7. sed plenius ca. 43. et 55. circa finem. Itẽ lib. 5. de tri. c. 9.

bus salua essent, nisi Deus summè bonus esset: qui & nulli naturæ, quæ ab illo bona esset, inuidit, & ut in bono ipso maneret, alia quantum uellet, alia quantũ posset, dedit: quæ bonitas intelligitur spũs sanctus, qui est donũ patris & filij, quare ipsum donũ Dei cum patre & filio æquè incommutabile, colere & tenere nos cõuenit. Per cõsiderationẽ itaq; creaturarum vnius substantiæ, trinitatẽ intelligimus: .s. vnũ Deũ patrẽ, à quo sumus: & filiũ, per quẽ sumus: & spiritum sãctũ in quo sumus: .s. principium ad quod recurrimus, & formã quã sequimur, & gratiã qua recõciliamur: vnũ. s. quo autore cõditi sumus: & similitudinẽ eius, per quã ad vnitatẽ reformamur. & pacẽ qua vnitati adhæremus, scilicet deũ qui dixit, Fiat lux, & verbum per ꝙ factũ est omne quod substantialiter & naturaliter est, & donum benignitatis eius, qua placuit quod ab eo per uerbum factum est, & reconciliatum est auctori, ut non interiret.] Ecce ostensum est qualiter in creaturis aliquatenus imago trinitatis indicatur: non enim per creaturarum contemplationem sufficiens notitia trinitatis potest haberi, uel potuit, sine doctrinæ uel interioris inspirationis reuelatione. Vnde illi antiqui philosophi quasi per umbram & de longinquo uiderunt ueritatem, deficientes in contuitu trinitatis, vt Magi Pharaonis in tertio signo. Adiuuamur tamen in fide inuisibilium per ea quæ facta sunt.

Gene. 1. 4

Exod. 8. c

G *Quomodo in anima sit imago Trinitatis.*

Nunc uerò ad eam iam perueniamus disputationem, ubi in mente humana quæ nouit Deum, uel ꝑpotest nosse, & diuinæ naturæ & trinitatis imaginem reperiamus. Vt. n. ait Aug. in 14. lib. de tri. [Licet humana mẽs nõ sit eius naturę, cuius Deus est imago: tamẽ illius, quo nihil melius est, ibi quærenda & inuenienda est, quo natura nostra nihil habet melius id est in mẽte. In ipsa etiã mẽte antequã sit particeps Dei, eius imago reperitur: etsi .n. amissa dei participatione deformis sit, imago dei tã ꝑmanet. Eo. n. ipso imago dei

Cap. 8.

est mens, quo capax eius est, eiusque particeps esse potest. [Iam ergo in ea trinitate, quæ Deus est, inquiramus.] Ecce ergo mẽs meminit sui, intelligit se, diligit se: hoc si cernimus cernimus trinitatem, nondũ quidem deum, sed imaginẽ dei. [Hic enim quædã apparet trinitas, memoriæ, intelligẽtiæ, & amoris. Hęc ergo tria potissimũ tractemus, memoriã, intelligẽtiã, uoluntatẽ. [Hæc ergo tria, vt Aug. ait in lib. 10. de trin. non sunt tres uitæ, sed una vita, nec tres mẽtes, sed vna mens, una essentia. Memoria uerò dicitur ad aliquid, & intelligẽtia & uolũtas siue dilectio similiter ad aliquid dicitur: vita uerò dicitur unaquæq; ad seipsam & mẽs & essentia. Hęc ergo tria, eo vnũ sũt, quo vna vita: vna mẽs, vna essẽtia, & quicquid aliud ad seipsa singula dicuntur, etiam simul, non pluraliter, sed singulariter dicuntur. Eo uerò tria sunt, quo ad se inuicem referuntur.

Ex eodẽ Aug. lib. de trin. c. 11

Quomodo æqualia sint, quia capitur à singulis H *omnia & tota.*

AEqualia etiam sunt non solùm singula singulis, sed etiam singula omnibus: alioquin nõ se inuicẽ caperent: se autem inuicẽ capiunt. Capiuntur. n. & à singulis singula, & à singulis omnia. Memini. n. me habere memoriã, & intelligentiam, & voluntatẽ: & intelligo me intelligere, & uelle, atque meminisse: & volo me uelle, & meminisse, & intelligere.

Quomodo tota illa tria memoria capiat. I

Totamq; meam memoriam, & intelligentiam, & uoluntatem simul memini. Quòd enim memoriæ meæ non memini, illud non est in memoria mea: nihil autem tam in memoria est, quàm ipsa memoria: totam ergo memini. Item quicquid intelligo, intelligere me scio: & scio me uelle quicquid volo, quicquid autem scio memini. Totam ergo diligentiam totamque uoluntatem meam memini.

Quomodo illa tria tota capiat intelligentia. K

Similiter cũ hęc tria intelligo, tota simul intelligo: neque enim quicquam intelligibilium est, quod non intelligam, nisi quòd ignoro. Quod autem ignoro, nec memini nec volo. Quicquid ergo intelligibilium non intelligo, cõsequenter etiam nec memini, nec uolo. Quicquid ergo intelligibilium memini & uolo, consequenter intelligo.

Ex eodem Aug. lib. & c. citato.

Quomodo illa tota capiat voluntas. L

Voluntas etiam mea totam intelligentiam totãq; meam memoriam capit, dum utor toto eo quod intelligo & memini. Cùm itaq; inuicẽ à singulis & omnia & tota capiãtur, æqualia sũt tota singula totis singulis, & tota singula, simul omnibus totis: & hæc tria vnũ, vna vita, vna mens, vna essentia [. Ecce illius sũmæ unitatis atq; trinitatis, vbi vna est essentia & tres personæ, imago est humana mẽs, licet impar. Mẽs autẽ hic pro animo ipso accipitur, ubi est illa imago trinitatis. [Propriè verò mẽs dicitur, vt ait Augustinus, non ipsa anima, sed quod in ea est excellentius.]qua liter sæpe accipitur: Illud etiã sciendũ est, quòd memoria non solum est absentium & præteritorũ, sed etiã præsentium, vt ait Aug. in 14. lib. de tri. alioquin non se caperet.

Lib. de trin. 15. cap. 7.

Cap. 11.

Ex quo sensu illa tria dicantur esse unum & una essentia, quæritur. M

Hic attẽdendum est diligenter, ex quo sensu accipiendum sit quod suprà dixit, Illa tria, scilicet memoriam, intelligentiã, & uoluntatẽ esse unum, unã mẽtẽ, unã essentiã. quod vtiq; non uidetur esse uerũ iuxta proprietatẽ sermonis, Mens enim, id est, spiritus rationalis, essentia est spiritualis, & incorporea. Illa verò tria, naturales proprietates seu vires sunt ipsius mẽtis, & à se inuicem differunt: quia memoria nõ intelligẽtia, uel voluntas: nec intelligentia volũtas siue amor.

Quod etiam ad seinuicem dicuntur relatiue. N

Et hæc tria etiam ad seinuicẽ referuntur, ut ait August. in 9. lib. de trin. mens in amare seipsam uel meminisse nõ põt, nisi ẽt nouerit se. Nã quomodo amat

Cap. 2. & 3.

Aug.lib. de trin.9.c.5. vel meminit quod nescit? Miro itaque modo tria ista inseparabilia sunt à seipsis: & tamen eorum singulũ, & simul omnia vna essentia est, cùm & relatiuè dicantur adinuicem.

Hic aperitur quod supra quarebatur, scilicet quomodo hæc tria dicantur unum.

Sed iam videdum est, quomodo hæc tria dicantur vna substantia. Ideo scilicet quia in ipsa anima, vel mente substantialiter existunt, non sicut accidentia in subiectis, quæ possunt adesse & abesse. vnde Aug.

Cap.4. in 9.lib.de trin.ait, [Admonemur si utcunque uidere possumus, hæc in animo existere substantialiter non tanquam in subiecto, ut color in corpore: quia etsi relatiuè dicuntur ad inuicem, singula tamen substantialiter sunt in substãtia sua.] Ecce ex quo sensu illa tria

Cap.20. dicantur esse unum uel vna substantia. Quæ tria, ut Aug.ait in 15.lib.de trin. [in mente naturaliter diuinitus instituta quisquis viuacitei perspicit, & quàm magnum sit in ea, vnde potest etiam sempiterna incommutabilisq; natura recoli, conspici, concupisci, reminiscitur enim per memoriam, intuetur per intelligentiam, amplectitur per dilectionem, profectò reperit illius summæ trinitatis imaginem.

P *Quod in illa similitudine est dissimilitudo.*

Ex Aug.li. de tri. 15.c. 20. Veruntamen caueat, ne hanc imaginem ab eadem trinitate factam, ita ei cõparet, ut omnino existimet similem, sed potius in qualicunque ista similitudine magnam quoque dissimilitudinem cernat.

Q *Prima dissimilitudo.*

Ex eodẽ lib. cap.22. Quod breuiter ostẽdi potest [Homo vnus per ista tria meminit, intelligit, diligit: qui nec memoria est, nec intelligentia, nec dilectio, sed hæc habet. Vnus ergo homo est, qui habet hæc tria, non ipse est hęc tria. In illius uerò summę simplicitate naturæ, quæ Deus est, quamuis unus sit Deus, tamen tres personæ sunt, pater & filius & spiritus sanctus: & hę tres personę sũt unus Deus. Aliud est itaq; trinitas res ipsa, aliud imago trinitatis, in re alia: propter quam imaginẽ etiam illud in quo sunt hæc tria, imago dicitur, scilicet homo. Sicut imago dicitur & tabula, & pictura quæ est in ea: sed tabulã nomine imaginis appellatur, propter picturam quæ est in ea.

R *Altera dissimilitudo.*

[Rursus ista imago quę est homo habens illa tria, una persona est: illa verò trinitas non una persona est, sed tres personæ, pater filij, & filius patris, & spiritus patris & filij. Itaq; in ista imagine trinitatis, non hæc tria unus homo, sed unius hominis sunt. In illa uerò summa trinitate, cuius hæc imago est, nõ vnius Dei sũt illa tria, sed vnus Deus: & tres sunt illæ personę, non vna persona.] [Illa enim tria nõ homo sunt, sed hominis sunt, uel in homine sunt. Sed nunquid possumus dicere, trinitatẽ sic esse in Deo, vt aliquid Dei sit, nec ipsa sit Deus? Absit vt hoc credamus. Dicamus ergo in mẽte nostra imaginẽ trinitatis, sed exiguã, & qualẽcũq; esse: quæ summæ trinitatis ita gerit similitudinem, vt ex maxima pãrte sit dissimilis.] Sciẽdũ uerò est q̃ hęc trinitas mẽtis, vt ait Aug in 14. lib.de trin. [nõ propterea tantùm imago Dei est, quia sui meminerit mens, & intelligit ac diligit se: sed quia potest etiam meminisse, & intelligere, & amare illum à quo facta est.]

Ex Eadem libro, ca.23. *Ibidem c.7* *Ibidẽ c.23.* *Cap.12.*

S *Alia assignatio trinitatis in anima. scilicet mens, notitia, amor.*

Potest etiam alio modo aliisque nominibus distingui trinitas in anima, quæ est imago illius summę & ineffabilis trinitatis: vt enim ait Aug.in 9.lib.de trin. [Mens, & notitia eius, & amor, tria quædã sũt. Mens enim nouit se, & amat se: nec amare se potest, nisi etiã nouerit se. Duo quædam sunt mens & notitia eius. Item duo quędã sunt mens & amor eius. Cùm ergo se nouit mens & amat se, manet trinitas, scilicet mes, amor & notitia. Mẽs autem hic accipitur nõ pro anima, sed pro eo quod in anima excellentius est. Hæc autem

Cap.4. *Ibidem.* *Vt habetur lib.de tr.15 cap.6.& 7.* *Idẽ lib.9.c. 4.de trin.*

Universidad de Sevilla Biblioteca

autē tria cùm sint distincta à se inuicem, dicūtur tamē esse vnum: quia in animo substantialiter existunt.

Quia mens, uice patris: notitia filij: amor, spiritus sanctī accipitur.

T

Ex Aug. li. 9. cap. 12.

Et est ipsa mens quasi parens, & notitia eius quasi proles eius. Mēs enim cùm se cognoscit, notitiam suam gignit, & est sola parens suæ notitiæ. Tertius est amor, qui de ipsa mēte & notitia procedit, dū mens cognoscens se diligit se: non enim posset se diligere, nisi cognosceret se. Amat etiam placitam prolem, id est, notitiam suam: & ita amor quidam complexus est parentis & prolis.

Quod non est minor mente notitia, nec amor utroque.

V

Ex eodem Aug. lib. & cap. citatis.

Nec est minor proles parente, dum tantam se nouit mens, quanta est: nec minor est amor parente & prole, ideſt, mente & notitia, dum tantum se diligit mens, quantum se nouit & quanta est.

Quod hæc tria in seipsis sunt.

X

Eodem lib. cap. 5.

Sunt etiam hæc singula in seipsis: quia & mens amans in amore est, & amor in amantis notitia, & notitia in mēte noscente est. Ecce in his tribus quale cunque vestigium trinitatis apparet.]

Quomodo mens per ipsa proficis ad intelligendum Deum.

Y

Mens itaque rationalis considerans hæc tria, & illam vnam essentiā in qua ista sunt, extendit se ad contemplationem creatoris: & videt vnitatem in trinitate, & trinitatem in vnitate. Intelligit enim vnum Deum esse vnam essentiam, vnū principiū. Intelligit enim, quia si duo essent vel uterq; insufficiens esset, vel alter superflueret: quia si aliquid deesset vni quod haberet alter, nō esset ibi sūma perfectio. Si verò nihil vni deesset quod haberet alter, cùm in vno essent omnia, alter superflueret. Intellexit ergo vnum esse Deum, vnum omnium authorem: & uidit quia absque sapientia non sit, quasi res farua: & ideo intellexit eum habere sapientiam quæ ab ipso genita est, & quia

& quia spientiam suam diligit, intellexit etiam ibi esse amorem.

Hic de summa Trinitatis unitate.

Z

Cap. 1.

Quapropter iuxta istam cōsiderationē, ut ait Augustin. in 9. lib. de trin. [credamus patrem & filium & spiritum sanctum unum esse Deum, uniuersę creaturæ conditorem & rectorē: nec patrē esse filiū, nec spiritum sanctum uel patrem esse, uel filium: sed trinitatem relatarum adinuicem personarū.] Vt enim ait ipse in libro de fide ad Petrum, [Vna est natura siue essentia patris & filij & spiritus sancti, nō vna persona. Si enim sic esset una persona, sicut est vna substantia patris & filij & spiritus sancti, veraciter trinitas nō diceretur. Rursus quidem trinitas esset uera, sed unus Deus trinitas ipsa non esset, si quemadmodū pater & filius & spiritus sanctus, personarum sunt abinuicem proprietate distincti, sic fuissent quoque naturarum diuersitate discreti. Fides autē patriarchatū, propheta tum, atq; Apostolorum vnū Deum prædicat trinitatem esse, In illa ergo sancta trinitate unus est Deus pater, qui solus essentialiter de se ipso filium unum genuit: & vnus filius est, qui de uno patre solus essentialiter natus: & unus spiritus sanctus, qui solus essentialiter à patre filioq; procedit. Hoc autem totum nō potest una persona, id est gignere se, & nasci de se, & procedere de se] vt enim ait Augustin. in primo lib. de trinit. [Nulla res est, quæ seipsam gignat ut sit.].

Cap. 1. sed sententia potius quam uerbis ipsis.

Cap. 1.

HIC QVAERITVR VTRVM CONCEDendum sit, quod Deus se genuerit.

DISTINCTIO. IIII.

De comparatione generationis ad terminū essentiæ eadem

Hic oritur quæstio satis necessaria. Constat enim, & irrefragabiliter uerū est, quòd Deus pater genuit filium. Ideo quæritur utrum concedendum sit, q Deus genuit Deum. Si enim Deus genuit

concretum, qualise

nuit Deũ, videtur q̃ aut se Deum, aut alium Deum genuerit. Si verò alium Deum genuit, nõ est tantum vnus Deus. Si autem seipsum Deum genuit, aliqua res seipsam genuit. Ad quod respondentes dicimus, sanè & catholicè concedi, quòd vnus vnum genuit, & quòd Deus Deum genuit, quia Deus pater, Deum filium genuit. In symbolo quoque scriptum est, Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Quod verò additur, ergo genuit se Deum vel alium Deum: neutrum concedendum esse dicimus. Quòd alium Deum non genuit, manifestum est: quia vnus tãtùm Deus est. Quòd autem seipsum non genuit, ostendit

Cap. 8. Augustinus in primo lib. de Trinit. dicens, (Qui putant eius potentiæ esse Deum, vt seipsum ipse genuerit: eò plus plus errant, quòd non solum Deus ita non est, sed nec spiritualis, neq; corporalis creatura. Nulla enim res est, quę seipsam gignat vt sit,) & ideo non est credendum vel dicendum, quòd Deus genuit se-

B *Alia quæstio de eodem.*

Sed adhuc ponunt garruli ratiotinatores, dicentes: Si Deus pater genuit Deum, aut genuit Deum qui est Deus pater: aut Deum, qui non est Deus pater. Si genuit Deum, qui nõ est Deus pater, ergo Deus est, qui non est Deus pater: non ergo vnus tantùm Deus est. Si verò genuit Deum qui est Deus pater, ergo genuit seipsum. Ad quod respondemus determinates istam propositionem, qua sic proponunt, Si Deus pater genuit Deum, aut Deum qui est Deus pater, aut Deum qui non est Deus pater. Hoc enim sanè, & prauè intelligi potest: & ideo respondendum est ita, Deus pa-

Responsio. ter genuit Deum qui est ipse pater. Hoc dicimus esse falsum, & cõcedimus alteram, scilicet genuit Deum, qui non est pater: nec tamen genuit alterũ Deũ, nec ille qui genitus est, est alius Deus quã pater, sed vnus Deus cum patre. Si verò additur, genuit Deũ qui non est Deus pater: hic distinguimus, quia dupliciter potest intelligi. Genuit Deum qui non est Deus pater, scilicet

cet Deum filium: qui filius non est pater, qui Deus est. hic sensus verus est. Si verò intelligatur sic, genuit Deum qui non est Deus pater, id est, qui non est Deus qui pater est, hic sensus falsus est: Vnus enim & idem Deus est pater & filius, & spiritus sanctus: & ediuerso, pater & filius & spiritus sanctus vnus est Deus.

Opinio quorundam dicentium tres personas esse vnum Deum, vnam substantiam: sed non econuerso, scilicet, vnũ Deũ vel vnam substantiam esse tres personas.

Quidam tamen veritatis aduersarij, concedunt patrem & filiũ & spiritum sanctum, siue tres personas, esse vnum Deum, vnam substantiã: sed tñ nolunt cõcedere, vnum Deum, siue vnam substantiam esse tres personas, dicentes, diuinam substantiam prædicari de tribus personis, non tres personas de substantia diuina. Fides autem catholica tenet ac predicat, & tres personas esse vnum Deum, & vnam substantiam siue essentiam, siue naturam diuinam, & vnum Deum siue vnam essentiam diuinã, esse tres personas. Vnde Au- Cap. 6. in. 1. lib. de Trinit. ita ait, (Recte ipse Deus trinitas intelligitur, beatus & solus potens.) Ecce quam expresse dixit ipse Deus trinitas: vt ostenderet, & ipsum Deũ esse trinitatem, & trinitatem ipsum Deum. Item in Auguſt. de eodem. (In verbis, inquit, illis Apostoli, quibus de ad- Trin. lib. 1. uentu Christi agens dicit, Quem ostendet beatus & 1. Tim. 6. solus potens: rex regum & dominus dominantium: qui solus habet immortalitatẽ, &c. nec pater propriè nominatus est, nec filius, nec spiritus sanctus: sed beatus, & solus potens, id est, vnus & solus Deus verus, qui est ipsa trinitas.) Ecce & hic apertè dicit, vnum solum verum Deum, esse ipsam trinitatem: & si vnus Cap. 8. Deus trinitas est, ergo vnus Deus est tres personæ. Item in lib. 5. de Trinita.) Non tres Deos, sed vnũ Deum dicimus esse ipsam præstantissimam trinitatem. Item in libro qui dicitur Enchiridion ad Laurẽtium, Cap. 9. (Satis est Christiano, rerum creatarum causam visibilium

sibilium siue inuisibilium, non nisi bonitatem credere creatoris, qui est Deus verus & vnus: nullāq; esse naturam, quæ non aut ipse sit, aut ab ipso: eumq; esse trinitatem, patrem scilicet, & filium, & spiritum sanctum.) Item Augustin. in sermone de fide, (Credimus vnum Deum, vnam esse diuini nominis trinitatem.) Idem in 6. lib. de tri.) Dicimus Deum solum esse ipsam trinitatem. Ecce & his & alijs pluribus autoritatibus euidenter ostenditur, dicendum esse & credendum, quòd vnus Deus est trinitas, & vna substantia tres personæ, sicut econuerso trinitas dicitur esse vnus Deus, & tres personæ dicuntur esse vna substantia.

Sermone 19. feria 5. cænæ domini Cap. 7.

Relit ad præmissam Quæstionem, scilicet an Deus pater sit Deum, an alium Deum genuerit.

D

Nunc ad præmissam quæstionē reuertamur: vbi quærebatur an Deus pater genuerit se Deum. Ad quæ dicimus, neutrum fore concedendum. Dicit tamen

Epistola 66. Aug. in epistola ad Maximum, quòd Deus pater se totum genuit, his verbis, [Pater vt haberet filium de seipso, non minuit seipsum: sed ita genuit de se alterum se, vt totus maneret in se, & esset in filio tantus, quantus & solus.] Quod ita intelligi potest, id est, de se alterum à se genuit: non vtiq; alterum Deum, seu alteram personam: vel genuit se alterum, id est genuit alterum, qui hoc est quod ipse. Nam etsi alius sit pater quàm filius, non est tamen aliud q̄ filius, sed vnus.

HIC QVAERITVR, AN PATER GENERANDO DIVINAM ESSENTIAM, vel ipsa filium: an essentia genuit essentiam, vel ipsa nec genuit, nec genita est.

De cōparatione generationis ad terminū essentialē abstractū, qui est essentia.

A

DISTINCTIO V.

POST hæc quæritur vtrum concedendum sit, Quòd pater genuit diuinam essentiam, vel q̄ diuina essentia genuit filiū, vel essentia genuit essentiā an non genuit, nec genita ē diuina essentia. Ad quod catholicis tractatoribus consentientes dicimus, q̄ nec pater genuit diuinam essentiam, nec diuina essentia genuit filium, nec diuina essentia genuit diuinam essentiam: hic autem, nomine essentiæ intelligimus diuinam naturam, quæ communis est tribus personis, & tota in singulis. Ideo nō est dicendum, q̄ pater genuit diuinam essentiam: quia si pater diceretur genuisse diuinam essentiam, diuina essentia relatiuè diceretur ad patrem, vel pro relatiuo poneretur. Si autem relatiuè diceretur, vel pro relatiuo poneretur, non indicaret essentiam. Vt enim ait Aug. in 5. libro de trin. [Quòd relatiuè dicitur, non indicat substantiam.]

Cap. 7. circa finē eiusdē.

B

Secunda ratio.

Item, cùm Deus pater sit diuina essentia, si eius esset genitor, esset vtique genitor eius rei quæ ipse est: & ita eadem res se ipsam genuisset, quod Aug. negat, vt supra ostendimus.

Distinctiōe quarta primi, littera e.

C

Tertia ratio & potior.

Item, si pater est genitor essentiæ diuinæ, cùm ipse essentia diuina sit, & Deus sit: eo quòd generat, & est, & Deus est. Ita ergo non illud quod generatur, est à patre Deus, sed pater eo q̄ generat, & est, & Deus est: & si ita est, non genito gignens, sed gignenti genitus causa est, vt & sit, & Deus sit. Simili ratione probat Aug. in lib. 7. de trin. q̄ pater non est sapiens sapiētia quam genuit: quia si ea sapiēs est, ea est: hoc enim est ibi esse, quod sapere. Quòd si hoc est ibi esse, quod sapere: non per illam sapientiam, quam genuit pater, sapiens est. Quid enim aliud dicimus, cùm dicimus, hoc illi est esse quod sapere: nisi, eo est, quo sapiēs est? Ergo quæ causa illi est vt sapiens sit, etiam ipsa illi causa est vt sit. Si ergo sapientia, quam genuit, illi causa est vt sapiens sit, & causa illi est vt sit. Sed causam patri, qua sit, à patre genitam, nullo modo quisquam dixerit sapientiam: quid enim est insanius? Ita ergo si pater genuit essentiam qua est, essentia quam genuit, causa est illi vt sit. Non ergo ipsam qua est, essentiam genuit.

Cap. 10.

genuit. Nam in illa simplicitate, vt inquit Augustinus: [quia non est aliud sapere quàm esse, eadem est ibi sapientia quę essentia] ideoq; quod de sapientia, hoc de essentia dicimus. Sicut ergo non genuit sapientiã, qua sapiens est, ita nec essentiam, qua est. Vt enim sapientia sapiens est, & potentia potens: ita & essentia ipse est. Eademq; sapientia est & potentia, quę essentia. Patet itaq; ex prædictis, quia pater essentiam diuinam non genuit.

Ibidem.

D *Huic aduersari videtur Aug.*

Cap. 3. Huic autem videtur contrarium quod August. ait in libro vnico de fide & Symbolo, [Deus cùm verbum genuit, id quod ipse est genuit: nec de nihilo, nec de aliqua iam facta conditaq; materia, sed de seipso id quod ipse est.] Item, [Deus pater qui verissimè se indicare animis cognituris & voluit & potuit, hoc ad se ipsum indicandum genuit, quod est ipse qui genuit.] Ecce apertè dicit his verbis, Deum patrem genuisse illud quod ipse est. Illud autem quod ipse est, non est nisi diuina essentia: videtur ergo diuinam essentiam genuisse. Ad quod respondemus, illa verba sic intelligenda esse: dicentes, Pater de seipso genuit illud quod ipse est, id est filium, qui est illud quod pater est, & filius hoc est: sed non qui pater est, & filius hic est.

Ibidem.

E *Alias partes quæstionis exequitur.*

Ita etiam non est dicendum quòd diuina essentia genuit filium: quia cùm filius sit diuina essentia, iam esset filius res à qua generatur: & ita eadem res seipsam generaret. Ita etiam dicimus quòd essentia diuina non genuit essentiam. Cùm enim vna summa quædam res sit diuina essentia, si diuina essentia essentiam genuit, eadem res seipsam genuit: quod omnino esse non potest: sed pater solus genuit filium, & à patre & filio procedit spiritus sanctus.

F *Quæ videntur prædictis esse contraria.*

Prædictis autem videtur contrarium esse quod dicit Augu. in lib. 7. de trin. (Hoc, inquit, est Deo esse, quod

Cap. 1. et 2.

quod sapere: vnde pater & filius simul sunt vna sapiẽtia, quia vna essentia: & sigillatim sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia.] Ecce his uerbis apertè dicit Augu. sapientiam de sapientia, & essentiam de essentia: vbi videtur significare q̃ sapientia sapientiã & essentia genuerit essentiam. Idem in lib. de fide ad Petrum ait, [Sic Christum Dei filium, id est vnam ex trinitate personam, Deum verum crede, vt diuinitatem eius de natura patris natam esse non dubites.] Hic videtur dicere quòd natura filij sit nata de natura patris. Idem in libro 15. de Trin. ait, [Dicitur filius consilium de consilio, & voluntas de voluntate: sicut substantia de substantia, sapientia de sapiẽtia.] Et hic videtur dicere quòd substantia sit genita de substantia, & sapientia de sapientia. Sed hoc ita determinamus, Sapientia de sapientia, & substantia de substantia, id est filius qui est sapientia, qui est substantia, est de patre qui est eadem substantia & sapientia: & filius qui est diuinitas, natus est de patre qui est natura diuina. Et, vt expressius dicamus, dicimus filium sapientiam, esse de patre sapientia: & dicimus filiũ substantiam, esse genitum de patre & à patre substantia. Quòd autem ita intelligi debeat, Augusti. ostendit in lib. 7. de Trin. dicẽs, [Pater ipse sapientia est: & dẽ filius sapientia patris, quomodo dicitur lumen patris, id est sicut lumen de lumine, & vterque vnum lumen: sic intelligatur sapientia de sapientia, & vterque vna sapientia & vna essentia.] Item, [ideo Christus dicitur virtus & sapientia Dei, quia de patre virtute & sapientia etiam ipse uirtus & sapientia est, sicut ipse lumen de patre lumine est, & ipse fons vitæ est apud Deum patrem fontem vitæ. Filius ergo sapientia de patre sapientia est, sicut filius lumen de patre lumine, & Deus filius de Deo patre: vt & singulus sit lumen, & singulus sit Deus, & singulus sit sapientia: & simul vnum lumen vnus Deus, vna † substantia.] Ecce manifestè his verbis aperit August. ex quo sensu accipienda sint

Determinatio eorũ quæ videntur cõtraria.

Cap. 1. circa finem.

Eodem libro cap. 3. 1. ad Cor. 1.

† *sapientia.*

Universidad de Salamanca Biblioteca

prædicta verba & his similia, scilicet cùm dicitur substantia de substantia, vel substātia genuit substantiā.

G *Quo videtur prædictæ expositioni contrarium.*

Non longe à principio. Huic uerò etiam id contrarium videtur, quòd Hilarius ait in 4. lib. de Trin. (Nihil, inquit, nisi natum habet filius: & geniti honoris admiratio in honore generāntis est.) Cū ergo filius essentiā habeat, (tota enim in eo est diuina essentia) videtur quòd ipsa diuina essentia nata sit. Item in 5. lib. ait, (Natiuitas Dei non potest eam ex qua prouecta est, nō tenere naturā: nec enim aliud quàm Deus subsistit, q̄ nō aliūde quā de Deo subsistit. (Ecce hic dicit natiuitatē Dei prouectā ex natura: & ita videtur ex his verbis atque prædictis natura Dei & genita, & genuisse. Quod apertiùs dicit in lib. 9. de trin. (Nos, inquit, vnigenitū Deum in forma Dei manentem, in natura hominis mansisse Profitemur: nec vnitatem formę seruilis, in naturam diuinæ vnitatis refundimus: nec rursum corporali insinuatione patrē in filio prædicamus, sed ex eo eiusdē generis genitam naturam, naturaliter in se gignentē habuisse naturā: quæ in forma naturæ se gignentis manens, formam naturæ & infirmitatis corporalis accepit. Non enim defecerat Dei natura ne esset: sed in se humilitatem terrenæ natiuitatis manēs sibi Dei sacceperat, generis sui potestatem in habitu assumptæ humilitatis exercens.) Ecce hic apertè dicit, & naturā genuisse, & naturā genitā, & naturā assumpsisse naturā: quod à pleriſq; negatur. Itē in eodē. (Nunquid vnigenito Deo contumelia est, patrem sibi innascibilem Deum esse, cùm ex innascibili Deo natiuitas vnigenita in naturam vnigenitam subsistat?) Ecce & hic dicit vnigenitam naturam.

Circa finem lib. quinti.

Paulo post medium.

Paulo inferius.

Circa Medium lib.

H *Quomodo sint intelligenda præmissa uerba Hilarij.*

Sed quia hæc verba sanè vult intelligi, ipse idem dicit in quarto libro, (Intelligentia dictorum ex cautis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei sermo subiectus est.) Hęc ergo verba ita intelligi possunt

sunt, Nihil habet filius nisi natum, id est nihil habet secundum quod Deus est, nisi quod nascendo accepit: & ipse nascendo patris in se subsistentem naturam habuit: vnde Hilarius addit in 5. lib. (Eandē naturā habet genitus, quam ille qui genuit: ita tamen, vt natus non sit ille qui genuit. Nam quomodo erit pater ipse, cū genitus sit? Sed in his ipsis subsistit ille qui genitus est, in quibus totus est ipse qui genuit: q̄a nō est aliunde qui genitus est: & ideo non refertur ad aliud q̄ in vno subsistit, & ex vno. Ac sic in generatione filij & naturā suā, vt ita dicā, sequitur indemutabilis Deus Indemutabilē Deū gignēs, nec naturā suā deserit ex indemutabili Deo idemutabilis Dei perfecta natiuitas. Subsistentem ergo in eo Dei naturā intelligamus, cū in Deo Deus insit, nec præter eum qui Deus est, quisquā Deus alius sit: quia ipse Deus, & in eo Deus. Naturę ergo Dei patris veritas in Deo filio esse docetur, cū in eo Deus intelligitur esse qui Deus est. Est enim vnus in vno, & vnus ab vno).

Circa finem lib.

Ioan. 4. Ego & pater unum sumus.

Cap. 19. circa finem.

I *Quod legitur pater de sua substantia genuisse filium, & filium substantiæ patris.*

Dicitur quoque, & frequenter in scriptura legitur, Patrem de sua substātia genuisse filium, vnde Aug. in lib. de fide ad Petrum ait, (Pater Deus de nullo genitus Deo, semel de sua natura sine initio genuit filium Deum sibi æqualem, & eadē quā ipse naturaliter æternus est, diuinitate coæternū.) Ecce hic dicit Aug. filium genitum de natura patris. Est autem vna natura patris, & filij, & spiritus sancti. Si ergo de natura patris genitus est filius, genitus est de natura filij & spiritus sancti: imò de natura trium personarū. Idem quoq; Aug. in lib. 15. de trin. dicit Christū esse filium substantię patris, & de substātia patris genitū, tractās illud verbū Apostoli loquētis de Deo patre sic, (Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ. Quod dictum est, inquit, filij charitatis suæ, nihil aliud intelligatur quā filij sui dile-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilecti,quàm filii substantiæ suæ.Charitas quippe patris,quæ in natura eius est ineffabiliter simplici, nihil est aliud quàm ipsa natura atque substantia, vt sæpe diximus, & sæpe iterare non piget: ac per hoc, filius charitatis eius nullus alius est, quàm qui de substantia eius est genitus.] Ecce hic apertè dicit Aug. filium esse genitum de substantia patris, & filium substantię patris.Idem quoque Aug.in lib.3. contra hæreticum Maximinum,substantiam Dei genuisse filium, & filium genitum de substantia patris asserit dicens[Carnalibus cogitationibus pleni substantiam Dei de seipsa gignere filium non putatis, nisi hoc patiatur quod substantia carnis patitur quando gignit.Erratis, non scientes scripturas neque uirtutem Dei. Nullo enim modo verum Dei filium cogitatis, si eum natum esse de substantia patris negatis. Non enim iã erat hominis filius,& Deo donante factus est Dei filius, ex Deo natus,gratia non natura. An fortè etsi nõ hominis filius erat,tamen iam aliqua erat qualiscunq; creatura, & in Dei filium Deo mutante conuersa est? Sed nihil horum est:ergo aut de nihilo, aut de aliqua substantia natus est.Sed ne crederemus uos putare de nihilo esse Dei filiũ,affirmatis non uos dicere de nihilo esse Dei filium. De aliqua ergo substantia est: & si non de substantia patris,de qua sit dicite: sed non inuenietis. Iam ergo vnigenitum Dei filium Iesum Christũ, de patris esse substanita, non vos nobiscũ pigeat confiteri.]Idem in eodem. [Vtriq; legimus ut simus in uero filio eius Iesu Christo.Dicite ergo nobis, Vtrùm iste verus Dei filius,ab eis qui gratia filii sunt, quadã proprietate discretus,de nulla substantia sit,an de aliqua? Non dico,inquis,de nulla: nec dicam de nihilo, ergo de aliqua substantia est. Quæro,de qua:si non de patris substantia est,aliam quære:si aliã non inuenis, patris agnosce substantiam,& filium cum patre homousion confitere:]Idem in eodẽ [Confiteor Deũ patrẽ omnino incorruptibiliter genuisse: sed quod est ipse genuisse.]

Tomo 6. ca. 14.

Matt.22.c. Contra Paulianos.

Contra Arrium & Donatum.

1.Ioan.5. Paulo inferius,

Ex eodem c. circa principium.

genuisse.]Item,[Dico quod sæpe dicendum est, Aut de aliqua substantia est natus Dei filius, aut de nulla:si de nulla,ergo de nihilo,quod vos iam non dicitis:si verò de aliqua, nec tamen de patris substantia, non est verus filius:si verò de patris substantia,vnius eiusdemque substantiæ sunt pater & filius. Vos autẽ nec filium de substantia patris genitum vultis, & tamen cum nec ex nihilo,nec ex aliqua materia,sed ex patre esse conceditis: nec videtis quàm necesse sit, ut qui nõ est ex nihilo,nec ex aliqua alia re,sed ex Deo, nisi ex Dei substantia esse non possit,& hoc esse quod Deus est, de quo est, id est Deus de Deo natus: quia non alius prius fuit, sed natura coæterna de Deo est.]

Colligens summam prædictorum,aperit ex quo sensu accipienda sint.

K His verbis præmissis innui videtur, ꝙ diuina substantia filium genuerit, & quòd filius sit genitus de substantia patris, & quòd de Deo est natura coæterna,& ꝙ pater id quod ipse est genuit. Id autem quod ipse est,diuina essentia est:& ita putari potest patrem diuinam essentiam genuisse. Vehementer mouent nos hæc verba:quę quomodo intelligẽda sint,mallem ab aliis audire quam ipse tradere. Vt tamen sine præiudicio atque temeritate loquar, ex hoc sensu dicta possunt accipi: Natura coæterna de Deo est, id est filius coæternus patri,de patre est, ita quòd est eadem cum eo natura, uel eiusdem naturæ. Quem sensum confirmat Augustin. ibidem subijciens, & quod dixerat quasi explanans. Dicto enim, Natura coæterna est de Deo, addit, [Non est aliud filius quàm illud de quo est,id est, vnius eiusdemque substantiæ est.] Deinde apertius talem intellectum, ex prædictis verbis fore habendum aperit in eodem libro contra Maximinum, dicens, [Trinitas hæc unius eiusdemque substantiæ est : quia non de aliqua materia, uel de nihilo est filius, sed de eo de quo est genitus: item

Lib.3.cõtra Maximinũ ca.14.circa prine. capi.

Eodem cap.

Universidad de Deusto Biblioteca

spiritus sanctus non de aliqua materia, vel de nihilo est, sed inde est unde procedit.) His vtique verbis apertè ostendit ea ratione dici filium esse de substantia patris, quia est de patre genitus, ita q̃ est eiusdem substantiæ cum eo: & spiritum sanctum esse de substantia patris & filij, quia ab utroq; procedit, ita quòd est eiusdem substantiæ.

Quod nec filius nec spiritus sanctus est de nihilo, sed de
L *aliquo, non tamen de materia.*

Ostenditur quoq; ex illis verbis, filium & spiritum sanctum non esse de nihilo, sed de aliquo: nec tamẽ de aliqua materia. Vnde etiam Hilarius in duodecimo libro de Trinitate ait, [Vnigenitus Deus cùm natus sit, patrem testatur autorem: cùm ex manente natus ex nihilo: & cùm ante tempus natus est, omnem sensum præuenit nascendo.] Hic apertè dicitur, quòd filius non est natus ex nihilo. Similiter & spiritus sanctus non est dicendus esse uel procedere ex nihilo: quia filius de substantia patris natus est, id est, à patre est, cum quo eiusdem substantiæ est, & eadem substantia. Ex quo sensu etiam accipiendum est illud, (Pater genuit id quod ipse est, idest filium, qui est hoc quod pater.) Et hoc ita debere intelligi Augustinus aperit, dicens in primo libro contra Maximinum, (Hoc genuit pater quod est: alioquin non est uerus filius, si quod est pater, non est filius.) Item substantia Dei genuit filium, id est, patris substantia genuit filium, qui est eadem substantia, & eiusdem substantiæ: Quod sic esse intelligendum Augustinus ostendit, dicens ad Maximinum (Sicut dicis, Spiritus spiritum genuit: ita dic, spiritus eiusdem naturæ uel substantiæ spiritum genuit. Ité sicut dicis, Deus Deum genuit: ita dic, Deus eiusdem naturæ uel substantiæ Deum genuit. Hoc si credideris & dixeris nihil de hac re vlterius accusaberis.) His enim uerbis aperit, quomodo prædicta debeant intelligi. Similiter filius natus est de substantia patris, uel

Non lõge à medio li. 11

Ex c. 3. lib. de fide & symbolo pau loañ citato. Circa mediũ 1. lib.

Ex lib. 3. cõtra Maximinũ, c. 14. Li. 3. ca. 13.

uel pater genuit filium de sua natura siue essentia, id est, de se natura & essentia genuit filium eiusdem substantiæ ac naturæ, & qui est eadem essentia ac natura. Similiter expone illud, Filius substantiæ patris, & filius patris substantiæ, id est, qui est substantia, cũ quo & filius eadem substantia est: quia consubstantialis est patri filius. Et hic sensus adiuuatur ex his uerbis Augustini, qui in libro septimo de trinitate ait, (Tres personas eiusdem essentiæ, uel tres personas unam essentiam dicimus. Tres autem personas ex ea dem essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona.) His uerbis ostenditur, non esse dicendum personam esse ex essentia, nisi ex sensu prædicto. Qui sensus confirmatur etiam ex eo quod in libro decimoquinto de Trinitate idem ait, (Sicut nostra scientia, scientiæ Dei, sic & nostrũ uerbum quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi uerbo Dei, quod natum est de patris essentia. Tale est autem ac si diceremus, de patris scientia: de patris sapientia, vel quod est expressius, de patre essentia, de patre scientia, de patre sapientia. Ex hoc itaque intellectu, uerbum Dei patris unigenitus filius per omnia patri similis & æqualis rectè dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, sapiẽtia de sapientia, essentia de essentia: quia hoc est omnino quod pater, non tamen pater: quia iste filius, ille pater.

Cap. 6.

Ca. 13. ante 14

Ex cap. 14.

Quare uerbum patris dicatur fi-
M *lius naturæ.*

Inde est, quòd solus vnigenitus Dei dicitur natura filius, quia eiusdem naturæ est, & eadem natura est cum patre: vnde Hilarius in libro primo de Trinitate, de Christo loquens ait, Natura filius est, quia eandem naturam quam ille qui genuit, habet.

1. 5. 6. et 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VTRVM PATER VOLVNTATE GENUIT FILIUM, AN NECESSITATE: & AN NOLENS VEL NOLENS SIT DEUS.

DISTINCTIO VI.

De comparatione aEius generãdi ad potentiam.

PRAETEREA quæri solet, vtrum pater genuerit filiũ volũtate, an necessitate. De hoc Orosius ad Aug. ita ait, [Volũtate genuit pater filiũ, an necessitate? Nec volũtate, nec necessitate: qa necessitas in Deo nõ est: præire aũt uolũtas sapientiã non põt] Quocirca, vt Aug. ait in 15. lib. de Trini. [ridenda est dialectica Eunomij, à quo Eunomiani hæretici orti sunt: qui cũ nõ potuisset intelligere, nec credere uoluisset, vnigenitũ Dei verbũ Dei filiũ esse nætura. i. de substantia patris genitũ, non naturæ uel substantię dixit esse filiũ, sed filium: voluntatis Dei, volens asserere accedentẽ Deo uoluntatem, qua gigneret filium: ficut nos aliquando aliquid volumus quod antea non volebamus, propter quod mutabilis intelligitur noſtra natura: quod absit vt in Deo nos esse credamus.] Dicamus ergo verbum Dei esse filiũ Dei natura non voluntate, vt docet Aug. in 15. lib. de Tri. vbi quendã catholicum hæretico respondentem cõmendat dicens. [Acutè sanè quidam respondit hæretico uersutissimè interroganti, vtrũ Deus filiũ uolens an nolens genuerit: vt si diceret, Nolens, absurdissima Dei miseria sequeretur: si aũt volens, continuo qđ intendebat concluderet. s. non naturæ esse filium, sed voluntatis. At ille vigilantissimè vicissim quæsiuit ab eo, vtrũ Deus pater volens an nolens sit Deus, vt si responderet, Nolens, sequeretur grandis absurditas & miseria, quã de Deo credere magna est insania: si aũt diceret, Volens, respõderetur ei, ergo & ipse voluntate sua Deus est, non natura. Quid ergo restabat, nisi ut obmutesceret, sua interrogatione obligatum, indisso-

Cap. 20.

Cap. 20. Et in quæstionibus ad Orosium, vbi supra.

indissolubili uinculo se uidẽs.] Ex prædictis docetur, non esse concedẽdum, ꝙ Deus uoluntate, uel necessitate, uel uolẽs, uel nolẽs sit Deus. Item, quòd uoluntate, uel necessitate, uel uolẽs, uel nolens genuerit filiũ.

B

Oppositio contra prædicta.

Sed contra hoc opponitur sic, Voluntas Dei est natura siue essentia Dei: quia non est aliud Deo esse, aliud uelle: & ideo sicut una est essentia trium personarũ, ita & una uoluntas. Si ergo Deus, natura Deus est & uolũtate Deus est: & si uerbũ Dei, natura filius Dei est, & uoluntate filius Dei est. hoc aũt facile est refellere: nam & prescięntia Dei, siue sciętia, qua scit uel præscit bona & mala, diuina natura siue essentia est: & prædestinatio siue uoluntas eius, eadem diuina essentia est: nec est aliud Deo scire & uelle, quã esse: & cũ sit unum & idem scientia Dei uel uoluntas, non tamen dr de uoluntate quicquid dicitur de scientia, & ecõuerso: nec oĩa illa sua uoluntate Deus uult, quæ sua scientia scit, cùm sua scientia nouerit tam bona, quàm mala, uoluntate autẽ nõ uelit nisi bona. Scientia quippe Dei & præscięntia, de bonis est & malis: uoluntas uerò & prædestinatio de bonis est tantùm: & tamen unum & idem in Deo est scientia, & uolũtas, & præscientia, & prædestinatio. Ita cũ unũ sit natura Dei & uolũtas, dicitur tamẽ pater genuisse filiũ natura nõ uoluntate, & esse Deus natura non uoluntate.

Qualiter intelligenda sunt illa uerba, Pater nec nolens nec uolens Deus est, nec uolens nec nolens genuit filium.

C

Prædictæ tamen uerba, quibus prudenter dictum est, ꝙ Deus pater nec uolens nec nolẽs est Deus, nec nolens nec uolens genuit filium, siue uoluntate, siue necessitate, ex tali sensu mihi uidẽtur accipienda, ut uoluntatem præcedentem uel accedentem intelligamus, qualiter Eunomius intelligebat. Non enim ipse Deus est uolũtate præcedenti uel efficienti, uel uolẽs priusquam Deus: nec uoluntate præcedenti uel accedenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

denti genuit filium: nec priùs volens quàm generãs genuit filium: nec priùs generans quã volens, genuit filium: volens tamen genuit sicut potens genuit, & bonus genuit filiũ, & sapiẽs genuit, & huiusmodi. Si enim pater sapiens & bonus dicitur genuisse filium, cur nõ & uolens? cùm ita sit Deo idem esse uolẽtem, q̃ est esse Deum: sicut idem est esse sapientem, q̃ est esse Deũ. Dicamus ergo, quia pater sicut sapiẽs, ita uolens genuit filium: sed non voluntate præcedente uel accidenti. Quem sensum aperit Hieronymus & confirmat, ita dicens super epistolam ad Ephesios. (De filio Dei, id est Domino nostro Iesu Christo scriptũ est, ὁμοούσιος: quia cum patre semper fuit, & nunquam eum vt esset, paterna uoluntas præcessit, & ille quidem natura filius est.)

Ephes. 1. super illud.

Qui prædestinauit nos

Hilarius in lib. de synodis, Eos qui dicunt de non existentibus esse filium Dei, similiter qui dicunt, quod neque consilio neque uolũtate pater genuerit filium, anathematizat sanctã Ecclesiã. Item, si quis nolente patre dicat natum filium, anathema sit. Non enim nolente patre coactus pater, vel naturæ necessitate ductus, cùm nollet, genuit filium: sed mox vt voluit, sine tempore & impossibiliter ex se vnigenitũ demonstrauit.

HIC QVAERITVR, AN PATER potuerit vel voluerit gignere filium.

DISTINC. VII.

De comparatione potentiæ generandi ad personam.

HIc solet quæri à quibusdam, vtrũ pater potuerit vel voluerit generare filium. Si enim, inquiunt, potuit & uoluit generare filium, ergo potuit aliquid & uoluit, quod nec voluit, nec potuit filius: nam filius nec potuit nec voluit generare filium. (Cui versutiæ facilè respondemus dicentes, q̃ posse vel velle generare filium non est posse vel velle aliquid subiectũ potentiæ uo-

voluntati. Est tamẽ aliqua potentia vel uolũtas, scilicet, posse vel velle gignere filium: & ideo distinguenda est intelligentia propositi verbi posse vel velle gignere filiũ, & posse vel velle aliquid: neq; n. generatio filij aliquid eorũ est, quæ subiecta sunt diuinæ potentiæ & voluntati: nec est aliquid inter ea, vel de omnibus, sed super omnia & ante omnia. Non enim ante voluit vel potuit, quã genuit: sicut nec antè fuit quã genuit: quia ab æterno fuit, & ab æterno genuit. Ex simili quoq; hoc videre possumus: Pater n. potest esse pater, & vult esse pater: filius autem non potest nec vult esse pater: ergo pater potest vel vult esse aliquid, quod non potest vel vult esse filius: non sequitur: quia esse patrem non est esse aliquid, sed potest esse ad aliquid, vt in sequenti ostenditur.

Dist. 22. huius primi.

B *Ponit quædam uerba Aug. unde potest moueri auditor.*

Circa finem cap. 12.

Sed vehementer nos mouet, quod August. ait in 3. lib. contra Maximinum, qui asserebat patrem potentiorem esse filio, eo q̃ filium genuit Deum creatorem, filius aũt non dicebat patrem potuisse gignere, non filium: & ideo potentiorem esse filio. Ad quod respõdens August. dicere videtur, quòd filius etiã potuit gignere, uolens ostendere patrem esse non potentiorem filio, his verbis, (Absit vt ideo potentior sit pater filio, sicut putas, quia creatorem genuit pater: filius autem non genuit creatorem: neque enim non potuit, sed non oportuit.) Vide, & diligenter attende hęc verba, Non enim nõ potuit, sed nõ oportuit: videtur enim dicere, quòd filius potuit gignere, sed non oportuit: & ita potuit quod non oportuit. Quare autem non oportuit, subdit, dicens, (Immoderata enim esset diuina generatio, si genitus filius nepotem gigneret patri: quia & ipse nepos nisi auo suo pronepotem gigneret, secundum uestram mirabilem sapientiam impotens diceretur. Similiter etiam ille si nepotem non gigneret auo suo, & pronepotẽ proauo suo, non à nobis appellaretur omnipotens, nec impleretur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur generationis series, si semper alter ex altero nasceretur, nec eam perficeret vllus, si non sufficeret vnus omnipotens, Itaque omnipotentem genuit filium patris natura, non fecit.]

C *Opponitur prædictis uerbis Augustini.*

Hoc autem uidetur quibusdam non posse stare. q̃ filius potuerit gignere. Si enim potuit filius gignere, potuit esse pater, & si potuit esse pater, potuit ergo esse pater vel sui, vel patris, uel spiritus sancti, vel alicuius alius: sed alius nō: quia nullus alius semper fuit. Nec patris: quia pater est ingenitus, & innascibilis. Nec sui: quia nulla res seipsam gignere potest. Nec spiritus sancti: quia nasci non potuit. Si enim nasci potuit, potuit esse filius, & ita mutabilis esse potuit.

Lib. de trin. 1. cap. 1.

D *Hic quæritur quomodo intelligenda sint.*

Quomodo ergo accipietur quod suprà dictum est, Non enim non potuit gignere, sed nō oportuit: quare potuit, sed non oportuit? Non est nobis perspicuum aperire quomodo sit hoc verum: & ideo sub silentio potius esset prætereundum, nisi me super hoc aliquid loqui cogeret instantia quærentium.

E *Hic aperitur ex quo sensu accipienda sint.*

Potest ergo sic intelligi, Non enim non potuit, sed non oportuit, id est, nō ex impotentia sui fuit, q̃ filium non genuit, sed ei non conueniebat: sicut Deus filius non est Deus pater: nec tamē hoc ex impotentia sui est. Nam & pater similiter non est filius: nec hoc est ex impotentia patris. Sed quærit Maximinus Arianorum episcopus, Vnde ergo est, q̃ pater nō potest esse filius, vel filius, pater? Non utiq; ex impotentia: sed pater proprietate generationis pater est qua oportet eum non esse filium: & filius proprietate natiuitatis filius est, qua oportet eum non esse patrem. De quibus proprietatibus postea plenius tractabitur.

Dist. 26. huius primi.

Vtrum pater natura sit potens gignere filium: & an hoc sit

F *aliqua potentia quæ sit in filio.*

Itē quæritur à quibusdā, Si pater potens sit natura gignere

gignere filiū an hoc sit aliqua potētia quę sit in filio. Ad quod dicimus, quia pater nō est potēs nisi naturę: eius. n. potentia natura est vel essentia. At inquiunt illi, Si potens est gignere, habet ergo potētiam gignēdi. Filius autem non habet potentiā gignendi, si non pōt gignere: hēt ergo aliquā potentiam pater quā nō hēt filius. Non sequitur. Eandē. n. potentiā habet penitus filius, quā & pater: qua pater potuit gignere, & filius gigni potuit. Eadem. n. potentia est in filio, qua potuit gigni, quæ est in patre qua potuit gignere. Sed contra hoc opponitur, Aliud est posse gignere, aliud est posse gigni: quia aliud est gignere, & aliud gigni. Hic distinguēdū est. Si. n. cū dicitur, aliud est posse gignere, aliud posse gigni, aliā significans potentiā, qua pater potens est gignere, & aliā, qua filius potēs est gigni, falsus est intellectus. Si aūt dicas, patrē posse habere aliā proprietatē siue notionē, qua genitor est, & filiū aliā, qua genitus est: uerus est itellectus. Aliā. n. hēt pater proprietatē, qua pater est: aliā filius, qua filius est.

Opposi tio.

Quomodo intelligendum sit, filius habet vel non

G *habet potentiam generandi.*

Ita etiā cū dicitur, filius nō hēt potentiam generandi quā pater hēt, dupliciter intelligi potest. Si. n. dicatur, Filius nō hēt potentiam generādi, quā & pater. s. qua potens sit ad generandum, id est, vt genuerit, uel ut generet sicut pater, uerū est: si vero intelligatur sic, non habet potentiam qua possit gigni vel genitus esse, qua eadem pater potens est ut genuerit, vel ut generet, falsum est. Sicut dicitur, pater habet potentiā qua potest esse pater, filius verò non habet potētiam qua possit esse pater: & econuerso, filius habet potentiam qua potest esse filius, pater verò non habet potētiam qua possit esse filius: habet ergo aliquam pater, quam nō hēt filius, & ecōuerso. Absit: quia eadē est potentia patris, qua potest esse pater: & filij, qua pōt esse filius. Ita etiā eadem est voluntas, qua pater vult esse pater, nō filius, & filius vult esse filius, non pater: & eadē est

vo-

voluntas filii,qua vult esse genitus,& patrē genuisse: & patris,qua vult esse genitor, & filium genitū esse.

DE VERITATE ET PROPRIETATE, de incommutabilitate & de simplicitate essentiæ Dei.

DISTINCT. VIII.

Cap.2.

NVnc de ueritate, siue proprietate, siue incommutabilitate atque simplicitate diuinæ naturæ,siue substantiæ,siue essentiæ agendum est. Est itaque Deus, vt ait Aug.5. lib. de trin.[sine dubitatione substantia,uel si melius hoc appellatur,essentia:quam Græci οὐσίαν uocant.Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapientia, & ab eo quod est scire dicta est scientia: ita ab eo quod est esse,dicta est essentia.Et quis magis est,quàm ille qui dixit famulo suo Moysi, Ego sum qui sum: &,Dices filiis Israel,Qui est,misit me ad uos.)Ipse verè ac proprie dicitur essentia, cuius essentia non nouit præteritum vel futurum: Vnde Hieron.ad Damasum scribens ait,(Deus solus, qui exordium non habet,verè essentiæ nomen tenet:quia in eius comparatione quod uerè est,quia incommutabilis est, quasi non sunt quæ mutabilia sunt. De quo enim dicitur,sunt, non dicitur & de quo dicitur erit, nondum est. Deus autem tantum est, qui non nouit fuisse uel futurum esse.Solus ergo Deus verè est:cuius essentiæ comparatum nostrum esse,non est.)

Exod.3.d Hie.in epist. ad Marcellam de decē nominibus attigit qui dē nomē essentiæ Dei, similiter in epist.ad Damasii,cuius initiū, Quoniam uerusflo,satis indicatur hæc sententia:sed ad uerbum habetur in Isid.lib. 7. etymo. cap. 1.& in Ra

B *Qualiter intelligenda sint uerba Hiero.quærendum est.*

Hic diligenter aduertendum est quomodo intelligi debeant illa uerba Hieronymi,scilicet,Deus tantum est,& non nouit fuisse uel futurum esse:tanquam non possit dici de Deo, fuit vel erit, sed tātū est:cū de eo scriptum frequenter reperiamus. Fuit ab æterno,fuit semper, & erit in secula, & huiusmodi: vnde uidetur quia non est tantùm dicendum de Deo,fuit, uel est,uel erit.Si enim diceretur tantū, fuit,priuaretur q̄ desierit esse: si diceretur tātū, est,putaretur q̄ non

non semper fuerit sed esse cœperit: si tantùm diceretur,erit,putaretur non esse modò. Dicatur ergo quia semper fuit, est,& erit, vt intelligatur quia nec cœpit, nec desiit,nec desinet esse. De hoc Augustinem ita ait, (Cùm de sempiterna re propriè dicatur est, secundum nos bene dicitur fuit & erit: fuit, quia nūquā desiit:erit, quia nunquā deerit: est,quia semper est: non præterijt, quasi quod non maneat:non erit, quasi quod non erat. Cùm ergo nostra locutio per tempora uarietur,de eo verè dicuntur verba cuiuslibet tēporis, qui nullo tēpore defuit,uel deest,vel deerit: & ideo non est mirum si de spiritu veritatis veritas loquens dixit per futurum, Quæcunque audiet, loquetur: audiet scilicet ab eo à quo procedit. Audire illius est scire, idem etiam esse, A quo ergo est illi essentia, ab illo audientia, id est scientia:quæ non est aliud,quàm essentia. Audiet ergo dixit de eo quod audiret:& audit,id est,quod semper sciuit,scit,& sciet. Ecce hic dicit Augu. verba cuiuslibet temporis dici de Deo: sed tamen propriè, est.Illud ergo quod Hieronymus dicit, ita intelligendum est: Non nouit fuisse, vel futurū esse,sed tantū esse: id est,cū dicitur de Deo quòd fuit uel erit, non est intelligendum q̄ præterijt uel futurus sit,sed quòd existat simpliciter sine aliquo temporali motu. Licet enim verba substantiua diuersorum tēporum de Deo dicantur (vt fuit,erit,est, erat)non tamen temporales motus esse distinguunt, scilicet præteritum, vel futurum,uel præteritum imperfectum,vel præteritum perfectum,vel præteritum plusquam perfectum,sed essentiam siue existētiā suæ diuinitatis simpliciter insinuant. Deus ergo solus propriè dicitur essentia vel esse. Vnde Hilarius in 7. de Trinit.ait, (Esse non est accidens Deo,sed subsistens ueritas,& manēs causa,& naturalis generis ,pprietas)

hano, super illud Exo - di, Qui est, misit me ad uos.

Tract. 99. ad 16. cap. pri Ioan.c.

Hic aperit quo sint intelligenda.

Non lōgè à principio l.7

C *Hic de incommutabilitate.*

Dei et solius essentia incōmutabilis dicitur propriè, qa nec mutatur,nec mutari pōt. Vnde Au.li.5.de tri.

(Aliæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.2. [Aliæ,inquit,essentię vel substantię capiunt accidentia,quibus in eis fiat vel magna, vel quantacunque mutatio:Deo autem aliquid huiusmodi accidere nō potest:& ideo sola substantia vel essentia, quæ est Deus,incōmutabilis est: cui ,pfectò maximè ac verissimè competit esse: quod enim mutatur,non seruat ipsum verum esse:& quod mutari potest, etiam si non mutetur, potest quod fuerat non esse. Ideòque illud solùm, quod non tantùm non mutatur, verū etiam mutari omnino non potest, verissimè dicitur esse].i.substātia patris,& filij,& spiritus sancti.Ideoq; 1.Tim.6.c. Apost.loquens de Deo ait,Qui solus habet immortalitatem. Vt enim ait Aug. lib.1.de trini.[Cū anima Cap.1. quodammodo immortalis esse dicatur & sit, non diceret Apostolus,Solus Deus habet immortalitatē, nisi quia vera immortalitas incommutabilitas est, quam nulla potest habere creatura: quoniam solius creatoris est. Vnde Iacobus ait,Apud quem non est Iacob.1.c. trāsmutatio,nec vicissitudinis obumbratio.Et Dauid Psalm.101 Mutabis ea,& mutabuntur: tu autem idem ipse es. Li.8.c.20. Ideo Aug.super Gene. dicit,quòd Deus nec per loca 21.22.& nec per tempora mouetur: creatura uerò per loca,& 26. tempora.Et per tempora moueri,est per affectiones commutari.Deus autem nec loco nec affectione mutari potest.] qui per prophatam ait, Ego Deus,& non Malac.3.b mutor:qui est immutabilis solus:unde rectè solus dicitur habere immortalitatē. In omni enim mutabili Lib.3.c.12 natura,ut ait Aug. contra Maximinum,[nonnulla mors est ipsa mutatio:quia facit aliquid in ea non esse quod erat:unde & ipsa anima humana, quæ ideo dicitur immortalis, quia secundum modum suum nunquam desinit uiuere,habet tamen quādam mortem suam:quia si iustè uiuebat & peccat, moritur iustitiæ: si peccatrix erat & iustificatur,morit peccato. ut alias eius mutationes taceam, de quibus modo longum est disputare. Et creaturam naturā cœlestiū mori potuit, quia peccare potuit:nam& Angeli

peccauerunt

peccauerunt, & dæmones facti sunt, quorū est diabolus princeps:& qui nō peccauerunt, peccare potuerūt: & cuicunque rationali creaturę præstatur, vt peccare non possit,non est hoc naturæ propriæ,sed dei gratię. Et ideo solus Deus,vt ait Apostolus,habet immortali- 1.Tim.6.c. tatem, qui non cuiusquam gratia, sed natura sua nec potuit,nec potest aliqua cōuersione mutari, nec potuit, nec poterit aliqua mutatione peccare.] Proinde vt ait Augustt.1.lib.de trin.[Substantiam dei sine vlla Cap.1. sui commutatione mutabilia facientem, & sine vllo suo temporali motu temporalia creantem, intueri & nosse,licet sit difficile, oportet.] Verè ergo ac propriè incommutabilis est sola diuinitatis essentia:quæ sine sui mutatione cunctas condidit naturas.

D *Hic de simplicitate.*

Eademque sola propriè ac verè simplex est, vbi nec partium,nec accidentium, nec quarumlibet formarum vlla est diuersitas,siue variatio vel multitudo. Vt autem scias quomodo simplex sit illa substantia, vt docet Aug.6.lib.de trin.[Animaduerte primò,qua re omnis creatura sit multiplex, & nullo modo verè simplex: & primùm de corporali, postea de spirituali creatura.Corporalis vtique creatura ex partibus constat,ita vt sit ibi alia pars minor,alia maior, & maius sit totum quàm quælibet pars: & in vnoquoque corpore aliud est magnitudo,aliud color,aliud est figura.Potest enim etiam minuta magnitudine manere idem color, & eadem figura:& colore mutato manere eadē figura, & eadē magnitudo: ac per hoc multiplex esse cōuincitur natura corporis:simplex autem, nullo modo.

E *Hic de spirituali creatura ostendit,quomodo sit multiplex & non simplex.*

Creatura quoq; spiritualis,vt est anima,in compa- *Ex eodē lib.*
ratione quidē corporis est simplex: sine comparatio- *6.c.a.eodem.*
ne vero corporis, est multiplex, & non simplex:quę ideo simplex dicitur respectu corporis, quia mole non

D diffundi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

diffunditur per spacium loci, sed in vnoquoque corpore & in toto, tota est, & in qualibet eius parte tota est. Et ideo cùm fit aliquid in quauis exigua particula corporis, quod sentiat anima, quamuis non fiat in toto corpore, illa tamen tota sentit: quia totam non latet. Sed tamen nec in ipsa tota anima verè simplicitas est. Cùm enim aliud sit artificiosum esse, aliud iracundum, aliud acutum, aliud memorē, aliud cupiditatem, aliud timor, aliud lętitia, aliud tristitia: possintque hęc & alia huiusmodi innumerabilia in animæ inuenta natura, & alia sine aliis, & alia magis, alia minus: manifestū est, animæ non simplicem, sed multiplicem esse naturam: nihil enim simplex mutabile est: omnis autem creatura mutabilis est: nulla ergo creatura verè simplex est. Deus verò etsi multipliciter dicatur, verè tamen & summè simplex est: dicitur enim magnus, bonus, sapiens, beatus, verus, & quicquid aliud non indignè dici videtur: sed eadem magnitudo eius est, quæ sapientia. Non enim mole magnus est, sed uirtute: & eadem bonitas eius, quę sapientia, & magnitudo, & veritas: & non est ibi aliud ipsum beatum esse, & aliud magnum, aut sapientem, aut verum, aut bonum esse, aut omnino esse.] *Ibidē ca. 7.*

F *Qualiter Deus, cùm sit simplex, multiplex tamen dicatur.*

Hic diligenter notandum est, cùm dicat Augustinus solum Deum verè simplicem esse, cur dicat eundem multipliciter dici. Sed hoc non propter diuersitatem accidentium vel partium dicit, sed propter diuersitatem ac multitudinē nominū, quæ de Deo dicuntur: quæ licet multiplicia sint, vnum tamen significant, scilicet diuinam naturam. Hæc enim non ita accipitur, cùm de illa incōmutabili æternaque substantia incōparabiliter simpliciore quàm est humanus animus dicuntur, quemadmodū cùm de creaturis dicuntur. Vnde Augustinus in 6. li. de trin. [Deo (inquit) est, hoc esse, quod est fortem esse, vel sapientem esse, vel iustum esse, & si quid de illa simplici multiplicitate, vel multiplici

tiplici simplicitate dixeris, quo substantia eius significetur. Humano autem animo non est hoc esse, quod est fortem esse, aut prudentem, aut iustū: potest enim esse animus & nullam istarum habere virtutum.]

G *Tāta est Dei simplicitas, vt nulli prædicamētorū subiaceat.*

Quod autem in natura diuina nulla sit accidentiū diuersitas, nullaq; penitus mutabilitas, sed perfecta simplicitas, ostendit Aug. in 5. de trin. dicens, [intelligamus Deum, quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ præsidērem, sine habitu omnia continentem, sine loco vbique totum, sine tempore sempiternum, sine vlla sui mutatione mutabilia facientē, nihilque patientem: quisquis Deum ita cogitat, etsi nō adum pōt omnino inuenire quid sit, piè tamen cauet quantum potest, aliquid de illo sentire, quod nō sit.] Ecce si subtiliter intendas, ex his atque prædictis aperitur, illa prædicamenta artis Dialecticæ Dei naturæ minimè cōuenire, quę nullis est subiecta accidēbus. *Cap. 1.*

H *Quo Deus non propriè, sed abusiue dicitur substantia.*

Vnde nec propriè dicitur substantia, vt Aug. ostendit in lib. 7. de trin. [sicut ab eo quod est esse appellatur essentia, ita ab eo quod est subsistere, substantiam dicimus: si tamen dignum est, vt Deus dicatur subsistere. Hoc enim de his rebus rectè intelligitur, in quibus, vt in subiectis, sunt ea quæ in aliquo subiecto esse dicuntur, sicut in corpore color, aut forma. Corpus enim subsistit: & ideo substantia est. Res verò mutabiles neque simplices propriè dicuntur substantiæ. Deus autem si subsistit, vt substātia propria dici possit, ineſt in eo aliquid tanquam in subiecto, & non est simplex. Nefas est autem dicere vt subsistat Deus, & subsit bonitati suæ, atque illa bonitas non substantia sit, vel potius essentia, neque ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tanquam in subiecto. Vnde manifestum est Deum abusiuè substantiam vocari, vt nomine vsitatiore intelligatur essentia, quod verè ac *Cap. 4. & 5.*

propriè dicitur, ita vt fortasse solum Deum dici oporteat essentiam. Est enim verè solus: quia incommutabilis est.]

1 *Quod non est aliquid in Deo quod non sit Deus.*

Huius autem essentiæ simplicitas ac synceritas tanta est, quòd non est in ea aliquid quod nō sit ipsa, sed idem est habens, & quod habetur. Vnde Hilar. *Paulo post medium 4. li.* 7. lib. de trin. ait, [Non ex compositis Deus, qui unitas est, subsistit: neque qui virtus est, ex infirmis cōtinetur: neque qui lux est, ex obscuris coaptatur: neque qui spiritus est, ex disparibus formabilis est: totum quod in eo est, vnum est.] Idem in 8. libro de Trin. *Non longè à fine lib.* [Nō humano modo ex compositis Deus est, vt in eo aliud sit quod ab eo habetur, & aliud sit ipse qui habeat: sed totum vita est, natura. & perfecta & infinita & non ex disparibus constituta, sed viuens per totum ipsa.] De hoc eodem Boetius in 1. lib. de Trinita. *Cap. 3.* [Quocirca hoc verè vnū est in quo nullus numerus nullum in eo aliud præter id quod est: neq; enim subiectum fieri potest.] Augu. quoq; in lib. de fide & symbolo dicit, [In Dei substantia non est aliquid quod non sit substantia: quasi aliud sit ibi substantia, aliud quod accidit substantiæ. Sed quicquid ibi intelligitur, substantia est. Verùm hæc dici possunt facile, & credi videri autem nisi puro corde omnino non possunt. *Cap. 9. circa fi. eiusdem.* Item Aug. in 15. lib. de Tri. [Sic habetur in natura, cuiuscunq; trium, vt qui habet, hoc sit quod habet. *Cap. 17.* cut immutabilis simplexq; substātia.] Vnde Isido. *Lib. 1. de sūmo bo. c. 1. & c. 7. etym. c. 1.* [Deus simplex dr, siue nō amittendo quod habet, sed quod aliud nō est ipse, & aliud qđ in ipso est.] Et cū *Cap. 10.* tantæ simplicitatis atque synceritas sit natura diuina, est tamē in ea trinitas personarū. Vnde Aug. in 11. de ciuit. Dei, [Non propter hoc naturam summi boni simplicem dicimus, quia est pr in ea solus, aut filius in ea solus, aut spiritus sanctus in ea solus: aut quia in sola ista nominū trinitas sine subsistētia personarū, sicut Sabelliani putauerunt: sed ideo simplex dicimus quia

quia est hoc quod habet: excepto quòd relatiuè quæque persona ad alteram dicitur, nec est ipsa. Nam vtique pater habet filium, ad quem relatiuè dicitur, nec tū est filius: & filius habet patrē, nec tū ipse est pater. In quo verò ad semetipsum dicitur, & non ad alterū, hoc est quod habet: sicut ad semetipsum dicitur viuus habendo vitam, & eadem vita est ipse. Propter hoc itaque natura hæc dicitur simplex, quòd non sit aliud habēs, & aliud id quod habet, sicut in cæteris rebus est. Non enim habens liquorem liquor est, nec corpus color, nec anima est sapientia.] Ecce quanta est identitas, quanta est vnitas, immutabilitas, simplicitas, puritas diuinæ substantiæ, iuxta infirmitatis nostræ valitudinem assignauimus.

DE DISTINCTIONE TRIVM personarum.

A DISTINCTIO. IX.

NVNC ad distinctionem trium personarum accedamus. [Teneamus ergo (vtdocet Aug. in lib. de fide ad Petrū.) patrem, & filium, & spiritum sanctum vnum esse Deum naturaliter: nec tamen ipsum patrem esse, qui filius est, nec filium esse ipsum qui pater est, nec spiritum sanctum esse ipsum, qui pater est, aut filius. Vna enim est essentia patris & filij & spiritus sancti: in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus: quāuis personaliter alius sit pater, alius filius, alius spiritus sactus.] *De proprietatib. & cōditionib. personalib. trinitatis. Cap. 1.*

B *Hic de coæternitate filij cum patre.*

Genitus est enim à patre filius, & ideo alius: nec tamen antè fuit pater, quàm filius: coæternæ enim sunt sibi tres personæ.

C *Argumentatio arrianorum.*

Sed contra hoc inquit hæreticus, vt refert Amb. in

Cap. 5. circa medium eiusdem. li. 1. de fide ad Gratianum, [Omne quod natum est, principium habet: & ideo quia filius natus est, principium habet, & esse cæpit ex tempore: quod hæreticorum ore sic dictum est.] Nam ipse Arrius, vt meminit Augustii. in 6. libr. de tri. dixisse fertur, [Si filius est, natus est: si natus est, erat tempus quando non erat filius.]

Cap. 2.

D *Responsio argumenti catholica.*

Aug. ibidē. [Qui hoc dicit, non intelligit etiam natum esse Deo, sempiternum esse: vt sit coæternus patri filius: sicut splendor qui gignitur ab igne atq; diffunditur, coæuus est illi, & eet coæternus si ignis esset æternus.]

E *Oppositio Augustini contra hæreticum.*

Cap. 1. Item, [Si Dei filius, inquit Augu. lib. 6. de trin. virtus & sapientia Dei est, nec vnquam fuit Deus sine virtute & sapientia, coæternus est ergo Deo patri filius: dicit autem Apo. Christum esse Dei virtutem & Dei sapientiam. Aut ergo non fuit, quando non fuit filius, aut aliquando Deus non habuit virtutem & sapientiam: quod de mentis est dicere:] constat ergo quia semper habuit sapientiam: semper ergo habuit filium.

1. Cor. 1. d

F *Responsio Ambrosii ad idem, authoritate fulta.*

Li. 1. de fide ad Gratia. circa mediū cap. 5. Eidem quoq; Arrianicæ quæstioni Ambr. in hunc modum respondet: [Ego, inquā, filium esse natum confiteor: quod reliquū est impietatis, horresco. Scriptum est enim in veteri testamento, vt vel vnum dicam, Ante me non fuit alius Deus, & post me non erit. Quis ergo hoc dicit? pater, an filius? filius, ante me, inquit, non fuit alius Deus: Si pater, post me, inquit, nō erit: hic priorem, & ille posterum non habet. Inuicē enim in se, & pater in filio, & filius in patre cognoscitur. Cum enim patrem dixeris, etiam filium designasti: quia nemo ipse pater est filii, cū filiū nominas, etiā patre fateris: quia nemo ipse filius est. Itaq; nec filius sine patre, nec pater potest esse sine filio: semper ergo pater, semper & filius est.]

Esa. 43. b

Ioan. 13. d

Inuectio

G *Inuectio Ambrosii contra hæreticum.*

Item, [Dic, inquam, mihi hæretice, Fuit né quando omnipotens Deus pater non erat, & Deus erat? Nā si pater esse cœpit, tu eus ergo primò erat, & postea pater factus est. Quomodo ergo immutabilis Deus est? Si non ante Deus, postea pater fuit, vtiq; generationis accessione mutatus est sed auertat Deus hanc amentiā.

Lib. et c. cit.

Ineffabile est quomodo filius sit, & non habeat patrem priorem, sicut modus generationis intelligibilis & ineffabilis.

H

Sed quæris à me, inquit Ambr. quomodo si filius sit, non prioretem habeat patrem? Quæro item abs te, quando vel quomodo filiū putes esse generatum? mihi enim impossibile est generationis scire secretū: mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed & angelorum: supra potestates, & supra angelos, & supra cherubin, & supra seraphin, & supra omnē sensum est: quia scriptum est, Pax Christi supra omnem sensum est. Et si Pax Christi supra omnem sensum est, quomodo non est supra omnē sensum tanta generatio? Tu ergo ori manum admoue: scrutari non licet superna misteria. Licet scire quod natus sit; non licet discutere qūo natus sit. Illud mihi negare non licet, hoc qrere metus est.] Ineffabilis. n. est illa generatio. Vnde Esaias, Generationem eius quis enarrabit?

Ibidem.

Phil. 4. b

Eccle. 5. d

Esa. 53. b

I *Quidam præsumunt discutere generationis ierem.*

Quidam tamen de ingenio suo præsumentes, dicunt illam generationem posse intelligi, & alia huiusmodi, inhærentes illi authoritati Hieronymi super Ecclesiasten, [in sacris scripturis, Quis, sæpissimē non pro impossibili, sed pro difficili ponitur, ut ibi, Generationem eius quis enarrabit?] Sed hoc non dicit Hieronymus: ideo quod generatio filii æterna plēnē intelligi vel explicari possit à quoquam mortaliū: sed quia de ea aliquid intelligi, uel dici potest: quidam tamen hoc accipiunt dictum de temporali Christi generatione.

In 3. c. circa illud, Quis Leo Papa et Dionysius.

Vtrum debeat dici, semper gignitur, uel
K *semper genitus est filius.*

Hic quæri potest cùm generatio filij à patre nec principium habeat nec finem, quia æterna est, verũ debeat dici, filius semper gignitur, vel semper genitus est, uel semper gignetur. De hoc Grego. super Iob ait - [Dominus Deus Iesus in eo quod virtus & sapientia Dei est, de patre ante tempora natus est: uel potius quia nec cœpit nasci, nec desijt, dicamus uerius, semper natus: non autem possumus dicere, semper nascitur, ne imperfectus esse uideatur. At verò vt æternus designari valeat & perfectus, & semper dicamus, & natus, quatenus & natus ad perfectionem pertineat, & semper ad æternitatem: quamuis per hoc ipsum quod perfectum dicimus, multum ab illius æternitatis expressione deuiamus: quia quod factum non est, non potest dici propriè perfectum, sed balbutiendo vt possumus, excelsa Dei resonamus. Et Dominus nostræ infirmitatis verbis condescendẽs, Esto, inquit, perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.] Super illum locum etiam Psal. Ego hodie genui te, de hac generatione filij ita loquitur Aug. [Quamquam per hoc quod dicit, hodie, possit etiam intelligi dies ille, quo Christus secundùm hominem natus est: tamen quia hodie præsentiam significat, atque ab æternitate neque præteritum quicquam est, quasi esse desierit: neque futurum, quasi nondum sit, sed præsens tantùm: quia quicquid æternum est, semper est: diuinius accipitur de sempiterna generatione sapientiæ Dei.] Ecce his verbis ostendit August. quod generatio filij semper est, nec præterit, nec futura est, quia æterna est. [Ideo dixit genui, ne nouum putaretur, scilicet ne videretur incepisse: hodie dixit, ad præterita generatio uideretur.] Ex his ergo uerbis Prophetæ, vt ait Ioan. Chrysost. nihil aliud manifestatur, nisi quia ex ipsa essentia patris semper genitus est filius.

Lib. 29. moralium. c. 1.

Matth. 5.

In Psal. 2.

Homi. 2. circa illud Heb. 1. Fulgens meus es tu.

Aug. lib. 83. quæst. q. 37. de semper nato differens, ait, Melior est semper natus, quam qui semper nascitur: qui a qui semper nascitur, nondum est natus: & nunquam natus est, aut natus erit, si semper nascitur. Aliud. n. est nasci, aliud natũ esse: ac per hoc nunquã filius est, si nunquã natus est. Filius autẽ est: quia natus est, & semper filius. Semper igitur est natus.

Origenes videtur dicere contrarium: ait enim, quòd
L *semper generatur filius à patre.*

Origenes verò super Hieremiam dicit, q̃ filius semper generatur à patre, his verbis, [Saluator noster est sapientia Dei: sapientia verò est splendor æternæ lucis: saluator ergo noster splendor est claritatis. Splendor autem non semel nascitur, & desinit: sed quoties ortum fuerit lumẽ, ex quo splendor oritur, toties oritur etiam splendor claritatis: sic ergo saluator semper nascitur. Vnde ait in lib. Sap. Ante omnes colles genuerat me Dominus: non, ut quidam malè legunt, generauit.] His uerbis apertè ostendit Orig. sanè dici posse & debere, filius semper nascitur: quod videtur contrarium illi verbo Gregorij præmisso, scilicet, nõ possumus dicere, semper nascitur.

Orig. tom. 2 hom. in Hieremiam, 6. circa illud Hiere. 11. Renersi sint

Prouerb. 8. secundùs 70

Exponit præmissa uerba Gregorij, ne putetur inter
M *doctores esse contrarietas.*

Sed ne tanti autores sibi contradicere in re tanta videãtur, illa uerba Gregorij benigne interpretemur. Dominus, inquit, Iesus ante tempora natus est de patre: vel potius, quia nec cœpit nasci nec desijt, dicamus verius, semper natus. Sed quò verius dicitur hoc. s. q̃ filius semper natus est, quã illud. s. q̃ de patre ante tempora natus est? illud. n. syncera & catholica fides tenet: ac prædicat ut illud. Quare ergo ait, dicamus verius, cùm vtrunq; pariter sit verum? nisi quia volebat intelligi hoc ad maiorem euidentiam & expressionem veritatis dici, quàm illud. His etenim verbis omnis calumniandi versuris hæreticis obstruitur aditus: quibus Christi secundùm deitatem generatio,

ratio, sine initio, & sine fine esse, ac perfecta monstratur. Non aũt adeò apertè semper manifestatur veritas cùm dicitur, filius ante tempora genitus est de patre, vel filius semper nascitur de patre. Et ideo dicit Gregorius, q̃ non possumus dicere, semper nascitur. Non, inquã, ita conuenienter, non ita congruè ad explanationem veritatis: potest tamen dici, si sanè intelligatur: semper.n. nascitur filius de patre, vt ait Origenes, non q̃ quotidie iteretur illa generatio, sed quia semper est. Semper ergo nascitur, id est natiuitas eius sempiterna est.

Quod filius semper generatur, confirmatur ex dictis Hilary.

N

Paulo post libri medij Hilarius quoque dicit filium nasci ex patre in lib. 7. de trinitate, his verbis. [Viuens Deus, & naturæ æternæ viuẽtis potestas est: & quod cum sacramento scientiæ sinæ ex eo nascitur, non potuit aliud esse quàm viuens. Nã cùm ait, Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: docuit vitam in se per viuentẽ patrem inesse.] Ecce hic habes, quia filius nascitur ex

Ioan. 6. f

Paulo post. Ioan. 5. d. patre. Item in eodẽ, [Cùm dicit Christus, Sicut pater habet vitam in se, sic & filio dedit uitam habere in semetipso: oĩa viua sua ex viuente testatus est. Quod autem ex viuo viuum natũ est, habet natiuitatis profectum sine nouitate naturæ. Nõ.n. nouum est quod ex viuo generatur in viuum: quia nec ex nihilo est: & vita quæ natiuitatem sumit ex vita, necesse est per naturæ unitatem, & perfectæ natiuitatis sacramentũ, vt & in viuẽte viuat, & in se habeat vitam viuentẽ.]

Paucis interpositis. Ecce & hic habes, quia generatur ex uiuo viuẽs filius. Item in eodem, [In Deo totum quod est viuit. Deus enim vita est, & ex vita nõ potest quicquam esse nisi viuum: neque ex deriuatione, sed ex virtute natiuitatis.] Ac sic dum totum quod est viuit, & dum totum quod ex eo nascitur virtus est, habet natiuitatem

Pene in loco primo citato

Multo post libri medij filius, nõ demutationem.] Et hic dicit quia nascitur. Item in 9. lib. de trin. [Donat pater filio tantum esse, quantum

quantum est ipse: cui innascibilitatis esse imaginem sacramẽto natiuitatis impartit, quem ex se, in sua forma generat.] Hic dicit quia generat pater filium.

O *Breuiter docet quid de hoc comendandum sit.*

Dicamus ergo filium natum de patre ante tẽpora, & semper nasci de patre, sed congruentius semper natum, & eundem fateamur ab æterno esse, & patri coæternum, id est autori. Pater enim generatione autor filij est vt in sequenti ostendetur. Vt ergo pater est æternus, ita & filius æternus est: sed pater sine autore, filius verò non: quia pater innascibilis est, filius natus. Et, ut ait Hilar. in 12. lib. de trin. [aliud est sine autore semper esse æternũ, aliud patri, i. autori esse coæternum. Vbi autẽ pater autor est, ibi & natiuitas est: quia sicut natiuitas ab autore est, ita & ab æterno autore æterna est natiuitas. Omne autem quod semper est, etiam æternum est: sed tamen non oẽ quod æternum est, etiam innatum est: quia quod ab æterno nascitur, habet æternum esse quod natum est. Quod autem non natum est, id cum æternitate nõ natum est: quod verò ex æterno natum est id si non æternũ natum est, iam non erit. & pater autor æternus: si quid igitur ei, qui ab æterno patre natus est, ex æternitate defuerit, id ipsum autori non est ambiguum defuisse: quia si gignenti est infinitum gignere, & nascenti etiã infinitum nasci est. Medium.n. quid inter natiuitatẽ Dei filij, & generationem Dei patris, nec sensus, nec ratio admittit: quia & in generatione natiuitas est, & in natiuitate generatio est: quia sine utroq; neutrum est: vtrunq; ergo sine interuallo sui est.]

Hæc distin. item 15. dis.

Penè in medio libri.

P *Argumentatio hæretici.*

Sed inquiet hæreticus, Omne quod natum est, non semper fuit: quia in id natum est vt esset. Nemo ambigit quin ea quæ in rebus humanis nata sunt, aliquã do non fuerint. Sed aliud est ex eo nasci, quod semper non fuit: aliud est ex eo natum esse, quod semper est. Ibi nec semper fuit, qui pater est, nec semper pater est,

Responsio Hilary lib. 12. de trin. præcitato.

& qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

& qui nõ semper pater est, nõ semper genuit: ubi aũt semper pater est, semper filius est. Quòd si semper Deo patri propriũ est, & semper est pater, necesse est filio semper proprium esse, quod semper est filius. Quõ ergo cadet in intelligentiam nostram, ut non fuerit semper, cui proprium est semper esse quod natum est? Natum ergo vnigenitum Deum confitemur, sed natum ante tempora, nec antè esse quàm natum, nec antè natum quàm esse: quia nasci quod erat iam, non nasci est, sed seipsum demutare nascendo. Hoc autem humanum sensum, & intelligentiam excedit mundi: non hoc capit ratio humanæ intelligentiæ, sed prudentiæ fidelis professio est.

HIC DE SPIRITV SANCTO AGITVR & prius, quòd sit amor patris & filij, dicitur.

A

DISTINCT. X.

De æterna processione spiritus sancti, quantũ ad personã quæ procedit. Cap. 17.

NVNC verò post filij æternitatem, de spiritu sancto, quantum Deo donante uidere conceditur, disseramus. Spiritus sanctus amor est siue charitas, siue dilectio patris & filij. Vnde Augu. in 15. lib. de Trin. ait, [Spiritus sanctus nec patris est solius, nec filij est solius, sed amborum: & ideo communem, qua inuicem se diligunt pater & filius, nobis insinuat charitatem.]

Quod spiritus sanctus propriè dilectio dicatur,

B *& tamen Trinitas sit dilectio.*

1. Ioan. 4. c

Ioannes autem in epistola canonica ait, Deus charitas est: non dixit, Spiritus sanctus charitas est: quod si dixisset, absolutior esset sermo, & non para pars quæstionis decisa: sed quia dixit, Deus charitas est, incertũ est: & ideo quærẽdũ est vtrũ Deus pater sit charitas, an filius, an spiritus sãctus, an Deus ipsa trinitas: quia & ipsa non tres dij, sed unus est deus.

Ad

Ad hoc Augustin. in eodem libro ita dicit, [Nescio cur sicut sapientia & pater dicitur, & filius & spiritus sanctus, & simul omnes non tres, sed una sapientia: nõ ita & charitas dicatur pater, & filius, & spiritus sãctus, & simul omnes una charitas. Non ideo tamen quisquam nos inconuenienter æstimet charitatẽ appellare spiritũ sanctũ: quia & Deus pater, & Deus filius potest charitas nuncupari: sicut propriè verbum Dei, etiam sapientia Dei dicitur, cùm & pater & spiritus sanctus sit sapientia.

Aug. lib. 15. de Trin. c. præcedentis

Sicut uerbum dei proprie dicitur sapientia, & tamen tota trinitas dicitur sapientia: ita & spiritus sanctus proprie dicitur charitas: & tamen pater, & filius, & spiritus sanctus dicitur

C *charitas.*

Si ergo propriè aliquis horum trium charitas nũcupari deber, quis aptius quàm spiritus sanctus? ut scilicet in illa simplici summaque natura non sit aliud substantia, & aliud charitas: sed substantia ipsa sit charitas, & charitas ipsa sit substantia siue in patre, siue in filio, siue in spiritu sancto: & tamen spiritus sanctus propriè charitas nuncupatur.] Ecce his verbis apertè dicit Augustin. quod in trinitate charitas aliquã do refertur ad substantiam, quæ communis est trium personarum, & tota in singulis: aliquando specialiter ad personam spiritus sancti: sicut sapientia Dei aliquando pro substantia diuina, aliquando pro filio propriè accipitur: & hoc in multis fieri reperitur.

Eodẽ lib. c. eodem, sed paulo inferius.

Exemplis confirmat, eadem nomina propriè & vniuersaliter accipi.

D

Pluribus enim exemplis doceri potest, multa rerum vocabula & vniuersaliter poni, & propriè quibusdam rebus adhiberi: [sicut Legis nomine aliquando simulacra veteris instrumẽti significãtur eloquia, aliquando aũt propriè vocatur Lex quæ data est per Moysen.

Eisdem lib. & cap.

Ioan.1.b Moysen. Multa alia suppetunt exempla: sed in re aperta vitanda est longitudo sermonis.] [Sicut ergo vnicum Dei verbū propriè vocamus nomine sapientię, cū sit vniuersaliter & spiritus sanctus & pater ipsa sapientia: ita spiritus sāctus propriè nūcupatur vocabulo charitatis, cū sit & pater & filius vniuersaliter caritas.

Auctoritatem ponit, quod filius propriè

E *dicitur sapientia.*

Sed Dei verbum, id est, vnigenitus Dei filius, apertè dictus est Dei sapientia, ore Apostoli dicentis, Christum Dei virtutem, & Dei sapiętiam. Spiritus autem sanctus vbi sit dictus charitas, inuenimus, si diligenter Ioannis Apostoli eloquium scrutemur: qui cū dixis-
1.Ioan.4.b set, Diligamus inuicē, quia ex Deo est dilectio: adiunxit, Et omnis qui diligit, ex deo natus est: quia dilectio, Deus est. Hic manifestauit se dixisse eam dilectionem esse Deum, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio: sed quia & filius ex Deo patre natus est, & spiritus sanctus ex Deo patre procedit, quem potius eorum hic debeamus accipere dictum esse dilectionem, meritò quæritur. Pater enim solus ita Deus est, ut non sit ex Deo: & ideo dilectio, quæ ita Deus est vt ex Deo sit, non ipse pater est, sed aut filius, aut spiritus sanctus. Sed in consequentibus, cùm Dei dilectionem commemorasset Ioannes, qua dilexit nos, & hinc hortatus esset, ut & nos inuicem diligamus, atque ita Deus in nobis maneat, quia vtriq; dilectionem Deum dixerat, statim volens de hac re apertius ali-
In eodē cap. quid eloqui, inquit, In hoc cognoscimus quia in ipso maneamus, & ipse in nobis, quia de suo spiritu dedit nobis. Spiritus itaq; sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, & ipsum in nobis: hoc autem facit dilectio. Ipse ergo Deus est dilectio. Deus ergo spiritus sanctus, qui procedit ex Deo, significatur, vbi legitur, Deus dilectio est, & dilectio ex Deo est.] Ecce his verbis apertè dicit August. spiritum sanctum esse charitatē patris & filij: & in tantū quoq; sermone pro-

duxit, ut videatur dixisse, spiritum sanctū non solùm esse dilectionē patris & filij, qua se inuicem & nos diligunt, sed etiā qua diligimus Deum. Sed vtrū ipse sit charitas, qua nos diligamus Deū, sequēti explicabit. *Dist. 17. primi.*

Reddit ostendere quod proposuerat, scilicet, Quòd spiritus sanctus sit amor, quo pater a filio, & filius

F *a patre diligitur.*

Nunc verò quod incepimus ostendere, curemus, scilicet, spiritum sanctum dilectionem esse siue amorem patris & filij, quo scilicet pater diligit filiū, & filius patrem. De hoc Hieronymus super 17. Psalm. *In tomo. 8. circa illud,* ait, [Spiritus sanctus nec pater est nec filius, sed dilectio quam habet pater in filium, & filius in patrem.] *Diligam te Domine.*
Aug. quoq; in 6. lib. de Trinit. ait, [In omnibus æqua lis est patri filius, & est vnus eiusdemq; substantiæ. *In fine 4.c*
Quapropter etiam spiritus sanctus in eadem vnitate substantiæ & æqualitate consistit.

G *Quid sit spiritus sanctus, hic aperitur.*

Siue enim sit vnitas amborum, siue sanctitas, siue charitas, manifestum est, quòd non aliquis duorum *In princi- pio. 5. cap.* est quo vterq; coniungitur, quo genitus à gignente diligatur, genitoremq; suum diligat, sintq; non participatione sed essentia sua, neque dono superioris alicuius, sed proprio suo seruantes vnitatem spiritus in vinculo pacis.] Ecce hic habes, spiritum sanctum esse, quo filius diligitur à patre, & pater à filio: & quo il- *Ad Ephes.* li duo seruant vnitatem pacis. [Spiritus ergo sanctus *4.a* (vt ait Augustinus in eodem) commune est aliquid patris & filij, quicquid illud est. At ipsa communio, consubstantialis & coæterna est: quæ si amicitia conuenienter dici potest, dicatur: sed aptius dicitur charitas, & hæc quoque substantia: quia Deus substantia est, & Deus charitas est. Tria ergo sunt, & non amplius: vnus diligens eum, qui de illo est, & unus diligens eum de quo est, & ipsa dilectio: quæ si nihil est, quomodo Deus dilectio est? Si non est substantia, quomodo Deus substantia est?]

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod spiritus sanctus sicut communis est patri & filio, ita commune nomen habet proprium.

H Hic notandum est, quòd sicut spiritus sanctus in trinitate specialiter dicitur charitas, quæ est patris & filij vnio: ita & nomen tenet propriè, quod patri & filio cõmuniter quodãmodo congruit. Vnde Augu. in *Cap. 16. circa finẽ cap.* 15. lib. de Trin. [Si charitas (inquit) qua pater diligit filiũ, & patrẽ diligit filius, ineffabilẽ cõmunionẽ demõstrat amborũ, quid cõueniẽtius, q̃ ut ille propriè dicatur charitas, q̃ spiritus est cõmunis ambobus? Hoc *Cap. 19. circa finẽ cap.* enim sanius creditur & intelligitur, ut non solùm spiritus sanctus charitas sit in illa trinitate, sed non frustra propriè charitas nuncupetur, propter illa quæ dicta sũt: sicut non solus in illa trinitate vel spiritus est, vel sanctus: quia & pater spiritus, & filius spiritus: & pater sanctus, & filius sanctus: & tamen ipse non frustra dicitur spiritus sanctus. Qui. n. est cõis ambobus, id uocatur ipse propriè, quod ambo cõiter. Alioquin si in illa trinitate solus spiritus sãctus est charitas, profectò & filius non solius patris, sed etiam spiritus sancti filius inuenitur. Ait. n. Apostolus de Deo patre, *Coloss. 1. b* Transtulit nos in regnũ filij charitatis suæ. Si ergo non est in ista trinitate charitas Dei nisi spũs sãctus, filius est etiã spũs sancti. Sed quia hoc absurdissimum est, restat vt nõ solus ibi sit charitas spiritus sanctus: sed propter illa de quibus satis diserui, propriè sic vocatur.

QVOD SPIRITVS SANCTVS *procedit à patre & filio.*

A DISTINCTIO XI.

Aug. li. 15 de trin. 26. has scripturas eodẽ adducit. Hic dicendum est, spiritum sanctum & patre esse & filio, & procedere à patre & filio: quod multi hæretici negauerunt. Quod autẽ de vtroque procedat, multis diuinorum eloquiorum testimoniis comprobatur. Dicit. n. Apostolus, Misit Deus *Gal. 4. a* spiritum

spiritum filij sui in corda nostra. Ecce hic dicitur spiritus filij. Et alibi, Qui autẽ spiritũ Christi nõ habet, *Rom. 8. b* hic non est eius. Ipse etiam filius de spiritu sancto dicit in Euangelio, Quem ego mittam vobis à patre. *Ioan. 15. b* Patris autem spiritus dictus est, vbi legitur, Si spiritus *Rom. 8. b* eius q̃ suscitauit Christũ à mortuis, habitat in vobis. Et ipse Christus dicit, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur. Et in alio *Mat. 10. a* loco, Quem mittet pater in nomine meo. Et alibi ipse *Ioan. 14. d* filius de spiritu sancto ait, De patre procedit. His & *Ioan. 15. d* alijs auctoritatibus pluribus ostenditur, quòd spiritus sanctus à patre & filio procedit.

Qu d Græci non concedunt spiritum sanctum procedere a filio.

B Græci tamen dicunt spiritum sanctũ procedere tãtùm à patre, & non à filio. Quod ideo dicunt, quia veritas in Euangelio fidem integram continens, de *Ioan. 15. a* processione spiritus loquens, solum patrẽ commemorat, dicens, Spiritus qui à patre procedit. Et etiam ideo, *Nicæno, Ephesino, Chalcedonẽ* quia in principalibus concilijs, quæ apud eos celebrata sunt, ita symbola eorum subiunctis anathematibus sancita sunt, vt nulli de trinitatis fide aliud docere, vel *si, & Constantinopolitano.* aliter prædicare quàm ibi cõtinetur, liceat. In quibus quidem symbolis cùm spiritus sanctus cõmemoretur procedere à patre, & nõ à filio, Quicunque, inquiunt, à filio eum procedere addunt, anathema incurrunt: vnde & nos arguũt anathematis reos. Addunt etiam ad assertionem suę opinionis, & in testimonium nostræ damnationis, de symbolo fidei, quod secundùm traditionem prædictorum cõciliorum Leo 3. Rome transscriptum in tabula argentea, post altare beati Pauli posita, posteris reliquit pro amore (vt ipse ait) & cautela fidei orthodoxæ. In quo quidem symbolo in processione spiritus solus commemoratur pater, his verbis, Et in spiritum sanctum dominum, & viuificatorem, ex patre procedentem: cùm patre & filio

Universidad de Deusto
Biblioteca

lio coadorandum, & glorificandum, &c. illud est symbolum quod in missa cantatur, æditum in Niceno concilio: in fine cuius subiunctum est, Qui aliud docuerit, vel aliter prædicauerit, anathema sit. Ideoque Græci nos anathematizatos dicunt, quia dicimus spiritum sanctum à filio procedere: quod ibi non continetur. Quod enim secundum nos ibi dicitur, Qui à patre filioque procedit, alterum à Latinis est additum, scilicet, filioque.

C *Responsio, vbi determinantur prædicta.*

Nos autē illa verba ita determinamus, Qui aliud docuerit, vel aliter prædicauerit, id est, contrarium docuerit, vel contrario modo prædicauerit, anathema sit. Aliud ergo posuit pro oppositō: qualiter & Apostolus in epistola ad Galatas, Si quis aliud euangelizauerit, id est, contrarium, anathema sit. Non dicit, Si quis addiderit: nā si illud diceret, sibi ipsi, vt ait Augustinus, præiudicaret, qui cupiebat venire ad quosdam quibus scribebat, sicut ad Thessalonicenses, vt suppleret quæ illorum fidei deerant. Sed qui supplet quod minus erat, addit: non quod inerat tollit. Qui autem præterit fidei regulam, non incedit in via, sed recedit à via. Ad illud autē quod de euangelio opponunt, respondemus ita, quia cùm dicat in eo veritas spiritum sanctū à patre procedere, nō addit solo: & ideo etiā à filio procedere nō negat: sed ideo patrē tantùm nominat, quia ad eū solet referre etiā quod ipsius est: quia ab illo habet quicquid habet.

Gala. 1. b

1. Thess. 3. c

Quod Græci in sensu nobiscum conueniunt, etsi verbis differant.

D Sciendū est tamen, quòd Græci confitentur spiritum sanctum esse filij, sicut & patris: quia & Apostolus dicit, Spiritum filij. Et veritas in euangelio, Spiritum veritatis. Sed cùm non sit aliud, spiritum sanctum esse patris vel filij, quam esse à patre & filio: etiam in hoc in eandem nobiscum fidei sententiam conuenire videntur, licet in verbis dissentiant.

Gala. 4.
Ioan. 16. c

Auctoritatibus Græcorum ostenditur spiritum sanctum procedere etiam à filio.

Vnde etiā quidā eorū catholici doctores intelligētes vnam eandemque fore sententiam prędictorum verborum, quibus dicitur spiritus sanctus procedere à filio, & esse filij, professi sunt, spiritum sanctum etiam procedere à filio. Vnde Athanasius in symbolo fidei, Spiritus sanctus à patre & filio, nō factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Ecce spiritum sanctum a patre dixit procedere à patre & filio. Didymus etiam eorum maximus doctor, in lib. 2. de spiritu sancto, spiritum sanctū à filio procedere dicit: [Saluator, inquit, qui & veritas, ait, Nō enim loquetur à semetipso, hoc est, nō sine me, & sine meo & patris arbitrio: quia inseparabilis est à me & à patris voluntate: quia ex se non est, sed ex patre & me est. Hoc enim ipsū quòd subsistit & loquitur, à patre & à me illi est.] Item, [Spiritus sanctus, qui est spiritus veritatis, spiritusq; sapiētiæ, non potest audire à filio loquēte quæ nescit, cùm hoc ipsum sit quod profertur à filio, id est, procedens Deus de Deo, spiritus veritatis procedens à veritate, consolatur manans ex consolatore.] Item Cyrillus episcopus in epistola Nestorio directa ait, [Spiritus intelligitur per se, secūdum quòd spiritus est, & nō filius: sed tamen nō est alienus ab eo. spiritus enim veritatis nominatur, & profluit ab eo sicut ex Deo patre.] Ioānes quoque Chrysostomus in homilia quadam de expositione symboli sic ait, [Iste est spiritus procedēs de patre & filio, qui diuidit dona propria prout vult.] Idē in alia homilia, [Credendum est, spiritum sanctū patris esse & filij. Istum spiritum sanctum dicimus patri & filio coæqualem, & procedentem de patre & filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpāt bonos mores.] Ecce à doctoribus Grecorū aperta habemus testimonia quibus spiritus sanctus à patre & filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur, spiritum sanctum procedere à patre & filio.

Post medium libri.
Ioan. 16. c

Ibidem, paulo post.

1. Cor. 12. b

1. Cor. 15. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

VTRVM SPIRITVS SANCTVS prius vel plenius procedat à patre quàm à filio.

A DISTINCT. XII.

ITEM quæritur, cùm spiritus sanctus à patre procedat & à filio, vtrùm prius vel magis processerit à patre quàm à filio: quod nititur hæreticus ostendere, ita dicens, Si processit spiritus sanctus à patre, processit vtique aut nato iam filio, aut non nato filio. Si verò iam nato filio processit, ante natus est filius quàm processerit spiritus sanctus: præcessit ergo natiuitas filij processionem spiritus sancti. Si autem processit à patre non genito filio, ante processit, quàm filius genitus fuerit.

Responsio Augustini ad id quod primo quærebatur, scilicet, an prius à patre quàm

B *à filio processerit.*

His & huiusmodi quæstionibus magis laboriosis quàm fructuosis respondet Augusti. in 15. libr. de Trinita. dicens, [In illa summa Trinitate, quæ Deus est, interualla temporum nulla sunt, per quæ possit obtendi, aut saltem requiri, vtrùm prius de patre natus sit filius, & postea de ambobus processerit spiritus sanctus. Nunquid ergo possumus quærere, vtrùm iam processerat de patre spiritus sanctus, quàdo natus est filius: an nondum processerat, & illo nato de vtroque processit. Non possunt prorsus ibi ista quæri, vbi nihil ex tempore inchoatur, vt consequenti perficiatur in tempore. Ideo qui potest intelligere sine tempore generatoinem filij de patre, intelligat sine tempore processionem spiritus sancti de vtroque.] Ecce his verbis absoluta est quæstio illa, qua quærebatur, vtrùm prius processerit spiritus sanctus à patre quàm à filio.

Cap. 26.

Hic

Hic agitur de eo quod secundò quærebatur, scilicet, an plenius uel magis processerit à patre

C *quàm a filio.*

Nunc tractãdum est quod secundò quærebatur. s. an plenius aut magis procedat spiritus sanctus à patre quàm à filio. Ad quod dicimus, quia sicut non ante procedit à patre quàm à filio, ita nõ plenius uel magis procedit à patre quàm à filio. Aug. tamen in 15. de Trin. dicit, q̃ spiritus sanctus principaliter procedit de patre: [Non frustra, inquit, in hac trinitate non dicitur verbum Dei nisi filius, nec donum Dei, nisi spiritus sanctus: nec de quo genitum est verbũ, & de quo procedit principaliter spiritus sanctus, nisi Deus pater.] Ecce audisti quia spiritus sãctus principaliter procedit à patre. Sed ne te hoc turbarer, ipse continuò ex quo sensu hoc dixerit, aperit dicẽs, [Ideo addidi principaliter, quia & de filio spiritus sanctus procedere reperitur: sed hoc quoque illi pater dedit non iam existenti, & nondum habenti. Sed quicquid vnigenito verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, vt ẽt de illo donum cõe procederet, & spiritus sanctus spiritus esset amborum.] Ecce exposuit ipsemet quomodo spiritus principaliter procedat à patre: non quia prius vel magis procedat à patre quã à filio, sed quia cùm procedat à filio, hoc ipsum habet filius à patre.

Cap. 17.

Tom. 4. ad Cyrillũ scribens epi. cuius initium: Credimus, um, Credimus in unũ Deũ patrẽ.

Eundem sensum etiam dicitur spiritus sanctus proprie

D *procedere a patre.*

Ex eodem sensu ẽt dicitur procedere propriè de patre. Vnde Hiero. in expositione catholicæ fidei Niceniq; symboli, ait, [Credimus in spiritum sanctum, qui de patre procedit propriè. Ite, Spiritum sanctum uerũ Deũ inuenimus in scriptura, & de patre esse propriè. Et item, De patre filius, & spiritus sanctus propriè & uere de patre procedit.] Ecce apertè dicit spiritum sanctum proprie esse de patre, & propriè procedere à patre. Quod non est ita intelligendum, tanquam prius vel plenius à patre procedat quàm à filio, sed

quia hoc habet pater à se non ab alio, vt de ipso sit & procedat spiritus sanctus. Filius autem non à se sed à patre hoc habet, vt de ipso sit & procedat spiritus sanctus.

Ex eodem sensu dicitur spiritus sanctus esse & mitti a patre per filium.

E Fortè etiam iuxta hanc intelligentiam dicitur spiritus sanctus mitti per filium, & à patre esse per filiũ. Vnde Hilarius ad Deũ patrẽ de spiritu sancto & filio loquens in 12. lib. de Tri. ait, [In spiritu sãcto tuo ex te profecto, & per eum misso. Item, Ante tẽpora vnigenitus tuus ex te natus manet, ita quòd ex te per eum spiritus sanctus tuus est: quod etsi sensu nõ percipiã, tamen teneo conscientia, In spiritualibus enim rebus tuis hebes sum. Item in eodem, Conserua hanc ore fidei meæ religionem, vt quod in regenerationis meæ symbolo professus sũ semper obtineã, te patrẽ scilicet & filium tuũ vnà tecum adorem spiritum sanctum tuum, qui ex te per vnigenitum tuũ est, promereamur. Ecce apertè dicit spiritum sanctum à patre per filium & mitti, & esse: quod non est intelligendum quasi à patre per filium minorem mittatur, vel sit, sed quia ex patre & filio est, & mittitur ab vtroque: sed hoc ipsum habet filius à patre, vt ab ipso sit & mittatur spiritus sanctus. Hoc ergo voluit significare Hilarius distinctionem faciens in locutione, vt ostenderet de patre esse autoritatem. Inde est etiam quòd veritas ostendens patrem esse autorem processionis, quia Ioan. 15. d. procedit spiritus à filio, dixit in euangelio, De patre procedit, cũ & de patre & filio procedat spiritus sanctus. Cap. 27. Vnde Aug. in 15. lib. de tri. querit, [Si de patre & filio procedit spiritus sãctus, cur filius dixit, De patre procedit? cur, putas, nisi quia solet ad eum referre etiam Ioan. 7. b. quod ipsius est, de quo & ipse est? sicut ait, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si ergo hic intelligitur eius doctrina, quã tamẽ non dixit suã, sed patris, quãtò magis illic intelligẽdus est spiritus sãctus de

In fine duodecim libr. Ibidẽ, multis interpositis.

de ipso procedere, vbi sic ait, De patre procedit, vt nõ diceret, De me non procedit? A quo autẽ habet filius vt sit Deus, (est enim Deus de Deo) ab illo vtique habet, vt etiam de illo procedat spiritus sanctus. Et ideo spiritus sanctus vt etiam de filio procedat, sicut procedit de patre, ab ipso habet patre.] [Quapropter qui põt intelligere in eo quod ait filius, Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso: non sine vita existenti iam filio vitam patrem dedisse, sed ita eum sine tẽpore genuisse, vt vita, quã pater filio gignendo dedit, coætetna sit vitæ patris qui dedit: intelligat etiam sicut habet pater in seipso, vt de illo procedat spiritus sanctus, sic dedisse filio, vt etiam de isto procedat idẽ spiritus sanctus, & vtrunque sine tempore. Ita ergo dictum est spiritum sanctũ de patre procedere, vt intelligatur quod etiã procedit de filio, de patre esse & filio. Si enim quicquid habet, de patre habet filius, de patre habet vtique vt & de illo procedat spiritus sanctus. Sed nulla ibi tempora cogitentur, quæ habeant prius & posterius: quia ibi omnino nulla sunt.] *Aug. de tri. 15. c. 26.* *Ioan. 5.*

QVARE SPIRITVS SANCTVS, CVM *sit de substantia patris, non dicatur genitus vel filius, sed tantum procedens.*

A

DISTINCT. XIII.

POST hæc considerandum est, quantum à talibus, quales nos sumus, intelligi potest, cùm spiritus sanctus procedat de patre, & sit de substantia patris, cur non dicatur esse natus, sed potius procedere, & cur non dicatur esse filius. Quare autem & spiritus sanctus non dicatur vel sit natus, & ideo non sit filius, Augusti. ostendit in 15. lib. de Trini. dicens, [Si spiritus sanctus *Cap. 27.*

filius diceretur, amborum vtique filius diceretur: quod absurdissimum est. Filius quippe nullus est duorum, nisi patris & matris. Absit autem vt inter deum patrem & deum filium tale aliquid suspicemur. Absurdissimè ergo filius diceretur amborum, id est, patris & filij. Amborum enim filius diceretur, si eum ambo genuissent: quod abhorret ab omnium sanorum sensibus. Non ergo ab vtroque est genitus, sed procedit ab vtroq; amborum spiritus.] His verbis ostenditur, cur spiritus sanctus, cùm sit de patre, non tamen dicatur genitus vel filius.

Cum spiritus sanctus non dicatur genitus, cur
B *filius dicatur procedere.*

Cùm autem spiritus sanctus non dicatur genitus, sed tantùm procedès quæri solet, cur filius non dicatur tantùm genitus, sed & procedens. Sicut ipse in
Ioan. 16.g euangelio Ioannis ait, Ego ex Deo processi vel exiui, & veni in mundũ. Non ergo tantùm spiritus sanctus procedit à patre, sed etiam filius. Ad quod dicimus, quòd cùm vterq; procedat à patre, dissimiliter tamẽ.
Cap. 14. [Nam spiritus sanctus, vt ait Aug. in 5. libro de Trinit. procedit à patre non quo modo natus, sed quo modo datus vel donũ. Filius autẽ processit nascendo, exiit vt genitus.][Ac per hoc illud eluceſcit vt potest, scilicet, cur spiritus sanctus etiam nõ sit filius, cùm & ipse à patre exeat. Ideo spiritus non dicitur filius, quia neque natus est sicut vnigenitus, neque factus, vt ꝙ Deo gratiam in adoptionem nasceretur, sicut nos.]

Quod non potest distingui à nobis inter generationem
C *filij, & processionem spiritus sancti.*

Inter generationem verò filij & processionem spiritus sancti, dum hic viuimus, distinguere nõ sufficimus. Vnde Augustl. Maximino præmissam quæstio-
Tom. 6 li. 3 contra Ar. cap. 14. nem refricanti, scilicet quærenti cur spiritus sanctus non diceretur filius, cùm de patris esset substantia, respondens, sic ait, [Quæris à me si de substantia patris est filius, de substãtia patris est & spiritus sanctus: cur vnus

vnus filius sit, & alius non sit filius. Ecce respondeo, siue capias, siue nõ capias. De patre est filius, de patre est spiritus sanctus: sed ille genitus est, iste procedens. Ideo ille filius est patris, de quo est genitus: iste aũt spiritus est vtriusq; : qm̃ dꝫ vtroq; procedit. Sed ideo cũ Ioan. 15.d de illo loqueretur, ait, De patre procedit, quoniã pater processionis eius autor est, qui talem filium genuit, & gignẽdo ei dedit, vt & de ipso procederet spiritus sanctus. Nã nisi procederet & de ipso, nõ diceret discipulis, Accipite spiritum sanctũ, eũq; in sufflãdo daret, vt Ioan. 20.f à se quoq; procedere significans, apertè ostenderet flã do, quod spirando dabat occultè. Quia ergo si nascerẽtur, non tantùm de patre, nec tantùm de filio, sed de ambobus vtiq; nasceretur, sine dubio filius diceretur amborum. Ac per hoc, quia filius amborũ nullo modo est, nõ oportuit nasci eum de ambobus. Amborũ est ergo spiritus sanctus, procedendo de ambobus.

D *Hic dicit quod non valet inter illa duo distinguì.*

Quid autem inter nasci & procedere intersit, de illa excellentissima natura loquens explicare quis põt? *Ex eodem Aug. loco.*
Non oẽ quod procedit, nascitur, quamuis omne procedat, quod nascitur: sicut non oẽ quod bipes est, hõ est, quamuis bipes sit omnis, qui hõ est. Hoc scio: distinguere aũt inter illam generationem & hanc processionem nescio, non valeo, nõ sufficio. Ac per hoc, quia & illa & ista est ineffabilis, sicut propheta de filio loquens ait, Generationem eius quis enarrabit? ita *Esaiæ 53.e* de spiritu sancto verissimè dicitur, Processionem eius quis enarrabit? Satis sit ergo nobis, quia non est à seipso filius, sed ab illo de quo natus est: non est à seipso spiritus sanctus, sed ab illo de quo procedit: & quia de vtroque procedit, sicut iam ostendimus.] De spiritu sancto, quomodo ipse de Deo sit, nec tamen ipse filius sit, (quoniam procedendo non nascendo legitur esse de Deo) iam superius, quantum visum est, disputauimus.

An

Universidad de Deusto
Biblioteca

E *An spiritus sanctus debeat dici ingenitus.*

Nunc considerandum est, cùm spiritus sanctus nõ sit genitus, utrùm debeat dici ingenitus. Ad quod dicimus, spiritum sanctum nec genitum nec ingenitum debere dici. Vnde Augustinus ad Orosium ait, [Spiritum sanctum nec genitum nec ingenitum fides certa declarat: quia si dixerimus ingenitũ, duos patres videbimur affirmare: si autẽ genitũ, duos credere filios culpamur. Sicut enim solus filius dicitur genitus, ita & solus pater dicitur ingenitus, eò quòd ab alio non sit.] Vnde Augustin. in 15. lib. de Trinit. [Pater, inquit, solus non est de alio. Ideo solus appellatur ingenitus, non quidem in scripturis, sed in consuetudine disputantium, & de re rãta sermonem qualem voluerint proferentiũ. Filius autem de patre natus est, & spiritus sanctus de patre principaliter, & cõmuniter de vtroq; procedit. Ideoque cùm spiritum sanctum genitum non dicamus, dicere tamen ingenitum non audemus, ne in hoc vocabulo vel duos patres in illa trinitate, vel duos qui non sunt de alio, quispiam suspicetur.] Ecce his verbis apertè ostẽdit spiritum sanctum nec genitum nec ingenitum debere dici.

To. 4. in dialogo quæstionũ 65. q. 2.

Cap. 26.

Quod Hieronymus dicit spiritum sanctum ingenitum : quod videtur prædictis aduersari.

F

Hieronymus tamen in regulis definitionum contra hæreticos, dicit spiritum sanctum ingenitum esse, his verbis, [Spiritus sactus pater non est, sed ingenitus atque infectus. Pater non est, quia patris est, & non patre est : processionem habet ex patre, & non natiuitatem. Filius autem non est, quia genitus nõ est.] Ecce his uerbis dicitur spiritus sanctus esse ingenitus, quod videtur aduersari præmissis verbis Augustini.

Determinatio: secundum diuersas acceptiones dicit eos locutos.

G

Sed vt istam, quæ videtur, repugnantiam de medio abigamus, dicimus quòd Hieron. aliter accepit nomen ingeniti, & aliter August. Accepit enim August. ingenitum, qui vel quod ab alio non est : & secundum hoc de solo patre dicitur : Hieron. verò ingenitum dicit, non genitum : & secundum hoc de spiritu sancto potest dici, cum spiritus sanctus non sit genitus.

Lib. 5. de tri. ca. 7.

Ex uerbis Hieronymi ostenditur, ex quo sensu dixit spiritum sanctum ingenitum.

H

Quod autem Hieronymus ita acceperit, ostenditur ex uerbis eius, quibus in eodem tractatu vtitur, faciens talem diuisionem, [Omne quod est aut ingenitum est, aut genitum, aut factum. Est ergo quod nec natum est, nec factum. & est quod natum est, & factum non est: & est quod nec natum est, nec factũ est : & est quod factum est, & natum non est : & est quod factum est, & natum est, & renatum est : & est quod factum est, & natum est, & renatum nõ est. Nunc præpositorum singulis rebus subsistentiam destinemus. Quod ergo nec natum nec factum est, pater est: non enim ab alio aliquo est. Quod autem natum est, & factum non est, filius est: qui à patre genitus est, non factus. Quod iterum nec factum nec natum est, spiritus sanctus est : qui à patre procedit. Quod etiam factum est, & natum non est, cœlum & terra est, cæteraq; quæ insensibilia sũt. Quod autẽ factum & natum, & renatum est, homo est. Quod verõ factum est, & natum est, & renatum non est, animalia sunt. [Ecce his verbis ostendit Hieronymus, se ingenitum accipere, non genitum. Aliter enim non esset præmissa diuisio uera, scilicet, omne quod est, aut ingenitum est, aut genitum, aut factum. Atq; in diuisionis huius prosecutione, in assignatione ingeniti, ubique ponit non natum.

Diuisio hæc diligenter est notanda.

QVOD

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOD GEMINA EST PROCESSIO Spiritus sancti.

A DISTINCT. XIIII.

PRAETEREA diligenter adnotãdum est, q̃ gemina est processio spiritus sancti, æterna videlicet, quæ ineffabilis est, qua à patre & filio æternaliter & sine tempore processit: & temporalis, qua à patre & filio ad sanctificandam creaturam procedit. Et sicut ab æterno cõmuniter ac simul procedit à patre & filio, ita & in tempore communiter & simul ab utroq; procedit ad creaturam, non diuisim à patre in filium, & à filio ad creaturam. Vnde

Cap.17. Aug.in.15.lib.de Tri.ait, [Spiritus sanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandam creaturam sed simul de vtroq; procedit: quibus hoc filio pater dederit, ut sicut de se, ita etiam de illo procedat.]

B *De temporali processione spiritus sancti specialiter agitur.*

Libro 2.homil.11. De temporali autem processione Beda in homilia dominicæ primæ post ascensionem ita loquitur, [Cõ gratia spiritus sancti datur hominibus, profectò mittitur spiritus à patre, mittitur & à filio: procedit à patre, procedit & à filio: quia & eius missio, est ipsa processio.] His uerbis apertè ostendit, donationem gratiæ spiritus sancti dici processionem uel missionem eiusdem. Sed cùm donatio vel datio non sit nisi temporalis, constat quia & hæc processio siue missio temporalis est. Hanc quoq; temporalem spiritus sancti processionem

Cap.16. Aug.in.15.lib.de Tr.insinuat, dicẽs, [Spiritum sanctum processisse à Christo, quando post resurrectionem insufflauit in discipulos, his verbis: [Cùm resurrexisset Christus à mortuis, & apparuisset discipulis, insufflauit, & ait, Accipite spiritum sanctũ, ut

Ioan.20.f eum de se procedere ostenderet: & ipse est virtus quæ de illo exibat (vt legitur in euangelio) & sanabat oẽs.]

Lucæ 6.f. Et ut ostenderet hanc processionem spiritus sancti nõ esse aliud quam donationem vel dationẽ ipsius spiritus sancti, addidit, [Post resurrectionem dominus Ie-

Ioan. 20.f sus bis dedit spiritũ sanctũ, semel in terra propter dilectionẽ proximi, & iterum de cœlo pp dilectionẽ Dei:

1.Cor.2.a quia per ipsum donum diffunditur charitas in cordibus nostris, qua diligimus Deum & proximum.]

Quod aliqui dicunt ipsum spiritum sanctum non dari, sed dona eius.

C Sunt autem aliqui qui dicunt, spiritum sanctum ipsum deum non dari, sed dona eius, quæ non sunt ipse spiritus: &, vt aiunt, spiritus sanctus dicitur dari, cùm gratia eius, quę tamen non est ipse, dator hominibus: & hoc dicunt Bedam sensisse in superioribus verbis, quibus dicit spiritũ sanctum procedere, cùm ipsius gratia datur hominibus tanquam non ipse detur, sed gratia eius. Sed q̃ ipse spiritus sanctus, qui Deus est, & ter-

Cap.2.E.g tia in trinitate persona, detur, apertè dicit Aug. in 15. lib. de Trin. ita dicens, [Eundem spiritum sanctum dantum, cùm insufflasset Iesus, de quo mox ait, Ite, bapti-

Matt.28.d zate omnes gentes in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, ambigere non debemus. Ipse est ergo qui etiam de cœlo datus est die Pentecostes. Quo ergo

Act.2.a Deus non est, qui dat spiritum sanctum? imo quãtus est Deus, qui dat Deum?] Ecce his verbis apertè dicit spiritum sanctum, ipsum scilicet Deum, dari hominibus à patre & à filio. Et q̃ ipse spũs sanctus, qui Deus est, ac tertia in trinitate persona, nobis detur, nostrisq; infundatur atque illabatur mentibus, apertè ostendit Ambrosius in 1. libro de spiritu sancto, dicens,

Cap.4.10.2. [Licet multi dicantur spiritus, (quia legitur, Qui facit angelos suos spiritus) vnus est tamen Dei spiritus.

Psal. 103. Ipsum ergo vnum spiritum & Apostoli & prophetæ sunt consecuti: sicut etiam uas electionis dicit, Quia

1.Cor.12.b vnum spiritum potauimus: quasi eum qui nõ queat scindi, sed infundatur animis, & sensibus illabatur, ut

de illo exibat (vt legitur in euangelio) & sanabat oẽs.]

Lucæ 6.f. Et ut ostenderet hanc processionem spiritus sancti nõ esse aliud quam donationem vel dationẽ ipsius spiritus sancti, addidit, [Post resurrectionem dominus Ie-

Ioan. 20.f sus bis dedit spiritũ sanctũ, semel in terra propter dilectionẽ proximi, & iterum de cœlo pp dilectionẽ Dei:

1.Cor.2.a quia per ipsum donum diffunditur charitas in cordibus nostris, qua diligimus Deum & proximum.]

Quod aliqui dicunt ipsum spiritum sanctum non dari, sed dona eius.

C Sunt autem aliqui qui dicunt, spiritum sanctum ipsum deum non dari, sed dona eius, quæ non sunt ipse spiritus: &, vt aiunt, spiritus sanctus dicitur dari, cùm gratia eius, quę tamen non est ipse, dator hominibus: & hoc dicunt Bedam sensisse in superioribus verbis, quibus dicit spiritũ sanctum procedere, cùm ipsius gratia datur hominibus tanquam non ipse detur, sed gratia eius. Sed q̃ ipse spiritus sanctus, qui Deus est, & ter-

Cap.2.E.g tia in trinitate persona, detur, apertè dicit Aug. in 15. lib. de Trin. ita dicens, [Eundem spiritum sanctum dantum, cùm insufflasset Iesus, de quo mox ait, Ite, bapti-

Matt.28.d zate omnes gentes in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, ambigere non debemus. Ipse est ergo qui etiam de cœlo datus est die Pentecostes. Quo ergo

Act.2.a Deus non est, qui dat spiritum sanctum? imo quãtus est Deus, qui dat Deum?] Ecce his verbis apertè dicit spiritum sanctum, ipsum scilicet Deum, dari hominibus à patre & à filio. Et q̃ ipse spũs sanctus, qui Deus est, ac tertia in trinitate persona, nobis detur, nostrisq; infundatur atque illabatur mentibus, apertè ostendit Ambrosius in 1. libro de spiritu sancto, dicens,

Cap.4.10.2. [Licet multi dicantur spiritus, (quia legitur, Qui facit angelos suos spiritus) vnus est tamen Dei spiritus.

Psal. 103. Ipsum ergo vnum spiritum & Apostoli & prophetæ sunt consecuti: sicut etiam uas electionis dicit, Quia

1.Cor.12.b vnum spiritum potauimus: quasi eum qui nõ queat scindi, sed infundatur animis, & sensibus illabatur, ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

secularis sitis restinguat ardorem: qui spiritus sanctus nō est de substantia rerum corporalium, nec de substantia inuisibilis creaturarum.] His verbis aperte dicit, spiritum sanctum ipsum, qui creatura nō est, infundi mentibus nostris. Itē in eodem. [Omnis creatura mutabilis est, sed nō mutabilis spiritus sanctus. Quid autem dicere dubitem, quia datus est & spiritus sanctus, cùm scriptum sit, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū, qui datus est nobis? Qui cùm sit inaccessibilis natura receptabilis tamen propter bonitatem suam nobis est, complens virtute omnia: sed qui solis participetur iustis, simplex substantia, opulens virtutibus, unicuique præsens, diuidens de suo singulis, & ubique totus. Incircumscriptus igitur & infinitus spiritus sanctus: † quia discipulorū sensus separatorum infudit: quem nihil potest fallere. Angeli ad paucos mittebantur, spiritus autem sanctus populis infundebatur. Quis ergo dubitet, quin diuinum sit quod infunditur simul pluribus, nec videtur? Vnus est ergo spiritus sanctus, qui datus est omnibus, licet separatis Apostolis.] Ecce & hic apertè dicit Ambrosius, quòd spiritus sanctus qui est substantia simplex, cùm sit vnus, datur pluribus. Alia quoque autoritate hoc idē astruitur, scilicet q̄ spiritus sanctus, qui est ęqualis filio, hominibus detur: ait enim August. de verbis Domini sic, [Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū, qui datus est nobis. A quo datur? Ab illo qui dedit dona hominibus. Quæ dona? Spiritum sanctum. Qui tale donum dat, qualis est ipse. Magna est misericordia Dei: donum dat sibi æquale: quia donum eius spiritus sanctus est.] Præmissis his & alijs pluribus autoritatibus, apertè mōstratur q̄ spiritus sanctus æqualis patri & filio nobis datur: nec ideo tamen minor est patre & filio. Vnde August. in 4. lib. de Trin. [Non ideo, inquit, minorem spiritum sanctū, quia eum pater misit & filius, arbitrandum est.]

Cap. 5. Paulo post. Rom. 5. a

† *Ambr. sic habet, qui se discipulis vñ sensibus.*

Sermone 43 in Tom. 10

Rom. 5.

Cap. vltimo circa finem.

An viri sancti & ecclesiæ prælati dent vel dare possint spiritum sanctum: quod non dant hic ostenditur.

D

Hic quæritur, utrùm & viri sancti dent vel possint dare aliis spiritum sanctum. Quem si aliis dant, cùm eius donatio suprà sit dicta processio, videtur ab eis procedere spiritus sanctus vel mitti: sed creatore à creatura non mittitur vel procedit. Restat ergo vt spiritū sanctū ipsi nō dēt, nec possint dare. Vnde Aug. in 15. lib. de Trin. [Nō aliquis discipulorū Christi dedit spiritum sanctum. Orabant quippe vt veniret in eos quibus manum imponebant: non ipsi eum dabant. Quem morem in suis præpositis etiam nunc seruat ecclesia. Deniq; & Simon magus offerens Apostolis pecuniā, non ait, Date mihi & hanc potestatē, vt dē spiritū sanctū: sed, cuicunq; inquit, imposuero manus, accipiat spiritū sanctum: quia nec scriptura superius dixerat, Videns autē Simon quia Apostoli darent spiritum sanctū: sed dixerat, Videns autem Simon quia per impositionem manuū Apostolorum daretur spiritus sanctus.] Ecce his verbis ostendit Augu. nec Apostolos nec alios ecclesiæ prælatos dedisse vel dare spiritum sanctum.

Cap. 26. Actor. 8.

Quod non possunt dare spiritum sanctum hic docet.

E

Et quod pius est, non posse etiā dare dicit in eodē libro, subdens, [De Christo scriptum est quòd acceperit à patre promissionem spiritus sancti, & effudit: in quo vtraque natura monstrata est, humana. s. & diuina. Accepit quippe vt homo, effudit vt Deus. Nos autem accipere quidem hoc donum possumus pro modulo nostro, effundere verò super alios non vtiq; possumus: sed vt hoc fiat, Deū super eos, à quo id efficitur, inuocamus.] His uerbis expresse dicit, nos spiritum sanctum non posse super alios effundere, id est aliis dare.

Cap. eodem Ioan. 1. & Ioelis. 3.

Quod uidetur contrarium.

F

Sed huic videtur contrarium quod Apostolus ad Gala. de se loquēs ait, Qui tribuit vobis spiritū, & operatur

Cap. 3. a

ratur virtutes in vobis. Ecce euidenter dicit, se tribuisse spiritum. Sed intelligendum est, hoc dixisse Apostolum, non quia haberet potestatem & autoritatem dandi spiritum sanctum, sed quia ministerium habuerit, in quo dabatur à Deo spiritus sanctus: ut enim ait Augustin. super eundem locum, exponens illud Apostoli verbum, [Ab Apostolo prædicata est eis fides: in qua prædicatione aduentum & præsentiam spiritus sancti senserant, sicut illo tempore in nouitate inuitationis ad fidem, etiam sensibilibus miraculis præsentia spiritus sancti apparebat, vt in Actibus Apostolorum legitur.] Aperte hic ostendit quomodo illis spiritum sanctum Apostolus tribuerit, non vtique ipsum mittendo in eos, sed prædicando eis fidem Christi: quam illis recipientibus, vt spiritus sanctus in eis esset, aliquibus signis visibilibus monstrabatur. Non ergo homines quantumcunq; sancti dare possunt spiritu sancto

Determinatio.

Tomo. 4. in explanatione versy ad Gal.

Act. 2. 8. 9 10. & 11.

VTRVM SPIRITVS SANCTVS *à seipso detur.*

A DISTINC. VX.

HIC considerandum est, cũ spiritus sanctus detur hominibus à patre & filio, quod est ipsum temporaliter procedere ab vtroque vel mitti, vtrùm etiam à seipso detur. Si datur à se, & procedit vel mittitur à se. Ad quod dicimus, quod spiritus sanctus & Deus est, & donum siue datum, & ideo dat & datur. Dat quidem, inquantum Deus est, datur, inquantum donum siue datum. Cùm autem donatio siue datio spiritus sancti sit operatio Dei, & communis sit & indiuisa operatio trium personarum, & naturaliter; spiritus sanctus non tm à patre & filio, sed etiam à seipso. Vnde Aug. in 15. lib. de Trin. Dicit seipsũ dat: [Sicut, inquit, corpus carnis nihil est aliud quàm caro, sic donũ spiritus sancti nihil est quàm spiritus sanctus. Intantum ergo donum Dei est, inquantum datur eis quibus datur. Apud se autẽ Deus est, etsi nemini datur: quia Deus erat patri & filio coæternus antequam cuiquam daretur: nec quia illi dant & ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur, sicut Dei donum: vt etiam seipsum det sicut Deus. Nõ enim dici potest non esse suæ potestatis, de quo dictũ est, Spiritus vbi vult spirat.] Ecce aperte dicit quòd spiritus sanctus seipsum dat. Si enim spiritus sanctus seipsum dare non potest, & cum pater dare potest, & filius: potest vtiq; pater dare aliquid & filius, quod non potest spiritus sanctus. Item, Si pater & filius dant spiritum sanctum, nec ipse dat: aliquid ergo pater operatur & filius, quod non operatur spiritus sanctus: dat ergo spiritus sanctus seipsum. Si autem seipsum dat, tunc & à seipso procedit & mittitur: quod vtiq; verũ est. Nam processio temporalis spiritus sancti vel missio, ipsius est donatio, & ipsa est Dei operatio. Procedit ergo spiritus sanctus temporaliter à se, & mittitur à se: quia datur à se.

Cap. 19.

Ioan. 3.

Non est mirum si spiritus sanctus dicatur mitti vel procedere à se, cum etiam filius dicatur mitti à se.

B Ne autem mireris quod spiritus sanctus dicitur mitti vel procedere à se: nam & de filio dicit Aug. in 2. lib. de Trin. quod non tantùm à patre missus est, sed etiam à seipso & à spiritu sancto: quærens quomodo filius vel spiritus sanctus sit missus, cùm vterque sit vbiq; tanquam Deus. Nam vterque (inquit Augustin.) legitur missus. [De spiritu sancto enim legitur. Quẽ mittet pater in nomine meo. Et iterum, Si abiero, mittam eum ad vos. Et filius de se dicit, Exiui à patre, & veni in mundum. Et Apostolus dicit, Misit Deus filiũ suum. In prophetis autẽ scriptum est ex persona Dei, Cœlũ & terrã ego impleo. Itaque si vbique Deus est, vbiq; ergo est filius, vbiq; et est spiritus sanctus. Illuc

Cap. 5.

Ioan. 14. d

Ioan. 16. b

Ibidem, f.

Gal. 4. a

Hiere. 23. d

F ergo

ergo missus est filius & spiritus sanctus, vbi erant?

C *Quomodo intelligenda sit missio utriusque.*

Quocirca quærendū est, quomodo intelligatur missio filij vel spiritus sancti. [Pater enim solus, inquit
Cap.5. Aug. in eodem, nusquam legitur missus, sed filius, & spiritus sanctus.] Et de filio primò videamus quo
Gala.4.a missum eum Apostolus dicat: Misit Deus filium suum, factum ex muliere: vbi satis ostendit, eo ipso missum filium, quo factum ex muliere. Proinde missus a patre sine spiritu sancto non potuit: quia pater intelligitur misisse eum, cùm fecit ex fœmina: quod vtique non fecit sine spiritu sancto. Ecce hic dicit filium missum à patre & spiritu sancto.

Quod à spiritu sancto filius sit missus, autoritatibus confirmatur.

D Et quòd à spiritu sancto sit missus, vt ait Aug. in
Lib. & cap. eisdem. eodem, autoritatibus confirmatur. Ipse Christus dicit
Esaiæ 48.c per Esaiam, Nunc misit me dominus, & spiritus eius.
Cap.1. De hoc Amb. in lib. 3. de spiritu sancto ita ait, [Qui
est qui dicit, Me misit Dominus & spiritus eius: nisi
qui venit à patre, vt saluos faceret peccatores, id est
Cap.2. Christus? ergo & pater filiū misit & spiritus sanctus.
Esaiæ 9.a idē in eodem. [Datus est à patre, vt Esaias dicit: Puer
natus est nobis, & filius datus est nobis. Datus est
audeo dicere, & à spiritu: quia & à spiritu sancto est.
Esaiæ 61.a sus est. Dicit enim filius Dei, Spiritus domini super
me: propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus
Ambros. in prolo. lib. 3. misit me, prædicare captiuis remissionē, &c.] Quo-
Lucæ 4.d cùm de libro Esaiæ legeret, ait in Euangelio, Hodie
completa est hæc scriptura in auribus vestris, vt ad
dictū esse signaret. Bene autem dixit, super me:
quasi filius hominis & vnctus est, & missus ad
dicendum. Nā secundum diuinitatem nō super
stum est spiritus, sed in Christo. [Ecce his verbis
dit Ambrosius, filium esse missum & datum
non tantùm à patre, sed etiam à spiritu sancto.

E *Quod filius sit datus etiam à seipso.*

Deinde ostendit esse datum etiam à seipso, ita dicens in eodem libro. [Cùm enim non definitum fuerit per prophetam, à quo datus sit filius, ostenditur datus gratia trinitatis, vt etiā ipse filius se dederit.] Ecce hic dicit quòd filius se dedit, quia trinitas eum dedit. Si autem filius à se datus est, à se ergo missus est, & à se processit. Et hoc vtique verum est, & concedi oportet, cùm eius missio sit diuina operatio. *Cap.2.*

F *Quod filius sit missus à se.*

Quòd autem à se mittatur, Aug. astruit in lib. 2. de Trin. dicens, [Fortè aliquis cogat, vt dicamus etiam à seipso missum esse filium: quia Mariæ cōceptus & partus, operatio trinitatis est. Sed, inquit aliquis, Quomodo pater eum misit, si ipse se misit? Cui respondeo quærens vt dicat, quomodo eum pater suscitauit vel sanctificauit, si ipse se sanctificauit. Vtrūq; enim dominus ait: Quem pater, inquit, sanctificauit & misit in hunc mundum. Et alibi, Ego pro eis sanctifico meipsum. Item quæro quomodo pater eum tradidit, si ipse se tradidit: vtrūq; enim legitur. Credo respōdebit, si probē sapit, quia vna voluntas est patris & filij, & inseparabilis operatio. Sic igitur intelligat, illam incarnationem & ex virgine natiuitatem, in qua filius intelligitur missus, vna eademque operatione patris & filij inseparabiliter esse factam, non inde separato spiritu sancto. Ergo à patre & filio missus est idem filius: quia & à patre & verbo eius factum est vt mitteretur, id est, incarnatus hominibus appareret. Nō enim missus est mutando locum: quia in mundo erat. Quapropter pater inuisibilis vnà cum filio secū inuisibili, eundem filium visibilem faciendo, misisse eum dictus est: quia si ita visibilis fieret, vt cum patre inuisibilis esse desisteret, id est, si substantia inuisibilis verbi in creaturam visibilem mutata & transiens verteretur, ita missus à patre intelligeretur filius, vt tantùm missus, non etiam cum patre mittens inueniretur. Cùm *Ioan.10.g* *Ioan.17.c* *Ibidem.*

verò sic est accepta forma serui, vt maneret incommutabilis forma Dei, manifestum est q̃ à patre & filio non apparentibus factum sit, quod appareret in filio. i. ab inuisibili patre cum inuisibili filio, idem ipse filius inuisibilis mitteretur.]

Ad Phil. 3.

G *Summatim colligit quæ ex prædictis astruuntur.*

Ex prædictis apertè monstratur q̃ filius missus est à patre & spiritu sancto, & à seipso: & quæ sit ipsa missio. s. incarnatio. i. quòd factus est homo, per quod visibilis apparuit: quod est opus commune patris, & filii, & spiritus sancti.

H *Quæ filio cur dicit, à meipso non veni.*

Ioan. 8. c. Sed ad hoc oppones, Si filius à seipso missus est, cur ergo ait, à meipso non veni? Ad hoc Aug. re spondet *Cap. 5.* in 2. li. de Tri. dicēs, [Hoc dictum est sm formā serui, secundum quam non petiit vt mitteretur. i. non operatus est incarnationem, sed secundùm formā Dei.]

I *Vtrum semel tantum missus sit filius, an sæpe.*

Hic quæritur, vtrùm semel tantū missus sit filius, an sæpe mittatur. Si enim missio filij ipsius tantū incarnatio est, cum semel tantum incarnatus sit, & semel tantum videtur missus. At si sæpe mittitur, est & alia eius missio quàm incarnatio. Sed quæ est illa? Nū quid æterna genitura, missio eius dicenda est, an etiā alia missio quærenda est?

K *Quod duobus modis dicitur filius mitti.*

Ad quod dicimus, quòd duobus modis dicitur filius mitti præter illā æternā genituā, quæ ineffabilis est: secundum quā etiam missus posset dici, vt videtur quibusdam: sed melius ac verius secundum eam dicitur genitus. Præter eam ergo duobus modis dicitur mitti, scilicet, vel cū visibiliter mūdo apparuit carne indutus vel est se in animas pias sic transfert, vt ab eis

Sapien. 7. percipiatur ac cognoscatur. Hos duos missionis mo-
Cap. 20. dos apertè Aug. distinguit in 4. lib. de Tri. dicēs, [Non eo ipso quod de patre natus est, missus dicitur filius:

Ioan. 16. g. sed vel eo q̃ apparuit huic mundo, vebrū caro factū

vnde dicit, A patre exiui, & veni in mundum: vel eo quòd ex tempore cuiusquam mente percipitur: [sicut dictum est de sapientia, Emitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret, id est, doceat me laborare. Et tunc unicuique mittitur, cùm à quoquam cognoscitur atque percipitur, quantum cognosci & percipi potest, pro captu vel proficientis in Deum, vel perfectæ in Deo animæ rationalis. *Sapien. 9. b.*

Quod secundum alterum semel, secundum alterum sæpe sit missus: & secundum alterum ut sit homo, & secundum alterum, ut sit cum homine.

L

Ecce distincti sunt duo modi missionis filij Dei, & secundum alterum semel tantum missus est, secundū alterum sæpe missus est, & mittitur quotidie. Nam secundum alterum missus est, vt sit homo, quod semel tantum factum est: secundum alterum verò mittitur, vt sit cum homine: quomodo quotidie mittitur ad sanctos, & missus est et ante incarnationē, & ad oēs sanctos qui ante fuerunt, & et ad angelos. Vnde Augu. de filio, id est, de sapientia patris loquens, in 4. *Cap. 20.* lib. de Trin. ait, [Aliter mittitur sapientia vt sit cum homine, aliter missa vt sit homo. In animas enim sanctas se transfert, & amicos Dei & prophetas conditur, sicut impleret etiam sanctos angelos. Sed cum venit plenitudo temporis, missa est, non vt impleret angelos, nec vt esset angelus, nec vt esset cum hominibus vel in hominibus, vt antea in patribus erat, & in prophetis, sed vt ipsum verbū haberet caro, id est, homo.] *Sup. 7. d. Gala. 4.*

Quod secundum alterum modum dicitur missus in mundum, secundum alterum non.

M

Prætera notandum est, quòd cū his duobus modis mittatur filius, secundum alterum dicitur missus in mūdum. Eo enim modo missus dicitur in mundum, quo visibilis mundo apparuit. Vnde Augustī. in eodem lib. ait, [Cùm ex tempore cuiusquā mente per-

Lib.4.c.20. cipitur, mitti quidem dicitur, sed non in hunc mundum: non enim sensibiliter apparet .i. corporeis sensibus præsto est. Nam & nos, secundum quod mente aliquid æternũ capimus, nõ in hoc mundo sumus: & oĩum iustorum spiritus etiam in carne viuentiũ, inquantũ diuina sapiunt, non sunt in hoc mundo. [Ex prædictis liquet, ꝙ præter ineffabilem genituꝛã duobus modis mittitur filius Dei. s. cùm visibiliter apparuit, vel inuisibiliter percipitur mente.

Cur pater non dicitur missus, cum ab aliquo
N *cognoscitur, vt filius.*

Hic quæritur cur pater non dꝛ missus, cùm ex tempore à quoquã cognoscitur, sicut filius. Ad quod dicimus, ꝙ in eo est principij autoritas, qui non habet de

Lib. & cap. citatis. quo sit: à quo filius est & spiritus sanctus. [Pater. n. est (vt ait Aug. in eodem lib.) principium totius diuinitatis vel, si melius dicitur, deitatis: quia principium est filii & spiritus sancti.] Nam vt ait Aug. in eodem, [Si

Cap. 21. in fine lib. 4. voluisset etiam Deus pater per subiectam creaturam visibiliter apparere, absurdissimè tamẽ aut à filio qui genuit, aut à spiritu sãcto, qui de illo procedit, missus diceretur. [Congruenter autem ille missus dicitur

Aug. lib. 2. de Tri. c. 3. qui in carne apparuit, misisse autem ille, qui in ea non apparuit.]

Putauerunt quidam filium & spiritum sanctum minores fuisse patre, quia missi dicuntur.
O

Ideoque putauerunt quidam hæretici, cùm pater nõ sit missus, sed filius & spiritus sanctus, patrem esse maiorem, ac filium minorem esse & spiritum sanctum atq; p[illegible] quasi maiorem, misisse vtrunq; quasi

Cap. 21. in fine libri. norem. [illegible]d Augustinum improbat in 4. libr. de Tri. dicens: [Non ideo, inquit, arbitrandum est, patrem esse filium, ꝙ missus est à patre, nec ideo minorem spiritum sanctum, ꝙ & pater eum misit & filius. Siue enim propter visibilem creaturam, siue propter principij autoritatem vel commendandam, non propter inæqualitatem, vel imparilitatem

vel dissimilitudinem substantiæ, in scripturis hæc posita intelliguntur.] Non ergo ideo dicitur pater misisse filium vel spiritum sanctum, ꝙ ille esset maior, & illi minores, sed maxime propter autoritatem principij commendandam, & quia in visibili creatura non sicut illi, apparuit. Ecce ostensum est, quę sit missio filij, & quibus modis mittatur.

DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI, quæ fit duobus modis, visibiliter & inuisibiliter.

A DISTINCT. XVI.

NVNC de spiritu sancto videndum est, præter illam ineffabilem & æternam processionem qua procedit à patre & filio, & non à seipso: quæ sit eius temporalis processio, quæ dicitur missio siue donatio. Ad quod dicimus, ꝙ sicut filius duobus modis dicitur mitti, vno quo visibiliter apparuit, altero quo inuisibiliter castis mentibus percipitur: ita & spiritus sanctus à patre & filio ac à seipso duobus modis procedere, siue mitti, siue dari dicitur, vno visibiliter, altero inuisibiliter. Datus est enim visibilis creaturæ demonstratione, sicut in die Pentecostes, aliisque vicibus: & datur quotidie inuisibiliter, illabendo mentibus fidelium.

B *Prius de illo modo missionis qui fit visibiliter, ꝙ 1.*

Et primò agamus de illo missionis modo qui fit visibili specie. De hoc Aug. in 2. lib. de Tri. ait, [In prom Cap. 5. ptu est intelligere de spiritu sancto cur missus & ipse dicatur. Facta est enim quædã creaturæ species ex tempore, in qua visibiliter ostenderetur spiritus sanctus, siue cũ in ipsum Dominũ, corporali specie columbæ descendit, siue cũ in die Pentecostes factus est subito de cœlo sonus, quasi ferretur flatus vehemẽs, & visæ Matt. 3. c. Actuum 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt illis linguæ dimisæ sicut ignis, qui & insedit super vnumquemque eorum. Hæc operatio visibiliter expressa, & oculis oblata mortalibus, missio spiritus sancti dicta est, non vt appareret eius ipsa substantia, qua & ipse inuisibilis & incommutabilis est, sicut pater & filius, sed vt exterioribus visis corda hominum commota à temporali manifestatione venientis, ad occultam æternitatē semper præsentis conuerterentur.] Ecce his verbis aperit Aug. illum modum missionis, qui visibiliter exhibetur, cùm tamē ipse spiritus in sua natura non videatur: qui nec in illis creaturis magnus erat, quā in alijs, sed ad aliud. In illis enim erat, vt per eas ad homines venientes, ostenderetur esse in illis, ad quos illæ creaturæ veniebant. Non enim spiritus sanctus temporali motu tunc venit, vel in homines defedit, sed per temporalem motum creaturæ significata est spiritualis & inuisibilis spiritus sancti infusio. Et, vt apertius dicam, per illum modum missionis spiritus sancti corporaliter exhibitum monstrata est spiritualis & interior missio sancti spiritus, siue donatio, de qua agendum est.

Cum filius sit minor patre secundum formam creatam, in qua
C *apparuit, cur non & spiritus sanctus similiter.*

Sed prius quærendum est, cùm filius dicatur minor patre ſm missionē qua in forma creata apparuit, cur & spiritus sanctus non dicatur similiter minor patre, cùm in forma creata apparuit. Nā de filio, q̄ minor sit patre secūdum formam qua missus apparuit, apertè ostendit August. in 4. lib. de Tri. dicens, [Mālē Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vsque adeò paruum, vt factum: eo itaque missum, quo factum. Fatemur ergo factum minorem, & inquantum minorem, inquantum factum: & inrātum factum, inquantum missum.] Ecce habes quia filius inquantum est missus, id est factus, minor est patre. Cur ergo spiritus sanctus non dicitur patre minor, cùm & ipse creaturam assumpserit in qua apparuit? quia aliter

Cap. 19.
Gal. 4. a.

aliter spiritus assumpsit creaturam in qua apparuit, aliter filius, Nam filius accepit per unionem personæ, spiritus uero non. Filius enim accepit hominem, ita vt fieret homo: spiritus verò sanctus non ita accepit columbam, ut fieret columba. De hoc Augustinus in 2. libr. de Trinitate ait, [Ideo nusquam scriptum est, quòd Deus pater maior sit spiritu sancto, vel spiritus sanctus minor patre, quia nō sic est assumpta creatura, in qua appareret spiritus sanctus, sicut assumptus est filius hominis in qua forma ipsius Dei verbi persona præsentaretur, non vt haberet verbum Dei, sicut alij sancti sapientes, sed quòd ipsum verbum erat. Aliud est enim verbum in carne, aliud verbum caro, id est, aliud est verbum in homine, aliud verbum homo. Caro enim pro homine posita est in eo quod ait, Verbum caro factum est. Non ergo sic assumpta est creatura in qua apparuit spiritus sanctus, sicut assumpta est caro illa & humana forma ex virgine Maria. Non enim columbam, vel illum flatum, vel illam ignem beatificabit, sibique in vnitatem personæ coniunxit in æternū.] Ex prædictis apertè ostensum est, secundum quid filius dicatur minor patre, & quare filius dicatur minor patre, & non spiritus sanctus.

Cap. 6.
Ioan. 1. b

Quod filius secundum quod homo factus est, non modo pater,
D *sed spiritu sancto, & etiam seipso minor est.*

Notandum autem quòd filius secundum quod homo factus est, non tantùm patre, sed spiritu sancto, & etiam seipso minor dicitur. Et quòd etiam seipso minor dicatur secundum formā serui, Aug. ostendit in 1. lib. de Trin. dicens, [Errauerunt homines, ea quæ de Christo secundum hominem dicta sunt, ad eius substantiam, quæ sempiterna est, transferentes: sicut illud, quod ipse Dominus ait, Pater maior me est: quod propter formam serui veritas dicit: secundum quem modū etiam seipso minor est filius. Quomodo enim non etiā seipso minor factus est, qui seipsū exinaniuit,

Cap. 7. 8. & 11.
Ioan. 14. d
Phil. 2. a

exinaniuit, formam serui accipiens. Non enim sic accepit formam serui, vt amitteret formam Dei in qua erat æqualis patri. In forma ergo Dei, vnigenitus patris æqualis est patri. In forma serui, et seipso minor est. Non ergo immeritò scripturas dicit vtrunq; scire, & æqualem patri filiũ, & patrem maiorem filio. Illud enim propter Dei formã, hoc aũt propter formã serui intelligitur.] De hoc eodem in 2. lib. de Trin. Aug. ait, [Dei filius est æqualis patri secundum Dei formam, in qua est: & minor patre secundum formã serui quã accepit: in qua non modò patre, sed etiam spiritu sancto, nec hoc tantùm, sed etiã seipso minorem inuentus est.] Propter quam, vt idem ait in libro contra Maximinum, [non tantùm patre, sed etiã seipso & spiritu sãcto minor factus est, & ẽt minoratus paulo minus ab angelis.] [Est ergo Dei filius (vt ipse ait in 1. libro de Trinit.) Deo patri natura æqualis, habitu minor, id est, in forma serui quam accepit.] His auctoritatibus ostenditur apertè filius secundum formam serui minor patre, & etiã seipso, & spiritu sancto esse.

Cap. 1. & similiter de Verbis domini, ser. 58. Ep. 66 ad Maximinum. Prol. & c. Cap. 7.

Hilarius aliter dicit, scilicet quod pater sit maior,

E *nec filius tamen minor.*

Hilarius autem dicere videtur, quòd pater maior sit filio, nec tamen filius minor patre. Pater enim dicitur maior propter autoritatem: quia in eo est auctoritas generationis: secundũ quam dicit, Pater maior me est. Et Apostolus, Donauit ei nomẽ quod est super omne nomẽ. Cũ ergo ait, Pater maior me est, hoc est ac si diceret, Donauit mihi nomẽ. [Si ergo, inquit Hilarius in lib. 9. de Trin. donantis autoritate pater maior est, nũquid per doni confessionẽ filius minor est?] Maior itaque donans est: sed minor iã nõ est, quia vnum esse donatur: ait. n. Ego & pater vnũ sumus. Si non hoc donatur Iesu, vt cõtendus sit in gloria Dei patris, minor patre est: si autem in ea gloria donatur esse qua pater est, habes & in donantis autoritate, quia maior est, & in donati confessione,

Ioan. 14. Philip. 2. c

Post libri medium.

Ioan. 10. f

quia vnum sunt. Maior itaq; pater filio est, & planè maior: cui tantum donat esse, quantus est ipse: cui innascibilitatis esse imaginem, sacramento natiuitatis impartit: quem ex se in forma sua generat.] Audisti Lector quid super hoc dicat Hilarius: cuius verba, vbi cunq; occurrerint, diligenter nota, pieq; intellige.

Hilar. ibi.

DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI, *qua inuisibiliter mittitur.*

A DISTINCT. XVII.

IAm nunc accedamus ad assignandam missionem spiritus sancti, qua inuisibiliter mittitur in corda fidelium. Nã ipse spiritus sanctus, qui Deus est, ac tertia in trinitate persona, (vt suprà ostensum est) à patre & filio ac seipso temporaliter procedit, id est, mittitur ac donatur fidelibus. Sed quæ sit ista missio siue donatio, uel quomodo fiat, considerandum est.

Præmittitur quiddam ad hanc ostensionem necessarium, scilicet, quòd spiritus sanctus est charitas, qua

B *diligimus Deum & proximum.*

Hoc autem vt intelligibilius doceri ac plenius perspici ualeat, præmittendum est quiddam ad hoc ualde necessarium. Dictum quidem est suprà, & sacris autoritatibus ostensum, quòd spiritus sanctus amor est patris & filij, quo se inuicem amant, & nos. His autem addendum est, quòd ipse idem spiritus sanctus est amor siue charitas, qua nos diligimus Deum & proximum: quæ charitas cùm ita est in nobis, vt nos faciat diligere Deum & proximum, tunc spiritus sanctus dicitur mitti vel dari nobis: & qui diligit ipsam dilectionem qua diligit proximum, in eo ipso Deum diligit: quia ipsa dilectio Deus est, id est, Spiritus sanctus.

Non recipiunt hoc Magistri sentẽtia.

1. Ioan. 4. c

Auto-

Ca. 7. circa medium.

Autoritatibus ita esse confirmat.

Ne autem in re tanta aliquid de nostro influere videamur, sacris autoritatibus quod dictum est corroboremus. De hoc Augustinus in 8. lib. de Trinitate, [Qui proximũ diligit, consequens est, vt ipsã præcipuè dilectionem diligat: Deus aũt dilectio est: cõsequens ergo est, vt præcipuè Deum diligat.] Itè in eodem, [Deus dilectio est, ut ait Ioannes Apost. Vt quid ergo imus & currimus in sublimia cœlorum, & imus terrarũ, quærentes eum qui est apud nos, si nos apud eum esse velimus? Nemo dicat, Non noui quid diligã: diligat fratrẽ, & diliget ipsam eandẽ dilectionẽ. Magis enim nouit dilectionem qua diligit, quam fratrem quem diligit. Ecce iam potes notiorem Deum habere quam fratrẽ: planè notiorem, quia præsentiorem, quia interiorem, quia certiorem. Amplectere dilectionem Deũ, & dilectione amplectere Deũ. Ipsa est dilectio, quæ omnes bonos angelos, & omnes Dei seruos consociat vinculo sanctitatis. Quanto ergo sanniores sumus à tumore superbiæ, tanto sumus dilectione pleniores: & quo, nisi Deo, plenus est, qui plenus est dilectione?] His uerbis satis ostendit Augustinus, q̃ dilectio ipsa qua diligimus Deũ vel proximũ, Deus est. Sed adhuc apertius in eodẽ lib. subdit, dices, [Dilectionẽ fraternã quantũ cõmendat Ioannes Apostolus attendamus: Qui diligit, inquit, fratrem, in lumine manet, & scãdalum in eo nõ est. Manifestum est quòd iustitiæ perfectionem in fratris dilectione posuerit. Nã in quo scandalũ non est, vtique perfectus est. Et tamẽ videtur dilectionem Dei tacuisse: quod nunquam faceret, nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi Deum. Apertissimè enim in eadem epistola paulò post ita ait, Dilectissimi diligamus inuicem: quia dilectio ex Deo est: & omis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deũ. Qui non diligit, non cognouit Deũ: quia Deus dilectio est. Ita contextio satis apertè declarat, eãdẽ ipsã fraternam dilectionem

1. Ioan. 4. c Augu. lib. prædictis c. 7. & 8.

Lib. & cap. eisdem.

1. Ioan. 2. b

1. Ioan. b. 4

dilectionem (nã fraterna dilectio est, qua diligimus inuicem) non solũ ex Deo, sed etiam Deũ esse, tanta autoritate, scilicet Ioannis, prædicari. Cùmergo de dilectione diligimus fratrem, de Deo diligimus fratrem: nec fieri potest vt eandem dilectionem non præcipuè diligamus, qua fratrem diligimus: quoniã Deus dilectio est.] Item, [Qui non diligit fratrem, non est in dilectione: & qui nõ est ĩ dilectione, non est in Deo: qa Deus dilectio est.] Ecce apertè dicit, fraternã dilectionem Deum esse.

Ibidẽ, paulo post.

Quod fraterna dilectio, cum sit Deus non est pater, vel filius, sed tantùm spiritus sanctus.

Cùm autem fraterna dilectio sit Deus, nec pater est, nec filius, sed tantùm spiritus sanctus: qui propriè in trinitate dilectio vel charitas dicitur. Vnde Augu. in 15. lib. de Trin. [Si in donis Dei nihil est maius charitate, & nullũ est maius donũ Dei quàm spiritus sanctus, quid consequentius est, quã vt ipse sit charitas, quæ dicitur & Deus, & ex Deo?] [Ita. n. ait Ioã, Dilectio ex Deo est. Et paulò post, Deus dilectio est. Vbi manifestat, eã se dilectionem dixisse Deum, quã dixit ex Deo: Deus ergo ex Deo est dilectio.] Itè in eodẽ, [Ioannes volens de hac re apertius loqui, In hoc, inquit, cognoscimus quia in ipso manemus, & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Spiritus itaque sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, & ipsum in nobis: hoc autem facit dilectio. Ipse est ergo Deus dilectio. Ipse igitur significatur, vbi legitur, Deus dilectio est.] Ex his ergo, apparet, quòd spiritus sanctus charitas est.

Cap. 19. circa finem. Aug. lib. de trin. eodem, cap. 17.

1. Ioan. 4. b

Eodem cap.

Quod non est dictum per causam illud, Deus charitas est, sicut i d, Tu es patientia mea Illuc & spes mea.

Sed ne fortè aliquis dicat illud esse dictum per expressionẽ causæ, Deus charitas est, eo scilicet q̃ charitas sit ex Deo, & nõ sit ipse Deus, sicut dicitur, Deus nostra patientia est, & spes, non quòd ipse sit ista, sed

quia

Cap. 17. quia ista ex eo sunt: occurrit Augu. ostendens hoc non esse dictum per causam, sicut illa, in 15. lib. de Trin. dicens, [Non dicturi sumus, charitatem non propterea esse dictam Deum, quòd ipsa charitas sit vlla substantia quæ Dei digna sit nomine, sed quod donum sit Dei: sicut dictum est de Deo, Tu es patientia mea. Non vtique ideo dictum est, Tu es patientia mea, quòd Dei substantia est nostra patientia, sed quia ab ipso nobis est. Vnde alibi, Ab ipso est patientia mea. Hunc enim sensum facilè refellit scripturarum ipsa locutio Tale est enim, Tu es patientia mea, quale est, Domine spes mea, & Deus meus, misericordia mea, & multa similia. Non est autem dictum, Domine charitas mea, aut tu es charitas mea, aut Deus charitas mea: sed ita dictum est, Deus charitas est, sicut dictum est, Deus spiritus est. Hoc qui non discernit, intellectum à Domino, non expositionem quærat à nobis. Non enim apertius quicquam possumus dicere. Deus ergo charitas est.] Ex prædictis clarescit quòd spiritus sanctus charitas est, qua diligimus Deum & proximum: vnde facilius est nobis ostendere quomodo spiritus sanctus mittatur siue detur nobis.

Psal. 70.

Psal. 61.

Psal. 58. & 90.

1. Ioan. 4. c

Quomodo spiritus sanctus mittatur
F *uel detur nobis.*

Tunc enim nobis mitti vel dari dicitur, cùm ita in nobis est, vt faciat nos diligere deum & proximum, per quod manemus in Deo, & Deus in nobis. Vnde Augu. hunc missionis modum insinuans, in 15. lib. de Trin. ait, [Deus spiritus sanctus, qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum Deum & proximum, & ipse dilectio est. Non enim habet homo vnde diligat Deum, nisi ex Deo.] Ecce quomodo datur uel mittitur nobis spiritus sanctus, secundum quod dicitur datum siue donum. Quod donũ commendat Aug. explanans apostolus quomodo detur, in eodem libro: [Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, ut aut Apostolus, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nullum est isto dono Dei excellentius: solum est quod diuidit inter filios regni, & filios perditionis. Dantur & alia per spiritum munera, sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impartiatur cuique spiritus sanctus, vt eum Dei & proximi faciat amatorem, ille à sinistra non transfertur ad dexteram. Neque spiritus sanctus propriè dicitur donum, nisi propter dilectionem: quam qui non habuerit, etsi loquatur omnibus linguis, & habuerit prophetiam, & omne scientiam, & omnem fidem, & distribuerit omnem substantiam suam, & tradiderit corpus suum ita vt ardeat, non ei prodest. Quantum ergo bonum est, sine quo ad æternam vitam neminem tanta bona perducunt? Ipsa verò dilectio uel charitas (nam unius rei nomen est vtrunque) perducit ad regnum. Dilectio ergo quæ ex Deo, & propriè Deus est, spiritus sanctus est: per quem diffunditur in cordibus nostris Deus charitas: per quam nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissimè spiritus sanctus, cum sit Deus, uocatur etiam donum Dei. Quod donum propriè quid nisi charitas intelligendum est, quę perducit ad Deum, & sine qua quodlibet aliud Dei donum non perducit ad Deum?] Ecce hic aperitur quod suprà dictum erat, scilicet quòd charitas sit spiritus sanctus, & donum excellentius, & quomodo hoc donum, id est spiritus sanctus, detur nobis, scilicet cùm ita impartitur alicui, id est ita habet esse in aliquo, vt eum faciat Dei & proximi amatorem. Quod cùm facit, tunc dari dicitur siue mitti alicui: & tunc ille dicitur propriè habere spiritum sanctum.

Cap. 17.

Eodem cap. sub finem.

Rom. 5. a

Cap. 18.

Vtrum concedendum sit quod spiritus sanctus augeatur in
G *homine, uel magis uel minus habeatur uel detur.*

Hic quęritur, si charitas spiritus sanctus est, cùm ipsa augeatur & minuatur in homine, & magis & minus per diuersa tempora habeatur, vtrùm concedendum sit quòd spiritus sanctus augeatur vel minuatur

Matt. 25. c

1. Cor. 13. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in homine, vel magis & minus habeatur. Si enim in homine augetur, & magis vel minus datur & habetur, mutabilis esse videtur: Deus autem omnino immutabilis est. Videtur ergo quòd vel spiritus sanctus non sit charitas, uel charitas non augeatur vel minuatur in homine. Item, charitas & non habenti datur ut habeat, & habenti vt plenius habeat: si ergo spiritus sanctus charitas est, & non habenti datur vt habeat, & habenti vt plenius habeat. Sed quomodo datur non habenti, cùm ipse vt deus sit vbique, & omnibus creaturis totus? & quomodo plenius datur vel habetur sine sui mutatione?

Luc. 19. d

H *Responsio ad primam quæstionem.*

His itaque respondemus, dicentes quòd spiritus sanctus siue charitas penitus immutabilis est, nec in se augetur uel minuitur, nec in se recipit magis vel minus, sed in homine, uel potius homini augetur & minuitur, & magis vel minus datur uel habetur, sicut Deus dicitur magnificari & exaltari in nobis, qui tamen in se nec magnificatur nec exaltatur. Vnde propheta: Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Super quem locum ait auctoritas. †[Deus non in se, sed in corde hominis grandescit.] Sic ergo spiritus sanctus homini datur, & datus amplius datur, id est, augetur, & magis & minus habetur: & tamen immutabilis existit.

Psalm. 63.
† In antiquo habet. Cassiodori.

I *Responsio ad secundam.*

Cumque vbique sit, & in omni creatura totus, sit tamen multi qui eum non habent. Non enim omnes spiritum sanctum habent, in quibus est aliquatus & irrationabiles creaturæ haberent spiritum sanctum, quod fidei pietas non admittit.

K *Auctoritate confirmatur vtraque responsio.*

Vt autem certius fiat quod diximus, auctoritate eius firmemus. Quod spiritus sanctus magis ac minus percipiatur, & homini augeatur, & non habenti detur, & habenti vt plus habeatur, Aug. ostendit super Ioan-

Ioannē dicēs, [Sine Spiritu sancto cōstat nos Christū nō diligere, & eius mādata seruare nō posse, & id nos posse, atq; agere tantò minus, quātò illū pecepimus minus, tantò verò amplius, quātò illum percepimus amplius. Ideoq; non solum non habenti, verùm etiam habenti nō incassum promittitur: non habēti quide, vt habeatur: habenti autē, vt amplius habeatur. Nam si ab alio minus, & ab alio amplius non haberetur, sanctus Heliæus sancto Heliæ non diceret, Spiritus qui est in te, duplò sit in me.

Tract. 74. sup illud. Si diligatis me, &c.

4. Reg. 2. b

In libro Regū legitur sic Helias dixit ad Heliseum, Postula quod vis, & faciam tibi ante quàm tollar a te dixit ei Heliæus, Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex in me. Quod ibidem sic exponitur: Helias spiritus prophetalis & operatione miraculorum excelleter pollebat: geminam ergo gratiam, quam Heliæus in magistro uigere cognoscebat, sibi tribui rogabat. Vnde patet, quod non esse discipulus supra magistrum postulauit.

Christo aūt, qui est Dei filius, non ad mēsuram datus est spiritus. Neq; enim sine gratia spiritus sācti est mediator Dei & hominū homo Christus: q̄ enim est vnigenitus Dei filius æqualis patri, nō est gratię, sed naturæ: quod autem in vnitatem personæ vnigeniti assumptus est homo, gratię est, nō naturæ. Cæteris autē ad mensuram datur, & datus additur, donec vnicuique pro modo suæ perfectionis propria mensura cōpleatur. Ecce expressum habes, quod spiritus sanctus magis & minus datur vel accipitur, & hominidatus augetur, & habenti & nō habenti datur: quia spiritus sanctus est charitas quæ nō habenti datur, & in habēte augetur & proficit. Imò, vt verius & magis propriè loquar, homo in ea proficit & deficit aliquādo: & tūc ipsa dicitur proficere vel discere: quetamen nec proficit nec deficit in sequia Deus est. Vnde Aug. in hoc milia 9. super epistolā Ioannis ait. [Probet se quisque quātū in illo profecerit charitas, vel potius quantum ipse in charitate profecerit. Nam si charitas Deus est, nec deficit, nec proficit. Sic ergo in te proficere dicitur

Tract. 9. circa princ.

citur charitas, quia tu in ea proficis.] Ecce quomodo intelligendum sit cùm dicitur spiritus sanctus augere in nobis, quia nos in eo.s.proficimus:sic & alia hmõi.

Quod aliqui dicunt spiritum sanctum non esse charitatem qua diligimus Deum & proximum.

L

Hac dist.li.c Rom.5.a

Suprà dictum est,quòd spiritus sanctus charitas est patris & filij, qua seinuicem diligunt & nos: & ipse idem est charitas quæ diffunditur in cordibus nostris ad diligendum deum & proximum.Horum alterum omnes catholici concedunt, scilicet quod spiritus sanctus sit charitas patris & filij.Quòd autem ipse idem sit charitas qua diligimus Deum & proximum,à plerisque negatur.Dicunt enim,Si spiritus sanctus charitas est patris & filij, & nostra eadem ergo charitas est qua Deus diligit nos, & qua nos diligimus eum. Hoc autem sanctorum autoritates negare videntur:Dicit enim Aug.in libro de spiritu & litera,[Vnde est & lectio, nisi vnde & ipsa fides,id est à spiritu sancto.Nisi esset enim in nobis,nisi diffunderetur in cordibus nostris per spiritum.Charitas autem Dei dicta est diffusa in cordibus nostris,non qua nos ipse diligit,sed qua nos facit dilectores suos:sicut iustitia Dei dicitur, qua nos iusti eius munere efficimur:& domini salus, qua nos saluat:& fides Christi, qua nos fideles facit.Ex his verbis videtur monstrari distinctio inter charitatem qua nos Deus diligit,& qua nos diligimus. Et sicut iustitia nostra dicitur Dei, non quòd ipse sit ea iustus, sed quia ea nos iustos facit, similiter & fides, & sic videtur dicta Dei charitas quæ est in nobis, non quòd ipse ea diligat, sed quia ea nos diligere facit.

In fine cap. 32.vel vt in quibusdã libris, ca.31.

Cap.17. 1.Ioan.4.

hoc etiam idem Aug.in lib.15.de trin.ait, [Cùm dicunt nes cõmemorasset Dei dilectionẽ, nõ qua nos eũ, sed qua ipse dilexit nos,& misit filiũ tuum liberatorem peccatis nostris, &c.] Ecce & hic videtur manifestari uidere dilectionem qua nos diligimus deũ, ab ea qua ipse diligit nos. Si ergo,inquiunt, spiritus sanctus dilectio est qua Deus diligit,& qua nos diligimus, dilectio

dilectio est, imò duo diuersa est:quod absurdum & à veritate longè est. Nõ est ergo dilectio,qua diligimus, sed qua Deus tantùm diligit.

M

Responsio ad prædicta,determinans autoritates.

His respondemus prædictarum autoritatum verba determinantes hoc modo, charitas dei dicta est diffundi in cordibus nostris, nõ qua ipse nos diligit, sed qua nos diligere facit,&c. His verbis nõ diuiditur nec diuersa ostenditur charitas qua Deus nos diligit, ab ea qua nos diligimus:sed potius cùm sit vna & eadem charitas,& dicatur ipsa Dei charitas, diuersis de causis & rationibus Dei charitas appellari in scriptura ostenditur. Dicitur enim dei charitas, vel quia deus ea diligit nos,vel quia nos ea sui dilectores facit.

De spiritu & litera, cap.32.

N

Determinatio primæ autoritatis.

Cũ ergo ab Apostolo dicitur charitas Dei diffundi in cordibus nostris,non est dicta charitas Dei qua diligit nos,sed qua facit nos diligere,id est non ibi appelatur charitas Dei,eo quod Deus nos ea diligit,sed eo quòd nos ea sui dilectores facit. Et quòd ea ratione possit dici charitas Dei,quia nos ea diligere facit,ex simili genere locutionis ostenditur:sicut dicitur iustitia Dei qua nos iustificat, & domini salus qua nos saluat,& fides Christi qua nos fideles facit.

Rom.5.a

Psal.18.

Psal.31.

Gal.2.

O

Determinatio secundæ.

Similiter & aliam exponimus autoritatem, vbi ait dilectionem Dei cõmemorari, non qua nos eum,sed qua ipse dilexit nos: acsi diceret. commemorat dilectionem Dei, non secundum quod ea nos diligimus Deum sed secundum quod ipse ea diligit nos.

Ex li.16.de tri. cap.17.

P

Aliud obiciunt.

Sed aliud est, inquiunt, quod magis vrget:dixit enim suprà Augus.q̃ dilectio est à spiritu sancto,à quo fides.Sicut ergo fides non est spiritus sanctus, à quo est, ita nec charitas. Quo ergo charitas spiritus sanctus est,si ab ipso est? Nã si ab ipso est, & ipse est,ergo spiritus sanctus à seipso est. Ad q̃ dicimus: Spiritus

Li.de spiritu et litera,ca. 32.in fom.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dictus littera A.

sanctus quidem à seipso non est, sed tamē à seipso datur nobis, vt supra dictum est: dat enim seipsum nobis spiritus sanctus. Et ex hoc sensu dictum est, ꝙ charitas ab ipso est in nobis, & tamē ipsa spiritus sanctus est. Fides autem est à spiritu sancto, & non est spiritus sanctus: quia donum vel datum solummodo est, nō Deus dans.

Quod alias inducunt rationes & autoritates ad idem probandum.

Q Alias quoq; inducunt rationes ad idem ostendendum. s. ꝙ charitas non sit spiritus sanctus, quia charitas affectio mentis est & motus animi: spiritus sanctus verò non est affectio animi vel motus mentis: quia spiritus sanctus immutabilis est & increatus: nō est ergo charitas.

Quod charitas est motus vel affectio animi.

R Quòd aũt charitas sit affectio animi & motus mētis, autoritatibus confirmant. Dicit enim Aug. in 3. de doct. Christiana, [Charitatem voco motum animi ad fruendū Deo propter ipsum, & se ac proximo propter Deū.] Idem in lib. de moribus ecclesiæ catholicæ, tractans illud verbū Apostoli, Nec mors nec vita poterit nos separare à charitate Dei: [Charitas Dei, inquit, hic dicta est virtus, quæ aī nostri rectissima affectio est, quæ cōiungit nos Deo, qua eū diligimus.] Ecce his verbis exprimitur, ꝙ charitas est affectio & motus animi: ac per hoc nō videtur esse spiritus sanctus.

Cap. 10.

Cap. 11. Rom. 8.

Responsio determinans autoritates.

S Ad quod dicimus, hoc ita dictū esse, sicut dr Deus esse spes nostra & patientia nostra, quia facit nos sperare & patientes: ita charitas dr esse motus siue affectio animi, quia per eā mouetur & afficitur animus ad diligendum Deum. Non autem mireris, si charitas, cum sit spiritus sanctus, dicatur motus mentis, cùm etiam

Sap. 7. c. & 8. d

lib. Sapien. dicatur de spiritu sapientiæ, Qui attingit à fine vsq; ad finem, qui est actus mobilis, certus, & coinquinatus. Quod non ideo dicitur, ꝙ sapientia sit mobile aliquid, vel actus aliquis, sed quia sui immobilitate omnia attingit, non locali motu, sed vt vbique semper sit, & nusquam inclusa teneatur. Sic ergo charitas dicitur motus animi, non ꝙ ipsa sit motus, vel affectio, vel virtus animi; sed quia per eam, quasi esset virtus, afficitur mens & mouetur. Sed si charitas spiritus sanctus est, qui operatur in singulis prout vult cū per eum mens hominis afficiatur & moueatur ad credendum vel sperandū, & huiusmodi, sicut ad diligendum: quare non sis dr charitas motus vel affectio mētis ad credendum vel sperandum, sicut ad diligendū? Ad quod sane dici potest, ꝙ alios actus atque motus virtutum operatur charitas. s. spiritus sanctus mediātibus uirtutibus, quarum actus sunt, vtpote actum fidei. i. credere fide media, & actū spei, id est sperare media spe. Per fidem enim & spem prædictos operatur actus. Diligendi verò actum per se tantùm, sine aliquius virtutis medio operatur, id est diligere. Aliter ergo hūc actum operatur quàm alios virtutum actus. Ideoque differenter de hoc & de aliis loquitur scriptura, quę istum specialiter charitati tribuit. Est ergo charitas vere spiritus sanctus. Vnde Augustl. præmissum verbum Apostoli tractans, in eodem libro charitatē dicit esse bonum, quo nil melius est & per hoc, ipsam esse Deum significat, dicens, [Si nulla res ab eius charitate nos separat, quid esse non solum melius, sed etiam certius hoc bono potest?] Ecce dicit quia charitate nihil melius est. Charitas ergo spiritus sanctus est, qui Deus est, & donum Dei, siue datum: qui diuidit singulis fidelibus dona, nec ipse diuiditur, sed indiuisus singulis datur. Vnde Augustl. vbi Ioannes dicit, non ad mensuram Christo dari spiritum, ait, [Cæteris verò diuiditur, non quidem ipse spiritus, sed dona eius.]

Non probatur hic Magistri sententia.

De moribus ecclesiæ. ca. 11.

1. Cor. 12. b

1. Cor. 12. b

Tomo 9. tract. 74.

T *An concedendum sit quòd per donum detur donū.*

Hic quæritur, cū spiritus sanctus, per quem diuidū tur dona, ipse sit donum, vtrùm concedendum sit, quòd

quòd per donum diuidantur ac dentur dona. Ad quod dicimus, quòd per donum, quod est spiritus sanctus, singulis propria diuiduntur, & ipsum communiter omnes boni habent. Vnde Aug. in 15. lib. de Tri-
Cap. 19. 1. Cor. 12. b ni. ait, [Per donum quod est spiritus sanctus, in communi omnibus membris Christi multa dona, quæ sunt quibusque propria, diuiduntur. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, alij alia: quamuis ipsum donum, à quo cuique propria diuiduntur, omnes habeant, id est spiritum sanctum.] Ecce apertè dicit, per donum dona donari.

VTRVM EADEM RATIONE SPIRITVS sanctus dicatur donum, & datum siue donatum.

A DISTINCT. XVIII.

De temporali processione spūs sancti, quantū ad proprietatem, per quam natus est temporaliter procedere.

RAETERE A diligenter considerandum est, cùm spiritus sanctus dicatur donum & datum, vtrùm & eadem ratione vtrunque nomen ei conueniat: quod vtique videri potest.

B *Quare ita esse videtur.*

Cùm enim idem sit, spiritum sanctum dari, & spiritum sanctum donari, ex eadem ratione videtur spiritus sanctus dici datum & donum. Hoc etiam videtur Aug. significare in 15. li. de Tri. cùm ait, [Spiritus sanctus intantum donum Dei est, inquantum datur his quibus datur: apud se autem Deus est, etsi nemini detur.] Ecce apertè dicit spiritum sanctum donum appellari, quia datur. Si autem ex eo tantùm appellatur donum, quia datur, non ab æterno fuit donum: quia non datur nisi ex tempore.

Responsio, quare datum siue donatum dicatur spiritus sanctus.

C

Ad quod dicimus, quia spiritus sanctus & donum dicitur,

dicitur, & datum siue donatum: sed datum siue donatum ex eo tantum dicitur, quia datur uel donatur: quod habet tantum ex tempore.

D *Hic quare donum.*

Donum uerò dicitur non ex eo tantū q̄ donetur, sed ex proprietate quam habuit ab æterno: unde & ab æterno fuit donum. Semperne enim donum fuit, nō quia daretur, sed quia processit à patre & filio. Vnde Aug. in 4. lib. de Trin. ait, [Sicut natum esse est filio à patre esse, ita spiritum sancto donum Dei esse, est à patre & à filio procedere.] Hic apertè ostenditur q̄ spiritus sanctus eo donū est, q̄ procedit à patre & à filio: sicut filius eo est à patre, quod natus est ab eo. Non enim idem est filio esse à patre, & spiritui sancto, id est, non ea proprietate filius dicitur esse à patre qua spiritus sanctus. Nam filius dicitur esse à patre, quia genitus est ab eo: Spiritus sanctus uerò dicitur esse à patre & à filio, quia spiritus sanctus est donum patris & filij, id est, quia procedit ab utroq;. Eo enim dicitur spiritus, quo donum: & eo donum, quo procedens. Vnde Aug. in 5. lib. de Trin. ait, [Spiritus sanctus, qui non est trinitas, sed in trinitate intelligitur, in eo q̄ propriè dicitur spiritus sanctus, relatiuè dicitur, cū & ad patrem & filium refertur: quia spiritus sanctus, & patris & filij spiritus est: sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine. Apparet autem cum dicitur donū Dei: donum est enim patris & filij: quia & à patre procedit & à filio.] Ecce his uerbis apertè ostenditur, eadē relatione dici spiritū sanctum, & donum. Donū aūt, quia procedit à patre & filio. Proprietas ergo qua dicitur spiritus sanctus uel donum, processio ipsa est: * de qua post plenius agemus cum alijs. Cū ergo ab æterno processerit ab utroque, & ab æterno donum fuit: non ergo spiritus sanctus eo tantum dicitur donum, quia donatur: nam & ante fuit donum quàm donare tur. Vnde Aug. in 5. lib. de Trini. [Semper spiritus sanctus procedit, & non ex tēpore, sed ab æternitate procedit

* *Hac diff. litera g. & sequentibus, & Diff. 28. & 29.*

Cap. 20.

Cap. 11.

Cap. 15.

cedit. Sed quia sic procedebat, vt esset donabile, tũ donum erat antequam esset cui donaretur. Aliter enim intelligitur, cùm dicitur donum, aliter cũ dicitur donatum: nã donum potest esse etiam antequã detur, donatum autem, nisi datum fuerit, nullo modo dici potest. Sempiternè ergo spiritus sanctus est donũ: temporaliter aũt donatum.] His verbis apertè ostenditur, q̃ sicut spiritus sanctus ab æterno procedit, ita ab æterno donum est: non quia donaretur à patre filio, vel à filio patri, sed q̃a ab æterno processit donabilis.

E *Quæritur cui donabilis.*

Sed quæritur, cui donabilis, vtrũ patri & filio, an tantùm nobis qui nondum eramus. Si aũt non erat donabilis patri & filio, sed tantũ nobis, & ex eo donũ erat, quia sic donabilis procedebat: videtur q̃ filius semper eadem ratione donum fuerit: quia ab æterno processit à patre donabilis nobis in tempore: nam & de filio legitur q̃ datus est nobis. Ad quod dicimus, quia spiritus sanctus nobis tantũ, non patri vel filio donabilis processit, sicut & nobis tantũ datus est. Et filius verè datus est nobis, & ab æterno processit à patre, nõ vt donabilis tantũ, sed vt genitus qui & donari posset. Processit ergo vt genitus & donabilis: sed spiritus sanctus nõ procedit vt genitus, sed tantũ vt donum. Donũ aũt semper fuit, non solùm quia donabilis, sed quia ab utroq; processit, & donabilis fuit. Vnde Aug. in 5. lib. de Trini. ait, [Eo ipso q̃ daturus erat eum Deus, iam donum erat, etiam antequàm daretur,] & ideo donabilis est, sed aliter donabilis quàm filius: nam & aliter datur, & aliter processit quàm filius. Filij enim processio genitura est, vel natiuitatis: spiritus sancti verò processio natiuitatis non est: vtraque verò ineffabilis est.

Esaiæ 9.b

Cap. 15. circa finem.

Quod sicut filius nascendo accepit non tantùm vt esset filius, sed etiam essentialiter & spiritus sanctus procedendo accepit non tantum vt esset donum, sed etiam vt esset essentia.

F

Et notandum, quòd sicut filius nascendo accepit non tantùm vt filius sit, sed omnino vt sit, & vt ipsa substantia sit, ita & spiritus sanctus à patre & filio procedendo, accepit non tantùm vt spiritus sanctus sit, vel donum, sed etiam vt omnino sit, & vt substantia sit: quod vtique non accepit ex eo quòd datur: nã cùm non detur nisi ex tempore, si hoc haberet ex eo quòd datur, accepisset ergo ex tempore vt esse. Vnde Augustinus in 5. lib. de Trin. [Filius non hoc tantùm habet nascendo, vt sit filius, sed omnino vt sit. Quæritur ergo, vtrùm spiritus sanctus eo quòd datur, habeat non tantùm vt donum sit, sed omnino vt sit. Quòd si non est nisi quia datur,] id est, si non habet esse nisi eò quòd datur, [sicut filius nascendo habet, non tantùm vt sit filius, quod relatiuè dicitur, sed omnino vt sit ipsa substantia: quomodo iam spiritus sanctus erat ipsa substantia, cùm non prius daretur quàm esset cui daretur?] Non ergo eo quòd datur, sed procedendo habet vt sit donum, & vt sit essentia: sicut filius non eo quòd datus est, sed nascendo accepit non tantum vt sit filius, sed vt sit essentia. Vnde Augustinus in 15. lib. de Trin. ait, [Sicut filio præstat essentiam sine initio temporis, sine mutabili tate naturæ, de patre generatio: ita spiritui sancto præstat essentiam sine vllo initio temporis, sine vlla mutabilitate naturæ, de vtroque processio.]

Cap. 15.

Cap. 26.

Quod ex prædictis videtur, quod filius non tantùm sit filius natiuitate, sed etiam Deus vel essentia, & spiritus sanctus processione.

G

Hic oritur quæstio, Si filius nascendo habet non tantùm vt sit filius, sed vt sit essentia, & spiritus sanctus processione non tantùm vt sit donũ, sed vt sit essentia: ergo & filius natiuitate essentia est, & spiritus sanctus processione est essentia: cùm alibi dicatur, q̃ nec pater eo pr̃ est quo deus, nec filius eo filius quo deus: nec spiritus sanctus eo donũ quo deus: quia vt

ait,

Cap.2. Distin.16. & 29.

ait Aug. in 7. lib. de Trin. [His nominibus relatiuis eorũ ostendũtur, nõ essentia.] vnde post plenius agemus. Ad quod breuiter respondentes dicimus, quia nec filius natiuitate essentia est, sed tantùm filius: nec spiritus sanctus processione essentia est, sed donũ tantum: & tamen vterque, ille nascendo, iste procedendo, accepit vt esset essentia. [Non enim, vt ait Hilarius in 5. lib. de Trin. per defectionem, aut protensionem, aut derivationem ex Deo Deus est, sed ex virtute naturæ in naturam eandem natiuitate subsistit filius: & ex virtute naturæ in naturam eandem processione subsistit spiritus sanctus.]

Penè in calce libri.

H *Exponit verba Hilarij.*

Quod ita intelligi potest, Ex patre, qui est virtus ingenita, naturam quam habet eandem filius, natiuitate, id est nascendo, & spiritus sanctus processione, id est procedendo, habet. Vnde ipse idem apertius eloquens, quod dixerat aperit, dicens, [Natiuitas, inquit, Dei, non potest non eam de qua profecta est retinere naturam. Non enim aliud quàm Deus subsistit, quod non aliunde quàm de Deo subsistit.] Ecce his verbis aperitur, quomodo accipiendum sit illud

Ibidem paulo inferius.

Ex. Aug. 15 lib. de Tri. cap. 26.

[De patre generatio præstat essentiã filio, & de vtroque processio præstat essentiam spiritui sancto. Non quia ille essẽtia sit filius, & iste essentia sit spiritus sanctus, imo proprietate personali: sed quia & ille nascendo, & iste procedendo essentiam habet eandem, & totam quæ in patre est.]

Quod spiritus sanctus dicitur donum & donatum, secundum
I *duos prædictos modos processionis.*

Distin. 14.

Ex prædictis patet, quòd spiritus sanctus semper nè donum est, & temporaliter datum vel donatum. Ex quo apparet illa distinctio geminæ processionis de qua suprà egimus. Nam secũdum alteram processionem dicitur donatum vel datum, secundum aliam verò dicitur donum.

Secundum hoc quod donum est, refertur ad patrem & filium:
secundum quòd datum, ad eum qui dedit, &
K *ad eos quibus datum est.*

Et secundum hoc quòd sempiternè donum est, refertur ad patrem & filium: secundum hoc verò quòd dicitur datum vel donatum, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus datur: & eius dicitur esse qui dat, & illorum quibus datur. Vnde Augustinus in 5. lib. de Trin. ait, [Quod datum est, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus dedit. Itaq; spiritus sanctus non tantùm patris & filij qui dederunt, sed etiã noster dicitur qui accepimus. Spiritus ergo & Dei est qui dedit, & noster qui accepimus. Non ille spiritus noster quo sumus: quia ipse est spiritus hominis qui in ipso est: quamuis & illum spiritum, qui hominis dicitur, vtique accepimus: sed aliter iste, aliter ille noster dicitur. Aliud est enim quod accepimus vt essemus, aliud quod accepimus vt sancti essemus. Quòd autem spiritus sanctus noster dicatur, scriptura ostendit. Scriptum est enim de Ioanne quòd in spiritu Heliæ veniret. Ecce dictus est Heliæ spiritus, scilicet spiritus sanctus, quem accepit Helias. Et Moysi ait Dominus, Tollam de spiritu tuo, & dabo eis: id est, Dabo illis de spiritu sancto quem iam dedi tibi.] Ecce & hic dictus est spiritus Moysi. Patet igitur quòd spiritus sanctus noster dicitur spiritus, quia nobis datus, & datus vtiq; ad hoc vt sancti essemus. Spiritus verò creatus ad hoc est datus, vt essemus. Cap. 14.

Luce. 1. b

Num. 11. d

An filius, cum sit nobis datus, possit dici noster,
L *vt spiritus sanctus.*

Hic quæritur, vtrùm & filius, cùm sit nobis datus, dicatur, vel possit dici noster. Ad quod dicimus, quia filius dicitur noster patris, noster redemptor, & huiusmodi: sed non dicitur noster filius: quia filius dicitur tantùm relatiuè ad eum qui genuit. Et ideo noster filius non potest dici, sed patris tantùm. In eo autem quòd dicitur datus, & ad eum qui dedit, & ad eos quibus

Matth. 6. b

bus datus est refertur: vt & spiritus sanctus: qui etiam cùm in scriptura (vt suprà dictum est) dicatur spiritus noster, vel spiritus tuus, vel illius, (vt de Moyse & Helia dictum est) nusquam tamen in scriptura occurrit ita dici, spiritus sanctus noster, vel tuus, vel illius, sed spiritus noster, uel tuus, vel illius: quia spiritus sanctus eo dicitur quo donum: & vtrunque relatiue dicitur ad patrem & ad filium, & hoc sempiterna relatione. Si tamen aliquando dicitur donum nostrum, accipitur donum pro donato vel dato. Cùm verò donum accipitur eo modo quo spiritus sanctus, donorum tantùm patris & filij dicitur, nō hominis: nec & illius sub hac appellatione non potest dici noster, vt dicatur filius noster, sicut nec dicitur spiritus sanctus noster: & tamen de filio dicitur panis noster, & de spiritu, spiritus noster. Ille noster panis, quia nos reficit: nobis datus: iste noster spiritus, quia nobis inspiratur à patre & filio, & in nobis spirat sicut vult. Vnde Augustin. in 5. lib. de Trinit. ait, [Quod de patre natum est, ad patrem solum refertur, cùm dicitur filius. Et ideo filius patris est, & non noster. Dicimus tamen & panem nostrum da nobis, sicut dicimus, spiritum nostrum.]

Proximo paragrapho.

Cap. 14.

Mat. 6. b. et Lucæ 11. a

Vtrum spiritus sanctus ad seipsum referatur.

M

Parag. K & diſt. 15. parag. A.

Post hæc quæritur, vtrùm spiritus sanctus ad seipsum referatur: hoc enim videtur ex prædictis posse probari. Si enim quod datur refertur ad eum qui dat, & ad eum cui datur, & spiritus sanctus datur à seipso, vt prædictum est: ergo refertur ad seipsum.

Diſtin. 30. parag. C.

Huius quæstionis determinationem in posterum differimus, donec tractemus de his quæ relatiue dicuntur de Deo extempore: in quibus datum & donatum continentur.

HIC DE AEQVALITATE TRIVM personarum.

A

DISTINCT. XIX.

De proprietatibus & conditionibus Trinit. & quibusdam specialibus & quibusdam modo personalibus.

NVNC posiquam coæternitatem trium personarum pro modulo facultatis nostræ insinuauimus, iam de earundem æqualitate aliquid eloqui superest. Fides enim catholica sicut coæternas, ita & coæquales tres psonas asserit. Aequalis est enim in omnibus patri filius, & patri & filio spiritus sanctus. Quia (vt Augu. in libro de Fide ad Petrum, breuiter aperiens quomodo intelligatur æqualitas, docet) [nullus horum alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate: quia nec filio, nec spiritu sancto (quantum ad naturæ diuinæ vnitatem pertinet) aut anterior, aut maior est pater, nec filius spiritu sancto. Aeternum quippe & sine initio est quod filius de natura patris extitit: & æternum ac sine initio est, quòd spiritus sanctus de natura patris filiique procedit. Ob hoc ergo tres vnum recte credimus & dicimus Deum: quia vna prorsus æternitas, vna immensitas, una natura liter est trium personarum diuinitas.] Ecce breuiter assignauit Augustinus, in quo trium personarum consistat æqualitas, scilicet quia alia aliam non excellit aut æternitate, aut magnitudine, aut potestate.

Cap. 1.

Quod æternitas, & magnitudo, & potentia in Deo sunt vnum, licet ponantur quasi diuersa.

B

Cùmq; enumerētur ista quasi diuersa, in Deo tamen vnum & idem sunt, scilicet, essentia diuina, simplex, & incommutabilis. Vnde Augustin. in libro 7. de Tri. [Non alio magnus, alio Deus est: sed eo magnus quo Deus: quia non est illi aliud magnum esse, aliud Deū esse. Eadem quippe eius magnitudo est quæ virtus: & eadem essentia, quæ magnitudo. Pater ergo & filius

Cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius simul vna essentia, & vna magnitudo.] Ita & potentia Dei, essentia diuina est. Vnde Augustin. in 7. libro Confess. [Voluntas & potentia Dei Deus ipse est.] Aeternitas quoq; Dei essentia diuina est. Quòd Augustinus ostendit super illum locum Psalmi, In generatione & generationem annitui. [Est generatio generationum quæ non transit, collecta de omnibus generationibus, id est, sancti. In illa erunt anni Dei, qui non transeunt, id est, æternitas Dei. Non ait sunt aliud anni Dei, aliud ipse: sed anni Dei, æternitas Dei est. Aeternitas verò ipsa Dei substantia est, nihil habens mutabile.] Inconcussè ergo teneamus quòd vnũ & idẽ est, scilicet, essentia diuina, Dei æternitas, potentia, magnitudo: & tamen consuevit scriptura hæc & his similia quasi distincta ponere. In his ergo verbis trium personarum æqualitatem breuiter complexus est Aug. Quia alius alium nec æternitate, nec magnitudine, nec potentia superat. Quòd autem æternitate aliqua trium personarum aliam non excedat, suprà ostensum est, vbi coæternitas trium personarum insinuata est.

Cap. 4.

Psal. 101.

Supra egit de æternitate distin. 9. & 15.

Hic de magnitudine, quod ea aliqua personarum aliam non excedat.

C

Nunc igitur supereſt ostendere, quòd magnitudine vel potentia alius alium non excedat: & prius de magnitudine videamus.

Quod nũ est maior una persona alia, nec maius aliquid duæ quàm vna, nec tres quàm duæ vel quam vna.

D

Lib. 6. de trinit. cap. vlt.

Sciendum est ergo, quia pater non est maior filio, nec pater vel filius maior spiritu sancto, nec maius aliquid duæ personæ simul sunt quàm vna, nec tres simul maius aliqd quã duæ: nec maior est essẽtia in tribus quàm in duabus, nec in duabus quã in vna singulis. Tota est in singulis. Vnde Ioan. Damascenus ait, Confitemur deitatẽ naturam omnem perfectè esse in singula suarum ὑποστάσεων, id est, personarum: omnem in patre, omnẽ in filio, omnẽ in spiritu sancto. Ideoq; perfectus Deus pater, perfectus Deus filius, perfectus Deus spiritus sanctus.]

Lib. 4. de orthodoxa fide, cap. 6.

Quomodo dicitur esse Deus pater in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtroque, & singulus in singulis.

E

Et inde est q̃ pater dicitur esse in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in utroque, & singulus in singulis. Vnde Augustinus in libro de Fide ad Petrum, [Propter vnitatem naturalẽ totus pater in filio & spiritu sancto est, totus quoq; spiritus sanctus in patre & filio est. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est, propter diuinæ naturæ vnitatem. [Ecce hic aperit aliquatenus (non enim plenè potest tantum ab homine referari arcanum) ex qua intelligentia dicatur singula personarum tota esse in aliis. Vnde etiam Hilarius ista interius perquirens, in lib. 3. de Trin. ait, [Assert plerisq; obscuritatem sermo Domini, cum dicit, Ego in patre, & pater in me est: nec immerito. Natura.n. intelligentiæ humanæ rationem dicti huius non capit: nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana præstabit. Sed quod non intelligibile est homini, Deo possibile est. Cognoscendum itaque atque intelligendum est quid sit illud, Ego in patre, & pater in me est: si tamen comprehendere hoc ita, ut est, nalebimus: vt quod natura rerum pati nõ posse æstimatur, id diuinæ veritatis ratio consequatur. Patrem igitur in filio, & filium in patre esse, plenitudo in utroq; diuinitatis perfecta est: quia plenitudo diuinitatis in filio: quod in patre est, hoc & in filio est: quod in ingenito est, hoc ingenito: alter ab altero, & vterque vnum. Is scilicet, qui est nihil habens, quod non sit etiam in eo à quo est: non duo vnus, sed alius in alio: quia non aliud in utroque: vt unum sint in fide nostra vterq;, non vnus: nec eundem vtrunq;, nec aliud confitemur: quia Deum ex Deo natum nec eundem natiuitas, nec aliud esse permittit. Eandem ergo in vtroq; & virtutis similitudinem, & Deitatis plenitudinem

Cap. 1.

In exordio libri.

Ioan. 14. b

Paulo inferius.

Aliquanto post medium libri.

dinem confitemur: quia veritas dicit, Ego in patre, &
Ioan. 14.b pater in me est. Omnia enim filius accepit à patre: nil
si partem eiusdem qui genuit accepit, neuter ergo per
fectus est: deest enim ei vnde decessit: nec plenitudo
in eo erit, qui ex portione constiterit. Neuter ergo
perfectus est, si plenitudinē suam & qui genuit amit-
tit, nec qui natus est consequitur.] Fateamur ergo ip
pater est in filio, & filius in patre, & Deus in Deo, vt
Non longè à fine libri. idem Hilarius ait in 7. libro de Trin. [non per dupli-
cem conuenientium generum coniunctionē, nec per
insituam capacioris substantiæ naturam, sed per na-
turæ vnitam similitudinem, per natiuitatem viuentis
ex viuente natura, dum res nō differt, dum natura
Dei non degenerat natiuitas, dum non aliud aliquid
ex Deo quàm Deus nascitur, dum nihil in his nouū
est, nihil alienum, nihil separabile.] Ecce his uerbis,
prout humana permittit infirmitas, aperitur ex qua
sensu Christus dixerit se esse in patre, & patrem in
Ex eodem etiam sensu intelligitur spiritus sanctus es
se in vtroque, & singula personarum in singulis: qua
scilicet in singulis est eadem plenitudo diuinitatis, &
vnita similitudo naturæ: quia non est maior diuini
natura in aliqua harum personarum, sed unius & per
differentis naturæ sunt hæ tres personæ. Ideoq; alte-
Circa illud, Deus erat i Christo, etc. ra in altera esse dicitur, vt prædictum est. Vnde Am-
brosius prædictorum verborū sententiam nobis ape-
riens, super epist. 2. ad Corinr. 5. ait, [Per hoc intelli-
tur pater esse in filio, & filius in patre, quia vna e
eorum substantia. Ibi enim est vnitas, ubi nulla diuer
sitas.] Ecce tribus illustrium virorum testimoniis
Augustini, Hilarij, atque Ambrosij, in idem conce-
rentibus reuelatione spiritus sancti in eis loquentis
piè credere volentibus ostenditur (tamen quasi per
1. Cor. 13.b speculum & in ænigmate) qualiter accipiendum sit
lud, cùm dicitur pater in filio esse, vel filius in patre
vel spiritus sanctus in vtroque.

F *Ad id quod cœperat redit, scilicet ut ostendat quod magnitudine alius alium non superet.*

Sed iam nunc ad propositum redeamus, cœptoque
insistamus, ostēdentes quod magnitudine nulla trium
personarum aliam superat: quia nulla maior aliis, nec
maius aliquid sunt duo quàm vna, nec tres quàm duo,
nec maior Deus quàm singuli horum: quia singulus
horum perfectus est, nec est quo crescat illa perfectio.

G *Quod nulla personarum pars est in trinitate.*

Nec est aliqua trium personarum pars Dei vel di
uinæ essentiæ: quia singula harum verus & plenus
Deus est, & tota & plena diuina essentia est & ideo
nulla istarum in trinitate pars est. Vnde August. in li- *Cap. 10.*
bro 3. contra Maximinum hæreticum sic ait, [Putas
Deum patrem cum filio & spiritu sancto vnum Deū
esse non posse: times enim ne pater sit pars vnius Dei,
qui constet ex tribus: noli hoc timere: nulla enim fit
partium in deitatis vnitate diuisio: vnus est Deus pa-
ter, & filius, & spiritus sanctus, id est, ipsa trinitas v-
nus est Deus. Ergo, inquis, Deus pater est pars Dei. *Ibidem, aliquanto post.*
Absit: tres enim personæ sunt, pater, & filius, & spiri-
tus sanctus, & hi tres, quia vnus substantiæ sunt, vnū
sunt, & summè vnū sunt, vbi nulla naturarum, nulla
est diuersitas voluntatum. Si enim natura vnū essent
& consensione vnum non essent, non summè vnum
essent. Si verò natura dispares essent vnum nō essent.
Hi ergo tres, qui vnum sunt propter ineffabilem con-
iunctionem Deitatis qua ineffabiliter copulantur,
vnus Deus est. [Pars ergo trinitatis esse nō potest, qui *Ibidē, pau-*
cunque vnus in tribus. In trinitate ergo quæ Deus est, *cis interpo-*
& pater Deus est, & filius Deus est, & spiritus sanctus *sitis.*
Deus est: & simul hi tres, vnus Deus. Nec huius trinita
tis tertia pars est vnus, nec maius aliquid duo, quā v-
nus, est ibi nec maius aliquid sunt oēs, quā singuli: qa
spiritalis, nō corporalis est illa magnitudo. Qui pōt *Mat. 19.b*
capere capiat: qui aūt nō pōt, credat, & oret vt quod
credit intelligat. Verū est. n. quod per Prophetam di-

H cunt,

Esaiæ 7.b citur, Nisi crediderit is, non intelligetis.] His uerbis aperte ostendit indifferentem magnitudinem trium personarum. Item in eodem capite, [Tu nempe dixisti, vnum Deum non ex partibus esse compositum: & hoc de patre tantum vis intelligi. Ille, inquis, vnus est ingenita simplex: & tamen in hac simplici unitate multa videris commemorare, cùm dicis, Deus Deum genuit, bonus bonũ genuit, sapiẽs sapientẽ, clemens clementem, potens potentem. Nunquid ergo bonitas, & sapientia, & clementia & potentia partes sunt vnius virtutis, quã simplicem esse dixisti? Si diuersis, partes sunt, simplex ergo virtus ex partibus constat. Et simplex ista virtus, te definiente, unus est deus. ergo Deum ex partibus compositum esse dicis. Non dico, inquis: non sunt ergo partes. Si ergo in vna persona patris, & illa inuenis quæ plura uidentur, & partes non inuenis, quia una uirtus simplex est: quanto magis pater, & filius, & spiritus sanctus, & propter indiuiduam deitatem vnus Deus est, & propter vnamquisque proprietatem tres personæ sunt, & propter singulorum perfectionem partes unius Dei nõ sunt? Virtus est pater, virtus est filius, virtus est spiritus sanctus. Hoc verum dicis: sed quòd virtutem de virtute genitam, & virtutem, de virtute procedentem non uis eandem habere naturam, hoc falsum dicis, hoc contra fidem rectam & catholicam dicis.] His verbis aperte docetur, quòd tres personæ illæ non sunt partes Dei, vel diuinæ essentiæ, nullaque illarum tantis

† vlla, † tatis pars dicenda est, nec † vna maior aliis.

Cum dicimus, tres personas esse unam essentiam, nec ut genus de speciebus, nec ut speciem de indiuiduis prædicamus: quia non est essentia genus, & persona species, uel essentia species, & persona

H *indiuiduum.*

Hic adiiciendum est, quòd tanta est æqualitas trium personarum, atq; indifferẽs magnitudo, quòd cùm dicamus tres personas vnã essẽtiã vel substantiã, negamus ge-

genus de speciebus, neque ut speciem de indiuiduis prædicamus. Non enim essentia diuina genus est, & tres personæ species: uel essentia diuina species, & tres personæ indiuidua. Quod Aug. rationibus probabili bus, atq; irrefragabilibus aperte demõstrat in lib. 7. de Trinit. dicens, [Si essentia genus est, species aute persona, (vt nonnulli sentiunt) oportet appellari tres substantias, vt appellãtur tres personæ. Sicut, eũ sit animal genus, & equus species, appellatur tres equi, indemque tria animalia. Non enim ibi species pluraliter dicitur, & genus singulariter: vt si diceretur, tres equi sunt vnum animal: sed sicut tres equi speciali nomine, ita tria animalia nomine generali dicuntur.] Cùm ergo tres personas vnam fateamur esse essentiam, non tres essentias, cùm tres equi tria animalia dicantur, non vnum: patet, nomine essentiæ non significari genus nec nomine personæ speciem. *Cap. 6.*

Hic probat, quod non dicitur ut species

I *de indiuiduis.*

[Si verò dicuntur nomine personæ non speciem significari, sed aliquid singulare atque indiuiduum, & nomine essentiæ speciẽ intelligi, vt persona non dicatur sicut homo, sed quõ dicitur hic homo, uelut Abraham, Isaac, Iacob, vel quis alius, qui etiam digito præsens demonstrari possit: sic quoq; illos eadem ratio cõfutabit. Sicut. n. dicũtur Abraham, Isaac, & Iacob tria indiuidua, ita tres homines, & tria animalia. Cur ergo pater, & filius, & spiritus sanctus, si secundum genus, & speciem, & indiuiduum ista differimus, nõ, ita dicuntur tres essentiæ, vt tres personæ?] *Lib. & cap. eisdem.*

K *Alio modo probat idem.*

Alio quoq; modo idem probat Augustinus. f. q; est essentia diuina non est genus, nec personæ species: uel essentia nõ est species, nec personæ indiuidua. [Vna, inquit, essentia non habet species, sicut vnum animal non habet species: pater ergo, & filius, & spiritus sanctus non sunt tres species unius essentiæ: diuina ergo *Lib. & cap. eisdem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

essentia genus non est. Sed nec species est essentia diuina, & personæ individua: sicut homo species est, individua aût Abrahã, Isaac, & Iacob. Si.n. essentia species est, vt homo, sicut nõ dr vnus hõ esse Abrahã, Isaac, & Iacob, ita nõ dicitur una essentia esse tres personæ. Non itaque secundum genus & species ista dicimus.]

Nec secundum materialem causãm dicuntur

I. *tres personæ una essentia.*

Notandum etiã qp essentia diuina non est materia trium personarum, ut Aug. in eodem lib. docet, [tam quam secundũ communem eandemq; materiam tres personæ dicantur esse vna essentia: sicut, ex eodẽ auro si fierent tres statuæ, diceremus tres statuas unum aurum. Nõ aût fit trinitatem i. tres personas dicimus vnam essentiam, & vnum Deum, tanquã ex una materia tria quædam subsistant. In statuis enim æqualibus, plus auri est tres simul, quàm singulæ: & minus auri est vna, quam duæ. In illa uerò essentia trinitatis nullo modo est ita.] Non ergo secundum materialem causãm tres personas vnam dicimus esse substantiam vel essentiam, sicut tres statuæ dicuntur vnũ aurum.

Cap. 6.

Nec ita dicuntur tres personæ una essentia, ut tres homines una natura, uel unius naturæ.

M

His quoq; addendum est, [qp tres personas non ita dicimus esse unam essentiam (ut Augu. in eodem ait) uel unius essentiæ, sicut dicimus aliquos tres homines eiusdem sexus, & eiusdem tẽperationis corporis, eiusdemq; animi, vnã esse naturã, uel unius naturæ. Nam in his rebus non tantũ est unus homo, quantum tres homines simul, & plus aliquid sunt homines duo, quàm unus homo, sicut & in statuis esse diximus: sed in Deo non est ita. Non.n. maior essentia est pater & filius simul, quã solus pater, vel solus filius: sed tres simul illæ personæ æquales sunt singulis.] Ex præmissis patet, qp tres personæ dicuntur diuina essentia, non secundum materialem causãm, ut tres statuæ unum aurum: nec secundum complexionis similitudinem,

Lib. & cap. eisdem.

vt tres homines unius naturæ: nec ut genus prædicatur de speciebus, vel ut species de individuis, id est, cõtinens de contentis, maius de minoribus.

N

Quæ uidentur aduersari prædictis.

His aût uidentur aduersari, quæ quidam sacræ scripturæ tractatores catholici in suis scriptis tradiderũt, in quibus significare videntur qp essentia diuina sit quiddam cõmune & uniuersale, uelut species, tres uero personæ sint tria particularia, tria individua numero differẽtia. Vnde Io. Damasc. inter doctores Græcos maximus, in li. quem de Tri. scripsit, quem & Papa Eugenius trãstferri fecit, ait, [Cõia & uñia prędicantur de subiectis sibiipsis particularibus. Cõe ergo substantia est, particulare uerò hypostasis. i. persona. Particulare aût dr, non quoniam partem naturæ habet, sed particulare numero, ut atomus. i. individuum. Numero.n. non natura differre dicuntur hypostases.] Item in eodem: [Substantia significat cõem & circumplectiuam speciem homoideon. i. similium specie, hypostaseon. i. personarum, ut puta Deus, homo: hypostasis aût individuum demonstrat. i. patrem, filium, & spiritum sanctum, Petrum, Paulum, & hmõi. Ecce apertè dicit substantiam esse uniuersale, hypostasim uerò particulare, & qp Deus est species, ut homo, & qp pater & filius & spiritus sanctus sunt individua, sicut Petrus & Paulus, eò qp numero differunt: quæ prœmissæ sententiæ Augustinus penitus contradicere uidentur. Quid ergo dicemus ad hæc? Hoc utique dicere possumus atque debemus, quòd ea quæ Aug. tradidit superius, sine omni hæsitatione tenenda sunt.

Lib. 3. de ortho. fide c. 6. in prin cip. capitis.

Lib. 3. ca. 4.

Verba Augu. tenenda dicit litera B.

O

Quod sane possunt intelligi quæ Ioannes dicit, & quomodo, ostendit.

Hæc autẽ quæ hic dicũtur, licet in sermonis superficie aliquid à fide alienum resonare uideantur, sanè tamen intelligi queunt, piumq; lectorem atque intellectorem plurimùm efflagitant. In quorum explanatione mallem silens alios audire, quàm loquendo male-

nolis detrahēdi occasionem præstare. Videtur ramē mihi ita posse accipi, cū ait, [Substātia est commune, & hypostasis est particulare.] Non ita hæc accipit, cū de Deo dicātur, vt accipiuntur in philosophica disciplina: sed per similitudinē eorum quæ à philosophis dicūtur, locutus est: vt sicut ibi commune vel vniuersale dicitur, quod prædicatur de pluribus, particulare verò vel indiuiduum quod de vno solo: ita hic essētia diuina dicta est vniuersale, quia de omnibus personis simul, & de singulis separatim dicitur: particulare verò singula quælibet personarū quia, nec de aliis communiter, nec de aliqua aliarū singulariter prædicatur. Propter similitudinem ergo prædicationis, substantia dei dixit vniuersale, & personas particularia vel indiuidua. Propter hoc idem etiam, eandē diuinam essentiam dixit esse speciem communem, & circūpiechiam similium specie personarum: quia sicut hæc species homo de suis prædicatur indiuiduis, velut de Petro & Paulo & aliis, nec ista specie differunt, sed conueniunt per omnia: ita Deus de tribus prædicatur personis, quæ in diuinitate non differunt, sed per omnia conueniunt. Hanc ergo similitudinem inter res sempiternas & res tēporales perpendēs Ioānes, vniuersalitatis & particularitatis nomina, quæ rebus tēporalibus proprie cōueniunt, ad res æternas transtulit: August. verò maiorem videns dissimilitudinem quàm similitudinem inter res prædictas, ab excellentia Trinitatis, prædicta nomina remouit.

P *Ex quo sensu dixerit personas differre numero.*

Quòd autem Ioannes dicit hypostases differre numero non natura, in eo q̄ non differre natura ait, eleganter & subtilissimè & sine vllo scrupulo loquitur. Quòd verò dicit differre numero, cauendū est quomodo intelligatur. Diuersis.n. modis dicūtur aliqua differre numero.

Quibus modis dicatur differre numero, & secundum quem modum possit conuenire personis.

Q Dicūtur enim aliqua differre numero, quando non differūt, vt hoc nō sit illud nec aliquid quod illud est, vel in ipso est: qualiter differunt Socrates & Plato, & huiusmodi, quæ apud philosophos dicūtur indiuidua vel particularia: iuxta quem modum non possunt dici tres personæ differre numero. Dicuntur quoque differre numero, quæ in enumeratione siue computatione non sibi adiunguntur, sed à se inuicem discernuntur: vt cùm de aliquibus rebus loquētes dicimus vna, duę, tres: & secundū hunc modum fortè dixit Iohānes, hypostases, id est, personas differre numero. Possumus enim dicere, pater est vnus, & pater & filius sunt duo, & pater & filius & spiritus sanctus sunt tres. Et item hæc persona est vna, & hæc & illa sunt duæ, & hæc & illa & alia sunt tres. Conuenientius tñ tres illæ personæ proprietatibus tantū distingui dicuntur: de quarum distinctione secundū proprietates in sequenti tractabitur. Nunc verò ad inceptum redeamus, quæ dicta sunt repetentes, vt sępius versando familiarius innotescant. *Distinc. 26. parag. A.*

Quod una persona non est maior alia, nec tres simul quàm una: & hoc ratione offendit catholica.

R Sciendum est ergo, tantam æqualitatem esse in trinitate, vt ait Aug. in 8. lib. de Trin. [vt non solùm pater non sit maior quàm filius, sed nec pater & filius simul maius aliquid sint quā spiritus sāctus, aut quælibet persona minus aliquid sit quàm ipsa trinitas. Quod autē ita sit, aliquo modo, si fieri potest, demonstrandū est. Quantū ergo creator ipse adiuuat, attendamus (inquit Aug. in eodem) quomodo in hac trinitate duæ vel tres personæ non sint maius aliquid quàm vna earum. *In prologo.* *Cap. 1.*

Ratione nititur subtilissima ad ostendendum quod ita sit.

S Quod ibi magnum dicitur, aliunde magnum non est, quàm eo quo verè est: quia ibi magnitudo ipsa veritas est, & veritas essentia: non ergo ibi maius est, qđ verius non est. Non autem verius est pater & filius simul, *Lib. & cap. eisdem.*

simul, quàm pater solus vel filius. Non ergo maius est aliquid vterque simul, quàm singulus eorum. Et quia æque verè est etiã spiritus sanctus, ideo pater & filius simul non sunt aliquid maius quàm ipse: quia nec verius sunt. Item in essentia veritatis, hoc est verũ esse, quod est esse, & hoc est esse, quod est magnum esse. Hoc est ergo magnum esse, quod verum esse. Quod igitur ibi eqùe verum est, & eqùe magnum est. Quod ergo ibi plus veritatis non habet, non plus habet magnitudinis. Plus autem veritatis non habet, quod verius non est. Non est autem verius vna persona quã alia, vel duæ quàm vna, vel tres simul quàm singula. Non ergo plus veritatis habet vna quàm alia, vel duæ quàm vna, vel tres simul quã singula. Sic ergo & ipsa trinitas non est maius aliquid, quàm vnaquæq; ibi persona, sed tã magnum quàm singula. Nõ enim ibi maior est, quæ verior non est, vbi ipsa veritas est magnitudo. Ecce modo cõueniẽte & ratione catholica ostensum est, quomodo indifferens sit magnitudo trium personarum: quia nec vna maior est alia, nec duæ maius aliquid quã vna, nec tres simul maius aliquid quã singula.

T *Quod deus non est dicendus triplex, sed trinus.*

Præterea cùm Deus dicatur trinus, non tamen debet dici triplex. Ibi enim nõ est triplicitas, vbi summa est vnitas & indifferens æqualitas. Vnde Augu. in lib. 6. de Trin. ait. [Nõ quoniam deus trinitas est, ideo triplex putando est: alioquin minor esset pater solus vel filius solus, quàm simul pater & filius. Cùm itaq; tantus est pater solus vel solus filius, vel solus spiritus sanctus, quãtus est simul pater & filius & spiritus sanctus: nullo modo triplex dicendus est Deus. Non enim pater cum filio & spiritu sancto, maior deus est quã singuli eorum: quia non est quo crescat illa perfectio. Perfectus autem est & pater, & filius, & spiritus sanctus, & perfectus dicitur Deus singulus eorũ. Et ideo trinitas potius quàm triplex dici debet.]

Cap. 7.

Cap. 8. eiusdem.

V *Quod non est ita in rebus corporeis vt in trinitate.*

[In rebus corporeis non tantùm est vna, quãtum tres simul, & plus sunt duæ, quàm una res. In trinitate uerò summa, tantum est una persona, quantum tres simul: & tantum sunt duæ, quantum vna: & infinite sunt: quia non est finis magnitudinis earum.] Ac per hoc aperitur quod superius dictum est, [quomodo singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & unum in omnibus est, & unum omnia.] Ecce iam ostendimus sufficienter, qualiter in trinitate aliqua persona aliam non superet magnitudine.

Ca. 10. eiusdem libri.

OSTENSO QVOD ALIQVA PERSONA-
rum aliam non superat magnitudine, nunc ostendit
quòd alia non excellit aliam
potentia,

A DISTINC. XX.

NVNC ostendere restat, quomodo aliqua harum personarum aliam non excellat potentia: vt sicut vna & indifferens est magnitudo trium, ita vna & indifferens mõstretur potentia trium. Sciendum est ergo quia non est potentior pater filio, nec filius vel pater spiritu sancto, nec maiorem potẽtiam habent duo vel tres simul, quàm singulus eorum: quia nec plus potest pater & filius simul, quàm solus spiritus sanctus: nec hi tres simul plus possunt, quàm singulus eorum: quia omnipotentiam quam habet pater, & filius accepit nascendo, & spiritus sanctus procedendo. Quod Augustinus rationibus & autoritatibus probabiliter astruit in lib. 3. contra Maximinum, qui dicebat patrem meliorem ac potentiorem filio.

De triũ personarum æqualitate, quãtum ad potestatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B *Quod non potest minus filius quam pater.*

Cap. 14. [Nihil, inquit, patre minus habet ille qui dicit, Om-
Ioan. 16. d nia quę habet pater, mea sunt. Nam si minus habet in
potestate aliquid quàm pater, non sunt eius omnia
quæ habet pater: tantã ergo habet potestatem filius,
quantam pater: æqualis ergo est patri. Non.n. potest
Cap. 12. eiusdem lib. qui accepit omnia, inæqualis esse ei qui dedit.] [Tu au-
tem hoc de potentia sapis, ꝙ potens sit filius, sed po-
tior pater: vt secundum doctrinam vestram potes po-
tentem potuerit gignere, & non omnipotens omni-
potentem. Habet ergo pater omnipotẽtiam, quã non
habet filius: & si hoc est, falsum est quod ait filium,
Ioan. 16. d Omnia quæ habet pater, mea sunt.

Hoc uerum fatebatur hæreticus, ex quo progre-

C *diebatur ad falsa.*

Lib. & cap. eiusdem. Sed, inquis, pater à nemine potentiã accepit, filius
autem à patre. Fatemur & nos, filium accepisse potẽ-
tiam ab illo, de quo natus est potens: patri verò potẽ-
tiam nullus dedit: quia nullus eum genuit. Gignendo
enim dedit pater potentiam filio, sicut omnia quæ ha-
bet in substantia sua, gignendo dedit ei quem genuit
de substantia.

D *Quæstio Augustini, quæ arĉtat hæreticum.*

Ibidem. Sed quęritur, vtrùm tantam, quanta ipsi est, potẽ-
tiam pater filio dederit, an minorem. Si tantam, non
solùm potentem, sed etiam omnipotentem genuit
omnipotens intelligitur: si verò minorem, quomodo
omnia quæ habet pater, filij sunt? Si patris omnipo-
tia, filij non est, non omnia procul dubio quæ habet
pater, filij sunt. At omnia quæ habet pater, filij sunt:
omnipotentia ergo patris etiam est filij: non est ergo
pater potentior filio.]

b *Aliter probat filium æqualem patri.*

Lib. 3. ca. 7 & li. 8. quæst. 50. Item alio modo probat filium æqualem patri, ad-
tra Maximinum ita dicens, [Tu dicis ꝙ pater genue-
filium minorem seipso in quo & patri derogas: quia
filium vnicum minorem genuit, aut non potuit, aut

non voluit gignere æqualem. Si dicis quia nõ voluit,
cum inuidum esse dixisti: si autem non potuit, vbi est
omnipotentia dei patris? Prorsus ad hunc articulum
res colligitur, vt deus pater ęqualem sibi gigneré filiũ
aut non potuerit, aut noluerit. Si non potuit, infir-
mus si noluit, inuidus inuenitur. Sed vtrũque hoc fal
sum est: patri ergo filius verus æqualis est. Genuit er-
go pater sibi æqualẽ filium, & ab vtroq; procedit vtri
que æqualis spiritus sanctus:] [Si enim formam suã Li. 3. ca. 15
(vt ait Augustinus contra eundem) pater in vnico fi
lio plenam gignere potuit, nec tamen plenam genuit,
sed minorem, cogimini patrem inuidum dicere. Ple-
num ergo deum, & æqualem sibi genuit filium.]

F *Per simile ostendit quòd non minorem pater*

genuit filium.

Hoc autem per similitudinem humanam ita esse Li. 3. ca. 15
demonstrat, inquiens, [Homo pater, si potuisset, ęqua
lem filium genuisset. Quis ergo audeat dicere, ꝙ hoc
omnipotens non potuit? Addo etiã, si posset homo,
maiorem melioremq; seipso gigneret filiũ: sed maius
vel melius deo quicquã esse nõ potest: Deus ergo cur
nõ æquale (vt ais) filium genuit, cui nec anni necessa-
rij fuerunt, per quos adimpleretur æqualitas, nec om
nipotẽtia defuit? An fortè noluit? ergo (quod absit) in
uidit. Sed non inuidit: æqualem ergo genuit filium.
Credamus ergo filium ei esse æqualem.

G *Opinionem hæretici ponit, vt destruat.*

Sed fortè dices, Eo ipso pater est maior filio, quia Ex eod. lib.
de nullo genitus, genuit tamen æqualem. Ad quod ei 3. cap. 18.
tò respondebo: Imò ideo non est pater maior filio,
quia æqualẽ genuit: originis.n. quæstio ista est, quis
de quo sit, æqualitatis autem, qualis aut quantus sit.]
quod est dicere, Ad originem pertinet quæstio, qua
quęritur, quis de quo sit: ad æqualitatem verò illa, qua
quæritur, qualis aut quantus quis sit. Nec cũ dicitur fi
lius à patre genitus, ostenditur inęqualitas substãtiæ,
sed ordo naturæ, nõ quo alter prior esset altero, sed

quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo alter est ex altero. Non ergo secundum hoc ꝙ pater genuit, & filius genitus est, vel spiritus sanctus ab vtroq; procedit, æqualitas vel inæqualitas ibi existit: quia non ẽm hoc alia persona alij æqualis vel in
A distin. 19 hucusque. æqualis dicitur. Eccæ æqualitas Trinitatis, & vna ea demq; substantia, quãtum breuiter potuimus, demõstrata est in superioribus, qualiter scilicet aliqua trium personarum quamlibet aliam nec æternitate, nec magnitudine, nec potentia excellat.

QVAERITVR QVOMODO POSSIT DICI *solus pater, vel solus filius, vel solus spiritus sanctus, cùm sint inseparabiles.*

A DISTINCT. XXI.

Dist. 19. signo 5. & dist. 20 signo A.

Ide oritur quæstio trahens originem ex prædictis: dictum est enim supra, ꝙ tantus est solus pater, vel solus filius, vel solus spiritus sanctus, quantum simul illi tres: & quòd duę vel tres personę simul non sunt maius aliquid, quã
Cap. 7. vna persona sola. Ideo quærit Aug. in 6. lib. de Trin. [quòd hęc sanè dici possint, cũ nec pater sit solus, nec filius nec spiritus sanctus, sed sẽper & inseparabiliter & filius cũ patre, & pater cũ filio,] & spiritus sanctus cũ vtroq;. Inseparabiles enim sunt hę tres personæ. Ad
Ibidem. quod ita respondet Aug. in eodem: [Solum deũ patrẽ dicimus, nõ quia separatur à filio, vel à spiritu sancto: sed hoc dicentes significamus quia illi simul cũ eo non sunt pater.] Solus enim pater, pater est. Quod non dicitur, quia ipse sit solus, id est sine filio vel spiritu sancto, sed per hoc filius vel spiritus sãctus à paternitatis cõsortio excluduntur. Ita & cũ dicitur, solus filius, filius est, vel solus spũs sanctus, est spũs sanctus: nõ diuiditur filius à patre, vel spũs sanctus ab vtroq;, sed à cõsortio filialis proprietatis excluduntur pater & spũs sanctus, & à consortio processibilis proprietatis pater & filius. Cùm ergo dicitur, tantus est solus pater, quãtũ simul illi tres: per hoc quòd dicitur solus, non separatur pater ab alijs, sed hic est sensus, Solus pater, id est pater, qui ita pater est, quòd nec filius, nec spiritus sanctus, tantus est, &c. Similiter intellige cùm dicitur, Solus filius, vel solus spiritus sanctus. Solus ergo pater dicitur, vt ait Aug. ĩ eode [quia non nisi ipse ibi pater est, j & solus filius, quia nõ nisi ipse ibi filius est: & solus spiritus sanctus, quia non nisi ipse ibi spiritus sanctus est. *Lib. 6. ca. 9*

Vtrum possit dici, Solus pater est Deus, solus filius est, Deus, vel solus spiritus sanctus est Deus: vel pater est solus

B *Deus, vel spiritus sanctus est solus Deus.*

[Post hæc quæritur, vtrũ sicut dicitur, solus pater est pr̃, vel solus filius est filius: ita possit dici, solus pater est deus, vel solus filius est deus, ita & de spiritu sãcto: aut pater est solus deus, filius est solus Deus. Ad ꝙ dicimus, ꝙa pater et filius et spiritus sãctus dr̃, & est vnus Deus: & hæc trinitas simul propriè dicitur esse solus Deus, sicut solus sapiẽs, solus potẽs. Sed non vñ debere dici à nobis, verbis nostris vtẽtibus, nisi vbi termino auctoritatis occurrit, solus pater est deus, vel pater est solus Deus: ita de filio & spiritu sancto dicimus.] Vñ Aug. in 6. lib. de Tri. ait, [Quoniã ostẽdimus quo posset dici solus pater, uel solus filius, considerandã est illa sententia qua dicitur, Non esse solũ patrẽ deũ verũ solũ, sed patrẽ, & filiũ, & spiritũ sanctũ.] Ecce habes quia nõ solus pater dicẽdus est esse solus verus deus. Itẽ in eodẽ: [Si quis interrogat vtrũ pater solus sit Deus, quo respõdebimus nõ eẽ nisi fortè dicamus ita esse quidẽ patrẽ deũ, sed nõ eũ esse solũ Deũ: esse autẽ solũ Deũ, dicamus patrẽ, & filiũ, & spiritũ sanctũ.] Ecce & hic habes ꝙa pater nõ debet dici solus Deus: atque hic solũ in parte subiecti tãtũ accipere quidã volũt: in parte verò p̃dicati si sit, cõcedũt ꝙ pater est solus Deus. Sed ex verbis Augusti. videtur ostẽdi ꝙ proprie solus Deus dici debeat tota trin. [Et hęc trinitas vt ait

Sensus horũ verborũ habetur cap. 7 & 8. & 9. li. 6 de trin.

1. Tim. 6. d Nõ rectè dicitur, Solus pater deus est.

Cap. 9.

Ibidem.

Quòd pater nõ sit solus deus, sed trinitas.

Lib.3.cõtra Max.ca.9 vt ait Augustꝰ. contra Maximinum, intelligitur eũm
Apostolus dicit, Beatus & solus potens: & ibi, Soli sa-
Ibid.ca. 11 pienti Deo. & ibi, Inuisibili soli Deo. ¶Nõ.n. de solo pa-
12. & 13. tre hæc accipienda sunt, vt contendebat Maximinus
1.Tim. 9.d & alij hæretici, sed de trinitate: sicut & illud, Solus ha-
Rom. 16. d bet immortalitatem: quia secundum rectam fidẽ, ip-
1.Tim. 1.d sa trinitas est vnus solus Deus, beatus, potẽs, sapiens,
1.Tim.6.c. inuisibilis. Vnde Augu in eodem, [Cũ vnus Deus sit
Cap.13. & lib.1. de tr. trinitas, hæc sit nobis solutio quæstionis, vt intelligamus solum deum sapientem, solum potentẽ, patrẽ &
Cap.6. filiũ & spiritum sanctũ, qui est vnus & solus Deus.]

Quomodo dicatur trinitas sõlus deus, cùm ipsa sit cum spiritibus & animabus sanctis.

C Sed iterum quæritur, quomodo ipsam trinitatem dicimus solum deum, cùm sit cum spiritibus & animabus sanctis. Ad quod respondet Augustꝰ. in 6. lib.
Cap.7. de Tri. dicens, [Trinitatem dicimus deũ solũ, quãuis semper sit cum spiritibus & animabus sanctis: sed solum dicimus, quia non aliud quàm ipsa trinitas Deus est. Nõ.n. illi cũ illa Deus sunt, vel aliqua alia, sed ipsa trinitas tantùm, non illi vel alia Deus est.]

Et si de patre solo prædicta dicerentur, non tamen excluderetur filius & spiritus sanctus.

D Veruntamen, vt ait Aug. [etsi de solo patre prædicta dicerentur, non tamen excluderetur filius vel spi-
Lib.3.cõtra Max.c.13. ritus sanctus: quia hi tres vnum sunt: sicut in Apoca-
1.Ioan. 5.b lypsi de filio legitur, quòd habet nomen scriptũ, quod
Apoc. 19.c nemo scit nisi ipse: non enim inde separatur pater vel
Matt. 11.d spiritus sanctus.] Et cũ dicitur, Nemo nouit patrẽ nisi
Lucæ 10. d filius, non inde separatur pater vel spiritus sanctus: quia inseparabiles sunt. Aliquando et nominatur pater & filius, & tacetur spiritus sanctus: vt veritas ad
Ioan.17.a patrem loquens ait, Vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christũ, esse vnum verum Deũ. [Cur ergo
Lib.6.de tr. cap.9. (inquit Aug.) tacuit de spiritu sancto? quia cõsequens est vt vbicunque nominatur vnus, sicut pater & filius, tanta pace vni adhærens, intelligatur etiam ip-

sa pax spiritus sanctus, quamuis non commemoretur. ¶Vno ergo istorum nominato, etiam reliqui intelliguntur: quod in pluribus scripturę locis occurrit.

DE NOMINVM DIFFERENTIA, QVIbus vtimur loquentes de Deo.

DISTINCT. XXII.

POST prædicta differendum nobis videtur de nominum diuersitate, quibus loquentes de vnitate ac trinitate ineffabili vtimur. Deinde demonstrandum est, quibus modis de ea aliquid dicatur. [Illud ergo præcipuè tenea-
mus, quædam esse nomina distinctè ad singulas personas pertinentia (vt ait Augustꝰ. in 8. lib. de Trin.) quæ de singulis tantùm dicuntur personis. Quædam verò vnitatẽ essentiæ significantia sũt, quæ & de singulis sigillatim, & de omnibus cõmuniter dicuntur. Alia verò sunt quæ translatiuè ac per similitudinem de Deo dicuntur.] Vnde Ambrosꝰ. in 2. lib. de Trinit. *In principio prologi de fide ad Gratianum*
aut, [Quò purius niteat fides, tripartita videtur deriuanda distinctio. Sunt enim nomina quædam, quæ euidenter proprietatẽ personarũq; deitatis ostendũt: & sunt quædam, quæ perspicuam diuinæ maiestatis exprimunt vnitatẽ: alia verò sunt, quæ translatiuè & per similitudinem de deo dicuntur. Proprietatis itaque indicia sunt, generatio, filius, verbũ, & huiusmodi: vnitatis verò æternæ, sapientis, virtus, & veritas, & huiusmodi: similitudinis verò, splendor, character, speculum, & huiusmodi.] *Hebræ.1. Sap.7.*

Præmissis addit, quædam esse nomina quæ temporaliter

B *Deo conueniunt, & relatiue dicuntur.*

His adiiciendum est, quædam esse nomina (vt Augustꝰ. ait in 5. libro de Trin.) quæ ex tempore deo conueniunt, & relatiuã ad creaturam dicuntur: quorum quę- *Cap.16.*

quædam de omnibus dicuntur personis, ut dominus, creator, refugium: quædam autem non de omnibus, ut donatus, datus, missus.

C *De hoc nomine trinitas, addit.*

Præterea est unum nomen, quod de nulla persona singillatim dicitur, sed de omnibus simul, id est trinitas: quod non dicitur secundum substãtiam, sed quasi collectiuum pluralitatem designat personarum.

De aliis nominibus quæ temporaliter Deo congruunt, & non relatiuè dicuntur.

D Sunt etiam quædam nomina quæ ex tempore deo conueniunt, nec relatiuè dicuntur, vt humanatus, incarnatus, & huiusmodi. Ecce sex nominum differentias assignauimus, quibus utimur loquentes de deo, de quibus singulis agendum est.

Quod nomina, quæ ad singulas pertinent personas propriè relatiuè dicuntur; ea verò quæ vnitatem essentiæ significant, ad se dicuntur, & de singulis, & de omnibus communiter dicuntur personis, & singulariter, non pluraliter in summa accipiuntur.

E Sciendum est ergo q̃ illa quæ propriè ad singulas personas pertinent relatiuè ad inuicem dicuntur: sicut pater & filius, & vtriusque donum spiritus sanctus. Ea verò quæ unitatem essentiæ significant, ad se dicũtur: & ea quæ ad se dicuntur, substantialiter vel dicuntur, & de omnibus communiter, & de singulis sigillatim dicuntur personis, & singulariter, non pluraliter, accipiuntur in summa: vt Deus bonus, potens, magnus, & huiusmodi. Quæ autem relatiuè dicuntur, substantialiter non dicuntur. Vnde Augustinus lib. de Trin. ait, [Quicquid ad se dicitur, præstantissima illa & diuina sublimitas substantialiter dicitur: quod autem ad aliquid dicitur, non substantiæ sed dicitur, sed relatiuè. Tantaque est vis eiusdem substantiæ in patre, & filio, & spiritu sancto, vt quicquid de singulis ad seipsos dicitur, nõ pluraliter in summa

Cap. 8.

sed singulariter accipiatur. Dicimus enim, pater est Deus, & filius est Deus, & spiritus sãctus est Deus: qđ secundum substantiam dici nemo dubitat. Nõ tamen dicimus hanc trinitatem esse tres deos, sed vnũ Deũ. Ita dicitur pater magnus, filius magnus, & spiritus sãctus magnus: non tamen tres magni, sed vnus magnus. Ita etiam omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotẽs spũs sanctus: nõ tñ tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Quicquid ergo ad seipsum dicitur Deus, & de singulis personis similiter dicitur, & simul de ipsa trinitate, non pluraliter, sed singulariter dicitur. Et quoniam non est aliud Deo esse, & aliud magnum esse, sed idem est illi esse, quod est magnum esse: propterea, sicut nõ dicimus tres essentias, sic nõ dicimus tres magnitudines, sed vnam essentiam, & unã magnitudinem.] *Ibidem.*

Quod Deus magnus est ea magnitudine, qua Deus est: sic de bonitate & de omnibus quæ secundum substantiam dicuntur.

F [Deus enim non est magnus ea magnitudine, quæ non est quod ipse, vt quasi particeps eius sit: alioquin maior esset illa magnitudo quàm Deus. Deo aũt nõ est aliquid maius: ea ergo magnitudine magnus est, qua ipse est. Ideoque nec tres magnitudines dicimus, sed vnam magnitudinem, nec tres magnos, sed vnum magnũ: quia non participatione magnitudinis Deus magnus est, sed seipso magno magnus est: quia ipse est sua magnitudo. Ita & de bonitate, & æternitate, & omnipotentia Dei dicẽdũ est, & de omnibus omnino quæ de Deo possunt pronuntiari substãtialiter: quibus ad seipsum dicitur non translatiuè ac per similitudinẽ, sed propriè: si tamẽ & illo propriè aliquid ore hominis dici potest.] Ecce apertè docuit, q̃ nomina vnitatẽ diuinæ maiestatis significãtia, & ad se dicũtur de deo, id est sine relatione, & de omnibus personis communiter, & de singulis diuinis dicũtur, nec pluraliter, sed singulariter in summa accipiuntur. Illa: *Lib. de trin. 5. cap. 10.*

I verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò nomina quæ propriè ad singulas pertinent personas, relatiuè, non substantialiter dicuntur. [Quod enim propriè singula in trinitate persona dicitur, (ut
Cap. 11. ait Augu. in eodem) nullo modo ad seipsam, sed ad aliam inuicem, vel ad creaturam dicitur. Et ideo relatiuè, non substantialiter dici manifestum est.]

DE HOC NOMINE, QVOD EST PERSONA: quod cùm secundùm substantiam dicatur, tamen pluraliter, non singulariter in summa accipitur.

A DISTINCT. XXIII.

Dist. præcedenti, parat. E & F.

PRAEDICTIS adijciendum est, quòd cùm omnia nomina, quæ secundùm substantiam de Deo dicuntur, singulariter & non pluraliter de omnibus in summa dicantur personis, vt superiùs ostensum est: est tamen vnum nomen, scilicet persona, quod secundùm substantiam dicitur de singulis personis, & pluraliter, non singulariter in summa accipitur. Dicimus enim, pater est persona, filius est persona, spiritus sanctus est persona: & hoc secundum substantiam dicitur. Nec tamen dicimus, pater & filius & spiritus sanctus sunt vna persona, sed tres personæ. Hoc ergo nomẽ excipitur à prædictis regulis nominum, quæ secundum substantiam, de Deo dicuntur: quia cùm hoc ad se dicatur, & secundũ substantiam, pluraliter tamen, non singulariter in summa accipitur.

Autoritas quod persona ad se dicatur
B *& secundum substantiam.*

Quòd aũt persona secundũ substantiã dicatur, Augu. ostendit in 7. li. de Tri. dicens, [Non est aliud Pater
Cap. 6. esse, aliud persona esse, sed omnino idem. Item in ipsa trinitate cùm dicimus personã patris, non aliud dicimus quàm substantiã patris. Quocirca vt substantia patris ipse pater est, nõ quo pater est, sed quo est, ita & persona patris, nõ aliud quã ipse pater est. Ad se quippe dicitur persona, non ad filiũ vel spiritum sanctum sicut ad se Deus dicit & magnus, & bonus, & iustus, & hmõi. Et quemadmodũ hoc illi est esse, quod Deũ esse, quod magnum esse, quod bonum esse, ita hoc est illi esse, quod personam esse.] Ecce expressè habes quòd persona secundum substantiam dicitur: vt cùm dicitur, pater est persona, hic sit sensus, pater est diuina essentia: similiter cùm dicitur, filius est persona, spiritus sanctus est persona, idest essentia diuina.

Quòd pater non ea est quæ ter, quo est.

Cur pater & filius & spiritus sanctus non dicantur
C *vna persona, vt vna substantia,*
& unus Deus.

Ideo oritur hic quæstio difficilis quidẽ, sed nõ inutilis, qua quæritur, Cur non dicantur hi tres una persona, sicut vna essentia, & vnus Deus. Quã qõnem Augu. diligenter tractat, atq; congruè explicat in 7. lib. de Tri. ita, dicens, [Cur non hæc tria simul unam personam dicimus, sicut vnam essentiam, & unum Deũ, sed dicimus tres personas: cùm tamen tres Deos, aut tres essentias non dicamus? Quia volumus vel vnum aliquod vocabulũ seruare huic significationi, qua intelligitur trinitas, ne omnino taceremus interrogati quid tres essent, cũ tres esse fateamur.] [Cũ ergo quæritur quid tres, vt ait Augustin. in lib. 5. de Trin. magna prorsus inopia humanum laborat eloquium: dictum est tamen tres personæ, non vt illud diceretur, sed ne taceretur omnino.] [Non enim rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo explicari valet.] Ecce ostendit qua necessitate dicatur pluraliter persone, videlicet ut hoc vno nomine quærentibus de tribus respondeamus.

Cap. 9.

Solutio.

Lib. 7. ca. 4.

Quæ necessitate dictum sit, tres personæ à Latinis, & à Græ-
D *cis, tres hypostases vel substantiæ.*

Qua necessitate nõ solùm Latinus sermo, sed etiã Græcus, eadem penè super hac re laborans nominũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

penuria coarctatur. Vnde Augustinus quid à Græcis, vel Latinis necessitate de ineffabili trinitate dictũ sit aperiens, in 7. lib. de Trinit. ait, [Loquendi causa deinnefabilibus, vt fari aliquo modo possemus, dictum est a Græcis, vna essentia, tres subsistantiæ, id est, vna vsia, tres hypostases. Aliter enim Græci accipiunt substantiam quàm Latini. A Latinis autem dictum est, vna essentia, uel substantia, tres personæ: quia non aliter in sermone nostro, id est, Latino, essentia quàm substantia soler intelligi. Et vt intelligatur saltem in enigmate, placuit ita dici, ut cũ quæreretur quid tria sint, aliquid diceretur: quæ tria esse fides vera pronũciat. cùm & patrem non dicit esse filium, & spiritum sanctũ. s. donum Dei, nec patrem dicit esse, nec filium. Cùm ergo quæritur quid tria, vel quid tres, conferamus nos ad inueniendum aliquod nomen, quo complectamur hæc tria. Neque occurrit animo: quia sic pereminentia diuinitatis, usitati eloquij facultatem excedit. Veriùs enim cogitatur Deus, quàm dicitur, & verius est, quàm cogitatur.

Cap. 4.

E *Quid hoc nomine tres significetur.*

Pater ergo & filius & spiritus sanctus, qm̃ tres sint, quid tres sint quæramus, & quid cõe habeant. Non possunt dici tres patres: quia tantùm pater ibi pater est: nec tres filij, cũ nec pater ibi sit filius, nec spiritus sanctus: nec tres spũs sancti: quia spiritus sanctus in patria significatione qua et donũ Dei dicitur, nec pater est, nec filius. Quid ergo tres? Si tres personæ esse dicuntur, commune est eis id quod persona est. Certè ergo quia pater est persona, & filius est persona, & spiritus sanctus est persona, ideo tres personæ dicuntur. Propterea ergo dicimus tres personas, quia commune eis id quod persona est.] Ex prædictis apertè intelligi potest, qua necessitate dictum sit à Latinis tres personæ, cùm persona secundum substantiam dicatur. Vnde & tribus commune est id quod persona est, id est, hoc nomen persona.

Ibidem.

Quæ

Quare non dicimus tres Deos esse patrem, & filium, & spiritum sanctum, vt dicimus tres personas, cùm id quod Deus est, sit eis commune: quia pater est Deus, & filius est Deus,

F *& spiritus sanctus est Deus.*

Sed quæritur hic, cùm dicamus patrẽ, & filium, & spiritum sanctum esse tres personas, quia commune est eis quod persona est. i. quia pater est persona, & filius est persona, & spiritus sanctus est persona: cur nõ dicamus similiter tres Deos, cũ & pater sit Deus, & filius sit Deus, & spiritus sanctus sit Deus. Quia. s. illi scriptura contradicit: hoc autem etsi non dicit, nõ tamen contradicit. Vnde Aug. hanc mouens quæstionem atq; definiens, in lib. 7. de Trini. ait, [Si ideo dicimus patrem, & filium, & spiritum sanctum esse tres personas, quia commune est eis id quod persona est: cur non etiam tres Deos dicimus? Certè, vt prædictũ est, quia pater est persona, & filius est persona, & spiritus sanctus est persona, ideo tres personæ dicũtur. Quia ergo pater est Deus, & filius est Deus, & spiritus sanctus est Deus, cur non dicuntur tres dij?] Ecce proposuit hanc quæstionem: attende quid respondeat, subdens, [An ideo non dicuntur tres dij, quia scriptura non dicit tres Deos? sed nec tres personas alicubi scripturæ textus commemorat, An ideo licuit loquendi & disputãdi necessitate tres personas dicere, non quia scriptura dicit, sed quia scriptura non contradicit? Si autè diceremus tres Deos contradiceret scriptura dicens, Audi Israel, Deus tuus Deus vnus est.] Ecce absolutio quæstionis, quare potius dicamus tres personas, quã tres deos, quia scilicet illi non contradicit scriptura.

Cap. 4.

Deu. 6. a

Alia quæstio, cur non dicimus tres essentias ut tres personas,

G *cùm scriptura non contradicat.*

Verũ & hîc alia emergit quæstio, quã Aug. consequenter annectit, dicens, [Cur, inquit, & tres essentias non licet dicere? quòd similiter scriptura sicut non dicit, ita non contradicit. At si dicis, quòd propter

Lib. & cap. eisdem.

ptet vnitatem trinitatis non dicuntur tres essentiæ, sed vna essentia: quæro, cur non propter eãdem vnitatem trinitatis dicantur vna persona, & non tres personæ. Vt enim est illis commune nomen essentiæ, ita vt singulus quisque dicatur essentia: sic illis cõmune est personæ vocabulũ. Quid igitur restat, nisi vt fatearmur loquẽdi necessitatem a Græcis & Latinis parta hæc vocabula aduersus insidias vel errores hæreticorũ? Cumque conaretur humana inopia loquendo peruenire ad hominum sensus, quod in secretario mentis de Deo tenet: siue per pium fidem, siue per qualemcunque intelligentiam, timuit dicere tres essentias, ne intelligeretur in illa summa equalitate vlla differentia. Rursum non poterat dicere, non esse ita quẽadmodum quod quia dixit Sabellius, in hæresim lapsus est. Quid fiunt ergo quid tria dicere? Dixit tres personas, fatur tres substantias secundum Græcos.]

Lib. & cap. eisdem.

Sicut nos dicimus, tres personas, τρεῖς ἀπεκτὰς ὑποστάσεις, quas dicunt hypostases, aliter autem græci

H *substantiam quam nos.*

Ibidem. [Quod enim de personis secundũ nostram, hoc de substantiis secundum consuetudinem Græcorũ oportet intelligi. Sic enim illi dicunt tres substantias vnam essentiam, id est, tres hypostases vnam vsiam, quemadmodum nos dicimus, tres personas vnam essentiam uel substantiam. Quanquam & illi, si vellent, sicut dicunt tres substãtias tres hypostases, possent dicere tres personas tria πρόσωπα. Illud autem maluerũt dicere, quia sic natasse secundum linguæ suæ consuetudinem aptius dicitur.]

Cap. 6.

Quod in trinitate non est diuersitas, nec singularitas, uel solitudo: ed unitas, & trinitas, &

I *distinctio, & identitas.*

Iam sufficientes, vt puto, ostẽsum est, qua necessitate dicamus tres personas, & quare non similiter tres deos vel essentias, quia scilicet in altero obuiat scriptura, in altero diuersitatis intelligentia: quia ibi nullis penitus

penitus est diuersitas, sicut nec singularitas vel solitudo, sed vnitas & trinitas. Vnde Aug. in lib. 7. de Trin. *Cap. 4.* ait, [Humana inopia querens quid diceret tria, dixit tres personas vel substãtias. Quibus nominibus non diuersitatem voluit intelligi, sed singularitatẽ noluit: ut nõ solùm ibi unitas intelligatur ex eo quòd dicitur una essentia, sed trinitas, ex eo quod dicuntur tres personæ.] Hilarius quoque in lib. 7. de Trinit. ait, [Dominus dicit, Qui me uidet, uidet & patrem. Cùm hoc dicitur, excluditur singularitas, atque unici, id est solitarij intelligẽtia. Nam nec solitarium sermo significat, & indifferentem tamen naturam professio consortij docet. Visus est enim in filio pater per naturæ unitãte similitudinẽ. Vnum sunt enim natus & generãs: unũ sunt, neque unus. Non itaque solitarius filius est, nec dispar.] Item in eodem: [Sicut in patre & filio credere duos deos impium est, ita patrem & filiũ singularem Deum prædicare, sacrilegum est. Nihil in his nopum, nihil diuersum, nihil alienum, nihil separabile est.] De hoc etiam Augustinus in lib. quæstionũ ueteris ac nouæ legis ait, [Vnus est Deus, sed non singularis.] Itẽ Ambr. in libro de Fide ait, [Quod unius est substantiæ, separari nõ põtest si non sit singularitatis, sed unitatis Deus unus cùm dicitur, nequaquam deitatis trinitatem excludit: & ideo non quod singularitatis, sed quod unitatis est, prædicatur.] Ecce ex prædictis ostenditur, quia nec singularis, nec diuersus, nec unicus, uel solitarius confitendus est Deus: quia singularitas uel solitudo personarum pluralitatem excludit, & diuersitas unitatem essentiæ tollit. Diuersitas inducit separationem diuinitatis, singularitas admit distinctionem trinitatis. Ideo Ambr. in 2. lib. de Fide ait, [Non est diuersa nec singularis æqualitas, nec iuxta Sabellianos, patrem filiumque confundens, nec iuxta Arrianos, patrem filiumque secernens. Pater enim & filius distinctionem habent, separationem ue ro nõ habẽt.] Itẽ, [Pater & filius diuinitate sunt unũ,

Paulo post præcedẽtia.

Tomo 4. quæst. 122.

Lib. 5. ca. 1. circa finem capitis.

Cap. 2.

Lib. 1. ca. 2.

Nõ longè à fine lib. 7. Ioan. 14. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec est ibi substantiæ differentia, nec vlla diuersitas: alioquin quomodo vnum Deum dicimus? diuersitas enim plures facit.] Constat ergo ex prædictis, quia in trinitate nulla est diuersitas: si tamen aliquando in scriptura inuenitur dictũ, tres diuersæ personæ, & huiusmodi, diuersas dicit distinctas.

K *Quod non debet dici Deus multiplex.*

Et sicut in trinitate non est diuersitas, ita nec multiplicitas: & ideo non dicendus Deus multiplex, sed trinus & simplex. Vnde Ambrosius in 1. lib. de Fide Cap. 2. air, [Est in patre & filio nõ discrepans, sed vna diuinitas: nec confusum quod vnum est, nec multiplex esse potest quod indifferens est.] Multiplex itaque Deus non est.

QVID SIGNIFICETVR HIS NOMINIbus, unus uel una, duo uel duæ, tres uel tria, trinus uel trinitas, plures uel pluralitas, distinctio uel distinctæ, cum his utimur de Deo Loquentes.

A DISTINCT. XXIIII.

Quid significetur per nomen numerale, cum loquimur de diuinis.

HIc diligenter inquiri oportet: cùm in trinitate non sit diuersitas vel singularitas, nec multiplicitas vel solitudo, quid significetur his nominibus, scilicet, vnus vel vna, duo vel duæ, tres vel, tria trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, distinctæ vel distinctio: cùm dicitur, vnus Deus, duæ personæ, vel tres personæ, plures personæ, distinctæ sunt personæ: vel cùm dicitur, distinctio personarum, pluralitas personarum, trinitas personarum, & huiusmodi. Videmur enim hoc dicentes, numerorum quantitates, & rerũ multitudinem vel multiplicitatẽ in Deo ponere. Quid ergo ista ibi significent, ipso de quo loquimur aperiente, insinuare curemus. Magis

Magis illa dicuntur ad excludendum ea quæ non sunt in
B *Deo, quàm ad ponendum aliqua.*

Si diligenter præmissi autoritatem verbis intendimus, vt dictorum intelligentiam capiamus, magis videtur horum verborum vsus introductus ratione remouendi atq; excludendi à simplicitate deitatis, quæ ibi non sunt, quàm ponendi aliqua.

Quid per unum significetur, cum dicitur,
C *unus Deus.*

Cùm enim dicitur, unus Deus, multitudo deorum excluditur, nec numeri quantitas in diuinitate ponitur: tanquam diceretur, Deus est, nec multi sunt vel plures dii. Vnde Ambr. in lib. de Fide ait, Cùm vnum dicimus deum, unitas excludit numerum deorũ: nec quantitatem in Deo ponit: quia nec numerus nec quantitas ibi est. *Lib. 1. ca. 2. & lib. 3. de spũ sancto. Cap. 14.*

Quo sensu dicitur, Vnus est pater, uel unus
D *est filius.*

Similiter cùm dicitur, vnus est pater, vel unus est filius, & huiusmodi, ratio dicti hæc est, q̃ non sunt multi patres, vel multi filij, ita & de similibus. Item, cùm dicimus, plures esse personas, singularitatem atque solitudinem excludimus, non diuersitatem vel multiplicitatem ibi ponimus: quasi diceretur, sine solitudine ac singularitate personas confitemur. Vnde Hilarius in 4. lib. de Trinit. sic ait, [Dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quæro nunc, an solum Deum sibi locutum existimes, an hunc sermonem eius intelligas ad alterum extitisse. Si solum fuisse dicis, ipsius uoce argueris dicentis, Faciamus, & nostram. Sustulit enim singularitatis ac solitudinis intelligentiam professio consortij: quia aliquod consortium esse non potest ipsi solitario, neq; solitudo solitarij recipit Faciamus: nec alieno à se diceret, Nostram.] Attende Lector his verbis, & vide quia nomine consortij pluraliratem significauit: professio ergo consortij, est professio pluralitatis, *Quo sensu dicatur per sonæ plures. In medio quarti. Genes. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ralitatis, quam professus est dicens, Faciamus, & Nostram: pluraliter enim vtrunque dicitur. Sed hac professione pluralitatis non diuersitatem vel multitudinem posuit, sed solitudinem & singularitatem negauit. Sic ergo cùm dicimus plures personas, vel pluralitatem personarum, singularitatis & solitudinis intelligentiam excludimus.

Quid per ternarium significetur, cùm dicitur,

E *Tres personæ.*

Ita etiam cùm dicimus tres personas, nomine ternarii non quantitatem numeri in Deo ponimus, vel aliquam diuersitatem, sed intelligentiam non ad alias nisi ad patrem, & filium, & spiritum sanctum dirigendam significamus: ut sit huius dicti intelligentia. Tres personæ sunt, uel tres sunt pater, & filius, & spiritus sanctus, id est, nec tantùm pater, nec tantùm filius, nec tantùm pater & filius in deitate sunt, sed etiam spiritus sanctus, & non alius ab his. Similiter nec tantùm est ibi hæc persona, vel illa, vel hæc & illa, sed hæc & illa, & illa, & non alia. Et hoc forcita intelligendum Augustinus satis ostendit, vbi dicit quod illo nomine non diuersitatem intelligi uoluit, sed singularitatem noluit. *Lib. 7. de tr. Cap. 4.*

Quid per duo, cùm dicitur, Duæ personæ, uel pater

F *& filius duo sunt.*

Similiter cùm dicitur, duo sunt pater & filius, non dualitatis quantitatem ibi ponimus, sed hoc significamus, quòd non est tantùm pater, nec tantùm filius, sed pater & filius, & hic non est ille: ita & de aliis huiusmodi. Ita etiam cùm dicimus, pater & filius sunt duæ personæ, hoc significamus, quòd non tantùm pater est persona, nec tantùm filius est persona, sed pater est persona, & filius est persona, & hæc non est illa.

Ex quo sensu dicitur, In personis distinctio, vel

G *personæ distinctæ.*

Cùm autem dicimus, distinctæ sunt personæ, vel distinctio est in personis, cõfusionẽ atq; permixtionẽ excludimus, & hanc non esse illa significamus: cũq; addimus, distinctę sunt personæ proprietatibus, siue differentes proprietatibus, aliam esse hãc personam, & aliam illam suis proprietatibus significamus. Et cùm dicimus aliam & aliam, non diuersitatem vel alienationem ibi ponimus, sed confusionem Sabellianam excludimus.

Quomodo ibi accipiatur discretio.

H Ita etiam cùm dicuntur discretæ personæ, vel cùm dicitur discretio in personis, esse, eandem intelligentiam facimus. Eodem enim modo ibi accipitur distinctio, quo discretio. Et congruè dicitur ibi esse discretio vel distinctio, non diuersitas uel diuisio, siue separatio. Vnde Ambrosius in 1. lib. de Trinitate: [Nõ est ipse pater qui filius: sed inter patrem & filium expressa distinctio est.] *Cap. 2.*

Quomodo Trinitas ibi accipiatur.

I Cùm verò dicitur, Trinitas, id significari uidetur, quod significatur cum dicitur, tres personæ: vt sicut nõ potest dici, pater est tres personę, vel filius est tres personæ, ita non debeat dici, pater est trinitas, vel filius est trinitas.

Hoc uidetur contrarium esse prædictis.

K Hic non est prætermittendum, quod cùm suprà dictum sit, Deum nec singularem, nec multiplicem esse confitendum, idq; sanctorum auctoritatibus sit confirmatum, in contrarium videtur sentire Isidorus dicens, [Distinguendum est inter trinitatem & unitatem. Est enim vnitas simplex & singularis, trinitas verò multiplex & numerabilis: quia trinitas est trium vnitas.] Ecce vnitatem dicit esse singularem, & trinitatem multiplicem & numerabilem. Sed ad hoc dicimus, quia singularem accepit sicut & alij accipiunt vnum: multiplicem uerò & numerabilem, sicut alij dicunt trinum. *D. sinst. 2 § parag. 1. & in principio huius dist. In 1. lib. etymo. cap. 4.*

QVID

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVID SIGNIFICETVR, CVM DICITVR pluraliter, tres personæ, vel duæ personæ.

A DISTINCT. XXV.

Dist.23.pa ragra.B.

PReterea considerandum est, cùm hoc nomen persona, vt prædictum est, secundum substantiam dicatur, quæ sit intelligentia dicti cùm pluraliter profertur, tres personæ vel duæ personæ, & cũ dicitur, Alia est persona patris, alia est persona filij, alia est persona spiritus sancti. Si enim in his locutionibus personæ vocabulum essentiæ intelligentiam facit, plures essentias confiteri videmur, & ita plures deos. Si verò essentiæ significationem ibi non tenet, alia est huius nominis ratio cùm dicitur, pater est persona, vel filius est persona: & alia cùm dicitur, pater & filius & spiritus sanctus sunt tres personæ: & cùm dicitur, Alia est persona patris, alia filij, & huiusmodi.

Quod videtur secundum essentiam dici, Alia est persona patris, alia filij, sine tres personæ, ut cum dicitur, pater

B *est persona, filius est persona.*

Dist.23.pa ragra.B.

Persona.n. vt suprà ait Aug. ad se dicitur, & idẽ est Deo esse personã, quod esse: sicut idẽ est ei esse, quod Deũ esse. Vnde manifestè colligitur quòd essentiam diuinam prædicamus, dicentes, Pater est persona, filius est persona, spiritus sanctus est persona, id est, essentia diuina: & omnino vnum & idem significatur nomine personæ, id est essentia diuina, cùm dicitur, pater est persona, & filius est persona, & spiritus sanctus est persona, quod significatur nomine Dei cùm dicitur, pater est deus, filius est deus. Ita etiam idem significatur cùm dicitur, deus est deus, & deus est persona. Vtroque enim nomine essentia diuina intelligitur: quia vtrunque secundum substantiam dicitur. Cùm verò dicitur, pater & filius & spiritus

ritus sanctus sunt tres personæ, quid nomine personę significamus? an essentiam? hoc enim videtur, si suprà posita verba Aug. diligenter scrutemur. Suprà enim dixit, quòd [ideo tres personas dicimus, quia id quod persona est, cõmune est tribus.] Et item, [quia pater est persona, & filius est persona, & spiritus sanctus est persona, ideo tres personæ dicuntur.] Videtur ergo cũ dẽ tenere significationem hoc nomẽ persona, cũ dicitur, tres personæ, quam habet cùm dicitur, pater est persona, filius est persona, spiritus sanctus est persona. Quia, vt ostendit Aug. hoc dicitur, id est tres personę, propter illud, quia id quod persona est, cõmune est eis. Id ergo quod commune est eis, id est patri & filio & spiritui sancto, uidetur significari nomine personæ, cùm dicitur, tres personæ. *Dist.23.*

Aliter etiam uidetur posse ostendi, quòd secundum essentiam dicatur, etiam cum

C *pluraliter profertur*

Aliter etiam videtur posse ostendi, quòd ibi nomine personę significetur essentia, cũ dicitur, tres personæ. Vt enim suprà dixit Augustin. ea necessitate dicimus tres personas, vt respõderemus quærẽtibus quid tres vel quid tria. Cum ergo quæritur qd tres vel quid tria, conuenienter respõdetur, cum dr, tres personę. Ad cum quæritur, quid tres vel quid tria, per quid de essentia quæritur. Non .n. inuenitur quid illi tres sint nisi essentia. Si ergo quæstioni rectè respondemus, oportet vt respondẽdo essentiam significemus: alioquin non ostendemus quid tres sint. Si verò respondẽtes, essentiam significamus, ipsam essentiam personæ nomine intelligimus, cũ dicitur, tres personæ. *Dist.23.pa paragr.C.*

Opinio quorandam qui putant essentiam significari nomine

D *personæ, cùm dicimus tres personas.*

Quibusdam videtur quòd nomine personæ significetur essentia, cùm dicitur, tres personæ, propterea quia Aug. dicit, [ideo dici tres personas, quia cõmune est eis id q̃ est p̃sona: vt sit talis intelligentia, Pa- *Libro. 7. d trin. ca.4.*

ter

ter & filius & spiritus sanctus sunt tres personę, id est, sunt tres id habentes commune quod est persona, id est, tres sunt, quorum quisq; est persona, id est essentia: Sed quomodo iuxta hanc intelligentiam dicetur, alia est persona patris, alia filij? Et hoc etiam ita volūt intelligere, scilicet, alius est pater, & alius est filius, id tamen cōmune habentes quod est persona. Et hoc cō firmant autoritate Augustini, qui in 7. lib. de Trinita te ait, [Tres personas eiusdem essentiæ, vel tres personas vnam essentiam dicimus: tres autem personas ex eadem essentia non dicimus: quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona est.] Hac autoritate & præmissis conantur asserere, in prædictis locutionibus nomē personæ essentiam significare. Sed quid respondebunt ad id quod ipse August. in libro de Fide ad Petrum dicit, scilicet quòd [alius est pater in persona siue personaliter, alius personaliter filius, alius personaliter spiritus sanctus?] Quomodo enim alius personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter spiritus sanctus, si in esse personam omnino conueniunt, id est, si persona essentiæ tantùm intelligentiam facit? Ideo nobis videtur, aliter hoc posse dici cōgruētius, iuxta catholicorū doctorū autoritates.

Cap. 6.

In hac distinctione.

Cap. 1.

Quod hoc nomen Persona tripliciter in trinitate accipitur. & hæc est utilis & catholica doctrina de personis & personis.

E

Sciendum est, igitur, quòd hoc nomē persona multipliciter intelligentiam facit, non vnam tantùm. Et, vt Hilarius ait in libro 4. de Trinit. [intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni, res, sed rei sermo subiectus est.] Discernentes ergo dicendi causas huius nomini, scilicet personæ, significationem distinguimus, dicentes quòd hoc nomen, scilicet persona, propriè secundum substantiam dicitur, & essentiam significat, (sicut suprà ostendit Augustinus) cùm dicitur, deus est persona, pater est persona. Quadam tamen necessitate (vt suprà dixit Augustinus) translatum est hoc nomen, vt pluraliter diceretur tres personæ, cùm quæreretur, quid tres vel quid tria: vbi non significat essentiam, id est naturam diuinam, quæ communis est tribus personis, sed subsistentias vel hypostases, secundum Græcos. Græci quippe (vt suprà dixit Augustinus) aliter accipiunt substantiam, id est hypostasin, aliter nos. Nos enim substantiam dicimus essentiam siue naturam: personas autem dicimus sicut illi dicunt substantias, id est hypostases. Si ergo nos ita accipimus personas, vt illi accipiunt substantias vel hypostases: at illi aliter accipiunt hypostases quàm nos substantiam: aliter ergo nos accipimus personas quàm substantiam. Cùm ergo dicimus tres personas, non ibi personæ nomine essentiam significamus. Quid ergo dicimus? Dicimus quia tres personæ sunt, id est tres subsistētiæ, scilicet tres entes: pro quo Græci dicūt tres hypostases.

In mediò libri.

Distin. 5. signo H.

F

Ostendit uerba Augustini conuenire huic sententiæ.

Et hic sensus adiuuatur ex verbis Augustini præmissis, si interius intelligantur. Quia enim pater est persona, id est essentia, & filius persona, & spiritus sanctus persona, ideo dicūtur tres personę, id est tres subsistentiæ, tres entes. Non enim possunt dici tres subsistentiæ vel entes, nisi singulus eorum esset persona, id est essentia. Quia ergo eis commune est id quod est persona, id est essentia, ideo rectè dicūtur tres personæ, id est subsistentiæ vel subsistentes: ut sicut essentia, quæ est eis communis, verè ac propriè est, ita illi tres verè ac propriè subsistentiæ vel entes intelligantur. Ideoq; August. causas dictorum discernens, dicit tres personas esse vnam essentiam, vel eiusdem essentię, non ex eadem essentia: ne aliud intelligatur ibi esse persona, aliud essentia: tres enim personæ, id est subsistentiæ, vna sunt essentia & vnius essentiæ: non autem sunt vna persona vel vnius personę, licet persona secundùm substantiam dicatur aliquando: nam si hoc diceretur, confusio fieret in personis.

Hæc dist. signo D.

Obiectioni

In dist. 23. huius, signo D.

Ibidē, id est, li. 7. de Tri. cap. 4.

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obiectioni illorum hic respondet, quæ nituntur probare, personæ secundum essentiam accipi, quia respondemus

G *quærentibus quid tres, vel quid tria.*

Ad hoc autem quod illi dicunt, cùm queritur quid tres vel tria, de essentia quæritur, quia non inuenitur quid illi tres sint, nisi essentia, per hoc volentes nos inducere vt nomine personę essentiam intelligamus, cùm respondemus tres personas: ita dicimus, Indubitabiliter verum est quia nō inuenitur vnum aliquid quod illi tres sint, nisi essentia: vnum enim sunt illi
Ioan. 10.f. tres, id est essentia diuina: vnde verit as ait, Ego & pater vnum sumus. Veruntamen cùm quæritur, quid tres, vel quid tria, non de essentia quæritur, nec ibi quid ad essentiam refertur. Sed cùm fides catholica tres esse profiteretur, sicut Ioannes in epistola canonica ait, Tres sunt qui testimonium perhibent in cœ
1. Ioan. 5.b lo, quærebatur quid illi tres essent, id est, an essent tres res, & quę tres res, & quo nomine illæ tres res significarentur. Et ideo loquendi necessitate inuentum est hoc nomen persona ad respondendum, & dictum est, tres personæ.

H *Quid tres res, & quid vna res hic dicitur.*

Non autem te moueat quòd dicimus tres res: non enim hoc dicentes diuersarum rerum numerum ponimus in trinitate, sed ita tres res dicimus, vt eadem esse vnam quandā summam rem confiteamur. Vn-
Ca. 3. & 5. de August. in 1. libro de doctrina Christiana sic ait, [Res quibus fruendum est, nos beatos faciunt: res ergo quibus fruendum est, sunt pater & filius & spiritus sanctus. Eademq; trinitas vna quædam summa res est, communisque fruentibus ea, si tamen res & non rerum omnium causa sit, si tamen & causa. Nō enim facilè potest inueniri nomen, quod tantæ excellentiæ conueniat: nisi quòd melius dicitur trinitas hæc vnus Deus.] Sicut ergo tres res dicuntur, & hæ sunt vna res: ita tres subsistentiæ dicuntur, & hæ sunt vna essentia. Ecce ostensum est quæ sit intelligentia huius

huius nominis persona, cùm dicimus tres personas.

I *Ex quo sensu dicatur, alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti.*

Nunc inspiciamus vtrū secundū eandē rationem & cām dicaē, Alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Quod vtiq; sanè intelligi potest: vt sit sensus talis, Alia est subsistētia vel hypostasis patris, alia subsistentia filij, alia subsistentia spiritus sancti: &, alia subsistentia pater, alia filius, alia spiritus sanctus.

K *Quomodo hæc intelligantur, Alius in persona pater, alius filius, alius spiritus sanctus.*

Deinde quæritur, vtrùm secundū eandē rationem accipiatur cū dicitur, Alius est pater in persona, alius in persona filius, alius in persona spiritus sanctus: siue, alius personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter spūs sanctus. Ad quod dicimus, quia etsi possit eodē modo accipi, congruentius tamen ex ratione dicti alia variatur intelligentia, vt hic personæ nomine proprietas personæ intelligatur: vt sit sensus talis, Alius est in persona vel personaliter pater, id est, proprietate sua pater alius est quàm filius, & filius proprietate sua alius quàm pater. Paternali enim proprietate distinguitur hypostasis patris ab hypostasi filij, & hypostasis filij filiali proprietate discernitur à patre, & spiritus sanctus ab vtroque processibili proprietate distinguitur.

L *Quod secundum hunc modum etiam in prædictis locutionibus potest accipi.*

Hoc etiā modo sanè potest accipi persona in præmissis locutionibus, cùm dicitur, Alia est persona patris, alia filij, alia spūs sancti, i. alia est proprietas qua pater est pater, alia qua filius est filius, alia qua spiritus sanctus est spiritus sanctus. Ita etiā nomine personæ quidam proprietates intelligere volunt, cū dicuntur tres personæ: sed melius est vt subsistentias vel hypostases intelligamus, cùm dicimus tres personas. Ex prædictis colligitur, quod nomen personę in trinitate triplicem

Dist. 23 sig. B. & sig. D.

K

Universidad de Deusto
Biblioteca

triplicem tenet rationẽ: est enim vbi facit intelligẽtiã essentiæ, & est vbi facit intelligentiam hypostasis, & est vbi facit intelligentiam proprietatis.

Eadẽ diff. in signo K.

M *Autoritatibus sanctorum ostendit quod dixit.*

Quòd autem secundum substantiam dicatur, & ea sentiam aliquando significet, supra ex dictis Augustini apertè ostendimus. Quòd verò pro hypostasi atque proprietate accipiatur, ex autoritatibus sanctorũ ostendere oportet, ne coniecturis nostris aliquid ausi dicere videamur. De hoc Hieron. in expositione fidei catholicæ ad Damasum ita ait, [Non est prorsus aliquis in trinitate gradus, nihilque quod inferius superiusve dici possit: sed tota diuinitas sui perfectione æqualis est, vt exceptis vocabulis, quæ proprietatem indicãt personarum, quicquid de vna persona dicitur, de tribus possit dignissimè intelligi. Atq; vt confutantes Arrium, vnam eãdemq; trinitatis dicimus esse essentiam vel substantiam, & Deum vnum in tribus personis fatemur: ita etiã impietatem Sabellij detestantes tres personas expressas sub proprietate distinguimus: non ipsum sibi patrem, ipsum sibi filiũ, ipsum sibi spiritũ sanctũ esse dicentes, sed aliã patris, aliã filij, aliã spiritus sancti esse personã. Non enim nomina tantum modo, sed etiã nominũ proprietates .i. personas, vel vt Græci exprimunt, hypostases .i. subsistẽtias confitemur: nec patrem filij vel spiritus sancti personam aliquis excludit, nec filius vel spũs sanctus patris nomẽ persona namq; recipit: sed pater semper pater, & filius semper filius, & spũs sanctus semper spiritus sanctus. Itaq; substantia vnũ sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur.] Ecce hic apertè dicit Hiero. proprietates esse personas, & personas esse subsistentias. Vnde manifestũ fit qđ diximus. s. personæ nomine significari & hypostasim & proprietatem. Ioã. etiam Damasc. personas dicit esse hypostases, & eas dicit entes, ita inquiẽs, Vnã deitate vnam naturam confitemur, & tres hypostases secundum ueritatem entes, id est personas.]

Dist. 23. in signo B. et in præsenti. In tomo 4. 7 symboli ex planatione.

Lib. 3. de orthodoxa fide cap. 5.

DE PROPRIETATIBVS PERSONARVM, *sed prius de hoc nomine Hypostasis.*

A DISTINCT. XXVI.

NVNC de proprietatibus personarum, quas frequenter in hoc tractatu commemorauimus, aliquid loqui nos oportet. Sed primùm audiamus quid de hoc nomine hypostasis Hierony. dicit: ait enim sub hoc nomine venenum latere: sed hoc dicit secundum quòd hæretici eo vtebantur, vt simplices seducerent, scilicet pro persona & pro essentia, vt siue diceretur vna tantũ hypostasis, siue tres, minus peritos ad inconueniens deducerent, cùm non erat hoc nomen ita apud catholicos vulgatum, nec ita eius significatio determinata vt modo. Et ideo Hieronym. dicit hoc nomine non vtendum fore sine distinctione vel expositione, tunc scilicet quando cum hæreticis contendebatur, ita scribens de fide catholica ad Damasum Papam, [Ab Arrianorum præsule, hypostasecon nouellum nomen à me homine Romano exigitur. Interrogamus quid tres hypostases arbitrentur intelligi: tres personas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus, ipsum nome efflagitant: quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus, Si quis tria enypostata .i. tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit. Si quis autẽ hypostasim vsian intelligens, nõ in tribus personis vnam hypostasim dicit, alienus à Christo est, qui .s. tres hypostases dicens, sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Sufficiat nobis dicere vnam substantiam & tres personas perfectas, æquales: taceamus tres hypostases, si placet. Nomen hoc non bonæ suspicionis est, cùm in eodem verbo sensus dissentiunt. Aut si rectũ putatis, tres hypostases cum interpretationibus suis debere nos dicere,

De his quæ propriè & æternaliter dicuntur de Deo secundũ relationẽ siue proprietatẽ per sonalem.

Tomo 2. epistola ad Damasum, cuius initium est, Quoniã vetusto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere, non negamus. Sed, mihi credite, venenum sub
2. ad Cor. 11 melle latet. Transfigurat enim se angelus Satanæ in angelum lucis.] His verbis non negat vtendum esse nomine hypostasis, sed hæreticos eo prauè vsos ostendit: cõtra quos cautela opus erat in distinctione significationis: alioquin sibi contradiceret, qui supra tres hypostases confitetur.

De proprietatibus personarum, & de nominibus earum relatiuis.

B Iam de proprietatibus personarũ videamus (quæ etiam notiones siue relationes in scriptura plerunque dicuntur) [In illa sancta trinitate, quæ ideo à nobis repetitur, vt cordi nostro tenacius infigatur, (ait Augu.
cp. 1. & 2. in lib. de fide ad Petrum) aliud est genuisse quã natũ esse, aliudq; est procedere quàm genuisse vel natum esse. Vnde manifestum est, ꝙ alius est pater, alius filius, alius spũs sanctus. [Et est proprium solius patris, quia non est natus ipse, sed vnum filium genuit: proprium q; solius filij, quia ipse non genuit, sed de patris essentia natus est: propriũ verò spiritus sancti est, quia nec natus est ipse, nec genuit, sed solus de patre filioq; procedit.] Ecce breuiter assignauit tres proprietates triũ personarũ: quarũ vna non est alia. Hoc. n. significauit cùm dixit, Aliud est genuisse quàm natum esse, aliudq; procedere. i. alia proprietas siue notio est generatio, & alia natuitas, alia processio, quæ aliis nominibus dicuntur paternitas, filiatio. Has proprietates designant nomina personarum, scilicet, pater, filius, & spiritus sanctus: quæ relatiua sunt, & ad se inuicem dicuntur: quia notant relationes quæ non sunt Deo accidentales, sed in ipsis personis ab æterno sunt immutabiliter: vt non modò appellationes † relatiuæ, sed etiã ipsæ relationes siue notiones in rebus ipsis, scilicet in personis sint.

† *sint.*

Quod non omnia quæ de Deo dicuntur, secundum substantiam dicuntur: quædam enim secundum relationem dicuntur, nihil tamen secundum accidens.

C Quocirca

Quocirca sciendũ est, non omne quod dr de Deo, dici secundũ substantiam: quia quædam dicuntur secundũ relationem, quæ non est accidens, quia nõ est mutabilis. Vnde Augu. in 5. lib. de Trin. ait, [Nihil in Deo secundũ accidẽs dicitur: quia nihil ei accidit. Nec tamen omne quod dicitur, secundum substantiam de Deo dicitur. In rebus creatis atque mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur, restat vt secundũ accidens dicatur. In Deo autem nihil quidem secundum accidens dicitur: quia nihil in eo mutabile est aut amissibile: nec tamẽ omne quod dicitur de Deo, secundum substantiam dicitur: dicitur enim ad aliquid, sicut pater ad filium, & filius ad patrem, quod non est accidẽs: quia & ille semper est pater, & ille semper est filius, & ita semper: quia semp natus est filius, nec cœpit vnquam esse filius. Quod si aliquando esset cœpisset, aut aliquando desineret esse filius, secundũ accidens diceretur. Et quia pater non dicitur pater nisi ex eo ꝙ est ei filius, & filius non dicitur filius nisi ex eo ꝙ habet patrem, non secundum substantiam hæc dicuntur, sed ad inuicem ista dicuntur: neq; tamen secundum accidens: quia & ꝙ dicitur pater, & ꝙ dicitur filius, æternum atque incommutabile est eis.] Ecce aperte his verbis ostenditur, quædam dici de Deo secundum substantiam, quædam secundũ relationem, nihil tamen secundum accidens. Ostenditur etiam proprietas patris esse ꝙ habet filium, & proprietas filij, ꝙ habet patrem. Ideoque cùm dixerit æternum & incommutabile esse quòd pater dicitur, & quòd filius dicitur, ita intelligi voluit, id est, proprietas qua pater est pater, & proprietas qua filius est filius, æterna est, & incommutabilis: quia & pater semper pater, & filius semper filius. Vnde & Hilarius proprietates personarum assignans in 12. lib. de Trinita. ait, [Si semper patri proprium est quòd semper est pater, necesse est semper filio proprium esse ꝙ semper est filius. Vbi enim semper pater est, semper & filius

In medio libri.

K 3 est:

Universidad de Deusto Biblioteca

est:ergo qui non semper pater est, nō semper genuit.]
Paulo ante medium. Item in eodem, [Nato Deo manifestum est propriū esse quòd filius est.

Quare dicatur esse proprium unigeniti, quòd est
D *filius dei, cùm etiam homines sint filij dei.*

Hic quæritur, quomodo dicatur propriū nato Deo q̄ est Dei filius, vel genitus ex Deo, cùm etiam homines filij Dei dicantur & sint, secundum illud, Filij excelsi omnes. Et ad Moysen de populo Israel Dominus
Psal.81. *Exodi 4.f* ait, Filius meus primogenitus Israel. Sed magna est distantia: homines enim filij Dei sunt factura, non natiuitatis proprietate: Deus autem filius, originis proprietate filius est, & veritate natiuitatis, non factura vel adoptione: & illi quidē antè sunt, quàm filii Dei sunt. Fiunt enim filij, non nascuntur filij Dei. Vnde Hilarius solum Deum natum originis proprietate Dei filium ostendens, inter ipsum & homines fi-
Nō longè à principio libri. lios Dei euidentissimè distinguit, in 12. lib. de Tri. ita dicēs, [Vero patri solus qui ex eo nascitur uerè filius
Ad Eph. 2.a est: & nos quidem filij Dei sumus, sed per factura. Fimus. n. aliquando filij iracundiæ: sed filij Dei per adoptionem effecti sumus potius quàm nascimur: & ga omne quod fit, antequàm fiat non fuit, nos cū filij nō fuissemus, efficimur: antè enim filij non eramus, sed per gratiam facti sumus, non nati neque generati, sed acquisiti. Acquisiuit enim nos Deus sibi, & per hoc dicitur nos genuisse. Genuisse enim deum filios, nunquam cum proprietatis significatione cognoscimus dici. Ex adoptione enim homo factus est filius Dei, non ex generatione: neque ei proprietas est, sed nuncupatio: ac per id non verè filius est: quia nec propriè natus dicitur, nec semper fuit filius. Vnigenitus autē Deus nec fuit aliquādo non filius, nec fuit aliquid antequàm filius, nec quicquam ipse nisi filius.] Atque ita qui semper est filius, nascibilitatis proprietate ac veritate filius est eius solius qui genuit, & ille tantùm qui genuit pater ipsius est: quia sicut ille filius origine

origine, ita ille pater generatione.

Quod homo dicitur filius trinitatis, & Trinitas
E *potest dici pater hominum.*

Homo verò, qui filius Dei est factura, non tantùm patris, sed filij, & spiritus sancti filius est, id est, totius trinitatis: & trinitas ipsa pater eius dici potest. Vnde Augustinus in 5. lib. de Trinitate dicit, [Non potest dici trinitas pater, nisi fortè translatiuè ad creaturam, propter adoptionem filiorum. Quod enim scriptum est, Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est, non vtique excepto filio aut spiritu sancto oportet intelligi: quem vnum dominum Deum nostrum rectè dicimus, etiam patrem nostrum, per gratiam suam nos regenerantem.] De hoc etiam Hila-
Cap. 11. *Deut. 6.a* *Paulo post medium.* rius in 6. lib. de Trinitate ait, [Omnibus per fidem Deus pater est, quibus est pater per eam fidem, qua Iesum Christum dei filium confitemur.] Ecce ostensum est, quare proprium dicatur esse Dei nati, quòd filius est, quia scilicet ipse solus natus propriè dicitur. Vnde Hilarius in lib. 3. de Trinitate ait, [Dominus
Non lōgè à principio. *Ioan. 17.a* dicens, Clarifica filium tuum, non solo nomine contestatus est se esse filium, sed & proprietate. Nos filij Dei sumus, sed non talis hic filius. Hic enim verus & proprius est filius origine, non adoptione, veritate non nuncupatione, natiuitate non creatione.]

Quod Spiritus sanctus dicitur propriè donum Dei,
quia proprietate est donum, ut filius natiuitate:
& utroque modo dicitur relatiue, &
F *secundum eandem relationem.*

Ita etiam de spiritu sancto dicendum est, qui propriè dicitur donum Dei, cùm tamen & alia plura sint dona dei. Sed spiritus sanctus ita proprietate immutabili & æterna donum est, sicut filius proprietate est filius. Eo enim dicitur donum, quo spiritus sanctus: & vtroque vtique nomine relatiuè dicitur, eademque relatione dicitur spiritus sanctus & donum, licet ipsa relatio non ita appareat in hoc nomine spiritus sanctus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 11. ctus, sicut in hoc nomine donum. Vnde Augustinus in 5. lib. de Trini. ait, [Spiritus sanctus, qui non est trinitas, sed in trinitate intelligitur, in eo quòd propriè dicitur spiritus sanctus, relatiuè dicitur, cùm ad patrem & filium refertur: quia spiritus sanctus & patris & filij spiritus est: sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine: apparet autem cùm dicitur donum dei. Donum enim est patris & filij, quia à patre procedit & à filio: ergo spiritus sanctus, ineffabilis quædam patris filijque communio est. Et ideo fortasse sic appellatur, vt iam diximus, nec iterare piget, quia patri & filio potest eadem appellatio conuenire: nam hoc ipse proprie dicitur, quod illi communiter: quia etiam pater spiritus, & filius spiritus, & pater sanctus, & filius sanctus, Vt ergo ex nomine quod vtrique conuenit, vtriusque communio significetur, vocatur donum amborum spiritus sanctus.] Ecce habes quare spiritus sanctus proprie dicatur donum, & quòd relatiuè dicitur, siue donum, siue spiritus sanctus: & quòd nomen sibi proprium tenet, quod communiter patri & filio conuenit, sed diuisim. Et est sciendum quòd cùm pater vel filius dicitur spiritus siue sanctus, neutrum relatiuè dicitur, sed secundum substantiam.

An pater vel filius, vel trinitas ipsa possit
G *dici spiritus sanctus.*

Hic queri potest, vtrum pater vel filius, vel etiam ipsa trinitas possit dici spiritus sanctus, sicut diuisim dicitur spiritus & sanctus. De hoc Augustinus
Cap. 11. 5. lib. de Trinita. sic ait, [Trinitas nullo modo potest dici filius: spiritus verò sanctus potest quidem vnaquæque
Ioan. 4. saltem dici, secundum id quod scriptum est, Quoniam Deus spiritus est. Itaque pater & filius & spiritus sanctus, quoniam vnus Deus est, & vtique deus sanctus est, & deus spiritus est, potest appellari trinitas & spiritus sanctus. Sed tamen tunc spiritus sanctus relatiuè non dicetur, sed secundum essentiam: quia

proprie spiritus sanctus, qui non est trinitas, sed in trinitate, dicitur relatiuè.

Quidam putant spiritum sanctum non dici relatiuè ad patrem & filium, quia non vicissim respondent sibi vocabula:
H *sed falsò.*

Quidam tamen putant spiritum sanctum vel donum, non dici relatiuè ad patrem vel ad filium. Si enim, inquiunt, hæc relatiuè ad se dicuntur, suis inuicem sibi respondeant vocabulis: vt sicut dicitur pater filij pater, & filius patris filius, ita dicatur pater spûs sancti vel doni pater, & spûs sanctus vel donum patris spûs vel doni. Sed non ita est in omnibus relatiuis. Non.n. omnia quæ relatiuè dicuntur, suis ad se inuicem respondent vocabulis. Vnde Augustinus horum elidens opinionem in 5. libro de Trinitate, [Nō Cap. 12.
te moueat, inquit, quoniam diximus spiritum sanctum non ipsam trinitatem, sed vnum qui est in trinitate relatiuè dici, licet non ei respondeat vicissim vocabulum eius ad quem refertur. Dicimus enim spiritum sanctum patris, sed non vicissim dicimus patrem spiritus sancti, ne filius eius intelligatur spiritus sanctus. Item dicimus spiritum sanctum filij, sed non dicimus filium spiritus sancti, ne pater eius intelligatur spiritus sanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit, vt non inueniatur vocabulum quo sibi vicissim respondeant. Cùm ergo dicimus donum patris & filij, non quidem possumus dicere patrem doni, aut filium doni: sed vt hæc vicissim respondeant, dicimus donū donatoris, & donatorē doni: qa hic potuit inueniri vsitatum vocabulum, illic non potuit. Donum ergo donatoris, & donator doni cùm dicimus, *Libro eodē,*
relatiuè vtrunque ad inuicem dicimus: donator tamen non fuit Deus, nisi ex tempore, cùm spiritus *sed cap. 11.*
sanctus sit donum etiam ab æterno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AN EASDEM PROPRIETATES ASSIgnent Augustinus & Hilarius: & an istæ sint quæ dicuntur paternitas, filiatio, & processio.

A DISTINCT. XXVII.

Distin. 26. signo C.

HIc quæri potest, vtrùm proprietates, quas Hilarius suprà assignauit, scilicet quòd pater semper est pater, & filius semper est filius, sint illæ eædem proprietates quas Augustinus superius distinxit, dicens proprium

Distin. 26. signo B.

esse patris quòd genuit filium, & proprium filij quod genitus est à patre, & spiritus sancti quòd ab utroque procedit: Ac deinde, vtrùm & istæ sint illæ quæ dicuntur paternitas, filiatio, processio. Videtur quòd non sint eædem proprietates quas ponit Hilarius, & illæ quas ponit Augustinus. Si enim eædem sunt, idem est ergo patri esse patrem, & genuisse filium: quod vtique quidam concedunt. Si autem hoc est, cui ergo conuenit vt sit pater, et conuenit genuisse filium. Natura ergo diuina si pater est, genuit filium: si verò non genuit filiũ, pater non est. Sed quis audeat dicere aut quòd ipsa genuit filium, aut quòd ipsa pater non sit? Si autem ipsa pater est, nec filium genuit, non est ergo idem dicere, aliquid esse patrem, & gignere filium. Et ita non videbitur vna eademq; esse proprietas.

B *Responsio, vbi ostendit easdem esse proprietates.*

Ad quod sine præiudicio aliorum dicimus, quòd easdem proprietates notauit uterque, licet diuersis verbis. Quod enim Hilarius ait, ita intelligi debet, Proprium patris est quod semper pater est, id est, proprietas patris est, qua semper pater est: semper verò pater est, quia semper genuit filium. Ita & proprium filij est, quòd semper filius est, ideſt, proprietas filij est, qua semper filius est. Filius verò semper est,

est, quia semper genitus est: ergo proprietas qua pater semper pater est, est, quia semper genuit: & hæc eadẽ dicitur paternitas, vel generatio. Et proprietas qua filius semper est filius, est, quia semper genitus est à patre: & hæc eadẽ dicitur filiatio, vel genitura, vel natiuitas, vel origo, vel nascibilitas. Sic & proprietas, qua spiritus sanctus est spiritus sanctus vel donũ, est, quia procedit ab utroque: & hæc eadem dicitur processio. In præmissis ergo locutionibus eædem significatæ sunt proprietates.

Quomodo non est omnino idem dicere, esse patrem, & genuisse vel habere filium, ita & de alijs.

C Nec tamen videtur nobis omnino esse idem, dicere aliquid esse patrem, & genuisse filium, vel aliquid esse filium, & habere patrem, vel esse spiritũ sanctũ, & procedere ab vtroque: alioquin pater nõ esset nomen hypostasis, id est personæ, sed proprietatis tãtũ: similiter filius, & spiritus sanctus: & ita non per tria nomina significarẽtur tres personæ. Ideoq; dicimus quia patris nomen non tantũ relationẽ notat, sed ẽt hypostasim, id est subsistentiã significat: ita & filius, & spiritus sanctus. Relationum verò vocabula, scilicet paternitas, filiatio, processio, vel gignere, gigni, procedere, ipsas tantùm relationes, nõ hypostases significant, siue habere filiũ, & habere patre: vt, verbi gratia, cùm dicimus, Deus est pater, nomine patris & relationem notamus, & diuinam hypostasim significamus: vt sit intelligẽtia talis, Deus vel diuina essẽtia est pater, id est, ille qui genuit, id est hypostasis, quæ habet filiũ. Similiter, Deus est filius, id est, hypostasis genita, vel habẽs patrem. Ita etiam, Deus est spiritus sãctus, id est, hypostasis procedens ab vtroq; siue ille qui procedit. Cùm verò nomina relationũ ponimus in prædicatis, notiones ipsas tantùm significamus, nõ hypostases: vt cùm dicimus, Deus genuit, id est, habet filium, & Deus genitus est, id est, habet patrẽ. Et tunc

oportet

Universidad de Deusto
Biblioteca

oportet intelligi in subiectis hypostasesi tantùm, non essentiam, quæ illis proprietatibus determinantur.

Quod proprietates determinant Hypostases, non substantiam, id est, naturam.

D Illæ enim proprietates singulæ singulis propriè conueniùt personis, & per eas personæ determinantur, & à se inuicem differunt, sed à se non secedunt. Vnde Ioannes Damascenus: [Non differunt ab inuicem hypostases secundum substantiam, sed secundum characteristica idiomata, id est, determinatiuas proprietates: Characteristica verò, id est determinatiua, sunt hypostases eon, & non naturæ: etenim hypostases determinant.] Item, [Esse quidem intemporaliter & æternaliter dicimus diuinam. Verbi hypostasim, simplicem, omnia habentem quæ habet pater, vt eius homousion, id est, consubstantialem, naturitatis modo & habitudine à paternali hypostasi differentem, nunquam verò à paternali hypostasi secedentem.] Idem apertius exprimens personales proprietates, in eodem ait, [Differentiam hypostaseon, id est personarum in tribus proprietatibus, id est paternali, & filiali, & processibili recognoscimus: insecessibiles autem ipsas hypostases & indistabiles inuicem, & vnitas quidem inconfusibiliter, (tres enim sunt, etsi vnitæ) diuisas autem indistanter. Etenim singula perfecta est hypostasis, & propriam propriatem, scilicet existentiæ modum proprium possidet: sed vnitæ sunt substantia, & non distant, neque secedunt à paternali hypostasi.] Ecce hic habes distinctas tres illas proprietates, quæ suprà diuersis significatę sunt modis.

Lib. 3. de orthodoxa fide cap. 6.

Cap. 7. eiusdè: vbi loco esse, in nero exeplari legitur, præcedere.

Lib. 3. ca. 5.

Diff. 26.

Quod sunt, alia nomina personarum eadem proprietates notantia, scilicet, genitus genitor, uerbum, imago.

E Hic non est prætermittendum, quòd sicut pater, & filius, & spiritus sanctus nomina personarum sunt,

& proprietates personales designant, ita etiam sunt & alia nomina personarum, id est quę ipsas personas significant, & earum proprietates denotant, & eadè quas & nomina prędicta: vnde & relatiuè dicuntur, scilicet, genitor, genitus, verbum, imago. Vnde Augustin. in 5. lib. de Trin. ait, [Videndum est, inquit, hoc significari cùm dicitur genitus, quod significatur cũ dicitur filius. Ideo enim filius, quia genitus: & quia filius, utique genitus. Sicut autem filius ad patrem, sic genitus ad genitorem refertur: & sicut pater ad filium, ita genitor ad genitum.] Idem in 6. lib. de Tri. [Verbum quidem solus filius accipitur, non simul pater & filius, tanquam ambo sint vnum verbum. Sic enim verbum dicitur, quomodo imago: non autem pater & filius simul ambo imago: sed filius solus est imago patris, quemadmodum & filius.] Idem in 7. libro de Trinitate, [Verbum, secundum quòd sapientia est & essentia, hoc est quod pater: secundum quòd Verbum, non hoc est quod pater: quia Verbum non est pater, & Verbum relatiuè dicitur, sicut filius.] Item in eodem, [Sicut filius ad patrem refertur, ita & verbum ad eũ cuius est verbum, refertur, cùm dicitur verbum. Et propterea non eo verbum quo sapientia dicitur: quia verbum non ad se dicitur, sed tantùm relatiuè dicitur ad eum cuius est verbum, sicut filius ad patrem. Eo quippe est filius, quo verbum, & eo est verbum, quo filius: sapientia verò, quo essentia, & ideo, quia pater & filius sunt vna essentia & vna sapientia. Item in eodem, [Non est pater ipse verbum, sicut nec filius, nec imago. Quid autem absurdius, quàm imaginem ad se dici?] Idem in 5. [Dicitur relatiuè filius, relatiuè etiam dicitur verbum, & imago: & in omnibus his vocabulis ad patrem refertur: nihil autem horum pater dicitur.]

Cap. 6.

Cap. 2.

Cap. 3.

Li. 7. de tri. Cap. 2.

Lib. 7. ca 1. Cap. 13.

Breuiter summam colligit intelligentiæ prædictarum.

F Apertè ostensum est, quòd sicut filius vel genitus relatiuè

Universidad de Deusto
Biblioteca

relatiuè dicitur ad patrem, ita verbum & imago, & ꝙ eo dicitur verbum siue imago quo filius, id est, eadem proprietate siue notione dicitur verbum & imago qua filius: sed non eo quo verbum, dicitur sapientia vel essentia: quia nō notione qua dicitur verbum, dicitur sapientia. Nam sapientia dicitur secundum essentiam, non secundum relationem.

Generalis regula eorum quæ ad se, & eorum quæ relatiue dicuntur. Quicquid enim ad se, simul ambo dicuntur: sed non ita in prædictis relatiuis.

G

Et est hic aduertenda quædam generalis regula eorum quæ ad se, & eorum quæ relatiuè dicuntur de patre & filio. [Quicquid enim ad se dicuntur, (vt ait Augustinus in 6. lib. de Trinitate) non dicitur alteri sine altero, id est, quicquid dicuntur, quod substantiæ eorum ostendat, ambo simul dicuntur. Ergo nec pater est Deus sine filio, nec filius sine patre, sed ambo simul Deus: sed non ambo simul pater, non ambo simul filius, vel verbum, vel imago.] *Cap. 2.*

An secundum substantiam dicatur Deus de Deo, & huiusmodi.

H

Hic quæritur, cùm dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, & huiusmodi, vtrùm dicantur secundum substantiam: nam secundum relationem constat illa non dici. Si verò secundum substantiam dicuntur simul ambo, scilicet pater & filius, possunt dici Deus dè Deo, lumen de lumine, fm prædictā regulam. Ad quod dicimus, quia licet Deus fm substantiam dicatur & lumen, & sapientia, & huiusmodi, & nunquam relatiuè accipiantur: aliquando tamen pro relatiuis, ideſt pro personis, sed non relatiuè accipiuntur: vt cùm dicitur, Deus genuit Deum, alterum pro patre, alterum pro filio ponimus: similiter cùm dicitur, Deus de Deo lumen de lumine. In aliis quoq; locutionibus sæpe reperiuntur nomina essentiæ ad significationem

cationem personarum deducta: vt cùm dicitur, Deus natus, Deus mortuus, Deus passus: vbi filius tantùm significatur. Ita & de solo filio intelligitur, cùm dicitur, Deus de Deo, & huiusmodi. Vnde Augustinus, quærens quomodo huiusmodi dicantur, in sexto libro de Trin. ait, [Quomodo Deus de Deo, lumen de lumine dicitur? Non n. simul ambo Deus de Deo, sed solus filius de Deo, scilicet patre: nec ambo simul lumen de lumine, sed solus filius de lumine patre. *Cap. 2.*

Quod tantum secundum nomen substantiæ dicitur illud de illo, non secundum nomina personarum.

I

Et est sciendum quòd secundum nomina substantiæ tantùm dicitur illud de illo, licet ibi illa nomina substantiam non significent. Secundum verò eadem nomina personarum nunquam dicitur illud de illo, sicut verbum de verbo, vel filius de filio: quia huiusmodi nomina diuersis personis conuenire non possunt. Quod Augustinus, licet obscurè, in eodem libro ita dicit, [Hoc solum de eis dici non potest illud de illo, quod simul ambo non sunt,] id est, illo solo nomine non possumus vti ad ostendēdum vnum de vno, quod simul ambobus non conuenit: sicut verbum de verbo dici non potest, quia non simul ambo verbum: nec imago de imagine, nec filius de filio, quia non simul ambo filius vel imago. Et sicut nomina substantiæ aliquando intelligentiam personarum distinctè faciunt, ita etiam interdum totius trinitatis simul. Vnde Augustinus in lib. 5. ait, [In patris nomine, ipse pater per se pronuntiatur: in Dei verò nomine, & ipse pater, & filius, & spiritus sanctus: ut cùm dicitur, Nemo bonus nisi solus Deus: quia trinitas est vnus solus Deus.] *Lib. 6. de tr. Cap. 2.* *Cap. 8.* *Luc. 18. d*

QVOD

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOD NON TANTVM TRES PRÆdictæ proprietates sunt in personis, sed etiam aliæ, quæ aliis significantur nominibus, vt ingenitus.

A DISTINC. XXVIII.

PRAETEREA considerare oportet, q̃ non tantùm tres prædictę proprietates siue notiones in personis sunt, verum etiam aliæ, quæ aliis notantur nominibus. Nam etiam hoc nomen ingenitus relatiuè dicitur de patre tantùm, & aliq̃ designat notionem quàm pater vel genitor. Non est enim idem, esse patrem, & esse ingenitum, id est non ex notione pater dicitur qua ingenitus. Pater enim (vt prædictum est) dicitur secundum proprietatem generationis, ingenitus autem secundum proprietatem innascibilitatis. Differt ergo pater à filio autoritate generationis: differt etiam proprietate innascibilitatis, id est, quia ingenitus. Vnde Augustinus distinguens inter proprietatem, qua pater dicitur, & illam qua dicitur ingenitus, in 5 libro de Tri. sic ait, [Non est hoc dicere ingenitum, quod est patrem dicere: quia esset filium non genuisset, nihil prohiberet dicere eum ingenitum. Etsi gignat quilq; filium, non ex eo ipse est ingenitus: quia geniti homines gignunt alios. Non ergo ideo dicitur pater quia ingenitus. Ideo cũ de Deo patre vtrunque dicatur, alia notio est qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus. Genitor enim dicitur ad genitum, id est filium. Cùm verò ingenitus dicitur, non quid sit, sed quid non sit ostenditur. Hoc exemplis planum faciendum est. Quòd dicitur ingenitus, hoc ostenditur, q̃ non sit filius: sed genitus & ingenitus commodè dicuntur, filius autem latinè dicitur. Sed vt dicatur in filius, non admittit loquendi consuetudo: nihil tamẽ intellectui demitur si dicatur non filius:

Cap. 6.

Lib. 5. ca. 7

filius: quemadmodum etiam si dicatur non genitus, pro eo quòd dicitur ingenitus, nihil aliud dicitur. Ideo non est in rebus considerandum quid vel sinat vel nõ sinat dici vsus sermonis nostri, sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat. Non ergo tam tantùm dicamus ingenitũ, sed etiam non genitum, quod tantum valeat. Nunquid ergo aliud dicimus, quam non filiũ? Negatiua porrò particula non id efficit, vt quod sine illa relatiuè dicitur, eadem præposita substantialiter dicatur: sed id tantũ negatur, quod sine illa asebatur: sicut in aliis prædicamentis, cùm dicimus, homo est, substantiã designamus. Qui ergo dicit, nõ homo est, nõ aliud genus prædicamenti enuntiat, sed tantùm illud negat. Sicut ergo secundum substantiã aio, homo est, sic secundu substantiã nego, cùm dico, nõ homo est. At si tantum valet quod dicitur genitus, quantum valet quod dicitur filius: tantundẽ ergo valet quod dicitur nõ genitus, quantũ valet quod dicitur nõ filius. Relatiuè autem negamus dicendo, nõ genitus. Ingenitus porrò quid est, nisi nõ genitus? Nõ ergo recedit à relatiuo prædicamento, cùm ingenitus dicitur: sicut enim genitus nõ ad se dicitur, sed quòd ex genitore sit: ita cùm dicitur ingenitus, non ad se dicitur, sed quòd ex genitore nõ sit ostenditur: vtrunque tamẽ relatiuè dicitur. Quod autem relatiuè pronuntiatur, nõ indicat substantiã. Quãuis ergo diuersum sit genitus & ingenitus, nõ tamen indicat diuersam substantiã: quia sicut filius ad patrem, & nõ filius ad nõ patrem referrur, ita genitus ad genitorẽ, & nõ genitus ad non genitorem referatur necesse est. [Ecce euidenter ostendit quod ingenitus relatiuè dicitur, & de solo patre accipitur: aliaque notio est qua dicitur ingenitus, alia qua pater: atque tantum valet cùm dicitur ingenitus, quantum non genitus, vel non filius.

Lib. & cap. eisdem.

Lib. & cap. eisdem.

B *An sicut solus pater dicitur ingenitus, dici debeat non genitus, vel non filius.*

Ideo solet quæri, vtrùm sicut solus pater dicitur ingenitus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

genitus, ita ipse solus debeat dici nõ genitus, vel non filius, vt nec etiã spiritus sanctus possit dici nõ filius, vel nõ genitus. Quibusdam videtur quòd pater solus debeat dici non genitus, vel non filius: spiritus verò sanctus sicut non dicitur ingenitus, ita (inquiunt) nõ est dicendus non genitus, vel non filius. Debet quidè dici & credi spiritus sanctus non esse genitus, vel non esse filius, sed non debet dici esse non genitus, vel non filius. Aliis autem videtur quod cùm spiritus sanctus non possit dici ingenitus, possit tamen dici non genitus, vel nõ filius. Quod autem Augustinus supra dixit tantum valere cum dicitur ingenitus, quantum cùm dicitur non genitus, vel non filius, etymologiam nominis ostendendo cum hoc dixisse dicunt, non tamen ne prædicationis.

Quæ sit proprietas, secundum quam dicitur pater ingenitus.

C Si autem vis scire quæ sit proprietas, secundũ quã dicitur pater ingenitus, audi Hilarium ipsam vocantem innascibilitatem, in 4. lib. de Trinita. ita aientem. [Est vnus ab vno, scilicet ab ingenito genitus, proprietate videlicet in vnoquoque & originis & innascibilitatis. Significata ergo in scripturis personarum intelligentia, & distinctio innascibilitatis naturalisque sensu, solitarius Deus non est opinandus. Discretio ergo vel distinctio personarum in scripturis posita est, in nullo autem naturæ distinctio.]

Non longè a fine libri.

Arriani nitebantur probare alterius substantiæ patrem, alterius filium, quia ille ingenitus, iste genitus, quibus respondens Ambrosius, dixit se hoc nomen in scripturis non legi.

D *se diuinis.*

Illud etiam tacere non oportet, quòd Arriani ex eo probare nitebantur, alterius substantiæ esse patrem, alterius filium, quia ille ingenitus, & iste genitus dicitur: cùm diuersum sit esse ingenitum, & esse genitum. Vnde Amb. eorum quæstioni respondens, dicit, se in diuinis

diuinis scripturis hoc nomen, scilicet ingenitus, nõ legisse, ita inquiens in libro de incarnatione dominicæ sacramento, [Cùm dudum audierim quidam, dicentibus nobis, filium dei qui genera*tus* est, patri qui generauit, ingenuale esse non posse, quãuis ille generatus sit, iste generauit: quia generatio est natura; aduersus quidem illam quæstionẽ voce sibi arbitrantur occlusã, sed tergiuersatione damnabili in eodẽ loco vestigiũ vertunt, vt putent mutationem fieri quæstionis mutatione sermonis, dicẽtes, Quomodo possunt esse ingenitus & genitus vnius naturæ atque substantiæ? Ergo vt respondeã mihi propositæ quæstioni, primo omnium in diuinis scripturis ingenitum nusquam inuento nõ legi, nõ abdidi. Cuius ergo mutabilitatis sunt homines huiusmodi, vt nos dicant ea vsurpare quæ nõ sunt scripta, cũ ea quæ sũt scripta dicamus, & ipsi obuiant quod scriptũ non sit? Nõne ipsi sibi aduersantur, & autoritatem calumniæ suæ derogant? Attende lector quoniam hoc nomine ingenitus nolebat vti Ambros. propter hæreticos. Ita & nos sustinere quædam oportet propter calumniantium insidias, quæ catholicis ac pijs lectoribus securè credi possunt. Sunt etenim quædam quæ non tantæ sunt religionis & autoritatis, vt eis nos oporteat semper contendo ac repugnando inseruire veritati silentio aliquando præteriri queunt, nec illius tamen sunt peruersitas, quin, cùm opportunum fuerit, eis vti liberum habeamus.

Cap. 8. in tomo 2.

An diuersum sit, esse patrem, & esse filium.

E Præterea quæri solet, cùm suprà dictum sit, quia aliud est dicere ingenitum, aliud patrem, & quod diuersum sit, genitus & ingenitus: utrũ similiter diuersum sit, esse patrẽ & esse filiũ, an idem. Ad quod dicimus, quia ex eodem sensu, quo dicitur diuersum genitus & ingenitus, & quo dicitur non esse idem dicere genitum & ingenitũ, potest dici non esse idẽ, sed diuersum, esse patrẽ, & esse filiũ, vel esse spiritũ sanctũ,

Part. 1. huius dist. Aug. li. 5. de trin. ca. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia non ea notione pater est pater, qua filius est filius, vel qua spūs sanctus est spūs sanctus. Ideoque ex hoc sensu cōcedimus q̄ aliud est esse patrem, & aliud est esse filium: quia alia notio est, qua pater est pater, alia qua filius est filius. Sed si trāsponas, vt dicas, aliud est patrem esse, aliud filium esse, variatur intelligētia: & ideo non cōceditur. Est.n. sensus talis acsi dicatur, aliud est quo pater est, nō quidem pater, sed est, aliud quo filius est, non quidem filius, sed est: quod penitus falsum est. Eo enim pater est, quo pater Deus est. i. per essentiam vel naturam: at filius eo Deus est, quo pater Deus est: eo ergo filius est, quo pater est: & ita idē est patrem esse & filium esse: sed non est idem esse patrem, & esse filium. Vnde Augu. in 5. lib. de Trinitate ait, [Quamuis diuersum sit esse patrem & esse filium, non est tamen diuersa substantia: quia non hoc secūdum substantiam dicitur, sed secundum relationem: quod tamen relatiuum non est accidens: quia non est mutabile.] Ecce diuersum esse dicit, esse patrem & esse filium: quod iuxta rationem prædictam accipi oportet, q̄a scilicet alia notio est qua est pater, alia qua est filius. Non enim secundum essentiam pater dicitur pater, vel filius filius, sed secundum relationem.

Cap. 5.

Quomodo dicatur sapientia genita vel nata, an secundum relationem, an substantiam.

F

Sciendum quoq; est, q̄ sicut solus filius dicitur verbum vel imago, ita etiam ipse solus dicitur sapientia nata vel genita: & ideo quæritur vtrum hoc relatiuē dicatur: & si relatiuè dicitur, an secundum eandem relationem, qua dicitur verbum & imago. De hoc Augu. in 7. lib. de Trin. ita ait, [Id dici accipiamus cùm dicitur verbum, acsi dicatur nata sapiētia, vt sit filius & imago. Et hæc duo cùm dicuntur. i. nata sapientia, in vno eorum, eo quod est nata, & verbum & imago & filius intelligatur: & in his omnibus nominibus non ostendatur essentia, quia relatiuè dicuntur. At in altero, quod est sapientia, etiam essentia demonstretur: quoniam & ad se dicitur: seipsa enim est sapiēs, & hoc est eius esse quod sapere: vnde pater & filius simul vna sapientia, quia vna essentia.] Caue lector qualiter hoc intelligas, quod hic dicit Augustī. videtur enim dicere, quod cùm dicitur nata sapientia, ibi sapientia essentiam significet, & nata relationem noter. Quod si ita est, cogimur dicere essentiam diuinam esse natam: quod superioribus repugnat. Sed ad hoc dicimus, quòd in altero, id est in eo quod nata est, eadem notio intelligatur, quæ notatur cùm dicitur verbum & imago. in altero verò, scilicet sapientia, demonstratur essentia, id est, demonstratur quòd filius sit essentia: quia sapientia secūdum essentiam dicitur. Et ideo, cùm dicitur nata sapientia, intelligatur quod ipse qui natus est, essentia est: ibi tamen sapientia non pro essentia, sed pro hypostasi facit intelligentiam: ut sicut quando dicitur verbum vel filius, intelligitur hypostasis cum sua proprietate. Item cùm dicitur nata sapientia, idem intelligitur, id est, genita hypostasis. Ideo vigilanter ait idem esse intelligēdum, cùm dicitur verbum, & cùm dicitur nata sapientia, id est, eadem relatio eademque hypostasis, cui inest illa proprietas. Et ex hoc adiuuatur illud quod superius diximus, scilicet, cùm dicitur pater, vel filius, vel spiritus sanctus, non tantum illæ proprietates significantur, vt cùm dicitur paternitas, filiatio, sed etiam hypostasis cum suis proprietatibus.

Diff. 27. litera C.

G *Quod imago aliquando dicitur secundum essentiam.*

Illud etiam sciri oportet, quia cùm supra dictū sit, imaginem relatiuè dici de filio, sicut verbū vel filius, interdum tamen reperitur secundum substantiam dici: vnde Augustī. in lib. de fide ad Petrum dicit [quòd vna est sanctæ trinitatis essentialiter diuinitas & imago, ad quam factus est homo.] Hilarius etiam in 5. libr. de Trinita. ait, [Homo fit ad communem imaginem. Nomen non discrepat, natura non differt. Vna est enim, ad quam homo creatus est, species.]

Dist. 5.

Cap. 1.

Non longè à principio libri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex his verbis ostenditur, quòd imago aliquando essentiæ intelligentiam facit: & tunc ad se dicitur, & non relative.

DE PRINCIPIO, QVOD RELATIVE dicitur, & multipl. eum notat relationem.

A DISTINCT. XXIX.

EST preterea aliud nomen multiplicem notans relationem, scilicet principiū: dicitur enim principium semper ad aliquid, & dicitur pater principium, & filius principium, & spiritus sanctus principium, sed differenter. Nam pater dicitur principium ad filium, & ad spiritum sanctum. Vnde Augustin. in 4. lib. de Trini. ait, [Pater est principium totius diuinitatis, vel, si melius dicitur, deitatis, quia ipse à nullo est.] Non enim habet de quo sit, vel de quo procedat, sed ab eo & filius est genitus, & spiritus sanctus procedit. Non ergo dicitur principium totius deitatis, quod uel sit, uel diuinæ essentiæ principium sit, sed quia principium est filij & spiritus sancti in quibus singulis tota diuinitas est. Filius ad spiritum sanctum dicitur principium: Spiritus autem sanctus non dicitur principium, nisi ad creaturas: ad quas pater etiam dicitur principium, & filius, & trinitas ipsa simul, & singula personarum principia dicitur creaturarum. Pater ergo principium est sine principio. Filius principium de principio, Spiritus sanctus principium de utroque, id est, de patre, & filio.

Cap. 20.

Quod ab æterno pater est principium, & filius, sed spiritus sanctus nunquam cæpit esse principium.

B

Et pater ab æterno principium est filij, & pater & filius principium spiritus sancti: quia filius est à patre, & spiritus sanctus ab utroque. Spiritus uerò sanctus non ab æterno principiū est, sed esse cœpit: quia non dicitur principium nisi ad creaturas. Cum ergo creaturæ esse cœperunt, & spiritus sanctus esse cœpit principium earum. Ita etiam pater & filius esse cœpit cum spiritu sancto vnum principium creaturarum: quia creaturæ esse cœperunt à patre & filio & spiritu sancto: & dicuntur tres non tria, sed unum principium omnium creaturarum: quia vno eodemq; modo principium rerum sunt. Non enim aliter sunt res à patre, & aliter à filio, sed penitus eodem modo. Ideo Apostolus intelligens hanc trinitatem esse unū principium rerum, ait, Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Cum uero audimus omnia esse ex Deo, (ut ait Augustin. de natura boni) omnes utiq; naturas intelligere debemus, & omnia quæ naturaliter sunt. Non enim ex ipso sunt peccata, quæ naturaliter fieri. Non sed uitiāt, quæ ex voluntate peccantium nascitur.] Omnium ergo quæ naturaliter sunt, vnum principium est pater cum filio & spiritu sancto: & hoc esse cœpit. Ab æterno autē pater principiū est filij generatione, & pater & filius unū principiū ipius sancti. Vnde Aug. in 5. lib. de Tri. ait, [Dē relatiue pater, idemq; relatiue dē principium. Sed pater ad filium dē principiū vere ad omnia quæ ab ipso sunt. Et principium dē filius cum. n. dicerentur ei, Tu quis es? respōdit, Principiū, qui & loquor uobis. Sed nunquid patris principiū est tamē creatore se voluit ostendere, cū se dixit esse principiū: sicut & pater principiū est creaturæ, quia ab ipso sunt omnia. Cū vero dicimus & patrem principium & filium principiū, non duo principia creaturæ est dicimus: quia pater & filius simul ad creaturā vnum principiū est, sicut vnus creator. Si autē quicquid in se manet, & gignit uel operatur aliquid, principiū est eius rei quam gignit, uel eius quā operatur, non possumus negare et spiritum sanctum rectè dici principium: quia non cum separamus ab appellatione

Lib. de trin. 5. cap. 13.

Rom. 11. d

Tomo 6. ca. 28. eiusdem lib.

Cap. 13.

Ioan. 8. c.

tione creatoris: quia scriptum est de illo, ꝙ operetur
1.Cor.12.b & vtriq; in se manens operatur. Non enim in aliquid eorum quę operatur ipse, mutatur & vertitur. Vnum ergo principium ad creaturam cum patre & filio est spiritus sanctus, non duo vel tria principia. Ecce aperte
Ibidem. ostendit Augustinus, patrem & filium & spiritum sanctum esse vnum principium rerum creatarum, id est, vno eodemq; modo esse principium: & illum modum satis aperuit: quia scilicet operantur omnia, & quia similiter operantur tres, ideo vnum principium esse dicuntur.

Hic ostendit quomodo pater sit principium filij, & ipse & filius principium spiritus sancti.

C Deinde in eodem libro continuè ostendit quomodo pater dicatur principium ad filium, & ad spiritum sanctum ipse & filius, dicens ideo esse patrem principium filij, quia genuit eum, & patre & filiũ esse principium spiritus sancti, quia spiritus sanctus procedit vel
Aug.lib.5. de Tri.c.14 datur ab vtroq; ait enim ita, Si gignens ad id quod gignitur principiũ est, pater ad filium principium est, quia genuit eũ. Vtrum autem & ad spiritum sanctum principiũ sit pater, quia dictum est, De patre procedit, non parua quæstio est. Quod si ita est, non iam principiũ eius tantum erit rei quam gignit vel facit, sed & eius quam dat, & quæ procedit ab ipso. Si ergo quod datur vel quod procedit, principiũ habet à quo datur vel procedit, fatendũ est, patrem & filiũ vnum principium esse spiritus sancti, non duo principia. Sed sicut pater & filius ad creaturam relatiue vnus creator & unus dominus dicitur, sic relatiue ad spiritum sanctum vnum principium. Ad creaturam verò pater & filius & spiritus sanctus vnum principium sunt, sicut unus creator & vnus dominus. Ecce hebes quòd pater prin-
Nõ longè à principio libri. cipium filij dicitur, quia genuit eum: qua ergo notione est pater, ea principium filij dicitur. i. generatione: secundum quã etiã dicitur autor filij. Vnde Hilarius in 4. libro de Trinitate ita ait, Ipso quo pater dicitur, eius quem genuit autor ostenditur, id nomen habens, quod neq; ex alio profectum intelligatur, & ex quo is qui genitus est substitisse doceatur. Nouit ecclesia vnũ inuascibilẽ Deũ: nouit vnigenitũ Dei filiũ: eõ fitetur patrẽ ab origine liberũ cõfitetur & filij originẽ ab initio, non ipsum ab initio, sed ab initiabili: non per seipsum, sed ab eo qui à nemine est, natũ ab æterno, natiuitatem. s. ex paterna æternitate sumentem. Edita est hic fidei professio, sed professionis ratio nõdũ exposita est, & ideo quærẽda, scilicet quo modo intelligendum sit quod ait, filij originem esse ab initio, & non ipsum esse ab initio, sed ab initiabili. Hoc vtriq; subdẽs determinauit quo modo acceperit initium, inquiens originem filij esse ab initio: ac si diceret, Non ita intelligas originem filij esse ab initio, quasi ipse filius habeat initium, sed quia ipse est ab initiabili, id est à patre, à quo sunt oia. Nã licet filius sit principium de principio, non est tamen concedendum quod filius habeat principium. Cumq; filius sit principium de principio, & pater principium non de principio nõ est principium de principio, principiũ si ne principio: sicut filius non est pater: neque tamen duo principia, sed vnum: sicut pater & filius non duo creatores, sed unus creator.

Cum pater & filius sint vnum principium spiritus sancti, quæritur an eadem notione.

D Vnum autem principium sunt pater & filius, non tantùm creaturarum vt dictum est suprà, sed etiam spiritus sancti: ideo quæri solet, vtrùm eadem notione pater sit principiũ spiritus sãcti, & filius, an sit alia notio qua pater dicatur principium spiritus sancti, & alia qua filius. Ad quod dicimus, cùm pater dicatur principiũ spiritus sancti, & filius, quia spiritus sãctus procedit vel datur ab vtroq;, nec aliter procedit vel datur à patre quàm à filio: sanè intelligi potest, patrẽ & filium eadẽ relatione vel notione principium dici spiri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritus sanctus. Si verò quæritur quæ sit illa notio, quã ibi notat principium: nomen eius non habemus: sed non est ipsa paternitas vel filiatio, imò notio quædã, quæ patris est & filij: quia ab æterno pater & filius vnum principium est spiritus sancti. Donator autem (vt prædictum est) dicitur pater vel filius ex tempore, sicut spiritus sanctus datum vel donatum.

Diff. 26.

DE HIS QVÆ TEMPORALITER DE Deo dicuntur, & relatiuè secundum accidens, quod non Deo, sed creaturis accidit.

A DISTINCT. XXX.

SVNT enim quædam quæ ex tempore de Deo dicuntur, eiúsq; temporaliter cõueniunt sine sui mutatione, & relatiuè dicuntur secundum accidens, nõ quod accidit deo, sed quod accidit creaturis: vt creator, dominus, refugium, datum vel donatum, & huiusmodi. De his Aug. in 5. lib. de Trin. ait, Creator relatiuè dicitur ad creaturam, sicut dominus ad seruum. Item, Non aliquem mouet quod spiritus sanctus, cùm sit coæternus patri & filio, dicitur tamen aliquid ex tempore, velut ipsum quod donatum diximus. Nam semperne spiritus sanctus est donum, temporaliter autem donatum. Et si dominus non dicitur, nisi cùm habere incipit seruum, etiam ista appellatio relatiua ex tempore est Deo. Non enim semiterna creatura est, cuius ille dominus est: ergo dominum esse non semiternum habet, nec cogamur etiam creaturam semiternam dicere: quia ille semperne nõ dominus erat, nisi etiam ista semperne famularetur. Sicut autem non potest esse seruus, qui non habet dominũ; sic nec dominus, qui non habet seruum.

Cap. 15.

Cap. 16.

Oppositio.

Oppositio, quod non ex tempore sit dominus, quia est dominus temporis, quod non est ex tempore.

Sed hic aliquis dicet q̃ non ex tempore competit Deo hæc appellatio, quã dicitur dominus, quia non est tantùm dominus rerũ quæ ex tempore cœperũt, sed etiam illius rei quæ non cepit ex tempore: i. ipsius temporis, quod non cœpit ex tempore: quia non erat ante tempus, quàm inciperet: & ideo non cœpit esse dominus ex tempore. Ad quod dici potest, quia licet non ceperit ex tempore dominus esse temporis, cœpit tamen esse dominus temporis: quia non semper fuit tempus: & ipsius hominis ex tempore cœpit esse dominus. De hoc Aug. in eodem libro continuè ita ait, Quisquis existerit qui æternum Deum sãtum dicat, tempora verò non esse æterna, propter varietatẽ & mutabilitatem, sed tamen ipsa tempora non in tẽpore esse cœpisse, quia non erat tempus antequam tẽpora inciperent: & ideo non in tempore accidisse Deo vt dominus esset, quia ipsorum temporum dominus erat, quæ vtique non in tempore esse cœperunt: quid respondebit de homine, qui in tempore factus est? cuius vtiq; dominus non erat antequam esset. Certè ut dominus hominis esset, ex tempore accidit Deo: & vt omnis amoueatur controuersia, certè verus dominus esset vel meus, qui modò esse cœpimus, ex tempore habuit. Quomodo ergo obtinemus, nihil secundum accidens dici Deum, nisi quia ipsius naturæ nihil accidit quo mutetur? vt ea sint accidentia relationa, quæ cum aliqua mutatione rerum, de quibus dicuntur, accidunt: sicut amicus relatiuè dicitur: non enim amicus esse incipit, nisi cùm amare cœperit. Fit ergo aliqua mutatio voluntatis, vt amicus dicatur. Nummus verò cùm dicitur pretium, relatiuè dicitur: nec tamen mutatus est cùm esse cœpit pretium, nec cùm dicitur pignus, & huiusmodi. Si ergo nũmus põt nulla sui mutatione toties dici relatiuè, ut neque cũ incipit dici, neque cùm desinit, aliquid in eius natura

Cap. 16.

vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel forma qua nummus est, mutationis fiat: quantò facilius de illa incommutabili dei substantia debemus accipere, ꝙ ita dicatur relatiuè aliquid ad creaturam, ut quàuis temporaliter incipiat dici, nõ tamẽ ipsi substantiæ Dei accidisse aliquid intelligatur, sed illi creaturæ ad quam dicitur. Qualiter etiam refugiũ nostrum dicitur. Refugium enim nostrum dicitur Deus relatiuè: ad nos enim refertur: & tunc refugiũ nostrum sit, cùm ad eum refugimus. Nunquid tunc fit aliquid in eius natura, quod antequam refugeremus ad eum, non erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio, qui ad eum refugiendo efficimur meliores: in illo autem nulla. Sic & pater noster esse incipit, cùm per eius gratiam regeneramur, qui dedit nobis potestatem filios Dei fieri. Substantia ergo nostra mutatur in melius, cùm filij eius efficimur. Similiter & ille pater noster esse incipit, sed nulla suæ commutatione substantiæ. Quod ergo temporaliter dici incepit Deus, quod antea non dicebatur, manifestum est relatiuè dici: non tamen secundum accidens Deo, ꝙ aliquid ei acciderit, sed planè secundũ accidens eius ad quod dici aliquid deus incipit relatiuè.] Ex his apertè ostenditur, quòd quædam de Deo temporaliter dicũtur relatiuè ad creaturas sine mutatione deitatis, sed non sine mutatione creaturæ: & ita accidẽs est in creatura, non in creatore: & appellatio qua creatura dicitur relatiuè ad creatorem, relatiua est, & relationem notat quæ est in ipsa creatura. Appellatio verò illa qua creator relatiuè dicitur ad creaturam, relatiua quidem est, sed nullam notat relationem quæ sit in creatore.

Psal.9.b

Ioan.1.b

Hic soluitur quæstio, qua quærebatur, vtrum spiritus sanctus dicatur datum relatiue ad se, cum ipse det se.

Dist.18.littera L, & M.

C Hic põt solui quæstio superius proposita, ubi quærebatur, cùm spiritus sanctus datum dicatur vel donatum, (quod autem datur, refertur & ad eum qui dat, & ad illũ cui datur.) & cũ spiritus sãctus det seipsum,

sum, vtrùm ad seipsum relatiuè dicatur, cùm dicitur dari vel donari. Cui quæstioni respõdentes, dicimus, spiritum sanctum dici datum vel donatum relatiuè, & ad dantem, & ad illum cui datur. Dans autem siue donator, est pater cum filio & spiritu sancto. Nec tamen dicimus spiritum sanctum referri ad se: sed appellatio dati vel donati refertur & ad dantem & ad recipientem: quia non potest aliquid dici datum, nisi ab aliquo & alicui detur. Cùm autem spiritus sanctus dari à se vel datus à se dicitur, relatiuè quidem dicitur ad illum cui datur, & est appellatio relatiua: & in illo cui datur mutatio fit, non in dante.

QVOMODO DICATVR FILIVS AEQVALIS patri, an secundum substantiam, an secundum relationem, ita & similis.

A DISTINCT. XXXI.

PRæterea considerari oportet, cùm tres personæ coæquales sibi sint, vtrùm relatiuè hoc dicatur, an secundum substantiam: & si relatiuè, vtrum secundum relationem, an secundum essentiam considerãda sit æqualitas: deinde, quid sit ipsa æqualitas. Ad quod dicimus, quia sicut simile nihil sibi est, [similitudo enim (vt ait Hilarius) sibiipsi non est.] ita & æquale aliquid sibi non dicitur: ac per hoc, sicut simile, ita & æquale relatiuè dicitur. Dicitur ergo relatiuè filius æqualis patri, & vtrique e spiritus sanctus. Est tamen æqualis patri filius, & vtrique spiritus sanctus, propter summam simplicitatem essentiæ & vniratem. Aequalis est ergo filius patri secundum substãtiam, non secundum relationem. Vnde Aug. in 5. lib. de Trin. ait. [Quærimus secundũ quid æqualis sit patri filius: nõ secundum hoc quod ad patre dicitur filius, æqualis est

Lib.3. nũ lõge à fine li.

Cap.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est patri: restat ergo vt secundum id æqualis sit, quòd ad se dicitur. Quicquid autem ad se dicitur, secundū substantiam dicitur. Restat ergo vt secundum substantiam sit æqualis: eadem ergo est vtriusque substantia. Item in 6. lib. [Satis est videre, nullo modo filium æqualem esse patri, si in aliquo, scilicet quod pertinet ad significandam eius substantiam, inæqualis inuenitur. In omnibus ergo æqualis est patri filius, & est eiusdem substantiæ: Æqualis est etiam spiritus sanctus patri & filio, & in omnibus æqualis propter summam simpliciratem illius substantiæ.] Ex his perspicuum fit, quod secundum substantiam filius est æqualis patri, & vtrique spiritus sanctus, & appellatio tantum relatiua est. Æqualitas ergo patris & filij non est relatio vel notio, sed naturalis vnitas & identitas.

Ca. 4. & 5.

B *Hic quomodo dicatur similis, & quid sit similitudo.*

Hoc idem etiam dicimus de simili & similitudine. Cùm enim dicitur filius similis patri, relatiuè quidē dicitur: sed similis est patri propter vnitatem essentiæ. Est ergo appellatio tantum relatiua, similitudo verò indifferens essentia. Vnde quibusdam non vndequaque videtur nomine æqualitatis vel similitudinis nō aliquid poni, sed remouetur vt ea ratione dicatur filius æqualis patri, quia nec maior est eo, nec minor, & hoc propter vnitatem essentiæ. Ita & similis dicitur, quia nec diuersus, nec alienus, nec in aliquo dissimilis: & hoc propter essentiæ simplicitatem. Non ergo secundum quod filius est genitus à patre, æqualis vel inæqualis est, patri, nec similis vel dissimilis, sed æqualis & similis secundum substantiam.

De sententia S. Hilarij, qua in trinitate personarum

C *propria ostendit.*

Hilar. lib. 2. de Trin.

Non est igitur hic prætermittendum, quod vir illustris Hilarius proprietates personarum assignans, dicit, [in patre esse æternitatem, speciem in imagine, vsum in munere.] quæ tantę difficultatis sunt verba, ut

ut in eorum intelligētia atq; explanatione vehementer laborauerit Augustinus, vt ipse ostendit in 6. lib. de Trin. ita dicens: [Quidam cum vellet breuiter me singularum in trinitate personarum insinuare propria, Æternitas est inquit, in patre, species in imagine, vsus in munere. Et quia non mediocris auctoritatis in tractatione scripturarum & assertione fidei vir extitit, (hæc enim Hilarius in libris suis posuit) horum verborum, id est patris, & imaginis, & muneris, æternitatis, speciei, & vsus, abditam scrutatus intelligentiam, quantum valeo, non cum secorum arbitror in æternitatis vocabulo nisi quod pater non habet patrem de quo sit: filius autem de patre est, ut sit, atque vtili coæternus sit. Imago enim si perfectè implet illud cuius imago est, ipsa coæquatur ei, non illud imagini suæ: in qua imagine speciem nominauit, credo, propter pulchritudinem, vbi tanta est congruentia & prima æqualitas, & prima similitudo, nulla in re dissidens, & nullo modo inæqualis, & nulla ex parte dissimilis: sed ad identitatem respondens ei cuius imago est: vbi est prima & summa vnita: cui non aliud viuere, & aliud esse, sed idem, & primus ac summus intellectus: cui non est aliud viuere, & aliud intelligere, sed idem hoc vnum tāquam verbum perfectum, cui non desit aliquid, & ars quædam omnipotentis & sapientis Dei, plena omnium rationum viuentium incommutabilium: & omnes vnuit in ea, sicut ipsa vnum de vno, cum quo vnum: ubi novit omnia Deus, quæ fecit per ipsam.]

Cap. 10.

Hilarius in libro de synodis. Imago eius ad quod imaginatur species, indifferens est. Neque enim ipse sibi quisquam imago est: sed cum cuius imago est, necesse est vt imago demonstret. Imago ergo est rei ad rem † coæquandam & imaginata indiscreta similitudo. Est ergo pater, est etiam filius: quia imago patris est filius: & quia imago est, vere imago sit, speciem necesse est, & naturam, & essentiam, secundum quod imago est, in se habeat auctoris.

Non longè a principio

† coæquan de legit ho die Hilar.

Hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Hic de spiritu sancto, quare usus dicatur.*

[Est autem ineffabilis quidam complexus patris & imaginis, qui non est sine perfruitione, sine charitate, sine gaudio. Illa ergo dilectio, delectatio, felicitas uel beatitudo (si tamen aliqua humana uoce dignè dr) usus ab illo appellatus est breuiter, & est Ingenitate spūs sanctus, nō genitus, sed genitoris genitiq; suauitas ingenti largitate atque ubertate perfundens oēs creaturas pro captu earū. Itaq; illa tria & à se inuicem determinari uidentur, & in se infinita sunt. Qui uidet hoc uel ex parte, uel per speculum & in ænigmate, gaudeat cognoscens Deū, & gratias agat. Qui uerò non uidet, tendat per pietatem fidei ad uidēdū, nō per cæcitatem ad calumniandum: quoniā unus est Deus, sed tamē trinitas.] Ecce habes qualiter uerba Hilarij præmissa accipienda sint, licet tantæ sint profunditatis, ut etiam adhibita expotisione vix aliquatenus ea intelligere valeat humanus sensus: cūm & ipsa eorum explanatio, quam hic Augustinus addidit, plurimum in se habeat difficultatis & ambiguitatis.

Aug. lib. de tri. 6. c. 10.

Ibidem.

Quod secundum hanc expositionem non distinguuntur ibi proprietates personarum tres.

E

Non enim secundum præmissam expositionem distinguuntur hic tres illæ proprietates superius assignatæ, sed ipsæ hypostases distinctæ ab inuicem monstrātur æternitatis tū nomine eadē uidetur designata proprietas, quam notat hoc nomen ingenitus. Sed videamus quid sit quod ait, [Imago si perfectè impleat, cuius imago est, ipsa coęquatur ei, nō illud suæ imagini.] Videtur enim dicere, q̄ filius, qui est imago patris patri coæquatur, non pater filio: cum & filius dicatur æqualis patri in scriptura, & pater filio: sed filius hoc habet à patre, ut sit ei æqualis: pater autem non habet à filio, & tamen filius plenè ac perfectè æqualis est patri, id est, imago ei cuius est imago.

Diffin. 26. 27. & 28.

Aug. ibidē.

Quare dicatur Hilarius propria personarum assignasse in verbis prædictis, cum ibi non sint expressæ proprietates.

F

Propria ergo personarum in prædictis verbis assignasse dicitur Hilarius, quia relatiua nomina personarum posuit, scilicet patris, imaginis, & muneris: quę relatiuè dicuntur de personis, & proprietates notāt quibus distinguuntur personę. Ita enim dicitur spiritus sanctus munus relatiuè, sicut donum. Veruntamē ipsas proprietates aliis tribus nominibus nō significauit, iuxta prædictā Augustini expositione, nisi solo nomine æternitatis, quo nō ipsam paternitatē, sed eā voluit intelligi notionem qua dicitur ingenitus.

Quod earundem personarum distinctionem notat Augustin. aliis verbis sine expressione trium personarum.

G

Illud etiam sciri oportet, quòd earundem triū personarum distinctionē Augustin. ostendere volens sine expressione illarum triū proprietatū superius cōmoratarum, in 1. lib. de doctrin. Christ. sic ait. [In patre est unitas, in filio æqualitas, in spiritu sancto unitatis æqualitatisque concordia. Et hęc tria unū, omnia propter patrem, æqualia omnia propter filium, connexa omnia propter spiritū sanctum. Itaque pater & filius & spiritus sanctus, & singulus q̄sque horū Deus est, & simul oēs unus deus: & singulus quisque horū plena substantia est, & simul omnes una substantia. Pater nec filius est, nec spiritus sanctus: & filius nec pater est, nec spiritus sanctus: spiritus sanctus nec pater est, nec filius: sed pater tantùm pater, & filius tantùm filius, & spiritus sanctus tantū spiritus sanctus. Eadem tribus æternitas, eadē incommutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas.] In his verbis apertè insinuatur personarum trium distinctio.

Dist. 26, & 27. Cap. 5.

Quare patri attribuatur unitas, & filio æqualitas.

H

Sed plurimos mouet q̄ patri attribuit unitatē, filio æqualitatem. Cùm enim unitas dicatur secundū substantiam, nō tantū in patre est, sed etiam in filio & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritu sancto: & æqualitas vna est patris, & filij, & spiritus sancti. Cur ergo patri attribuitur vnitas, & filio æqualitas? Fortè eadē ratione attribuitur patri vnitas secundū Aug. qua supra eidē æternitas secundū Hilarium: quia videlicet pater ita est, vt ab alio non sit, & quia filium genuit vnum secum Deū, & spiritus sanctus ab eo procedit vnus cū eo Deus. Vnitas ergo in patre esse dicitur, quia nec est aliquid aliud à quo sit. Non enim ab alio est, nec ab eo aliquis vel aliquid est ab æterno, quod vnum cum eo non sit: filius enim & spiritus sanctus vnum sunt cum patre. Vnde veritas

Tom. 10. f

ait, Ego & pater vnum sumus.

Hilarius in libro de synodis, propo. 26. *Si quis innascibilem & sine initio dicat filium, quasi duo sine principio, & duo innascibilia, & duo innata dicēs, duos faciat deos, anathema sit. Caput. n. quod est principij omnium, filius: caput autē quod est principiū Christi, Deus. Sic. n. ad unum innitiabile omnium principium per filium uniuersa referimus. Filium innascibile dicere, impiissimum est. Iā enim non erit unus Deus: quia Deus vnū prædicari, natura vnius innascibilis Dei exigit. Cū ergo Deus unus sit, duo innascibiles esse nō possunt: eū idcirco Deus vnus sit, cū pr̄ Deus sit, & filius Dei Deus sit, quia innascibilitas sola penes unū sit: filius aūt idcirco Deus, quia ex innascibilis essentia natus existat. Resipit ergo innascibile filiū fabricari fides sancta, vt per vnū innascibile, Deū unū prædicet in natura unigenitā ex innascibili genitā essentia, in una innascibilis Dei nōie cōplectatur. Caput. n. omniū filius est: sed caput filij Deus est: & ad vnū Deū oīa hoc gradu & hac cognitione referuntur, cū ab eo fluant uniuersa principiū, sui ipsius principium sit.* Idem in eodem, propos. 24. *Omnibus creaturis substantiā uoluntas Dei contulit: sed naturam deitatis ex impossibili ac non nata substantia, perfecta natiuitas extulit. Alia enim cuncta creata sunt, qualia Deus esse uoluit. Filius autem natus ex Deo, subsistit talis qualis Deus est. Nec dissimilem sui ædidit natura naturam: sed ex substantia Dei genitus, naturæ secundum originem attulit essentiam, non secundum creaturam uoluntatis essentiam.*

Quare

Quare pater & filius dicantur esse unum, uel unus Deus, sed non unus: quia res eiusdem naturæ rectè possunt dici unū simpliciter esse, & cum adiectione: res uero diuersæ naturæ non possunt dici unum, nisi dicatur quid unum.

Hic dici oportet, q̄ pater & filius & spiritus sanctus rectè dicuntur esse vnum, & unus Deus, sed nō vnus. Res enim duæ vel plures rectè possunt dici vnum esse, si sint uniusessentiæ, & earū vna sit natura: vnus autem vel vna nō potest dici de diuersis rebus, nisi addatur quid vnus vel vna: quo addito, rectè potest dici de rebus & vnius & diuersæ substantiæ. Vnde Aug. in 6. lib. de Tri. sic ait, [Nescio utrum inueniatur in scripturis dictum, vnum sunt, quorū est diuersa natura. Si autem & aliqua plura sint eiusdem naturæ, & diuersa sentiant, non sunt vnum, inquantum diuersa sentiunt. Cùm ergo sic dicitur vnum, vt non addatur quid vnum, & plura vnum, dicuntur eadem natura atque essentia: non dissidens neque dissentiens significatur. Vnde Paulus & Apollo, qui & ambo homines erant, & idem sentiebant, vnum esse dicuntur, Et qui plantat & qui rigat, unum sunt. Cum verò additur, quid vnum, potest significari aliquid ex pluribus vnum factum, quamuis diuersis natura: sicut anima & corpus non possunt vtique dici unum, (quid enim tam diuersum?) nisi addatur uel subintelligatur quid vnum, scilicet, vnus homo. Vnde Apostolus, Qui adhæret, anquit, Domino, spiritus vnus est. Non dixit, vnus est, uel unum sunt, sed addidit spiritus. Diuersi sunt enim natura, spiritus hominis, & spiritus Dei: sed inhærendo fit spiritus hominis vnus spiritus cum Deo: quia particeps sit veritatis & beatitudinis illius.] Si ergo de his quæ diuersæ substantiæ sunt, rectè dicitur sint vnus spiritus: quanto magis qui vnius substantiæ sunt, rectè dicuntur vnus Deus esse? Pater ergo & filius vnum sunt utique secundum vnitatem essentiæ, & unus Deus: in quo & Arriana hæresis damnatur, quæ patrem, & filium, & spiritum

Cap. 7. Vide & li. 3. cont. Maximi. ca. 22. & Epistol. 147.

1. Cor. 3. b

1. Cor. 6. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tomo 6. hæ re. 49. sanctum (ut ait Aug. in lib. de Hæresibus) non vult esse vnius eiusdemq; substantiæ atq; naturæ, vel, vt expressius dicatur, essentiæ quæ Græcè dicitur vsia: sed

Hæres 41. filium esse creaturam. Necnon & Sabelliana, quæ, ut ait Aug. in eodem lib. dicebat Christum eundem ipsum & patrem & spiritum sanctum esse, ut esset trinitas nominũ sine subsistentia personarum. Vtranque

Tomo 9. tra ctatu 36. pestẽ (vt ait Aug. super Ioannẽ) elidit veritas, dicens, Ego & pater unũ sumus. Vtrunq; audi & agnoscere, & vnũ, & sumus: & à Charybdi & à Scylla liberaberis. Quod.n. dixit vnũ, liberat te ab Ario: q̃ dixit sumus, liberat à Sabellio. Si vnũ, ergo non diuersum: si sumus, ergo pater & filius. Sumus.n. nũ diceret de vno; nec unũ de diuerso. Erubescãt ergo Sabelliani, qui dicunt ipsũ esse patrẽ qui est filius, cõfundentes personas: q̃ dicti sunt Patripassiani, quia dicũt patrẽ fuisse passum. Ariani verò dicũt, aliud patrem esse, aliud filiũ, non vnã substantiã, sed duas: patrẽ maiorem, filiũ minorẽ. Noli hoc dicere tu catholice. In medio ergo nauiga, vtrunq; periculosum latus deuita: & dic, Pater pater est, & filius filius est: Alius pater, alius filius: sed non aliud, imò hoc ipsum, quia unus Deus.

Ibidem. Ecce ostensum est, quare vnitas in patre esse dicatur, cùm tres illi unum sint.

Hilarius in lib. de Synodis: *Minus fortè expressè videtur de indifferẽti similitudine patris & filij, fides locuta esse, maximè cũ de patre & filio & spũ sancto ita senserit significatã in nominib. propriã vnius cuiusq; nominatorũ substantiã, & ordinẽ, & gloriã, ut sint quidem per substantiã tria, per consonantiã verò unũ. Volens ergo congregata sanctorum Synodus impietatem eã perimere, quæ veritatẽ patris & filij & spiritus sancti nominũ numero eluderet, ut non subsistente cuiusq; uniuscuiusq; nomine, triplex nuncupatio obtineret subsistãtiæ nominum unionem, & pater solus atq; unus idẽ & ipse haberet & spũs sancti nomẽ et filij: idcirco ives substãtias esse dixerunt, subsistentiũ personas per substantias edocentes, non substantiam patris, & filij, et spiritus sancti, diuersitate dissimilis*

similes essentiæ separantes. Quod aũt dictũ est, Vt sint quidẽ per substantiã tria, per consonantiam verò unum: non habet ambiguum: quia cũ nominatas spiritu, & paracleto, consonantiæ potius quàm essentiæ vocabula intelligenda substantiæ prædicari conuenit vniuersum. Idẽ in eode. Cùm Deum patrem cõfitemur, & Christum Dei filium prædicamus, & inter hæc duũ deorum fit vera religiosa confessio, non possumus secundũ naturæ differentiam & nomen indifferens, non unum esse ex essentiæ genere, quorum essentiæ nomen non licet esse nisi unum. Non enim vera religiosa unitas nominis ex indifferentia naturæ essentia consistit: sed personarum genitæ ademptis essentiæ vtriusq; ac singularis Dei substantia per unitatem nominis intelligatur, cùm vtriusq; essentiæ nomen unum, id est unus Deus, ob indiscretiã in utriusq; naturæ indissimilem substantiam prædicetur.

Quæ dicatur esse æqualitas in filio, cùm sit K *una æqualitas trium.*

Nunc videamus quare æqualitas dicatur esse in filio, cũ vna & summa æqualitas sit trium. Hoc ideo fortè dictũ est, quia filius genitus est à patre æqualis gignenti, & dono quod ab utroq; procedit: & ideo illa tria dicuntur esse æqualia propter filium. Filius.n. habet à patre, vt sit ei æqualis & spiritui sancto: & spiritus sanctus ab vtroq; habet, ut sit æqualis utrique. Hoc autem sine assertionis supercilio, & maioris intelligentiæ præiudicio dicimus, malentes in apertione tam clauforum sermonum peritiores audire, quã aliquid aliis influere.

Quare in spiritu sancto dicatur esse utriusque L *concordia uel connexio.*

Quòd autem in spiritu sancto dicitur esse vtriusq; concordia, & per eum omnia connexa, facilior est intelligentia nobis præmissã ad mentem reuocãtibus: supra.n. secundũ autoritates sanctorũ dictum est, q̃ spiritus sanctus amor est, quo pater diligit filium, & filius patrem. Rectè ergo spiritus sanctus dr̃ cõnexio uel cõcordia patris & filij, & per eum omnia cõnexa.

Diff. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.11. Vnde Augustinus in 5.lib.de Tri. [Communio quædam consubstantialis patris & filij est, amborum spiritus sanctus.] Idem in 7.lib.de Trinitã. [Spiritus sanctus est summa charitas vtrunque coniungens, nosque subiungens.]

Cap.3.

VTRVM PATER VEL FILIVS SPIritu sancto diligat, cùm diligere idem Deo sit quod esse.

A DISTINCT. XXXII.

In fine præcedentis dist. ibi, Quod auctè in spiritu sancto.

Hic oritur quæstio ex prædictis deducta: dictum est enim supra, atque sanctorum autoritatibus ostensum, quod spiritus sanctus est communio patris & filij, & amor quo pater & filius se inuicem diligunt. Ideo quæritur, vtrùm pater vel filius per spiritum sanctum diligat. Quod vtique videtur oportere dici secundum autoritates iam supra positas, quibus ostenditur, spiritum sanctum esse, quo genitus à gignente diligatur, genitorem q; suũ diligat. Sed contra, si pater vel filius dicatur diligere per spiritum sanctum, videtur esse per spiritum sanctum: quia non est aliud Deo esse, & aliud diligere;

Cap.5. sed idem: quia, vt ait Aug. in 15.lib.de Tri. [Quicquid secundum qualitates in illa simplici natura dici videtur, secundum essentiam est intelligẽdum, vt bonus, magnus, immortalis, sapiens, diligens, & huiusmodi. Ideoque si pater vel filius diligit per spiritum sanctũ, & per ipsum spiritum esse videtur: neque tantùm essentia sua diligit, sed etiam dono.]

Hæc quæstio insolubilis esset, nisi animum superant sensum
B *in qua autoritates sibi occurrunt.*

Huic quæstioni, cùm altitudinem nimiæ profunditatis contineat, id solùm respondemus quod Augustinus significare videtur. s. quòd pater & filius se diligãt, & vnitatem

vnitatem seruent, non solùm essentia sua, sed suo dono proprio: quod licet supra positum sit, iterare tamẽ non piget: quia sic expedit. Ait ergo Augustinus in 6.lib. Cap.5.
de Trinitate, [Manifestum est quod nõ aliquis duorũ est quo vterque cõiungitur, quo genitus à gignente diligatur, genitorem q; suũ diligat, sintque nõ participatione, sed essentia sua, neque dono superioris alicuius, sed suo proprio seruãtes vnitate spiritus in vinculo pacis.] Ecce hic dicit, quòd essentia sua & dono suo seruit vnitatẽ. Idẽ in 15.lib.de Trinitate ait. [In illa tri- Cap.7.
nitate quis audeat dicere, patre nec se, nec filium, nec spiritum sanctum diligere, nisi per spiritum sanctũ?] Hic aperte ostẽdit, patrem nõ tantùm per spiritũ sanctum diligere, non autem simpliciter dicit, patrem nõ diligere per spiritum sanctum.

Vtrum pater sit sapiens sapientia quam genuit, sicut
C *diligit amore qui ab ipso procedit.*

Præterea diligenter inuestigari oportet, vtrũ pater sapiens sit sapiẽtia quam genuit, quæ tantũ filius est. Quod videtur à simili posse probari. Si enim pater diligit amore qui ab ipso procedit, cur nõ & sapiẽtia vel intelligẽtia, quã ipse genuit, sapit, vel intelligit? Hanc quæstionẽ vrgere videtur (vt ait Augustinus in 7.lib.de Trinit.) quod scripsit Apostolus, dicens Christũ Dei Cap.1.
virtutẽ & Dei sapientiã. Vbi quæritur, vtrũ ita sit pa- 1.Cor.1.d
ter sapientiæ & virtutis suæ, vt hac sapientia sapiens sit quã genuit, & hac virtute potens quã genuit. Sed absit vt ita sit. Qa si hoc est ibi esse quod sapere, nõ q; illã sapientiam quam genuit, sapiens dicatur pater: alioquin nõ ipsã ab illo, sed ille ab ipsa est. Si enim sapientia quã genuit, causã est illi vt sapiens sit, etiã vt sit ipsã illi causando: sed nec genitricem, nec conditricem patris vllo modo quisquam dixerit sapientiam: quid enim est insanius? Ergo pater ipsa sapientia est. qua sapiens est. Filius vero dicitur sapientia patris, & virtus patris, nõ quia pater per eũ sit sapiens vel potens, sed quia filius

sapientia & virtus est, de patre sapientia & virtute.] Ex his ergo patet, quòd pater non est sapiens sapientia genita, sed se ipso sapientia ingenita.

Augustinus libro 83. quæst. 23. tomo 4. *Cùm sapiens Deus dicitur, & sapientia sapiens dicatur, sine qua eum unquam fuisse aliquando, vel esse posse nefas est credere, non pari ratione sapientiæ sapiens dicitur, sicut anima, quæ & est & non esse sapiens potest: sed quòd ipse eam genuerit, qua sapiens dicitur, sapientiam. Animadverte Lector, patrem dici sapientem genita sapientia, quod aliquis obliuiat verissimum esse. Verùm hoc Augustinus corrigit in libro 1. Retract. capite 26. inquiens, Dixi in libro 83. quæst. 23. quæst de patre, quòd eam genuit, qua sapiens dicitur, sapientiam: sed melius istam quæstionem in libro posteà de Trinitate tractauimus. Scilicet lib. 6. cap. 1. & 2. & lib. 7. cap. 3. & lib. 15. c. 7.*

Vtrum filius sit sapiens sapientia genita
D *vel inuenita.*

Post hæc quæri solet à quibusdam, vtrùm filius sit sapiens sapientia genita, vel ingenita. Si enim non est sapiens sapientia genita, nec ipso sapiens est: si verò sapientia genita sapiens est, nõ videtur sapiens esse sapientia ingenita: & ita non videtur esse sapiens à patre, cùm à patre habeat omnia. Ad quod dicimus, q̃ vna est sapientia patris, & filij, & spiritus sancti, sicut vna essentia: quia sapientia in illius naturæ simplicitate est essentia: & tamen filius rãtùm est sapientia genita, & pater tantùm est sapientia ingenita: & sapientia genita est de sapientia ingenita, vel à sapientia ingenita. Et cùm idem sit ibi esse quod sapientem esse, relinquitur vt sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenitâ. Nõ ergo filius dicitur sapientia Dei, tanquã ipse solus intelligẽs sit vel sapiens sibi & patri, & spiritui sancto: quia, vt ait
Cap. 7. Augustinus in 15. lib. de Trinit. Si solus ibi filius intelligit & sibi, & patri, & spiritui sancto, ad illã redituratur absurditatem, vt pater non sit sapiens de seipso, sed de

de filio: nec sapientia sapientiam genuerit, sed ea sapiẽtia pater dicatur sapiens esse quam genuit. Vbi.n.nõ est intelligentia, nec sapientia potest esse. Ideoq; si pater nõ intelligit ipse sibi, sed filius intelligit patri, profectò filius patrem sapientem facit. Et si hoc est Deo esse quod sapere, & ea sibi est essentia quæ sapientia, non filius à patre, quod verum est, sed à filio potius pater habet essentiã: quod absurdissimum atq; falsissimum est. Est ergo Deus pater sapiens eo, quæ ipse est, sua sapientia: & filius sapientia patris, est sapiens de sapientia, quæ est pater, de quo est genitus filius. Ita & pater est intelligens ea, quæ ipse est, sua intelligentia. Non.n. esset sapiens, qui non esset intelligens: Filius autem intelligentia patris, de intelligẽtia genitus est, quę est pater: de qua & intelligens est.] Proinde pater est sapientia, & filius sapientia, & vterq; vna est sapiẽtia: & tamen solus pater est ingenita sapiẽtia, & filius solus genita sapientia: nec tamen alia sapientia pater, alia sapiẽtia filius, sed una eademq; est: sicut pater est Deus ingenitus, & filius est Deus genitus: neq; Deus genitus est Deus ingenitus: nõ ideo tamẽ alius Deus est pater, aliùs Deus filius, sed vnus Deus vterq; non autem vnus. Alius est.n. genitus, alius ingenitus, sed non alius Deus: imò uterque unum, siue unus Deus. Ita non est sapientia genita sapiẽtia ingenita, sed alia est sapientia genita, alia ingenita: non tamen est alia sapiẽtia, sed vna eademq; sapientia.

E *An filius sit sapiens seipso, vel per seipsum.*

Ex prædictis constat, q̃ filius non est sapiens à se, neque de se, sed de patre, & à patre. Quæri autẽ solet, vtrum filius sit sapiens seipso, vel per seipsum. Quidã dicunt multiplicem hic fieri intelligentiam, & ideo distinguendũ fore, ita vt cũ dicis filium esse sapientem seipso, vel per seipsum, si sui natura & essentia sapientem intelligas, verus sit intellectus: si verò à seipso vel de seipso sapientem esse intelligas, falsitati subiectam

habeas

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeas intelligentiam. Alij verò simpliciter & absque determinatione concedunt huiusmodi locutiones, filius est sapiens per se, sed non à se, vel de se: &, filius est Deus per se, & est per se, sed non à se, vel de se: hoc confirmantes verbis Hilarij, qui filium non à se, sed per se agere in lib. 9. de Trin. ait: [Naturæ, inquit, cui contradicis hæretice, hæc vnitas est, vt ita per se agat filius, ne à se agat: & ita non à se agat, vt per se agat. Intellige filium agentem, & per eum patrem agentem. Non à se agit, cùm pater in eo manere monstratur. Per se agit, cùm secundum nativitatem filij agit ipse quæ placita sunt. Infirmus sit non à se agendo, nisi adeò ipse agit, vt quæ agit placeant: nō sit vero in vnitate naturæ, si quæ agit, & in quibus placet, non per se agit. Sicut ergo, inquiunt, filius per se agit, sed nō à se, ita & filius debet dici sapiens per se, sed non à se.

Post medium libri.

† *Sic & ip se per se Deus est, vel est se, &c.*

† Sic & per se deus esse, vel esse dicendus est, (vt alibi) sed non à se, vel de se.

F *An una tantum sit sapientia patris.*

Post hæc à quibusdam solet quæri, vtrùm vna tantùm sit sapientia patris. Quod non esse, nituntur probare hoc modo, Filius, inquiunt, est sapientia patris genita, qua pater sapiens non est. Est igitur aliqua sapientia patris qua sapiens non est. Est autem & sapientia patris ingenita; & ea pater sapiens est. Est ergo quædam sapientia patris, qua sapiens est: & ipsa non est alia sapientia patris, qua pater sapiens non est: non est ergo vna tantùm sapientia patris. Item, sapientia ingenita est sapientia patris, & sapientia genita est sapientia patris: non est autem sapientia ingenita sapientia genita: non est igitur vna tantùm patris sapientia. Hæc & his similia tanquam sophistica & à veritate longinqua, cunctisq; in Theologia peritis pariter abiicimus, respondentes indigna aduertentes: id tamen adicientes, quia vna tantum sapientia patris, sed non vno modo dicitur. Nam sapientia patris dicitur illa quam genuit, & sapientia patris dicitur ea qua sapiens est.

est. Diuersa est ergo ratio dicti. Illa enim dicitur patris, quia eam genuit: & ea dicitur patris, quia ea sapit. Vna est tamen sapientia patris: quia sapientia genita est eadem sapientia quæ & ea qua sapiens est: siue ea qua sapiens est intelligatur persona patris, siue essentia patris: quia persona patris, quæ intelligitur cùm dicitur sapientia ingenita, & persona filij, quæ significatur cùm dicitur sapientia genita, vna eademq; sapientia est: quæ essentia diuina intelligitur communis tribus personis.

Quod in trinitate est dilectio, quæ est trinitas: & tamen spiritus sanctus est dilectio, quæ non est trinitas: nec ideo duæ sunt dilectiones: ita & de sapientia.

G Et sicut in trinitate dilectio est, quæ est pater, filius, & spiritus sanctus, quæ est ipsa essentia deitatis: & tamen spiritus sanctus dilectio est, quæ non est pater vel filius: nec ideo duæ dilectiones sunt in trinitate: quia dilectio, quæ propriè spiritus sanctus est, est dilectio quæ trinitas est. non tamen ipsa trinitas est: sicut spiritus sanctus est essentia quę trinitas est, non tamē ipse trinitas est: Ita in trinitate sapientia est, quæ est pater & filius & spiritus sanctus, quæ est essentia diuina: & tamen filius est sapientia quæ non est pater vel spiritus sanctus. Nec ideo duæ sapientiæ ibi sunt: quia sapientia, quæ propriè est filius, est sapientia quæ est trinitas, ipsa tamen nō est trinitas: sicut filius est essentia, quæ est trinitas, ipse tamen non est trinitas.

Quæ ratione pater non dicitur sapiens ea sapientia quam genuit, eadem videtur debere dici, quod non sit diligens

H *pater vel filius dilectione quæ ab utroque procedit.*

Præterea diligenter notādum est, q̄ ea ratione qua pater non dicitur sapiens ea sapientia quam genuit, videtur fore dicendum, q̄ pater non diligat filium vel filius patrem ea dilectione quæ ab vtroq; procedit, s. quę propriè spiritus sanctus est. Sicut.n. idem est Deo sapere quod esse, ita est idem diligere q̄ esse. Ideoq; sicut

sicut negatur pater esse sapiens sapientia quam genuit, qui si ea diceretur sapiens, non ipsa ab eo, sed ipse ab ea intelligeretur esse: ita videtur non debere concedi, quòd pater vel filius diligat dilectione quæ tantùm spiritus sanctus est: quia si ea diligit pater vel filius, non spiritus sanctus videtur esse à patre & filio, sed pater & filius à spiritu sancto: quia idem est ibi diligere q̃ esse. At suprà dictũ est, atq; auctoritate Augustini sancitum, quòd in trin. tria sunt, vnus diligens eum qui de illo est, & vnus diligens eum de quo est, & ipsa dilectio: & non est aliquis duorum quo genitus à gignente diligitur, & genitorẽ suũ diligit. Quibus verbis aperte significatur, patrem filium, & illa patrem diligere eadẽ dilectione, quæ non est aliquis eorum, sed tantùm spiritus sanctus. Cùm idem ergo sit ibi diligere quod esse, quomodo dicitur pater vel filius non esse ea dilectione, qua alter alterum diligit? cùm ideo patri negetur sapere sapientia quam genuit, ne ea esse intelligatur?

Diſt. 10. ex Aug. lib. 6. de Tri. c. 5.

ea ſcilicet.

Quod & hæc quæſtio inexplicabilis eſt, quæ excellit infirmitatem humanã.

Difficilem mihi fateor hanc quæstionem, præsertim cùm ex prædictis oriatur, quæ similem videantur habere rationem: quod meæ intelligentiæ attendens infirmitas turbatur, cupiens magis ex dictis sanctorum referre quàm afferre. [Optimus enim lector est (inquit Hilarius in 1. lib. de Trinit.) qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius, quàm imponat: & retulerit magis, quã attulerit: neque cogat sibi videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumpserit intelligendum. Cùm ergo de rebus Dei certum est, concedamus Deo sui cognitionem, dictisque eius pia veneratione famulemur.] Inuestiget ergo diligenter pius lector rationem dictorum, si forte dictorũ aliquã valeat reperire causam, qua nota, ipsa grauis quæstio aliquatenus explicari valeat. Ego autem hanc quæstionem non absoluens, sed errorem excludens,

In medio li. 3 rd.

dens, profiteor, nõ esse dictum patrẽ diligere filiũ, vel filium patrem, ea dilectione, quæ ab utroq; procedit, quæ nõ est aliquis eorum, sed tantũ spiritus sanctus: tamquam ea dilectione pater sit vel filius. Sed sic ea pater diligit filium & filius patrem, vt etiam pater per se ea quæ ipse est, dilectione diligat sic & filius: non autem sic, vt pater per se non diligat, & filius, sed per eam tantum. Quis hæc in illa trinitate (inquit Augu.) opinari vel affirmare præsumat? Eam tamen quæstionem lectorum diligentiæ plenius diiudicandam atque absoluendam relinquimus, ad hoc minus sufficientes.

Lib. 15. de Tri. cap. 7.

VTRVM PROPRIETATES PERSONARUM sint ipsæ personæ uel deus, id est diuina essentia.

A DISTINCT. XXXIII.

POST supradicta interius considerari atque subtiliter inquiri oportet, Vtrum proprietates personarum, quibus ipsæ personæ determinantur, sint ipsæ personæ, & sint deus, id est diuina essentia: an ita sint in personis, vt non sint personæ, ac per hoc nec diuina essentia. Quod enim in personis sint proprietates, nemo inficiari audet, cum aperte clamet autoritas, quòd in personis est proprietas, & in essentia vnitas. Superius quoq; multis sanctorũ testimonijs astruximus, personas per proprietates distingui atque determinari: ipsasque proprietates, tres scilicet, proprijs expressimus vocabulis. Cũ ergo proprietates ipsæ ab æterno fuerint, quibus ipsæ personæ determinãtur & differũt quõ essent, si in eis nõ essent? & quõ in eis essent, & ipsę personę non essent, quin ibi esset multiplicitas? Quocirca sicut proprietates esse in personis, ita & eas personas esse cõfitemur: sicut suprà autoritate Hiero.

Diſt. 26. ſigno A. & 27 ſigno D.

(vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dist. 25. sig. N. Tom. 4. in explanatione Symboli, ad Damasum.

(vt nō piueat reuocare ad mentē) protestati sumus, in expositione fidei ita dicentis, [Sabellij hæresim de liminantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est personas, vel, vt Græci exprimunt, hypostases, hoc est subsistētias cōfitemur.] Ecce aperte dicit, personas proprietatibus distingui, & ipsas proprietates esse personas: cuius hæc verba perstringimus, quia suprà latius posuimus.

Dist. 25. sig. M.

B *Quod proprietates sint diuinæ essentiæ.*

Dist. 8. signo I.

Cumque de simplicitate deitatis suprà diximus, autoritatibus sanctorum, scilicet Aug. Hilarii, Isidori, necnon & Boetij, euidenter monstrauimus Deū hoc esse omnino quod in se habet: excepto quod pater habet filium, nec est filius, & filius habet patrē, nec est pater: & sic esse in natura trium, vt qui habet, hoc sit quod habet: & totum quod ibi est, vnum esse, vnam vitam esse: quę modo non iteramus, ne fastidium lectori ingeramus. Si ergo proprietates ibi sunt, singula earum est id in quo est, & vnum eadem que vita singulæ sūt. Fateamur ergo & proprietates esse in tribus personis, & ipsas esse personas, atque diuinam essentiam.

C *Autoritate astruit quòd proprietas sit natura.*

In medio libri.

Quòd enim proprietas etiam diuina natura sit, ostendit Hilarius, dicens natiuitatem filij esse naturam. Vnde in 7. lib. de trin. ait, [Vtriusque natura nō differt: vnum enim sunt pater & filius. Habet ergo hoc sacramenti natiuitas, vt complectatur in se & nomen, & naturam, & potestatem: quia† natiuitas non potest non in ea esse natura, vnde nascitur† filius.] Idem in 6. [Natiuitas proprietas est, veritas est.] Idem in 7. dici [quòd naturæ natiuitas sit intelligenda esse in natura Dei.] Suprà enim dixit, quòd proprium patris est quòd semper pater est, & proprium filij est, quòd semper filius est, significans quòd proprietas patris est pater, & proprietas filij est filius. His aliisque

†Hilar. habet, vniuersa natiuitas, nec addit † filius.

In medio libri.

aliisq; pluribus autoritatibus aperte significari uidetur, quòd proprietas filij filius sit, sic & deitas & proprietas patris, & proprietas spiritus sancti.

D *Quidam negant, scilicet proprietates esse personas & diuinam naturam, & quare.*

Hoc autem aliqui negant, dicentes quidem proprietates in personis esse, sed non esse personas ipsas: quia ita dicunt esse in personis vel in essentia diuina, vt non sint intrinsecus, sicut ea sunt quę secundum substantiam dicuntur de Deo, vt bonitas, iustitia: sed extrinsecus affixæ sunt. Atque ita esse rationibus probare contendunt: Si enim, inquiunt, proprietates sunt personæ, non eis personæ determinantur. Contra ea dicimus, quia etiam seipsis personæ differunt, sicut suprà Hieron. loquens de patre, & filio & spiritu sancto dicit, [Substantia unum sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur. Sed iterum addunt, Si proprietates ipsæ diuina essentia sunt, cùm essentia non differant tres personæ, nec proprietatibus differunt. Quomodo enim differt pater a filio, eo quòd diuina essentia est, cùm in essentia unum sunt?

Prima obiectio.

Dist. 25. signo M.

Secunda obiectio.

E *Responsio ad præmissa, autoritate utrens.*

Lib. de Trin. 2. stati post principium lib.

Horum doctrinis nouis & humanis commentis, uerbo Hilarij respondeo, [Immensum est quod exigitur & incomprehensibile: extra significantiam est sermonis, extra sensus intentionem: non enuntiatur, non attingitur, non tenetur: verborum significantiam rei ipsius natura consumit: sensus contemplationem imperspicabile lumen obcæcat, intelligentiæ capacitatē quod fine nullo continetur, excedit. Mihi ergo in sensu labes est, in intelligentia stupor est: in sermone verò non iā infirmitate, sed silentiū confiteor. Periculosum nimis est de rebus tantis ac tam reconditis aliquid vltra præscriptum cœleste proferre, vt ultra præfinitionem Dei sermo de Deo sit. Fortia fidei certa est. Non ergo aliquid addendum est,

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed modus constituendus audaciæ :] quicquid vltrà quæritur, non intelligitur.

F *Quomodo improbi hæretici insistant alia addentes.*

Tertia obiectio. Cæterùm hæreticorum improbitas instinctu diabolicæ fraudulentiæ excitata, nondum quiescit, sed in tanta rerum quæstione addit, Si paternitas & filiatio in deo siue in diuina essentia sunt, eadem ergo res sibi pater est & filius. Nam in quo paternitas est, pater est: & in quo filiatio est, filius est. Si ergo una eademque res habet in se paternitatem & filiationem, ipsa generat & generatur : quod dicentes in Sabellianam hæresim pertrahuntur extendentes patrem in filium, cùm ipsum sibi filium proponant & patrem. Si vero negauerint in vna Dei essentia paternitatem esse & filiationem, quomodo ergo dicunt esse Deum? His atque alijs argumentorum aculeis vruntur in suæ opinionis assertionem, vt veritatis formam dilacerent.

Responsio contra hanc eorum oppositionem, ubi traditur, proprietates non penitus ita esse in Dei essentia, sicut in hypostasibus dicuntur.

G Quorum audaciæ resistentes, atque ignorantiæ prouidentes, audebimus aliquid super hoc loqui. Paternitas & filiatio non ita esse omnino in diuina substantia dicuntur, sicut in ipsis hypostasibus: in quibus ita sunt, quòd eas determinant, ut ait Ioannes Damascenus: [Characteristica idiomata sunt, id est, determinatiuæ proprietates hypostaseos, & non naturæ: etenim hypostasim determinant, & non naturam.] Ideoque licet paternitas & filiatio sint in diuina essentia, cùm eam non determinent, non ideo potest dici quòd diuina essentia & generet & generetur, vel quòd eadem res sit sibi pater & filius. Ita enim proprietas determinat personã, vt hac proprietate hypostasis sit generans, & illa alia hypostasis sit genita: & ita non idem generat & generatur, sed alter alterum.

Libro de orthodoxa fide 3. capit. 6.

Quæritur quomodo proprietates possint esse in natura, vt eam non determinent.

H Sed forte quæres, cùm hæ proprietates nõ possint esse personis quin eas determinent, quomodo in diuina essentia esse possint, ita vt nõ eam determinẽt. Respondebo tibi & hic cum Hilario, [Ego nescio, nõ requiro: & consolabor me tamẽ: archangeli nescierũt, angeli non audierunt, secula non senserũt, prophetæ non senserũt, Apostolus nõ interrogauit, filius ipse nõ addidit. Cesset ergo dolor querelarum: non potest homo sua intelligentia generationis sacramenta possit consequi. Absolute tamen intelligendus est pater & filius & ipse sanctus. Stat in hoc fine intelligentia verborũ. Est filius à patre, qui est vnigenitus ab ingenito, progenies à parente, vnus à vno: non natura dei natus alia & alia: quia ambo vnum. Hoc credendo inci pe, percurre, persiste: etsi non peruenturũ scio, tamen gratulabor profecturum. Qui enim piè infinita prosequitur, etsi non contingat, aliquando tamen proficiet prodeundo. Sed ne te inferas in illud fœcundum & arcanũ inopinabilis naturæ mare: ne te immergas summam intelligentiæ comprehendere præsumens: sed intellige incomprehensibilia esse.] His aliisq; multis euidenter ostenditur, nobis nullatenus licere naturam perscrutari, aut ponere potestati, modum circumscribere infanto.

lib. de Trin. 2. non longe a principio.

Ioan. 10. f

Prou. 25. d

Quibus auctoritatibus opinionem suam, scilicet quòd proprietates patris nec filij non sit Deus, muniant.

I Veruntamen nondum desistunt, impatientia spiritu agitati, sed opinionem suam etiam sanctorũ auctoritatibus munire conãtur: quibus ostendere volũt proprietatem quâ pater est pater, & proprietatẽ quâ filius est filius, non esse deum: ad hoc inducentes verba Aug. super illum locum Psalmi, Et non est substãtia, ita dicentis, [Deus enim quædã substantia est. Vn de et in fide catholica sic ædificamur, vt dicamus patrem

Psalm. 68. Tomo. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trem & filium & spiritum sanctum vnius esse substãtiæ. Quid est vnius substantiæ? Quicquid est pater qđ Deus est, hoc est filius, hoc est spiritus sanctus. Cùm autem pater est, non illud est † quod vel quo est. Pater enim non ad se, sed ad filium dicitur: ad se autem Deus dicitur. Eo igitur quòd vel quo Deus est, substantia est. Et quia eiusdem substãtiæ est filius, procul dubio & filius est Deus. At verò quòd pater est, quia non substantiæ nomen est, sed refertur ad filium, nõ sic dicimus filium patrem esse sicut dicimus filium ex se Deum. Ex his verbis significari dicunt, quòd proprietas patris vel proprietas filii non sit Deus vel essentia diuina. Cùm enim dicit, Eo quòd Deus est, substantia est: sed quòd pater est, substantia non est: aperte inquiunt ostẽdi id esse substantiam, quo Deus est: id verò quo pater est, non esse substantiam. Ité cùm ait, Pater non illud est quod est ostendit eum non esse patrem, eo quòd substantia est. Non enim simpliciter dixit, Pater non est illud quod est: sed ait, Cùm pater est non est illud quod est, significans quo pater est, non esse illud quo est, id est essentiam. Hæc illi ita exponentes, sua commenta simplicibus & incautis vera videri faciunt. Nos autem aliter fore istã intelligenda dicimus. Dicens enim, Eo quòd deus est, substantia est: sed quòd pater est, substantia non est: hoc intelligi voluit, quia essentia Deus est, & Deitate substantia est. Eo enim substantia est, quo deus est: & econuerso, cuius ea est deitas, quæ est substantia, & substantia quæ deitas: sed quòd pater est, non est substantia, id est, non quo pater est, eo substantia est: quia proprietate generationis pater est, qua substantia non est. Ipsam tamen proprietatem substantiam esse non negauit. Ita etiam illud intelligendum est quod ait, Cùm pater est, non illud est quod est: id est, non illo pater est, quod uel quo ipse est, id est essentia, sed notione.

† *Augustin. habet, quod illud est.*

Alii

Aliis etiam uerbis Augustini vtuntur, ut asserant quod dicunt, scilicet proprietates personarum non esse Dei substantiam.

K Item illis verbis Augu. vehementer insistunt superius positis. s. quòd verbũ, secundũ quòd sapientia est & essentia, hoc ẽ quod pater: secũdũ quòd verbum, nõ hoc est quod pater.] Si, inquiunt, verbum nõ est hoc quod pater, secundũ hoc quòd est verbũ: id ergo quo verbũ est, nõ est illud quod pater est: proprietas ergo qua verbũ est, nõ est id quod pater est: nõ est igitur diuina essentia. Ad quod dicimus, quia licet secundum quòd uerbum, non sit hoc quod pater est, ea tamen proprietas qua verbum est, est id quod pater est, id est, diuina essentia, sed non est hypostasis patris. *Distinc. 27. signo E.*

OPINIO QVORVNDAM, NON IDEM esse personam & essentiam uel naturam, dicentium, & eandem essentiã non posse esse patrem & filium & spũm sanctum.

A DISTINCT. XXXIIII.

RAEDICTIS autẽ adiciendũ est, quidam peruersi sensus hoĩes in tantam prosilierunt insaniam, ut dicerent non idẽ esse naturam Dei & personam siue hypostasim, dicentes eãdem essentiã non posse esse patrẽ & filiũ sine personarum confusione. Si enim, inquiunt, ea essentia quæ pater est, est filius, idem sibi pater est & filius. Si hanc rem dicis esse patrem, aliam quære quam dicas esse filium. Si verò aliam non quæsieris, sed eandem dixeris, idem genuit & genitus est. Propter hæc & huiusmodi, inter naturam & personam diuidunt, ita ut non recipiant, vnam deitatis naturam & simplicem esse tres personas: idq; testimonio Hilarij de tendere nituntur, qui in 8. lib. de Trin. quærens vtrũ

Paulo ante medium. Apostolus spiritum Dei nominans & spiritū Christi, idem significauerit vtroq; verbo, inquit ita, [Genuum prædicator volens naturæ vnitatem in patre
Roman. 8.b & filio docere, ait, Spiritus Dei in vobis est. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius, qui suscitauit Iesum, &c. Spirituales omnes sumus, si in nobis est Dei spiritus: sed & hic spiritus Dei est, & spiritus Christi. Et cùm Christi spiritus in nobis est,
Ibidem. eius spiritus in nobis est qui suscitauit Christum. Et cùm eius qui suscitauit Christum in nobis est spiritus, & spiritus in nobis est Christi: nec tamen nō Dei est spiritus, qui in nobis est. Discerne ergo ò hæretice, spiritum Christi à spiritu Dei, & excitati à mortuis spiritum Christi à spiritu Dei Christum à mortuis excitantis: cùm qui habitat in nobis spiritus Christi, spiritus dei sit: & spiritus Christi à mortuis excitati, spiritus Dei tamen sit Christum à mortuis excitātis. Et quæro nunc, in spiritu Dei vtrùm naturam, an rem naturæ significatam existimes. Nō est enim idem natura quod res naturæ: sicut non idem est hō, & quod hominis est: nec idem est ignis, & quod ipsius ignis est: & secundum hoc nō est idem Deus, & quod Dei est.] Huius dicti occasione præfati hæretici dogmatizauerunt, non idem esse personam & naturam Dei, asserentes naturam Dei nō esse res personas, intelligentes in his præmissis verbis Hilarij per rem naturæ personam, & nomine naturæ diuinā naturā. Et ideo dicūt Hilarium interrogasse hæreticum, vtrùm per spiritum Dei putaret significatam esse naturam, an rem naturæ: vt sic ostenderet distinguendum esse inter naturam & rem naturæ, id est, personam.

Hic docet quomodo eis obuiat ipsius scripturæ circumstantia & qualiter prædicta intelligi debeant: & quòd spiritus sanctus est res vnius naturæ patris & filij, & est ipsa natura.

Hoc quidem dicunt, non intelligentes pia diligentia scripturæ circunstantiam: qua considerata percipi potest

pi potest, quomodo præmissa dixerit Hilarius. Subsequenter enim in eadem serie ostendit, [in spiritu Dei *Paulo infe-* aliquādo significari patrem: vt cùm dicitur, Spiritus *rius.* Dominus super me: Aliquando significari filiū: vt cū *Esa. 61.a* dicitur, In spū Dei ejicio dæmonia, naturæ suæ pote *Matth. 12.c* state se dæmones ejicere demonstrans: Aliquādo spiritum sanctū: vt ubi, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Quod dicit consummatum fuisse, *Ioelis 2.f* cùm Apostoli spiritu sancto misso omnibus linguis *Actuū 2.a* locuti sunt. Deinde quare hanc distinctionem fecerit, & q̄ in superioribus per verba Apostoli idem spiritus sanctus significatus sit, & ep ipse sit res vnius naturæ patris & filij, aperte ostendit, inquiens ita, [Hæc *Hilarius* ideirco fuit demonstrata, vt quæcunq; parte hæreti- *paulo infe-* ca falsitas se contulisset, finibus veritatis concluderetur. Habitat enim in nobis Christus: quo habitāte habitat Deus: & cum habitat in nobis spiritus Christi, *Ephe. 3.d* non aliud tamen habitat quàm spiritus Dei. Quòd si *1. Cor. 3.c* per spiritum sanctum Christus in nobis intelligitur esse, hunc ita ut ex spiritum Dei, vt spiritum Christi esse noscendum est: & cum per naturam Dei, natura ipsa habitat in nobis, indifferens natura filii creditur esse à patre, cum spiritus sanctus, qui est spiritus Christi & spūs Dei, res naturæ demonstretur vnius. Quæro nunc ergo, quomodo non ex natura vnū sunt? A patre procedit spiritus veritatis, à filio mittitur, & à filio accipit. Sed omnia quæ habet pater, filij sunt: & ideirco qui ab eo accipit, per spiritum est, & idem spūs *Ioann. 15.d* Christi est. Res naturæ filij est: sed & eadem res & naturæ patris est, & Dei excitatis Christum à mortuis spiritus est: & idem spūs Christi est à mortuis excitati. In aliquo differt Christi & Dei natura, nec eadem sit, si præstari potest, vt spiritus qui Dei est, non sit et Christi. Est ergo in nobis spiritus Dei, & est in nobis spiritus Christi: & cùm spiritus Christi inest, inest spiritus Dei. Ita cū quod Dei est, & Christi est, & quod Christi est, Dei est: non potest quid aliud diuersum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus esse, quàm Deus est. Deus igitur Christus
est vnus cum deo spiritus, secundum illud, Ego & pa-
Io. 10. ter vnum sumus. In quo docet veritas vnitatem esse
naturæ, non solitudinē vnionis.] Ecce si hæc uerba
diligenter attendas, inuenis spiritum sanctum rē na-
turæ dici patris & filii, & eundē dici esse naturā Dei,
vbi dicitur, Per naturā Dei natura ipsa habitat in no-
bis, si per spiritū sanctum Christus est in nobis. Itaq;
in trinitate non ita distinguendum est inter natura
Li. 1. de Tr. in medio libri. & rēnaturæ, sicut in rebus creatis, quia, vt ait Hila-
rius, [cōparatio terrenorum ad Deum nulla est: & si
quia comparationum exempla interdum afferuntur,
Lib. 8. ante medium. nemo ea existimet absolutæ in se rationis perfectio-
nem continere.] [Non enim humano sensu de Deo
loquendum est.]

Quod propter Res creatas illud dixeris, Non
C *idem est natura & res naturæ.*

Ad naturā ergo rerum creatarum respiciēs inquit,
[Non idem est natura quod res naturæ,] subiiciens
exemplā de ipsis creaturis. Inde ostendens errorē eis-
se sub mēsura creaturarum metiri creatorem, addit,
[Et secundum hoc nō idē est deus & quod Dei est.]
acsi diceret, Si ad instar creaturarum de creatore sen
tis, cogeris fateri quia non idē est Deus & quod Dei
est: quod dicere, impium est, cùm spiritus Dei deus
sit, & Dei filius sit deus.

Quod non aliud est Deus & quæ sua sunt, ita ut
insint: alia enim sunt quæ insunt,
D *alia quæ non insunt,*

Hilarius lib 8. de Trin. in locis superius signato, & lib. 4. in principio. [Non ergo secundum corporales modos (vt in ea
dem subdit serie) accipienda sunt hæc quæ de Deo di
cuntur.] Vbi euacuans opinionem eorum qui ita pu
tant aliud Deum esse, & aliud quod Dei est, aliudq;
naturam Dei & rem naturæ, ut est in creaturis, apte
docet non aliud esse Deum & quæ sua sunt, ita ut
insint illi, sic dicēs, [Homo aut aliquid ei simile, cùm
ali cubi erit, alibi non erit: quia id quod est, illic conti
netur

netur, vbi fuerit, infirma ad id natura eius, ut vbique
sit qui insistens alicubi sit. Deus autem immensæ vir
tutis, uiuens potestas, quæ nusquā non adsit, nec de-
sit vsquā: quæ se omnem per sua edocet, & sua non
aliud quàm se esse significat: vt vbi sua insint, ipse es
se per sua intelligatur: nō autē corporali modo cùm
alicubi sit, non etiā ubiq; esse credatur, eū per sua in
omnibus esse non desinat. Nō aute aliud sunt quàm
quod ipse est, quæ sua sunt. Et hæc propter naturæ in
telligentiā dicta sunt.] His verbis aperte significatur
(si tamen intelligis hæretice) quia diuina natura nō
aliu d est ab his quæ suā sūt, ita ut insint: & p illa in oī
bus suis est quæ non insunt. Sua enim sunt etiā quæ
nō insunt: id est, omnes creaturæ & sua sunt quæ in
sunt, ut tres personæ, quæ sunt eiusdē naturæ & eadē
natura: sicut suprà Augustini testimonio firmaui-
mus dicentis, tres personas esse eiusdē essentiæ vel eā *Aug. 7. de tri. cap. 6.*
de essentiā, sed non ex eadē essentia, ne aliud intelli- *Dist. 5. litera 1, & dist. 25. litera 1.*
gatur essentia, aliud persona. Non tamen differemur
aliquā distinctione habendam fore secundum intel-
ligentiæ rationē, cùm dicitur hypostasis, & cùm dici
tur essentia: quia ibi significatur q̄ est commune tri
bus, hic verò non. Est tamen hypostasis essentia, &
econuerso. Fateamur ergo vnum atque idē esse tres
personas secundum essentiā, differentes autē proprie
tatibus. Vnde Augustinus super locum pretaxatum *Tomo 8. in explana. 68. psal. super illud, Et non est. substantia.*
Psal. ait, [Quæris quid sit pater? respondetur, Deus.
Quæris quid sit filius? respondetur, Deus. Queris qd
sit pater & filius? responderur, Deus. De singulis in-
terrogatus, Deū responde. De vtroque interrogatus,
non deos, sed Deum respōde. Non sic in hominibus.
Tanta n. est ibi substātiæ unitas, ut æqualitatem ad
mittat, pluralitatē non admittat. Si ergo tibi dictū fue
rit, cùm dicis filium dei esse quod pater est, profectò
filius pater est? Respōde, secundum substantiā tibi di
xi hoc esse filium quod pater est, non secundū id qđ
ad aliud dr. Ad se n. dicitur Deus ad patrem dicitur

filius. Rursumq; pater ad se dicitur Deus, ad filium pater dicitur: quod dicitur ad filium pater, non est filius: quod dicitur filius ad patrem, nō est pater: quod dicitur pater ad se, & filius ad se, hoc est pater & filius, id est Deus.]

Vtrum ita possit dici, unus Deus trium personarum vel tres personæ unius Dei, sicut dicitur una essentia trium personarum, & tres personæ unius essentiæ.

E

Hic considerādum est, cùm Deus sit diuina essentia, & ita dicatur vnus deus eē tres personę, sicut vna essentia dicitur tres personæ: vtrūm ita ualeat fanè dici, vnus Deus, triū personarū, vel tres personæ vnius Dei, sicut dicitur una essentia trium personarum, & tres personæ vnius essentiæ. In his locutionibus scripturæ visus nobis æ mutandus videtur, vbi frequenter reperitur ita dictum, Vna est essentia trium personarum, & tres sunt personæ vnius essentiæ: nullum autem occurrit legisse vnum Deū trium personarum, vel tres personæ vnius dei. Quod ideo puto sanctos doctores vitasse, ne ita bonę acciperetur in diuinis personis, vt a-cipitur cùm de creaturis simile quid dicitur. Dicit enim Deus Abraham, Isaac, & Iacob, & Deus omnis creaturæ. Quod vtique dicitur propter principium creationis, vel gratiam principiorum, & creaturæ subiectionem vel seruitutem. Cùm ergo in trinitate nihil sit creatum vel seruiens, vel subiectum, non admittendes in trinitate talem locutionis modum. Ita etiam econtrario non dicitur de Dei essentia, quod ipsa sit essentia Abraham, Isaac, & Iacob, vel alicuius creaturæ: ne creatoris & creaturæ naturam confundere videamur.

Quod licet potentia, sapientia, bonitas, de Deo secundum substantiam dicantur in scriptura, tamen valent hæc nomina distincte ad personas interdum referri.

F

Ex prædictis cōstat, quod sicut essentia, ita potentia, sapientia,

sapientia, bonitas de Deo dicuntur secundum substantiam. Quæ autem secundū substantiā de Deo dicuntur, tribus personis pariter conueniunt. Vna est ergo potentia, sapientia, bonitas patris, & filii, & spiritus sancti: & hi tres eadem potentia, eadem sapientia, eadem bonitas. Vnde aperitur in trinitate summa esse perfectio. Si.n. ibi deesset potentia, vel sapientia, vel bonitas, non esset summum bonum. Sed quia ibi est perfecta potentia, infinita sapientia, incomprehensibilis bonitas, rectè dicitur & creditur summum bonum. Cumq; vnum & idem penitus sit in Deo potentia, sapientia, bonitas, in sacra tamen scriptura frequenter solent hæc nomina distinctè ad personas referri, vt patri potētia, filio sapietia, spiritui sancto bonitas attribuatur: q̄d quare fiat, nō est otiosum inquirere. *Dist. 22. litera E, et 23. litera B, & 27. litera G.*

Quare id fiat scilicet quod patri potentia, filio sapientia attribuatur.

G

Id ergo sacri eloquii prudentia facere curauit, ne Dei manifestatem similitudine creaturæ metuimur. Diceret enim scriptura sacra quia deus pater est, & quod Deus filius est: & audiunt hoc homo, qui homine patrē viderat, deum patrem non viderat: & cogitare cœpit ita esse in creatore vt viderat esse in creaturis, à quibus hæc nomina translata sunt ad creatorē, in quibus pater est prior filio, filius est posterior patre: & ex antiquitate in patre defectus, ex posteritate in filio imperfectio sensus solet notari. Ideo occurrit scriptura dicens patrem potentem, ne videatur prior filio, & ideo minus potens: & filium sapientem, ne videatur posterior patre, & ideo minus sapiens.

H

Quare spiritui sancto bonitas attribuatur.

Dictus est etiam spiritus sanctus Deus, & dictus est habere spiritum Deus: & videbatur hoc quasi nomē inflationis & rumoris. Vnde humana conscientia ad Deū pro rigore & crudelitate accedere metuit. Ideoque scriptura temperauit sermonem suum, spiritum bonū nominans, ne crudelis putaret q̄ mittis erat: nō quod *Psal. 142. Luce. 11.*

quòd pater solus sit potens vel magis potens, & filius solus sapiens, vel magis sapiens, & spiritus sanctus solus bonus, vel magis bonus. Vna est ergo potentia, sapientia, bonitas trium, sicut una essentia. Ideoque sicut dicitur filius homousios, id est consubstantialis patri, ita & coomnipotens.

De hoc nomine homousion, ubi in autoritatem receptum sit, & quid significet.

Cap. 14. I Hic non est prætermittendum quod Aug. in libro 3. contra Maximinum dicit de hoc nomine homousion, quo Latini tractatores frequenter vtuntur. [Pater, inquit, & filius unius sunt eiusdemq; substantiæ. Hoc est illud homousion, quod in concilio Nicæno aduersus hæreticos Arrianos a catholicis patribus veritatis autoritate firmatum est. Quod postea in concilio Ariminensi, propter nouitatem verbi minus quàm oportuit intellectam (quam tamen fides antiqua pepererat) multis paucorum fraude deceptis, hæretica impietas sub hæretico imperatore Constantino labefactare tentauit. Sed post non longum tempus, libertate fidei catholicæ prævalente, postquam vis verbi sicut debuit intellecta est, homousion illud catholicæ fidei sanitate longè lateq; est defensum. Quid enim est homousion, nisi vnius eiusdemq; substantiæ? Quid est, inquam, homousion, nisi, Ego & pater vnum sumus?] Non ergo inter profanas vocū Ioan. 10. f nouitates hoc uitandum est.

De nominibus quæ translatiuè & per similitudinem de Deo dicuntur.

Dist. 22. lis. k. K Præterea sciēdum est, quòd in assignatione distinctionis nominum, inter alia quæ suprà diligēter discussimus, quædam diximus translatiue & per similitudinem de Deo dici: vt speculum, splendor, character, figura, & huiusmodi: de quibus pio Lectori breuiter trado quod sentio, vt scilicet ratione similitudinis considerata ex causis dicendi, dictorum intelligentiam assumat, sed catholicam.

Nihil

Nihil dignum excellentia ineffabilis trinitatis se tradidisse dicit, ad alia transiturus.

L De sacramento vnitatis atq; trinitatis summæ & ineffabilis multa iam diximus: nihil tamen eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur, sed potius ex nobis mirificatam eius scientiam, nec potuisse nos ad illam:

DE QVIBVSDAM QVAE SECVNDVM substantiam de Deo dicuntur, quæ specialem efflagitant tractatum, scilicet, de Scientia, & de Præscientia, & Prouidentia, & Dispositione, Prædestinatione, Voluntate, & Potentia.

A DISTINCT. XXXV.

QVMQVE suprà differuerimus ac plura dixerimus de his quæ communiter secundum substantiam de Deo dicuntur, eorum tamen quædam specialem efflagitant tractatum: de quibus modò tractandum est, id est, de scientia, præscientia, prouidentia, dispositione, prædestinatione, voluntate, & potentia. Sciendum est ergo quòd sapientia uel scientia Dei, cùm sit una & simplex, tamē propter varios rerum status & diuersos effectus, plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim non tantùm scientia, sed & præscientia uel præuidentia, dispositio uel prædestinatio, prouidentia. Et est præscientia sine præuidentia de futuris tantùm, sed de omnibus, de bonis scilicet, & de malis: Dispositio uero, de faciendis, Prædestinatio, de hominibus saluandis, & de omnibus bonis, quibus & hic liberantur, & in futuro coronabuntur. Prædestinauit enim Deus ab æterno homines, ad bona eligendo: & prædestinauit eis, bona præparando. Quòd homines prædesti- Rom. 8. f

A Dist. 22. vsq; ad 26.

nauit

naui, Apostolus ostendit dicens, Prædestinauit quos præscíuit fieri conformes imaginis filij sui: & alibi, Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Quod autē bona eis præparauerit, propheta Esaias ostendit dicens, Oculus nō vidit Deus absq; te, quæ præparasti diligentibus vel expectantibus te. Ergo ab æterno prædestinauit quosdā futuros bonos & beatos, id est, elegit vt essent boni & beati, & bona eis prædestinauit, id est, præparauit. Prouidentia autē est gubernandorum: quæ vtique eodē modo videtur accipi, quo dispositio. Interdum tamen prouidentia accipitur pro præscientia. Sapientia verò vel scientia de omnibus est, & bonis, & malis, & de præsentibus, præteritis, & futuris, & non tantùm de temporalibus, sed etiam de æternis. Non enim ita scit Deus ista temporalia, vt ipsum nesciat, sed ipse solus seipsum perfectè nouit, cuius scientiæ comparatione omnis creaturæ scientia imperfecta est.

Ephes. 1. a. Esa. 64. b. 1. Cor. 2. b.

Vtrum scientia, vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse in Deo, si nulla fuissent futura.

B

Hic considerari oportet, Vtrum scientia, vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse in Deo, si nulla fuissent futura. Cùm enim præscientia sit futurorum, & dispositio faciendorum, & prædestinatio saluādorum si nulla essent futura, si nihil esset facturus Deus vel aliquos saluaturus, non videtur potuisse in Deo esse præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio: potuit autem Deus nulla præscire futura, potuit nō creare aliquid vel nō saluare aliquos: potuit ergo in deo non esse præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio. Ad hoc autem ita à quibusdā opponitur, Si, inquiunt, potuit præscientia Dei nō esse in Deo ab æterno, & potuit nō esse: si verò potuit non esse, cùm præscientia Dei sit eius scientia, & scientia sit eius essentia: potuit ergo nō esse ab æterno, id quod est diuina essentia. Ita & de dispositione & prædestinatione,

destinatione, quæ est diuina essentia, obijciunt. Addunt quoque & alia, ita loquentes, Si potuit deus nō præscire aliqua, cùm idē sit Deo præscire quod scire, & scire quod esse: potuit ergo nō esse. Item, Cùm idē sit Deum præscium esse, & Deum esse, si potuit non esse præscius, potuit non esse Deus. Potuit autem nō esse præscius, si potuit nulla præscire. At potuit nulla præscire: quia potuit nulla facere.

Respondetur, quod præscientia, & dispositio, & prædestinatio quasi relatiuè dicuntur ad futuras res, vel ad faciendas.

C

Ad hoc iuxta modulum nostræ intelligentiæ ita dicimus, præscientia vel dispositio, vel prædestinatio ad aliquid dici videntur. Sicut n. creator ad creaturā relatiuè dicitur, ita præscientia vel præscius ad futurā referri videtur, & dispositio ad facienda, ac prædestinatio ad saluanda. Verūtamen creator ita relatiuè dicitur, vt essentiam non significet: præscientia verò vel præscius & in respectu futurorū dicitur, & essentiam designat: ita etiam dispositio, & prædestinatio. Ideoq; cùm dicitur, Si nulla essent futura, non esset in Deo præscientia, vel non esset Deus præscius: quia varia est ibi causa dicendi, distingui oportet ratione dicti. Cùm ergo dicis, Si nulla essent futura, non esset in Deo præscientia, vel non esset præscius: si in dicendo hanc causam attentis, s. quia nulla essent subiecta eius præscientiæ, vnde ipsa possit dici præscientia, vel ipse præscius, quod vtrunq; dicitur propter futura: verus est intellectus. Sin autem ea ratione id dicis, quòd non sit in eo scientia qua præscit futura, vel quod ipse non sit Deus qui est futurorū præscius, falsa est intelligentia. Similiter & illæ locutiones determinandæ sunt, Potuit non esse præscientia Dei, vel potuit non esse præscius, & potuit Deus non præscire aliqua, id est, potuit esse vt nulla futura subiecta essent eius scientiæ: & ita nō posset dici pscius, vel præscire, vel scientia eius pscientia: nō tñ cò minus ipse esset, vel eius scientia;

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed non posset dici præscius vel præscire, vel præscientia, si eius scientia futura nulla forent subiecta. Similiter de dispositione & prædestinatione vel prouidentia. Hæc enim (vt dictum est) ad temporalia referuntur, & de temporalibus tantùm sunt.

Quod scientia dei non tantum est de temporalibus,

D *sed etiam de æternis.*

Scientia verò vel sapientia non tantùm de temporalibus, sed etiam de æternis est. Ideoq; etsi nulla essent futura, esset tamen in Deo scientia eadem quæ modo est: nec minor esset quàm modo, nec maior est q̃ esset. Sciuit ergo Deus ab æterno æternũ, & omne quod futurũ erat, & sciuit immutabiliter. Scit quoque nõ minus præterita & futura q̃ præsentia: & sua æterna sapientia & immutabili scit ipse oĩa quæ sciũtur. [Omnis enim ratio supernæ & æternæ sapientiæ (vt ait Ambrosius) in eo est: quia omnem sapientiã & essentiam capit sua immensa scientia.]

Lib. 5. de fide cap. 8.

Quare omnia dicantur esse in deo, & quod factum

E *est habet vitam in eo.*

Tomo. 3. lib. 5. de genes. ad literam, cap. 18.

Propterea omnia dicuntur esse in Deo, & fuisse ab æterno. Vnde Augustinus super Genes. [Hæc visibilia, inquit, antequã fierent, non erãt: quomodo ergo nota Deo erãt quæ nõ erant? Et rursus, Quomodo ea faceret, quæ sibi nota non erãt? non enim quisquam facit ignorãs. Nota ergo fecit, nõ facta cognouit. Proinde antequàm fierent, & erant, & non erãt, in Dei scientia, non erant in sui natura. Ipsi aũt Deo non audeo dicere alio modo innotuisse cùm ea faceret, quàm illo quo ea nouerat vt faceret: apud quẽ nõ est transmutatio, nec vicissitudinis obũbratio.] Ecce hic habes, quòd hæc visibilia antequã fierent, in Dei scientia erant. Ex hoc ergo sensu omnia dicuntur esse in Deo, & omne quod factum est dicitur vita esse in ipso: non ideo quòd creatura sit creator, vel quia ista temporalia essentialiter sint in Deo, sed quia in eius scientia semper sunt, quæ vita est.

Iacobi 1. c.

Ioan. 1. a.

Quod

F *Quod eadem ratione dicuntur omnia ei præsentia.*

Inde est etiam quòd omnia dicuntur ei præsentia esse, non solùm ea quæ sunt, sed etiam ea quæ præterierunt, & ea quæ futura sunt, secundùm illud, Qui vocat ea quæ non sunt, tãquam ea quæ sunt. [Quia (vt ait Ambros. in li. de Trinit.) ita cognouit ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt. Et hac ratione omnia dicũtur esse in eo, vel apud eũ, siue ei præsentia.] Vnde Augusti. super illũ locum Psal. Et pulchritudo agri mecũ est, [ideo, inquit, mecũ est, quia apud Deum nihil præteriit, nihil futurum est. Cum illo sunt omnia futura, & ei nõ detrahuntur iã præterita: cũ illo sunt omnia cognitione quadã ineffabili sapiẽtiæ Dei.] Ecce hic aperit Augustinus, ex qua intelligentia accipiẽda sint huiusmodi verba, Omnia sunt Deo præsentia, In Deo sunt oĩa, vel cũ Deo, vel apud Deũ, vel In eo vitã: quia ineffabilis omnium cognitio in eo est.

Rom. 4. c.

Lib. 5. ca. 8.

Tomo 8. in Psal. 49.

VTRVM CONCEDENDVM SIT, OMnia esse in Dei essentia, uel in eo per essentiam, ut omnia dicuntur esse in Dei cognitione uel præsentia.

A DISTINCT. XXXVI.

SOLET hic quæri, cùm omnia dicantur esse in Dei cognitione seu præsentia, vel in Deo per cognitionẽ, & eius cognitio vel præsentia sit diuina essentia: utrum concedendum sit, omnia esse in diuina essentia vel in Deo per essentiã. Ad quod dicimus, quia Dei cognitio eius vtique essentia est, & eius præsentia, in qua sunt omnia, ipsius cognitio est: nec tamẽ omnia, quæ sunt in eius præsentia uel cognitione, in eis essentiã esse dici debẽt. Si.n. hoc diceretur, intelligerentur esse eiusdẽ cũ Deo essentiæ. In Deo.n. dẽ esse per essentiã, quòd est diuina essentia, quod est Deus. Habet ergo Deus apud

Quomodo res in Deo sint.

se iã

se in præsentia sua, quæ non habet in sui natura. Vñ de Augustinus de verbis Apostoli ita ait, [Elegit nos ante mundi constitutionem. Quis sufficit hoc explicare? Eliguntur qui non sunt: nec errat qui eligit, nec vanè eligit: eligit tamen, & habet electos quos creaturus est eligendos: quos habuit apud semetipsum, non in natura sua, sed in † præsentia sua.] Nondum erant quibus promittebatur: sed & ipsi promissi sunt, quibus promittebatur. Ecce hic aperte dicit, Deum apud semetipsum habere electos ante mundi constitutionē, nō in natura sua, sed in præsentia sua: cùm tamen eius præsentia nō aliud sit, quàm eius natura: quia ipsius ꝓsentia eius est notitia. Põt tñ ad electos referri, cũ ait, In natura sua, id est, illorũ: Illos quippe habuit ab æterno apud se, nō in natura sui, id est, illorũ, q̃ nō dũ erãt, sed in sua ꝓsentia: qa eos ità nouit ac si eisset.

Tomo. 10. sermone 11 Ephes. 1. a.

† præscientia, & ubique in sequentibus.

Vtrum mala debeant dici esse in deo, vbi sunt omnia bona, cum utraque sint in eius cognitione & præsentia:

B *omnia enim cognoscit.*

Post prædicta quæritur, cùm omnia dicantur esse in Deo nō per essentiã naturæ, sed per cognitionem scientiæ, & Deus sciat bona & mala: vtrùm concedendũ sit simpliciter mala esse in Deo, siue esse in Deo per cognitionē. Scit.n. Deus, & sciuit semper omnia, tã bona quàm mala, etiã antequàm fierent, & præscuit ab æterno ea futura. Ideoq; cùm omnia bona dicamus esse in Deo propter præsentiam cognitionis, eadem ratione uidetur dicendũ, omnia mala esse in eo, cùm ea semper nouerit, & per cognitionem ei præsentia fuerint. [Præcognouit.n. Deus ab æterno quot dam futuros malos, & eorum malitiam (vt ait Augustinus) præsciuit, sed non præparauit.] Cùm ergo peccata omnium sciat, nunquid intelligendum est ea includi in illa generalitate locutionis, qua dixit Apostolus, omnia esse in Deo? Ex ipso, inquit, & per ipsũ, & in ipso sunt omnia. Sed qs, nisi insanus, dixerit mala esse i Deo? Illa.n. esse i Deo itelliguntur, q̃ ex ipso, & per

Li. 1. de præd. sanctorum, ca. 10.

Rom. 11. d

& per ipsum sunt: ea verò per ipsum sunt, & ex ipso, quorum autor est: sed non est autor nisi bonorum. Non ergo ex ipso & per ipsum sunt nisi bona: ita ergo non in ipso sunt nisi bona: nõ ergo mala in Deo sunt: quia licet ea noscat, non tamen ita omnino noscit vt bona. Mala ergo quasi de longè cognoscit, vt ait Propheta, & alta à lõge cognoscit, id est, superbiam. Et alibi ad Deum loquens de malis, ait, De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Quod exponẽs Aug. [Abscondita, inquit, peccata sunt, quæ à lumine tuę veritatis abscondũtur.] Sed quomodo peccata à lumine veritatis diuinæ abscondũtur, cùm a Deo sciantur? Si enim non sciret, quomodo de illis iudicaret, & pro illis malos damnaret? Alibi propheta dicit, Quia neq; ab oriente neque ab occidente deest. Quod exponẽs Cassiodorus, inquit, [Neque à bonis neque à malis deest Deus: sed omnibus præsens & cognitor est.] Cognoscit ergo Deus & bona & mala per scientiam: sed bona cognoscit etiam per approbationem & per beneplacitum, mala verò non. Vnde Cassiodorus super Psalm. dicit, Peccata abscõndita Deo sunt, quia non nouit, id est, non approbat. Et ex eo sensu Augustinus dixit ea abscondita à lumine Dei: qui etiam in libro ad Euodium insinuat cognitionem Dei varijs modis accipiendam, inquiens, [Si ad scientiam referas, non ignorat Deus aliquos vel aliqua: qui tamen in iudicio quibusdam dicet, Non noui vos: sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est.] Ecce non cognoscere dicitur Deus, quæ non approbat, quæ ei non placent. Apparet itaque verum esse quod diximus, scilicet quia quodammodo cognoscit Deus bona, quo non cognoscit mala. Pariter quidem vtraque eodem modo noscit, quantum ad notitiam, sed bona etiam approbatione & beneplacito cognoscit.

Psal. 137.

Psal. 16.

Tom. 8. in Psal. 16.

Psal. 74.

Cassiodorus sup Psa. 16. circa illum versum, De abscondit: suis, &c.

Epist. 102. Matt. 7. d

Hic aperit quare bona tantum dicantur esse in Deo,

C *& non mala.*

Et inde est, q̃ bona tantùm dicuntur esse in Deo;

Universidad de Deusto Biblioteca

Rom.11.d non mala, & illa propè, hæc longè: quia licet in Deo aliqua dicantur esse propter cognitionis præsentiam, & Deus bona & mala cognoscat, mala tñ non cognoscit nisi per notitiam, bona verò non solũ per scientiam, sed etiam per approbationem & beneplacitum. Et ob tale cognitionem aliqua dicũtur esse in Deo, sic licet, quia ita ea scit, vt etiam approbet, & placeant, id est, ita scit, vt eorum sit autor.

Quod idem sit, omnia esse ex Deo, & per ipsum,
D *& in ipso.*

Proinde si diligenter inspiciamus, idē ut esse, omnia esse ex Deo, & per ipsum, & in ipso. Vnde Ambr. Cap. 11. in 3. lib. de Spiritu sancto, [Hæc tria. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, unum esse supra diximus. Cum dicit per ipsum esse omnia, non negauit in ipso esse omnia. Eandem uim habent omnia hæc. † cum ipso, & in ipso, & per ipsum, & unum in his atq; consimile, non contrarium intelligitur.] Ecce habes quia ex eadem intelligentia scriptura dicit esse omnia in ipso, & per ipsum, & ex ipso, uel cum ipso. Cum ergo ex eadem ratione omnia dicantur esse ex Deo, uel per ipsum, non solum quia scit, sed etiam quia eorum autor est: consequitur ut eadem ratione ea esse in Deo dicantur. [quia scit, & eorum autor esse dicitur: quia in illo uiuimus, & mouemur, & sumus: quia eo autore sumus, mouemur, & uiuimus. Cùm ergo non sit autor nisi bonorum, meritò sola bona in eo esse dicitur, sicut ex ipso & per ipsum. Cũ ergo in eius cognitione uel præsentia sint omnia. [bona & mala, in eo tamen non dicuntur esse nisi bona, quorum autor est. Vnde Augustin. in lib. de natura boni, [Cùm audimus, inquit, ex Deo, & per ipsum, & in ipso esse omnia, omnes utiq; naturas intelligere debemus, † quæ naturaliter sunt. Neq; enim ex ipso sunt peccata, quæ naturam non seruant, sed uitiant: quæ ex uoluntate peccantium nascuntur omnia.] Hic apertè dicitur, q̃ in illa generalitate locutionis bona tantũ cõtinẽtur.

† ex.

Act.17.f

Tomo 6. ca. 28.

† & omnia quæ.

Quod omnia ex patre, & per patrem, & in patre sunt: ita
& de filio, & de spiritu sancto est dicendum, licet
E *propter personæ sint distinctio.*

Præterea sciendum est, q̃ licet ibi indicetur distinctio personarũ, cũ dicitur, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso, omnia tamen ex patre, & per patrem, & in patre sunt. Similiter de filio, & de spiritu sancto accipiendũ est. Vnde Aug. in li. de Tri. [Non confusè, inquit, accipiendũ est quod ait Apost. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso.] Ex ipso dicens propter patrem: per ipsum, propter filium: in ipso, propter spiritum sanctum. Vigilãter autem attende, ne, quia patrem uolens intelligi dixit ex ipso, sic intelligas omnia esse a patre, ut neges omnia esse ex filio, uel ex spiritu sancto, cùm ex patre, & per patrem, & in patre omnia esse sanè dici possint: similiter & de filio, & de spiritu sancto sentiendum est. Lib.6.c.10.

Quod non omnia quæ ex Deo sunt, etiam de ipso
F *sunt sed econuerso.*

Illud ét hic annectendum est, q̃ non omnia quæ dicũtur esse ex Deo, ét de ipso esse dici debeãt. Quia, ut ait Aug. in lib. de natura boni, [Non hoc significat penitus ex ipso, quod de ipso. Quod enim de ipso est, potest dici esse ex ipso: sed non omne quod ex ipso est, potest dici esse de ipso: quia non est de sua substantia. Ex ipso enim sunt cœlum & terra: quia ipse fecit ea: non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si gignat filium, & faciat domum, ex ipso est filius, ex ipso est & domus: sed filius de ipso, domus uerò de terra & ligno, non de ipso.] Cap.27.

G *Quæ dicta sunt summatim colligit.*

Ex præmissis apertum est, quòd in Dei cognitione siue præsentia sunt omnia, scilicet bona & mala: sed nõ omni modo sunt ibi mala, quo bona: & quod in Deo bona tantum sunt, sicut ex ipso, & per ipsum, non mala. Et ex quo sensu hæc accipienda sint as-

Universidad de Deusto
Biblioteca

signatum est: & quòd de ipso nō dicitur esse propriè, quod aliud est ab ipso. Ex ipso autem esse dicuntur omnia, quæ eo autore sunt.

QVIBVS MODIS DICATVR DEVS esse in rebus.

A DISTINCT. XXXVII.

Quòd Deus in cū re per essentiam et potentiā, sed in sanctis per gratiā, & in homine Christo per unionem personæ.

ET quoniam demonstratum est ex parte, quomodo omnia dicantur esse in Deo, addendū videtur hic, quibus modis dicatur Deus esse in rebus: si tamē id humana mēs vel ex parte dignè valeat cogitare, vel lingua sufficiat eloqui. Sciendum ergo est, quòd Deus incommutabiliter semper in se existens, præsentialiter, potentialiter, essentialiter est in omni natura siue essentia sine substantia, & definitione, & in omni loco sine circunscriptione, & in omni tempore sine mutabilitate. Et præterea in sanctis spiritibus & animabus est excellentius, scilicet per gratiam inhabitans: & in homine Christo excellentissimè: in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat, vt ait Apostolus. In eo enim Deus habitauit, nō per gratiam adoptionis, sed per gratiam vnionis. Ne autem ista (quia capacitatem humanæ intelligentiæ excedunt) falsitatis arguere aliqui præsumant, sanctorum autoritatibus munienda mihi videntur. Beatus Gregorius super Cantica canticorum inquit, * [Licet Deus communi modo omnibus rebus insit, præsentia, potentia, substantia: tamē familiariori modo per gratiam dicitur esse in illis, qui mirificentiam operū Dei acutius & fidelius considerant. De hoc enim eodem Augustin. ad Dardanum in libr. de præsentia Dei ait, [Cùm Deus sit natura incorporea & incommutabiliter viua, æterna stabilitate in seipso manens, totus adest rebus omnibus, & singulis totus: sed in quibus habitat, habent eum pro suæ capacitatis diuersitate, alij amplius, alij minus: quos ipse sibi dilectissimū templum gratia suę bonitatis ædificat.] Hilarius quoque in lib. 8. de Trin. apertissimè docet Deum vbique esse: [Deus, inquit, immensæ virtutis viuęs potestas, quæ nusquam non adsit, non desit vsquam, se omnē per sua edocet, vt vbi sua sint, ipse esse intelligatur: non autem corporali modo cùm alicubi sit, non etiā vbique esse credatur, cùm & in omnibus esse non desinat. Ambrosius in 1. libr. de spiritu sancto, spiritum sanctum probat non esse creaturam, quia vbique est: quod est proprium diuinitatis, ita dicens, [Cùm omnis creatura certis naturæ suæ sit circunscripta limitibus, quomodo quis audeat creaturam appellare spiritum sanctum, qui non habet circunscriptam determinatamq; virtutem, quæ & in omnibus, & ubiq; semper est? quod utique diuinitatis & dominationis est proprium.] Idem in eodem, [Dominī est omnia complere, qui dicit, Cœlum & terram ego compleo. Si ergo dominus est qui cœlum complet & terram, quis ergo potest spiritum sanctum iudicare dominationis & diuinæ potestatis exortem, qui repleuit orbem? & † quod plus est, repleuit & Iesum, totius mundi redēptorem?] Ex his aliisque pluribus autoritatibus apertè monstratur, quod Deus ubique in omni creatura essentialiter, præsentialiter, & potentialiter est.

Non longè à medio libri.

Cap. 7. 1 principio & Aug. lib. 3 contra Maximinū, cap. 21.

Lib. & cap. eisdem.

Hiere. 23. d
Sapien. 1. b
Esaiæ 11. a
† *Ambro. sic habet, quod vltra totum orbem est.*

Quòd in sanctis non modo est, sed etiam habitat, qui non vbicunque est, habitat.

B In sanctis verò etiam habitat, in quibus est per gratiam: non enim vbicunq; est, ibi habitat, vbi verò habitat, ibi est. In solis bonis habitat, qui sunt templum eius, & sedes eius. Vnde per Esaiam Dominus ait, Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedū meorum: quia in electis, qui sunt cœlum, habitat Deus & regnat, qui eius voluntati deuoti obtemperant: malos verò, qui sunt terra, iudicij districtione calcat. Vnde in lib. Sap. dicitur, Thronus sapientiæ aīa iusti: quia

Esaiæ 66. a

Sap. 7. d & 9. a

* Assumptæ sunt hæc ex glosa ordinaria, in illud 5. cap. Cant. canti. quō abijt di lecte tuus? To. 2. epi. 57

in iustis specialius est quam in aliis rebus: in quibus tamen omnibus totus est. Quemadmodum [anima (ait Tomo 2. epi. August. in epistola ad Hieronym. de origine animæ) per omnes particulas corporis tota adest simul, nec minor in minoribus, nec maior in maioribus: sed tamen in aliis intensius, & in aliis remissius operatur, cùm in singulis particulis corporis essentialiter tota sit.] Ita & Deus cùm sit in omnibus essentialiter ac totus, in illis tamen plenius esse dicitur quos inhabitat, id est, in quibus ita est, vt faciat eos templum suum: & hi tales cũ eo sunt iam ex parte, sed in beatitudine perfectè. Mali verò, etsi ibi sint vbi ipse est, qui nusquam deest, non tamen sunt cum eo. Vnde August. Ioan. 17. ad Tomo 9. tra super Ioan. [Non satis fuit dicere, Vbi ego sum, & illi ctam 111. sint: sed addidit, meeũ: quia & ibi miseri possunt esse paulò post vbi & ille est, qui nusquam deest. Sed beati sunt cum principium. illo, quia non sunt beati nisi ex eo quod eũ illo sunt: qui fruuntur eo, & vident illũ sicut est. Mali verò nõ sunt cum illo, vt cæci in lucæ non sint cum luce: nec boni ita nunc sunt cum eo vt videãt per speciem, etsi sunt aliquo modo cum eo per fidem.] Quomodo autem Deus habitet in bonis, ex illis aliquatenus intelligere valebis, quæ suprà dicta sunt, cùm de spiritus sancti processione temporali ageretur: vbi, licet ex parte, exponitur (ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus) quomodo spiritus sanctus habitet in nobis, qui non sine patre & filio inhabitat.

Dist. 14. 1. Cor. 13. c

Vbi erat vel habitabat Deus antequam

C *esset creatura.*

Hæc ibi non reperiũtur, sed in cõmẽ. super Psal. 122. circa il lud, Qui habitas in cælis.

Si autem quæris, vbi habitabat Deus antequã sancti essent: dicimus quia in se habitabat. Vnde Aug. in lib. 3. contra Maximinum: [In templo, inquit, filio habitat Deus, scilicet in sanctis, qui sunt templum Dei: imo aliquando etiam secundum fidem ambulãtes: & templũ Dei erunt nunc templum Dei sunt angeli. Sed dicet aliquis, Antequam faceret deus cœlum & terram, antequã faceret sãctos, vbi habitabat? In se habitabat Deus, apud se habitat, & apud se est. Nõ ergo sancti sic sunt domus Dei vt ipsa subtracta cadat Deus, Imo sic habitat Deus in sanctis, vt si ipse discesserit, cadant.

D *Multa hic breuiter dicta quæ confirmant prædicta.*

Sciendũ est etiam, quia, vt ait Aug. in lib. ad Dardanum, [Dici nisi stultissimè nequit, spiritum sanctũ Tomo 2. epi. nõ habere locum in nostro corpore, quòd totum anima nostra impleuerit. Stultius dicitur etiã, angustiis alicubi impediri trinitatẽ, vt pater & filius & spiritus sanctus alicubi simul esse non possint. Verum illud est multo mirabilius, quòd cũ Deus vbique sit totus, non tamen in omnibus habitat. Quis porrò audeat opinari, nisi inseparabilitatem trinitatis penitus ignoret, quod possit habitare pater aut filius, in quo non habitet spiritus sanctus, aut in aliquo spiritus sanctus, in quo non habitet pater & filius? Fatendum est ergo, vbique esse Deum per diuinitatis præsentiam, sed nõ vbique per inhabitationis gratiam. Propter hanc enim inhabitationem gratiæ non dicimus, Pater noster qui es vbique, cùm & hoc verum sit, sed, Qui es in cœlis, id est in sanctis, in quibus est quodam excellentiori modo.

57.

Matt. 6. b Luce 11. a

Quod Deus inhabitator est quorundam nondum cognoscentium Deum, & non quorundam cognoscentium.

E

Illud quoque mirabile est, quia vt ait Aug. in eodẽ [Deus est inhabitator quorundam nondum cognoscentium deum, & non quorundam cognoscentium deum. Illi enim ad templum dei non pertinent, qui cognoscentes deum non sicut deum glorificant. Ad templum autem dei pertinent paruuli sanctificati sacramento Christi, & regenerati spiritu sancto, qui nondum valet cognoscere deum. Ergo quem potuerunt illi nosse nec habere, isti potuerunt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt illi, quibus est hoc deum habere, quod nosse.] Hic aliquatenus aperit August.

Eadem epi. paulò infe riùs.

Rom. 1. c

quomodo deus habitet in aliquo.i.habeatur: cū vide licet ita est in aliquo, vt ab eo cognoscatur & diligat.

Quomodo Deus totus vbique sit per essentiam, non potest intelligi ab humano sensu.

F

Ex prædictis patet q̄ Deus vbiq; totus est per essentiam, & in sanctis habitat per gratiā. Cumq; superius, licet tenuiter, ostensum sit qua ratione dicatur habitare in quibusdam, nunc efflagitaret ordinis ratio id etiam assignari, quomodo vbiq; per essentiā & totus sit, nisi huius considerationis sublimitas atq; immensitas, humanæ mentis sensum omnino excederet: ut enim ait Chrysost. super epistolam ad Hebræos, [Si cut multa de Deo intelligimus quæ loqui penitus nō valemus, ita multa loquimur quæ intelligere non sumus idonei: verbi gratia, q̄ vbiq; Deus est scimus & dicimus: quomodo autem vbiq; sit, intellectu non capimus: item quod est incorporea quædam virtus, quę est omnium causa bonorum, scimus: quomodo autem, uel quæ ista sit, penitus ignoramus.]

Super illud, Qui cum sit splendor gloriæ: homilia 2.

Quorundam opinio, qui præsumunt offendere quomodo Deus ubique sit per essentiam, potentiam,

G

& præsentiam.

Quidam tamen immensa ingenio suo metiri præsumentes, hoc ita fore intelligendū tradiderunt, quod Deus vbiq; per essentiam esse dicitur, nō q̄ Dei essentia proprie sit in omni loco, & in omni creatura: sed quia omnis natura atq; omne quod naturaliter est, in quocunque loco sit, per eum habet esse: & omnis locus, in quo illud est, Iidem etiam dicunt, ideo Deum vbique dici esse per præsentiam uel per potentiam, quia cuncta loca sunt ei præsentia, & quæ in eis sunt, nec in eis aliquid operari cessat. Nā & ipsa loca, & q̄quid in eis est, nisi ipse cōseruet, manere non possunt. In eis ergo per substantiam Deus esse dicitur, vt aiūt, quia per virtutem propriæ substantiæ suæ facit ut etiam loca sint, & omnia quæ in eis sunt. Sed licet hæc uera sint, q̄ asserūt in explanandis intelligētiis p̄dictorum,

rum, in illis tamen uerbis, quibus dicitur deus vbique esse per essentiam, plus cōtineri credendum est: quod homo viuens capere non ualet.

Quod Deus cum sit in omnibus rebus, non tamen sordibus rerum inquinatur.

H

Solet etiam ab eisdem quæri, [quomodo deus substantialiter insit omnibus rebus, & corporalium sordium inquinationibus non contingatur: quod tam friuolum est, ut nec responsione sit dignum, cum et spiritus creatus sordibus corporis et leprosi vel quantumcunque polluti inquinari non possit. Sol quoque radios suos sine sui pollutione effundit super loca & corpora non solùm munda, sed etiam immunda ac sordibus fœtentia: quorum contactu homines & aliæ quædam res inficiuntur: solis vero radij impolluti, & incontaminati ea contingentes existunt. Non est ergo mirandum si essentia diuina omnino simplex & incommutabilis omnia replet loca, & omnibus creaturis essentialiter inest, nec tamen cuiusquam rei sordibus contaminatur vel contingitur. Vnde Aug. in lib. de natura boni, [Cūm in Deo, inquit, sint omnia quę condidit, non tamen inquinant eum illi qui peccant. De cuius etiam sapientia, quæ attingit a fine usq; ad finem fortiter, dicitur, Attingit omnia propter suā munditiam, & nihil inquinatum in eā incurrit.] Postremo, respondeant quid potius de deo respondendū existimēt, vel q̄ nusquā p̄ essentiā sit, vel q̄ ubiq;, vel q̄ alicubi, ita q̄ non vbiq;. Sed quis audeat dicere q̄ nusquā diuina essentia sit, vel q̄ alicubi, & non vbiq; sit? Si enim ita est alicubi, q̄ non ubique, ergo localis est. Est ergo ubique tota quæ continet totum, & penetrat totum: quæ nec pro sui simplicitate diuidi, nec pro sui puritate maculari, nec pro sui immensitate ullo modo comprehendi potest. Vnde Augustin. [Deus ubique est, cui non locis sed actionibus propinquamus.]

Aug. de agone christiano, cap. 18. secundū rē.

Tomo 6. cap. 29. Sapien. 8. & 7. d

Li. de doct. Christiana 1. 21 10.

Aug.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aug.lib.de agone Christiano,cap.18.*Timent quidem quod fieri non potest,scilicet ne humana carne veritas & substantia Dei inquinetur: & tamen prædicant ipsum visibilem solem radios suos per omnes fœces & sordes spargere,& eos mundos & synceros seruari. Si ergo visibilia munda a visibilib. immundis contingi possunt,& non inquinari: quanto magis inuisibilis & incommutabilis veritas?*

Quod Deus ubique sit,& in omni tempore,non tamen localis est, non circunscribilis, nec loco nec
I. *tempore mouetur.*

Cumque diuina natura veraciter & essentialiter sit in omni loco,& in omni tempore,non tamen mouetur per loca vel per tempora, nec localis nec temporalis est. Localis nō est, quia penitus nō circunscribitur loco: quia nec ita est in vno loco,quod nō sit in alio. Neque dimensionem habet,sicut corpus,cui secundū locum assignatur principiū, medium,& finis,& antè & retrò, dextrum & sinistrum, sursum & deorsum: quod sui interpositione facit distantiam circunstantiū. Duobus namque his modis dicitur in scriptura aliquid locale siue circūscriptibile,& econuerso, scilicet, vel quia dimensionem capiēs lōgitudinis, altitudinis, & latitudinis, distantiam facit in loco, vt corpus: vel quia loco definitur ac determinatur: quoniā cùm sit alicubi,non vbique inuenitur: quod non solum corpori,sed etiam omni creato spiritui congruit. Omne ergo corpus omni modo locale est. Spiritus verò creatus quodammodo est localis, & quodammodo non est localis. Localis quidem dicitur, quia definitione loci terminatur: quoniam cùm alicubi præsens sit totus, alibi non inuenitur. Non autem ita localis est, vt dimensionem capiens distantiam in loco faciat. Diuina verò sola essentia omnino illocalis & incircunscriptibilis est: quæ nec locis mouetur aliquo modo, scilicet vel determinatione finita, vel dimensione susceptā, nec circunscriptibilis, & notatiū tū & cognitione. Hic enim duobus modis,loco vel tempore, fit mutatio,

tatio creaturæ, quæ longè est à creatore. Vnde Aug. *Lib.8.c.26. super Gene.* [Deus,inquit, omnipotens, incōmutabili *in tomo 3.* æternitate, voluntate, veritate semper idem, mouet per tempus creaturam spiritualē,mouet etiam per ipsū & locū creaturam corporalem, vt eo motu naturas quas cōdidit administret. Cùm ergo tale aliquid agit, non debemus opinari eius substantiam, † qua Deus † *quæ.*
est,temporibus locisque mutabilem,siue per tempora & loca mobilem: cùm sit ipse & interior omnibus, quia in ipso sunt omnia: & exterior omnibus,quia ipse est super omnia: & antiquior omnibus, quia ipse est ante omnia: & nouior omnibus, quia ipse idem post omnia,] scilicet post omnium initia. Ecce hic apertè ostenditur, quòd nec locis nec temporibus mutatur vel mouetur Deus, Spiritualis autem creatura per tempus mouetur, corporalis verò etiā tempus & locū.

K *Quid sit mutari secundum tempus.*

Mutari autem per tempus, est variari secundum qualitates interiores vel exteriores, quæ sunt in ipsa re quæ mutatur: vt quando suscipit vicissitudinē gaudii,doloris,scientiæ,obliuionis, vel variationem formæ siue alicuius qualitatis exterioris. Hæc enim mutatio quæ fit secūdum tempus, variatio est qualitatū, quæ fit in corporali vel spirituali creatura: & ideo vocatur tempus.

Opinio quorundam,qui dicunt spiritus creatos non numeri loci,nec esse locales.
L

De mutatione verò loci magna inter conquirētes disceptatio versatur. Sunt enim quidicunt, nullum spiritum aliquo modo posse mutari loco, ab omni spiritu locum vniuersaliter remouere valentes: quoniā secundū dimēsionem tantū & circūscriptionem locū constare asserunt: atque id solum esse locale, vel in loco esse dicunt, quod dimensionem recipit, & distātiā in loco facit. Et hoc dicunt Augustinum sensisse, mutationem temporis tantùm spirituali creaturæ tribuentem: loci verò & temporis, corporeæ. *Supra, lite. A.*

Hic

Hic respondentur eis.

M Sed, ut suprà diximus, dupliciter dicitur esse res localis uel circunscriptibilis, scilicet vel quia dimensionem recipit & distantiam facit, vel quia loci termino definitur: quorum vtrunq; conuenit corporeæ creaturæ, alterum verò tantum spirituali. Nam, ut suprà diximus, corporalis creatura ita est localis vel circunscriptibilis, quòd determinatur definitione loci, & q̃ dimensionem recipiens distantiam facit: spiritualis verò tantùm definitione loci concluditur, eò ma ita sit alicubi, quod no alibi, sed nec dimensionem recipit, nec distantiam in loco facit: quia si multi essent spiritus hic, non eo coangustarent locũ, quo minus de corporibus continerent. Ideoq; Augustinus attribuit mutationem loci corpori, non spiritui: quia licet spiritus transeat de loco ad locum, non tamen ita, vt dimensionibus circunscriptus, interpositione sui faciat distantiam circunstantium, sicut corpus.

Ibidem.

Vbi suprà.

Conclusio ex prædictis, quod spiritus creati sunt locales & circunscriptibiles quodam modo, spiritus verò Dei omnino incircunscriptibilis.

N Sunt ergo spiritus creati in loco, & transeunt de loco ad locum, & quodam modo locales, & circunscriptibiles: sed no omnino eo modo qua creaturæ corporeæ. Spiritus autem increatus, qui Deus est, in loco quidem est, sed in omni loco, sed omnino illocalis est & incircunscriptibilis. Vnde Beda super Lucam ait: [Cùm ad nos angeli veniũt, sic exterius implent ministerium, vt tamen ante Deum interius per cõtemplationem assistant: quia etsi angelus est spiritus, circũscriptus, tamen spiritus, qui Deus est, incircunscriptus est: intra quem currit angelus, quocunq; mittatur.] Ecce hic dicitur, quia spiritus angelicus circunscriptus est, spiritus autem qui Deus est, incircunscriptus. Alibi etiam Ambrosius distantiam ostendens inter spiritum increatum & spiritum creatum, dicit Seraphin de loco ad locum transire, inquiens ita

Esaiæ 6 b.

Commentariorũ lib. 1. ad caput 1. eiusd. illud. Ego sum Gabriel q̃ assto ante deum: ex Gre. homilia 34. super 15. cap. Lucæ.

ita in lib. de Trin. [Dixit Esaias, Quia missus est ad me vnus de Seraphin. Et Spiritus quidem sanctus dicitur missus, sed Seraphin ad vnum, Spiritus verò ad omnes: Seraphin mittitur in ministerio, Spiritus operatur mysterium: Seraphin de loco ad locum transit: non enim complet omnia, sed ipse repletur à spiritu.] Hic aperte ostenditur quòd angeli quodam modo locales sunt.

Li. 1. de Spiri. sanc. cap. 9. & 10.

Cum repetitione superiorum confirmat auctoritatibus Deum esse vbique sine locali motu.

O Fateantur itaque diuinam naturam pro immensitate sui nusquam de esse, eamq; solam omnino illocalem, & omnino incircunscriptibilem nullo cõcludi loco, sed à fine vsque ad finem attingere, nõ tamẽ spaciosa magnitudine nec locali motu, sed immensitate atque immobilitate suæ essentiæ. Vnde Augustinus ad Dardanum ait, [Nõ quasi spaciosa magnitudine opinemur deũ per cuncta diffundi, sicut sumus aut lux ista diffunditur: sed potius, sicut in duobus sapiẽtibus, quorũ alter altero corpore grandior est, sed sapientior non est, vna sapientia est, nec est in maiore maior, nec in minore minor, nec minor in vno quã in duobus: ita Deus sine labore regens & continens mũdũ, in cœlo totus est, in terra totus, & in vtroque totus, & nullo contentus loco, sed in seipso vbiq; totus.] Idẽ quoq; super Psal. ait, [Ad Verbũ Dei pertinet nõ esse in patre, sed vbiq; esse per seipsũ: hoc n. est sapiẽtia Dei, quæ attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, nõ tamen motu locali, sed immobilitate sui: veluti si moles aliqua saxea impleat aliquẽ locũ dicitur q̃ attingit à fine illius loci vsque ad finẽ, eũ tamen alterũ non deserat alterum occupãdo: non ergo habet motũ localem Verbũ illud, & sapientia illa solida est & vbique.] Ex prædictis innotescit, q̃ Deus est ita vbique per essentiã, quòd nec spaciosa magnitudine diffunditur, nec vno deserto loco aliũ occupat: q̃ localem motũ non habet. Ideoq; Augustinus volens præscindere

Sapien. 8. a.

Tomo 2. epistola 57.

Tomo 8. in psalm. 7. super illud, Ve locuter curvis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scindere à dei puritate omnem localem motum & localem circunscriptionem, potius dicit omnia esse in illo, quàm ipsum esse alicubi, nec tamen ipsum esse locum, qui non est in loco: in lib. 83. quæst. ita inquiens. *Iohan. 4. quæst. 20.* [Deus non alicubi est quia quod alicubi est, continetur loco: quod continetur loco, corpus est: Deus autem non est corpus, non ergo alicubi est: & tamen quia est, & in loco non est, in illo sunt potius omnia, quam ille alicubi: nec tamen ita in illo, vt ipse sit locus. Locus enim in spacio est quod longitudine, & latitudine, & altitudine corporis occupatur: nec Deus tale aliquid est. & omnia ergo in ipso sunt, & locus non est, nec in loco est: locus tamen Dei, sed improprie dicitur templum Dei, non quòd eo cõtineatur, † Id autem nihil melius quàm anima munda intelligitur. [Ecce hic dicit deum non esse in loco: sed intelligendum est eum non esse in loco localiter, scilicet quia nec circunscriptionem nec localem motum habet. *† sed quod ei præsens sit addit Aug.*

P. Oppositio, qua videtur probari quòd Deus moueatur loco.

Ad hoc autẽ soler opponi sic, Quotidie fiunt creaturæ, quę antè non erant, & in eis deus est, cùm antè non esset in eis: est ergo vbi antè non erat: ideoque mutabilis esse videtur. Sed licet quotidie incipiat esse in creaturis, in quibus antè non erat, quia illæ non erant: hoc tamen sit sine sui mutatione: qualiter in mundo cœpit esse quam fecit, tamen sine sui mutabilitate: & similiter desinit esse in quib. antè erat sine sui mutatione: nec tamen ipse deserit locum, sed locus desinit esse. *Responsio.*

Epilogus, vbi exponitur quare in prædictam uenerit disceptationem.

Q *A dist. 35.* Iam sufficienter demonstratum esse videtur, quomodo omnia dicant esse in Deo, & Deus in omnibus: quã disceptationem quasi incidẽter suscepimus: quia id videbatur postulare res, circa quam noster uersabatur sermo: disserebamus enim de scientia siue sapiẽtia

tia Dei: & cũ diceremus Deum scire omnia, quæsitũ est, utrum propter cognitionem quam de omnibus habet, dicerentur omnia esse in Deo, an alia ratione hoc diceret scriptura. Huius ergo quæstionis occasio in præmissam nos deduxit disputationem.

HIC REDIT AD PROPOSITVM, repetens superius dicta, vt addat alia.

A DISTINC. XXXVIII.

NVNC ergo ad propositum reuertentes cœpto insistamus. Supra dictu est quòd præscientia Dei futurorum tantùm est, sed omnium tam bonorum quam malorum. Scientia uerò uel sapientia non modo de præteritis, sed et de præsentibus & futuris: nec tantùm de temporalib. sed etiam de æternis: quia seipsum nouit Deus. Hic oritur quæstio non dissimulanda, utrum. S. scientia uel præscientia sit causa rerum, an res sint causæ scientiæ uel præscientiæ Dei. Videtur enim præscientia Dei causa esse eorum quæ ei subsunt, ac necessitatẽ eueniendi eis facere: quia nec aliqua futura fuissent nisi Deus ea præscisset, nec possunt non euenire cùm Deus ea præsciuerit. Si autem impossibile est ea non euenire quia præscita sunt, videtur ergo ipsa præscientia qua præscita sunt, eis esse causa eueniendi. Impossibile est autem ea nõ euenire, cùm præscita sint: quia si non euenirent cùm præscita sint, falleretur Dei prescientia. At Dei præscientia falli non potest. Impossibile est ergo ea non euenire, cũ præscita sint. Sic ergo præscientia causa eorum esse uidetur quæ præscita sunt. Hoc idem & de scientia dicitur, scilicet q̃ quia Deus aliqua nouerit, ideo sint. Cui sententiæ Aug. attestari uidetur in 15. lib. de Trin. dicens, [Non ista ex aliquo *Dem. adit. diuinæ scientiæ uel cognitionis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 13. aliquo tempore cognouit Deus, sed futura omnia temporalia, atq; in eis etiam quid & quando ab illo petituri fueramus, & quos & de quibus rebus vel exauditurus, vel non exauditurus esset, sine initio antè præsciuit. Vniuersas autem creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt ideo nouit, sed ideo sunt quia nouit: non enim nesciuit quæ fuerat creaturus: quia ergo sciuit, creauit: non quia creauit, sciuit: nec aliter sciuit creata quàm creanda: non enim eius sapientiæ aliquid accessit ex eis: sed illis existentibus sicut oportebat, & quando oportebat, illa manst: vt erat. Vnde in Eccles. Antequam crearentur, omnia nota sunt illi: sic & postquam consumata sunt.] Ecce his verbis
Cap. 23. d videtur Augustinus innuere, scientiam vel præscientiam Dei causam esse eorum quę fiunt, cùm dicit ideo ea
Cap. 10. esse, quia Deus nouit. Idem quoq; in 6. lib. de Tri. dicere videtur: [Cùm, inquit, decedant & succedant tempora, non decedit aliquid vel succedit scientiæ Dei, in qua nouit omnia quæ fecit per ipsam. Non enim hęc quæ creata sunt, ideo sciuntur à Deo quia facta sunt: sed potius ideo facta sunt, quia immutabiliter ab eo sciuntur.] Et hic etiam significare videtur, Dei scientiam causam eorum esse quæ fiunt, dicens non ideo Deum ea nouisse quia facta sunt, sed ideo facta, quia nouit ea Deus. Ideoque uidetur Dei scientia vel præscientia causa esse eorum quæ nouit.

Inconuenientia ostendit quæ sequerentur, si diceretur scientia vel præscientia causa omnium rerum quæ
B *ei subsunt.*

Obiectio. Quod si ita est, est ergo causa omnium malorum, cùm omnia mala sciantur & præsciătur à Deo: quod longè est à veritate. Si enim dei scientia vel præscientia causa esset malorum, esset utique Deus auctor malorum: quod penitus falsum est. Non ergo scientia vel præscientia Dei causa est omnium quæ ei subsunt.

Quod

Quod res futuræ, non sint causa scientiæ
C *vel præscientiæ Dei.*

Neque etiam res futurę causa sunt Dei præscientię: licet enim non essent futurę nisi præscirentur à Deo, nō tamen ideo præsciuntur quia futuræ sunt. Si enim hoc esset, tunc eius quod æternū est, aliquid existeret causa ab eo alienum, ab eo diuersum, & ex creaturis penderet scientia creatoris, & creatum causa esset increati. Origenes ramē super epistolam ad Rom. aut. [Non propterea aliquid erit, quia id scit Deus futurū: sed quia futurum est, ideo scitur à Deo antequā fiat.] Hoc videtur præmissis verbis Augustini obuiare. Hic enim significari videtur, quod res futuræ causa sint præscientię deinde verò, quòd præscientia causa sit rerum futurarum. *Lib. 7. explanationis ad Rom. in tom. 4.*

Quid ex prædictis tenendum sit, cum determinatione auctoritatum.
D

Hanc igitur, quæ videtur, repugnantiam de medio tollere cupientes, dicimus res futuras nullatenus eām esse præscientiæ vel scientię Dei, nec ideo præsciri vel sciri, quia futuræ vel factæ sunt: ita exponentes qđ ait Origenes, quia futurum est, ideo scitur à Deo ante quàm fiat: id est, quod futurum est, scitur à Deo antequam fiat, neque sciretur, nisi futurum esset: vt non notetur ibi causa, nisi sine qua non fieret. Ita etiam dicimus scientiam vel præscientiam Dei nō esse causam eorum quę fiunt, nisi talem sine qua non fiunt: si tamen scientiam ad notitiam tantùm referamus. Si uero nomine scientię includitur etiam beneplacitum atque dispositio, tūc rectè potest dici causa eorum quæ Deus facit. His enim duobus modis, vt superius prætaxatum est, accipitur cognitio vel scientia Dei, scilicet pro notitia sola, vel pro notitia simul & beneplacito. Hoc modo forte accepit Aug. dicens, Ideo sunt quia nouit, id est, quia scienti placuit, & quia sciens disposuit. Et hic sensus ex eo adiuuatur, quia de bonis ibi tantū agit Aug. scilicet de creaturis, & de his quæ *Li. 15. c. 13*

P Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus facit: quæ omnia nouit non solùm scientia, sed etiam beneplacito ac dispositione. Sic ergo ibi accipitur Dei cognitio, vt non modò notitiam, sed etiam beneplacitum Dei significet. Mala verò scit Deus & præscit antequàm fiant, sed sola notitia, non beneplacito: præscit enim Deus & prædicit etiam quæ non est ipse facturus: sicut præscinit & prædixit infidelitatem Iudæorum, sed non fecit: nec ideo quia præscinit, ad peccatum infidelitatis eos coegit: nec præscisset vel prædixisset eorũ mala, nisi essent ea habituri. Vnde *Tract. 53. Esaiæ 53. a* Augustinus super Ioãnem, [Deus, inquit, futurorum præscius per Prophetam prædixit infidelitatẽ Iudeorum, sed non fecit: neque præscisset mala eorum, nisi ea haberent. Non enim ideo quenquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata prænouit: illorum enim præscisset peccata, non sua. Ideoque si ea quæ ille præscinit ipsorum, non sunt ipsorum, non † verè ille præscinit: sed quia illius præscientia falli non potest, sine dubio non alius, sed ipsi peccant, quos Deus peccatores esse præscinit: & ideo si non malum, sed bonum facere voluissent, non malum facturis præuideretur ab eo, qui nouit quid sit quisque facturus.] His verbis apertè ostenditur, si diligenter attendamus, præscientiam Dei non esse causam malorum quę præscit: quia non ea præscit tanquam facturus, nec tanquam sua, sed illorum qui sunt ea facturi vel habituri: præscinit ergo illa sola notitia, sed non beneplacito autoritatis. Vnde datur intelligi, quòd Deus econuerso præscit bona tanquam sua, tanquam ea quæ facturus est: vt illa præscicndo simul fuerit ipsius notitia, & autoritatis beneplacitũ.

† *vera.*

Contra hoc quod dictum est, præscientiam Dei non posse falli, oppositio.

Oppositio. Ad hoc autem quod suprà dictum est, scilicet præscientiam Dei falli non posse, solet à quibusdam sic opponi, Deus præscinit hunc lecturum, vel aliquid huiusmodi: sed potest esse vt iste non legat: ergo potest aliter esse quàm Deus præscinit: ergo potest falli Dei præscientia: quod omnino falsum est. Potest equidem non fieri aliquid, & illud tamen præscitum est fieri: non ideo tamen potest falli Dei præscientia: quia si illud non fieret, necà Deo præscitum esset fieri. Sed adhuc vrgent quæstionem, dicentes, Aut aliter potest fieri quàm Deus præscinit, aut non aliter: si non aliter, ergo necessario cuncta eueniunt: si verò aliter, potest ergo dei præscientia falli vel mutari. Sed potest aliter fieri: quia potest aliter fieri quàm fiat: ita autem fit vt præscitum est: aliter ergo põt fieri quàm præscitum est. Ad quod dicimus, illam locutionem multiplicem facere intelligentiam, scilicet, Aliter potest fieri quàm Deus præscinit, & huiusmodi: vt, Potest nõ esse quod Deus præscinit: &, Impossibile est non esse quod Deus præscit: &, Impossibile est non esse præscita omnia quę fiunt, & huiusmodi. Possunt enim hæc coniunctim intelligi, vt conditio sit implicita, & disiunctim. Si enim ita intelligas, Non potest aliter fieri quã Deus præscinit, id est, non potest vtrunq; simul esse, scilicet q̃ Deus ita præsciuerit, fieri, & aliter fiat, verum intelligis. Si autem per disiunctionem intelligas, vt dicas hoc aliter non posse euenire quàm euenit & quomodo futurum Deus præscinit, falsum est: Hoc enim aliter potest euenire quàm euenit: & tamen Deus hoc modo futurum præscinit. Similiter & alia determinatio, scilicet, Impossibile est illud nõ euenire quod Deus præscit, vel cum Deus præscierit: si coniunctim intelligas, verum dicis: si disiunctim, falsum. Ita etiam & illud, Impossibile est nõ esse præscitum omne quod fit, id est, non potest esse vtrumque simul, scilicet, vt fiat, & non sit præscitum: hic sensus verus est. Si verò dicis Deũ non potuisse non præscire omne quod fit, falsum est. Potuit enim facere vt non fieret, & ita non esse præscitum.

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

Universidad de Deusto Biblioteca

VTRVM SCIENTIA DEI POSSIT augeri uel minui, uel aliquo modo mutari.

A DISTINCT. XXXIX.

PRAETEREA quæri solet, vtrum scientia Dei possit augeri vel minui: vtrûque enim videtur posse probari: quod enim diuina scientia possit augeri vel mutari, hoc modo probatur, quia potest Deus scire qđ nũquã scit. Est enim aliquis, qui non est lecturus hodie, & tamen potest et se vt legat hodie: potest enim hodie legere. Nihil autẽ potest fieri, quod non possit à Deo sciri. Potest ergo Deus scire hunc lecturum hodie: potest ergo aliquid scire quod non scit: ergo potest eius scientia augeri vel mutari. Eademque videtur posse minui: est enim aliquis hodie lecturus, quem Deus scit lecturum: at potest esse vt non legat: ergo potest Deus non scire hunc lecturum: potest ergo nõ scire aliquid quod scit: ergo potest minui eius scientia vel mutari. Ad quod dicimus, quia Dei scientia omnino immutabilis est, nec augeri potest vel minui. Nam, vt ait Augustinus *Cap. 13.* in 15. lib. de Trinit. Scientia Dei est ipsa sapientia, & sapientia est ipsa essentia siue substantia Dei: quia in filius naturæ simplicitate mirabili non est aliud sapere, & aliud esse: sed quod est sapere, hoc est & esse. Ideoque nouit omnia Verbum, quæ nouit pater: sed et nosse de patre est, sicut esse: nosse enim & esse ibi vnũ *Eodem libr. cap. 14.* est. Et ideo patri sicut esse non est à filio, ita nec nosse. Proinde tanquam seipsum dicens, pater genuit Verbum sibi coæquale per omnia. Nõ enim seipsum integrè perfecteque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in eius Verbo, quàm in seipso. Hoc est ergo omnino Verbum quod pater: non tamen est pater: quia ille filius, ille pater. Sciunt ergo inuicem pater & filius

filius: sed ille gignendo, iste nascendo. Et omnia quæ sunt in eorũ scientia, in eorũ sapientia, in eorum essẽtia, vnusquisq; eorum simul videt, non particulatim aut sigillatim: velut alternante eõspectu hinc illuc, & inde huc, & rursum inde, vel inde in aliud, vt aliqua atque aliud, vt aliqua videre non possit, nisi non videns alia: sed omnia simul videt: quorum nullum est quod non semper videat & sciat. Eius itaque scientia inamissibilis & inuariabilis est. Nostra verò scientia & amissibilis, & variabilis, & receptibilis est: quia nõ hoc est nobis esse, quod sapere vel scire. Propter hoc *Eodem libr.* sicut nostra scientia illi scientiæ Dei dissimilis est, sic *cap. 15.* & nostrum verbum quod nascitur de scientia nostra, dissimile est illi verbo qđ natũ est de patre scientia. Ex hac autoritate clarè ostẽditur, scientiã Dei oĩno inuariabilẽ esse, sicut ipsa essentia Dei oĩno inuariabilis est: & qp pater & filius cũ spiritu sancto simul omnia sciũt & vident. Sicut ergo non potest augeri vel minui diuina essentia, ita nec diuina scientia: & tamen conceditur posse scire quod non scit, & posse non scire quod scit: quia posset aliquid esse subiectum eius scientiæ, quod non est, & posset non esse subiectũ aliquid qđ est, sine permutatione ipsius scientiæ.

Oppositio, an Deus possit nouiter vel ex tempore scire vel præscire aliquid.

B Hic opponitur à quibusdam ita, Si Deus potest aliquid scire vel præscire quod nunquam sciuit vel præsciuit, potest ergo ex tẽpore aliquid scire vel præscire. *Responsio.* Ad quod dicimus, Potest quidem Deus scire vel præscire omne quod potest facere, & potest facere quod nunquam fiet. Potest ergo scire vel præscire quod nunquam fiet, nec est, nec fuit: nec illud scit vel sciuit neque præscit vel psciuit: quia scientia eius nõ est nisi de his quæ sunt, vel fuerunt, vel erunt, & præscientia non est nisi de futuris. Et licet possit scire vel præscire quod nunquam est vel erit, non tamen potest aliquid scire vel præscire ex tempore. Potest vtique scire vel

præscire quod nunquam est, nec erit, nec illud scitum vel præscitum est ab æterno: nec tamē potest incipere scire vel præscire illud: sed ita potest modò scire vel præscire, sicut potest scisse vel præscisse ab æterno. Si enim dicatur eum modò posse scire vel præscire quod ab æterno non sciuit vel præsciuit, id est, ita q̄ ab æterno non sciuerit vel præsciuerit, quasi vtrumque simul esse possit, falsum est. Si verò dicas eū posse modò scire vel præscire quod ab æterno nō sciuit vel præsciuit, id est, habere potentiam sciendi vel præsciendi ab æterno, & modò aliquid, nec tamen illud præscitū est vel futurum, verum est. Non potest ergo nouiter vel ex tempore scire vel præscire aliquid: sicut non potest nouiter vel ex tempore velle aliquid: & tamen potest velle quod nunquam voluit.

C *Vtrum Deus possit scire plura quàm sit.*

Item à quibusdam dicitur Deus posse plura scire quàm sciat, quia pōt omnia scire quæ scit, & potest alia facere quæ nunquā erunt, & illa potest scire: non enim aliqua incognita facere potest. Si verò omnia essent quæ modò sunt, & alia quædā faceret quæ nō sunt nec erunt, & illa omnia sciret pro certo, plura sciret quā modò sciat: nec tamen eius scientia augeri potest: quia hoc totū fieri posset sine mutabilitate scientiæ. Constat ergo, Dei scientiā omnino esse immutabilem, nec augeri posse vel minui, sed ei subiecta.

Quod uidetur aduersum illi sententiæ, qua supra dictū est,

D *Deum semper & simul scire omnia.*

Ei verò quod prædictū est. s. q̄ Deus omnia semper videt & simul, uidetur obuiare quod ait Hieronymus in expositione Abacuc: [Absurdū est, inquit, ad hoc deducere Dei maiestatem, ut sciat per momenta singula quot culices nascantur, quotve moriantur, quæ pulicum & muscarū sit multitudo, quotve pisces natent in aquis, & similia. Non simus tam fatui adulatores Dei, ut dum prouidentiam eius etiam ad ima retrudimus, in nosipsos iniurioſi simus, eādem irrationabilium

Tom. 6. 7 ex planatione cap. 1. Abacuc.

nabilium & rationabilium prouidentiam esse dicentes.] Hic videtur dicere Hieronymus, q̄ Deus illorum minimorum scientiam siue prouidentiam non habeat: quòd si hoc est, tunc non omnia simul scit & semper. Ex tali itaque sensu illud dictum esse nouerimus, ut Deum illa alternatim uel particularim scire neget, nec per diuersa temporum momēta sic illa cognouit, sicut per uaria momenta illorum quædam deficiunt, quædam incipiunt. Neq; illis alijsq; irrationabilibus ita prouidet, quemadmodum rationabilibus: nunquid enim (vt ait Apostolus) cura est Deo de bobus? & sicut non est cura Deo de bobus, ita nec de alijs irrationabilibus. Dicit tamen scriptura quia ipsi est cura de omnibus. Prouidentiam ergo & curam uniuersaliter de cunctis quæ condidit, habet, ut habeat unūquodque quod sibi debetur & conuenit. Sed specialē prouidentiam atque curam habet de rationabilibus, quibus præcepta tradidit, eisque rectè uiuendi legem præscripsit, ac præmia promisit. Hanc prouidentiam & curam de irrationabilibus nō habet. Ideo dicit Apostolus quia non est cura Deo de bobus: prouidet tamen omnibus, & curat, id est gubernat omnia, qui omnibus solem suum facit oriri, & pluuiam dat. Scit itaque Deus quanta sit multitudo pulicum, culicum, muscarū, & piscium, & quot nascantur, quotve moriantur: sed non scit hoc per momenta singula: imò simul & semel omnia. Neque ita scit, vt eandem habeat prouidentiam irrationabilium & rationabiliū, id est, ut eodem modo penitus prouideat irrationabilibus & rationabilibus. Rationabilibus enim & præcepta dedit, & angelos ad custodiam delegauit.

1. Cor. 9. a

Sap. 12. b

E *Breuis summa prædictorum cum additione quorundam.*

Simul itaq; & immutabiliter scit Deus omnia quæ fuerunt, & sunt, & erunt, tam bona quàm mala: præscit quoque omnia futura, tam bona quàm mala.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVID SIT PRAEDESTINATIO, & in quo differat a Præscientia.

A DISTINCT. XL.

Cap. 10. in initio 7.

PRAEDESTINATIO verò de bonis salutaribus est, & de hominibus saluandis: vt enim ait August. in lib. de Prædestinatione sanctorum, [Prædestinatio est gratiæ præparatio: quæ sine præscientia esse non potest. Potest autem sine prædestinatione esse præscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præscivit quæ fuerat ipse facturus: sed præscire potens est Deus etiam quæ non esset ipse facturus, id est, omnia mala.] Prædestinauit eos quos elegit, reliquos verò reprobauit, id est, ad mortē æternam præscivit peccaturos.

An aliquis prædestinatorum possit damnari, vel reproborum saluari.

B Prædestinatorū nullus videtur posse damnari, nec reproborum aliquis posse saluari. Vnde August. in li. de correptione & gratia, [In Apocalypsi, inquit, dicit, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si alius nō est accepturus nisi iste perdiderit, certus est electorum numerus, id est, non potest augeri vel minui. Ad hoc autem obiciunt quidam, nitentes probare numerum electorum posse augeri & minui, sic, Posset Deus nō apponere gratiā quibus apponit, & posset subtrahere quibus non subtrahit: quod si faceret, vtique damnaretur. Possent ergo damnari illi, qui tamē saluabuntur: posset itaque minui electorū numerus. ita etiam posset augeri: quia posset apponi gratia quibus non apponitur, per quam saluarentur. Possent ergo saluari habita gratia, qui tamen sine ea damnabuntur: posset itaque augeri numerus electorum.

Ca. 13. in 10mo 7. Apoc. 3. d

Oppositio.

Responsio. Quibus respondemus, ex ea ratione dictum esse, & verū esse, numerū electorūnō posse augeri vel minui, quia

quia non potest vtrumque simul esse, scilicet, vt aliquis saluetur, & non sit prædestinatus, uel vt aliquis prædestinatus sit, & damnetur. Intelligentia enim conditionis implicitè veritatem facit in dicto, & impossibilitatem in uero. Si verò simpliciter intelligatur, impossibilitas nō admittitur: vt cū dicitur, Prædestinatus potest uel non potest dānari, & reprobus potest saluari. In his enim & huiusmodi locutionibus, ex ratione diiudicāda est sententia dictionis. Alia nā que sit intelligētia, si per cōiunctionē hæc accipiātur dicta, atque si per disiunctionē: vt suprà, cū de præscientia agebatur, prætaxatum est. Si n. cū dicis, Prædestinatus non potest damnari, intelligas ita, id est, non potest esse vt prædestinatus sit & damnetur, verū dicis: quia coniunctim intelligis falsum autem si disiunctim, vt si intelligas istum non posse damnari, quem dico prædestinatum: potuit enim non esse prædestinatus, & ita damnaretur.

C *Quomodo adhuc instant quæstioni.*

Verumtamen adhuc instant, & secundum coniunctionem argumentando ita procedunt, Non enim, inquiunt, potest esse vt aliquis prædestinatus sit & damnetur. Vtrūq; istorum simul esse non potest, sed alterum horū non potest non esse, scilicet quin iste sit prædestinatus: ab æterno enim prædestinatus est, & non pōt modò non esse prædestinatus. Cùm ergo impossibile sit simul vtrumque esse, & impossibile sit alterū non esse, uidetur nō posse alterum esse, scilicet vt dānetur. Quod si est, ergo non potest esse ut non saluetur. In huius quæstionis solutione mallem alios audire quàm docere. Dicimus tamen de præscientia similem posse moueri quæstionē. Ideoq; tam hic quā ibi vnam facimus responsionem, dicentes determinandū fore illud, cui innititur tota hæc quæstio, scilicet, impossibile est alterum istorum non esse, scilicet quin iste modò sit prædestinatus: ab æterno enim iste prædestinatus est. Distinguendum enim est

cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm ait, Iste non potest modò nõ esse prædestinatus, vel, Nõ potest modò esse, quin sit prædestinatus: hoc enim coniunctim vel disiunctim intelligi potest. Nõ enim potest esse vt ab æterno sit prædestinatus, & modo non sit prædestinatus: nec potest esse simul, vt sit prædestinatus, & non sit prædestinatus: sed tamen potuit esse ab æterno ꝙ non esset prædestinatus, & potuit ab æterno nõ esse prædestinatus. Et sicut ab æterno Deus potuit eum non prædestinare, ita conceditur à quibusdam, ꝙ & modò potest Deus eũ non prædestinasse: ab æterno ergo potest Deus non prædestinasse eum: ergo potest iste non fuisse prædestinatus. si verò, non fuisset prædestinatus, nec modo esset prædestinatus: ergo modo potest nõ esse prædestinatus: ita & de præscientia & de præscitis dicunt: quod in actionibus vel in operationibus dei & hominum nullatenus concedunt. Ex quo n. aliquid factum est vel dictum, nõ concedunt ꝙ possit nõ esse vel fuisse: imo impossibile est non esse vel non fuisse, quod factum est vel dictum: referentes possibilitatem vel impossibilitatem ad naturam rei existentis. Cùm verò de præscientia vel prædestinatione dei agitur, possibilitas vel impossibilitas ad potentiam dei refertur, quę semper eadem fuit & est: quia prædestinatio, præscientia, potentia, vnum in Deo est.

Quid sit reprobatio Dei, & in quibus consideretur, & quis sit prædestinationis effectus.

D Cumq; prædestinatio sit gratiæ præparatio, id est divina electio, qua elegit quos voluit ante mundi constitutionem, vt ait Apost. reprobatio econuerso intelligenda est præscientia iniquitatis quorũdam, & præparatio damnationis eorundem. Sicut n. prædestinationis effectus illa gratia est, qua in præsenti iustificamur, atq; ad rectè viuendum & in bono perseverandum adiuuamur, & illa qua in futuro beatificamur: ita reprobatio Dei, qua ab æterno non eligendo quosdam reprobauit, secundum duo cõsideratur: quorum alterum

Ephes. 1. a

alterum præscit & non præparat, id est iniquitatem, alterum præscit & præparat, s. æternam pœnam. Vnde Aug. ad Prosperum & Hilarium, [Hæc, inquit, regula inconcussè tenenda est, peccatores in peccatis præscitos esse, non præparatos, pœnam autem esse præparatam.] [Præparauit n. deus (vt ait Aug. in lib. de bono perseverantiæ) in præscientia sua, quibus voluit, bona sua: & quibuscunque donat, procul dubio se donaturum esse præsciuit.] [Præparauit etiam Deus (vt ait Fulgentius) malis ignem æternum, illis vtiq; quos iustè præparauit ad luenda supplicia, nec tamen præparauit ad facienda peccata. Præparauit enim Deus quod diuina æquitas redderet, non quod humana iniquitas admitteret. Non n. sicut præparauit sanctos ad iustitiam percipiendam, sic præparauit iniquos ad iustitiam amittendam: quia prauitatis præparator nunquam fuit. Sicut ergo prædestinatio Dei propriè est præscientia & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur quicunque liberantur: ita reprobatio dei est præscientia malitiæ in quibusdam non finiendę, & præparatio pœnæ non terminandę. Et sicut prædestinationis effectus est gratiæ appositio, ita reprobationis æternę quodammodo effectus esse uidetur obduratio. [Nec obdurat deus, (vt ait Aug. ad Sixtum) impartiendo malitiam, sed non impartiendo gratiam, sicut nec digni sunt. Quibus n. non impartitur, nec digni sunt, nec merentur: at potius vt non impartiatur, hoc digni sunt, hoc merẽtur.] Vnde Apost. ait, Cuius vult miseretur Deus, & quem vult indurat: misericordiam appellãs prædestinationem, & præcipuè prædestinationis effectum, id est gratiæ appositione: obdurationem verò, gratię priuationem. [Non enim (vt ait Aug. ad Simplicianum) intelligendum est, ꝙ deus ita induret, quasi quenquam peccare cogat: sed tamen quibusdam peccatoribus misericordiam iustificationis suę non largitur: & ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorum miseretur, non quia impellit vt

Hoc habetur in gl. ordinaria, ad 8. ca. ad Ro. Cap. 17.

In lib. 1. ad Monimum, quæst. 1.

Epist. 105.

Rom. 9. a

Lib. 1. q. 2. in tom. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt peccent. Eorum autem non misereatur, quibus gratiam non prebendam esse æquitate occultissima, & ab humanis sensibus remotissima iudicat, quam nō aperit, sed clausam miratur Apost. dicens, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei.]

Epist. 105. Rom. 11. d

VTRVM ALIQVOD SIT MERITVM obdurationis & misericordiæ.

A DISTINCT. XLI.

Ang. epist. 105.

SI autem quærimus meritum obdurationis & misericordiæ, obdurationis meritum inuenimus, misericordiæ autē meritum non inuenimus: quia nullum est misericordiæ meritum, ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur. [Misereatur itaq; secundum gratiam, quæ gratis datur: obdurat autem secundum iudicium, quæ meritis redditur. Vnde datur intelligi, q̄ sicut reprobatio dei est nolle misereri, ita obdurato dei sit non misereri: vt non ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed tantū quo sit melior non erogetur.] Ex his apertè ostenditur, quid misericordiam, quid obdurationem intellexerit Apostolus, & quia misericordia nullum † aduocat meritum, obduratio verò non est sine merito, & Misericordiæ verbo hic accipitur prædestinatio, & præcipuè prædestinationis effectus: Obdurationis verò uerbo non ipsa dei æterna reprobatio, quia eius nullum est meritum, sed gratiæ priuatio siue subtractio, quæ quodam modo est reprobationis effectus. Accipitur tamen aliquando reprobatio pro obdu ratione, sicut & prædestinatio pro suo effectu, qui est gratia apposita. Gratia enim quæ apponitur effectus est prædestinationis. Cùm ergo gratiæ quæ apponitur homini ad iustificationem, nulla sint merita, multò minus & ipsius prædestinationis,

Lib. 1. ad Simpl. q. 2.

Rom. 9. c. † admittit.

tionis, qua ab æterno elegit Deus quos voluit, aliqua possint existere merita. Ita nec reprobationis, qua ab æterno quosdam præsciuit futuros malos & damnandos, sicut elegit Iacob, & reprobauit Esau: quod non fuit pro meritis eorum quæ tunc haberet: quia nulla habebant: quoniam nec ipsi existebant: nec propter futura merita quæ præuideret, vel illum elegit, vel illum reprobauit.

Mala. 1. a

Opinio querundam, in qua fuit aliquando Augustinus, sed postea retractauit.

B

Opinati sunt tamen quidam, Deum ideo elegisse Iacob, quia talem futurum præsciuit, qui in eum crederet, & ei seruiret: quod aliquando Augustinus se sensisse dicit in libro Retractationum: vbi apertè ostendit, q̄ si propter futura merita electus esset, iam non ex gratia esset electio. Nō ergo ideo electus est à Deo, quia talis futurus erat: sed ex tali electione talis est factus: ita dicens, [Disputans quid elegerit Deus in non dum nato, cui dixit seruiturū esse maiorē, & quid in eodē maiore similiter nondum nato reprobauerit: ad hoc perduxi ratiocinationē, vt dicerem, Non ergo elegit Deus opera cuiusquam in præscientia, quæ ipse daturus est: sed fidem elegit in præscientia, & quē sibi creditурum esse præsciuit ipsum elegit, cui spiritū sanctum daret, vt bona operando, et æternā vitam consequeretur.] Ecce hic apertè dicit, non propter opera eum elegisse, sed propter fidem, qua eum præuidit credituru m. Sed quia & in fide meritum est, sicuti & in operibus, hoc retractauit, dicens, [Nondum diligentius quæsieram, nec adhuc inueneram qualis sit electio gratiæ, de qua dicit Apostolus, Reliquiæ per electionē gratiæ saluæ factæ sunt: quæ vtique non est ex gratia, si ex meritis procedit: vt iam quod datur, non secundum gratiam, sed secundum debitum reddatur potius meritis quàm donetur: proinde quod cōtinuò dixi, Dicit enim idem Apost. Idē Deus qui operatur omnia in omnibus: nusquam autem dictum est, Deus credit

Hoc retractauit Aug. lib. Retrac. 1. cap. 23. Et 1 tom. 7 li. de prædest. sanct. ca. 3. & sequentibus explanat sententiam prædictorum uerborum.

Loco retractationum prædicto. Rom. 11. a

1. Cor. 11. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

credit omnia in omnibus. Ac deinde subiũxi, Quod ergo credimus, nostrum est: quod verò bonum operamur, illius est qui credentibus dat spiritum sanctũ: profectò non dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidẽ inter dei munera reperiri, quæ dãtur in eodẽ spiritu. Vtrumque ergo nostrum est propter arbitrium voluntatis: & vtrumque datum est per spiritum fidei & charitatis. Et quod paulò post dixi, Nostrum enim est credere & velle, illius autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operãdi per spiritum sanctum, per quem charitas Dei diffunditur in cordibus *Rom.5.a* nostris: verum est quidẽ sed eadem regula. Et vtrumque ipsius est, quia ipse præparat voluntatẽ: & vtrum- *Pro.8.iuxta 70.* que nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis. Ergo & meritum fidei de misericordia dei venit. Non ergo propter fidem vel aliqua merita elegit deus aliquos ab æterno, vel apposuit gratiam iustificationis in tempore, sed gratuita bonitate sua elegit, vt boni essent. Vnde Augustin. in libro de prædest. sanct. [Non *Cap. 18. in tomo 7.* quia futuros nos tales esse præsciuit, ideo elegit: sed vt essemus tales per ipsam electionem gratiæ suę, qua gratificauit nos in dilecto filio suo.]

C *His videtur contrarium, quod alibi ait Augustinus.*

Quæst. 68. in tomo. 4. His tamen aduersari videtur, quod dicit Augustin. lib. 83. quæst. [Cui vult, inquit, miseretur deus, & quẽ vult indurat: sed hæc voluntas Dei iniusta esse non potest: venit enim de occultissimis meritis: quia & ipsi peccatores cùm propter generale peccatum vnam massam fecerint, non tamen nulla est inter eos diuersitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo, quibus nondum sint iustificati, digni efficiantur iustificatione: & item præcedit in aliis peccatoribus, quo digni sunt obtusione.] Ecce hic videtur Augustin. dicere, quòd & ipsa Dei voluntas, qua alios eligit, alios reprobat, ex meritis proueniat, sed occultissimis, id est, quod pro meritis alios voluerit eligere, alios reprobare, & quòd pro meritis aliis apponitur gratia iustificationis,

ficationis, aliis non, unde obtunduntur. Sed quid intelligere voluerit, ignoratur: nisi fortè hoc dicatur intellexisse, quod suprà diximus eam retractasse. Nã ibidem etiam quædam alia continuè subdit, quæ in libro 1. Retractationum apertè retractat: quod vtrum *Cap. 23.* que legenti patebit. Vnde verisimile est in præmissis etiam hoc retractasse. Quidam tamen ex eo sensu accipiunt fore dictum, non quia aliquis prædestinetur pro meritis, uel iustificationis gratiam mereatur, sed quia aliqui non adeò mali sunt, ut mereantur sibi gratiam non impartiri. Nullus enim Dei gratiam mereri potest, per quam iustificatur: potest tamen mereri vt non apponatur, vt penitus abiiciatur. Et quidem aliqui in tantum profundum iniquitatis deuenerunt, vt hoc mereantur, vt hoc digni sint: alii verò ita viuunt, vt etsi non mereantur gratiam iustificationis, non tamen mereantur omnino repelli, & gratiam sibi subtrahi. Ideoq; dixit, in quibusdam peccatoribus præcedere quo digni sint iustificatione, & in aliis quo digni sint obtusione: sed hoc friuolum est.

D *Opinio quorundam falsa de occultis Dei diiudicantibus carnaliter.*

[Multi verò de isto profundo quærentes reddere rationem, atque secundum coniecturas cordis sui in scrutabilem altitudinem iudiciorum Dei cogitare conantes, in fabulas vanitatis abierunt, dicentes quòd animæ sursum in cœlo peccant, & secundum peccata sua ad corpora pro meritis diriguntur, & dignis sibi quasi carceribus includuntur. Ierunt hi tales post cogitationes suas, & volentes disputare de Dei profundo, mersi sunt in profundum, dicentes animas in cœlo antè conuersatas, & ibi aliquid boni vel mali egisse, & pro meritis ad corpora terrena detrusas esse. Hoc autem respuit catholica fides propter euidentẽ *Rom. 9.e* Apostoli sententiam, qua ait, Cùm nondum nati essent, aut aliquid boni vel mali egissent, & cæt.] [Me- *Aug. de verbis Apostoli, sermone 7. tomo 10.* lius est ergo fidelis ignorantia, quàm temeraria scientia.] *Aug. ser. 20 de verbis Apostoli.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia.] Elegit ergo eos quos voluit gratuita misericordia, non quia fideles futuri erāt, sed vt fideles essent, eisq; gratiam dedit, non quia fideles erant, sed vt fierent. [Ait enim Apostolus. Misericordiā consecutus sum vt fidelis essem: non ait, quia fidelis eram. Datur quidem & fideli, sed data est etiam prius, vt esset fidelis.] Ita etiam reprobauit quos voluit, non propter futura merita quę prævideret, veritate tamen rectissima, & a nostris sensibus remota.

2. Cor. 7. c. Aug. li. Retra. 1. c. 23.

E *Quæstio.*

Sed quæritur, Vtrùm sicut dicitur elegisse quosdam vt boni fierent & fideles, ita etiam concedi debeat, reprobasse quosdam vt mali essent & infideles, & obdurare vt peccent. Quod nullatenus concedi oportet: non enim reprobatio ita est causa mali, sicut prædestinatio est causa boni: neque obduratio ita facit hominem malum, quemadmodum misericordia facit bonum.

Responsio.

An ea quæ semel scit Deus vel præscit, semper sciat & præ-
F *sciat, & semper scierit vel præscierit.*

Præterea considerari oportet, vtrùm ea omnia quę semel scit vel præscit deus, semper sciat & scierit, ac præsciat & præscierit, an olim scierit vel præscierit, quod modò nō scit vel præscit. De præscientia primò respondemus, dicentes multa cum præsciisse quæ modò non præscit: cùm enim eius præscientia non sit nisi de futuris, ex quo illa quæ futura erant præsentia fiunt vel prætereunt, sub Dei præscientia esse desinunt, sub scientia verò semper sunt. Præsciit ergo Deus omnia ab æterno quæ futura erant, neq; præscire desiit, nisi cùm futura esse desiūt. Neque cùm præscire desinit aliqua quæ antè præsciebat, minus ea nosci quàm antè cognoscebat. Non enim dicitur ex defectu scientiæ dei, quòd aliqua præscierit aliquando, q̄ modò nō præsciat, sed ex ratione verbi, quod est præscientia. Præscire enim est antè scirè aliquid, quā fiat. Ideoque non potest dici Deus præscire nisi ea quæ futura sunt.

Hic de scientia, dicens Deum semper scire
G *quæ semel scit.*

De scientia autē aliter dicimus: scit enim Deus semper omnia quæ aliquando scit: omnem enim scientiā quam aliquando habet, semper habuit, & habet, & habebit. Ad hoc autem opponitur ita, Olim sciuit hunc hominem nasciturum qui natus est, modo nō scit eum nasciturum: sciuit ergo aliquid quod modò non scit. Item, sciuit mundum esse creandum, modò non scit eum esse creandum: aliquid ergo sciuit quod modò non scit: & alia huiusmodi infinita dici possunt. Sed ad hoc dicimus, quod idem de nativitate huius hominis & mundi creatione, nunc etiam scit, quod sciebat antequam fierent, licet tunc & nunc hanc scientiam eius diuersis exprimi verbis oporteat. Nam quod tunc futurum erat, nunc præteritum est. Ideoque verba commutanda sunt ad ipsum designandum. Sicut diuersis temporibus loquentes, eandem diem modò per hoc aduerbium eras designamus, dum adhuc futura est: modò per hodie, dum præsens est: modò per heri, dū præterita est. Ita antequam crearetur mundus, sciebat Deus hunc creādum, postquam creatus est, scit eum creatum: nec est hoc scire diuersa, sed omnino idem de creatione mūdi. Sicut antiqui patres crediderunt Christū nasciturum & morituru: nos autem credimus eum iam natū & mortuum: nec tamē diuersa credimus nos & illi, sed eadem. [Tempora enim (vt ait Augustin.) variata sunt: & ideo verba sunt mutata, non fides.] Indubitanter ergo teneamus, Deum semper omnia scire, quæ aliquando scit.

Opposito.

Solutio.

Tract. 45. in Ioan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE OMNIPOTENTIA DEI: VBI prius consideratur quare dicatur omnipotens.

A DISTINC. XLII.

VNC de omnipotentia Dei agendum est: ubi prima consideratio occurrit, quomodo verè deus dicatur omnipotens, an quia omnia possit, an tantùm, quia ea possit quę vult. Quod.n. Aug. in lib. omnia possit, pluribus autoritatibus comprobatur. Ait enim Aug. in lib. quæst. veteris ac nouę legis, [Omnia quidem potest Deus, sed non facit nisi quod conuenit veritati eius & iustitiæ.] Idem in eodem, [Potuit Deus cuncta facere simul, sed ratio prohibuit, id est, voluntas.] Rationem ergo pro voluntate Dei appellauit, quia Dei voluntas rationabilis est & æquissima. Fatendum est ergo, Deum omnia posse.

Quæ quæstio dicatur c. Solutio.

Quom. do dicatur Deus omnia posse, cùm nos multa

B *possimus quæ ipse non potest.*

Sed quæritur, quo omnia posse dicatur, cū nos quædā possimus, quæ ipse non pōt. Non pōt.n. ambulare, loqui, & huiusmodi, quę à natura diuinitatis sunt penitus aliena, cùm horum instrumentà nullatenus habere queat incorporea & simplex substantia. Quibus id respondēdum arbitror, ꝙ huiusmodi actiones, ambulatio.s. & locutio, & huiusmodi, à Dei potentia alię ne non sunt, sed ad ipsam pertinent. Licet.n. huiusmodi actiones in se deus habere non possit, (nō.n. potest ambulare vel loqui, & huiusmodi) eas tamen in creaturis potest operari. Facit.n. ut homo ambulet, & loquatur, & huiusmodi. Non ergo, per istas actiones diuinæ potentiæ detrahitur aliquid: quia & hoc potest facere omnipotens.

Responsio.

C *De aliis obyciunt.*

Sed sunt alia quædam quæ Deus nullatenus facere

re potest, vt peccata non enim potest mentiri, non potest peccare. Sed non ideo omnipotentiæ Dei in aliquo detrahitur vel derogatur, si peccare non posse dicitur: quia non esset hoc potentiæ, sed infirmitatis. Si.n. hoc posset, omnipotens non esset. Nō ergo impotentiæ, sed potentiæ imputandum est, ꝙ ista nō pōt. Vnde Aug. in 15. lib. de Trin. [Magna, inquit, dei potentia est non posse mētiri.] Sunt.n. quædam, quæ in aliis rebus potentiæ depurandā sunt, in aliis verò minimè, & quæ in aliis laudabilia sunt, in aliis verò reprehensibilia sunt. Non ergo ideo deus minus potens est, quia peccare non potest, cùm omnipotēs nullatenus sit qui hoc potest.

Solutio.

Cap. 15.

D *Item de aliis opponit.*

Sunt etiam & alia quædam quæ Deus non potest, vnde videtur non omnia posse. nō.n. potest mori uel falli. Vnde Aug. in lib. de symbolo, [Deus omnipotēs non potest mori, non potest falli, non potest miser fieri, nec potest vinci.] Hæc vtiq; & huiusmodi absit vt possit omnipotens: si enim huiusmodi passiombus atque defectibus subiici posset, omnipotens minimè foret. Et inde monstratur omnipotens, quia ei hæc propinquare non valent: pōt tū hæc in aliis operari.

In lib. 1. de symbolo fide ad catechumenos, ca. 1. in tomo. 9.

E *Quod omnipotentia dei secundum duo consideratur.*

Hic ergo diligenter considerandum est, omnipotentia eius fm duo apparet. s. ꝙ omnia facit quę vult, & nihil omnino patitur: fm utrumq; Deus omnipotens verissimè prędicatur: quia nec aliquid est quod ei ad patiendum corruptionem inferre valeat, nec aliquid ad faciendum impedimentum afferre. Manifestū est itaq; Deum omnino nihil posse pati, & omnia facere posse, præter ea sola quibus eius dignitas lædereturq; eiusq; excellentiæ derogaretur: in quo tamen non est minus omnipotens. Hoc.n. posse non esset posse, sed non posse. Nemo ergo Deum impotentem in aliquo dicere præsumat, qui omnia potest, quæ posse potentię est: & inde verè dicitur omnipotens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quibusdam autoritatibus traditur, quod ideo dicitur omnipotens, quia potest quicquid vult.

F Ex quibusdam tamen autoritatibus traditur ideo verè dici omnipotens, quia quicquid vult potest. Vnde Augustinus in Ench. [Non ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniam quicquid vult potest, nec voluntate cuiuspiam creaturæ, voluntatis omnipotentis impeditur effectus.] Idem in lib. de spiritu & littera, [Non potest Deus facere iniustam: quia ipse est summa iustitia & bonitas. Omnipotens verò est, non quod possit omnia facere, sed quia potest efficere quicquid vult, ita vt nihil valeat eius voluntati resistere quia compleatur, aut aliquo modo impedire eandem.] Ioannes Chrysost. in homilia quadã de expositione symboli ait, [Omnipotens dicitur deus, quia posse illius non potest inueniri non posse, dicente propheta, Omnia quæcunq; voluit fecit. Ipse est ergo omnipotens, vt totũ qđ vult possit. Vnde Apostolus. Eius, inquit, voluntati quis resistit?] His autoritatibus videtur obiici, q̃ deus ex eo tantum dicatur omnipotens, quod omnia potest quæ vult, non quia omnia possit.

Ca. 96. in tomo 3.

Ca. 5. 31. ex vltimo, secundum rem.

Homil. 2. de symb. tom. 5

Psal. 113.

Rom. 9. c

G *Determinatio præmissarum autoritatum.*

Sed ad hoc põt dici, quod Aug. vbi dicit, Omnipotens non dicitur q̃ omnia possit, &c. tã ample & generaliter accepit oĩa, vt et mala includeret, quæ Deus non potest, nec vult: non ergo negauit eum posse omnia quæ conuenit ei posse. Similiter cùm dicit, Non ob aliud veraciter dicitur omnipotens, nisi quoniam quicquid vult potest: non negat eũ posse etiã ea quæ non vult, sed aduersus illos, qui dicebant Deũ multa velle quæ non poterat, affirmat eum posse quicquid vult, & ex eo verè dici omnipotentem, non ob aliud quã quia põt quicquid vult. Sed caue quomodo intelligas. Põt quicquid vult, an quicquid vult se posse, an quicquid vult facere, an quicquid vult fieri. Si enim dicas ideo omnipotentẽ uocari, quia potest quicquid vult se posse, ergo & Petrus similiter omnipotens dicipotest, vel quilibet sanctorum beatorum, quia potest quicquid vult se posse, & potest facere quicquid vult facere. Non enim vult facere nisi quod facit, nec posse nisi quod potest: sed non potest facere quicquid vult fieri. Vult enim saluos fieri qui saluandi sunt, ve tamen eos saluare non valet. Deus autẽ quicquid vult fieri, potest facere. Si enim vult aliquid fieri per se, potest illud facere per se, & per se fecit: sicut cœlum & terram per se fecit, quia voluit. Si autem vult fieri per creaturam & per eam operatur: sicut per homines facit domos & huiusmodi artificialia. Et Deus quidẽ ex se & per se potest: homo autem uel angelus, quantumcunq; beatus est, non est potens ex se uel per se.

Quomodo intelligendũ quicquid vult.

H *Obiectio.*

Sed forsitè dices, Nec Dei filius potest à se, nec spiritus sanctus, sed solus pater. Ille enim põt à se, qui est à se: filius autẽ, quia non est à se, sed à patre, non potest à se, sed à patre: & spiritus sanctus ab utroque. Ad qđ dicimus, quia licet filius non possit à se, nec operetur à se, potest tamen, & operatur per se, sic & spiritus sanctus. Vnde Hilarius in lib. 9. de Trin. [Naturæ, inquit, cui contradicis hæretice, hæc unitas est, vt ita per se agat filius, ne à se agat: & ita nõ à se agat, vt q̃ se agat.] Per se aũt dr̃ agere & potens esse, quia naturalem habet potentiã eandẽ quã & pater, qua potens est & operatur: sed quia illam habet a patre, non à se, ideo à patre, non à se dicitur posse & agere. Homo autem uel Angelus gratuitam habet potentiam, qua potens est. Ideo ergo verè ac propriè Deus trinitas omnipotens dicitur, quia per se, id est naturali potentia potest quicquid vult fieri, & quicquid vult se posse. Nihil enim vult fieri, quod non possit facere per se, uel per creaturam: & nihil vult se posse, quod non possit: & omne quod vult fieri, vult se posse: sed non omne quod vult se posse, vult fieri: si enim uellet, fieret: quia voluntati eius nihil resistere potest.

Oppositio.

Solutio.

Posti medium libri.

Hic plenè ostenditur quare Deus omnipotens dicatur.

Rom. 9. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPINIO QVORVNDAM DICENTIVM, Deum nil posse nisi quod facit.

DISTINCT. XLIII.

QVIDAM tamen de suo sensu gloriantes, Dei potentiam sub mensura coartare conati sunt. Cùm enim dicunt, Hucusque potest Deus, & nō amplius: quid hoc est aliud, quàm eius potentiam, quæ infinita est, concludere & restringere ad mensuram? Aiunt enim, Nō potest Deus aliud facere quàm facit, nec melius facere id quod facit, nec aliquid prætermittere de his quæ facit. Hanc quæ prauam suam opinionem ueris similibus argumentis, causisq; commenticijs, necnon & sacrarum auctoritatum testimonijs munire conantur, dicentes, Non potest Deus facere, nisi quod bonum & iustum est fieri: nō est autem iustum & bonū fieri ab eo, nisi quod facit. Si enim aliud iustū est & bonū eū facere quàm facit, non ergo facit omne quod iustum est & bonum eum facere: sed quis audeat hoc dicere?

Ratio illorū prima.

B *Secunda ratio.*

Addunt etiam, Nō potest facere, nisi quod iustitia eius exigit: sed nō exigit eius iustitia vt faciat, nisi qđ facit: non ergo potest facere, nisi quod facit. Eademque iustitia exigit, vt id non faciat quod non facit: nō autem potest facere contra iustitiam suam: non ergo potest aliquid eorum facere quæ dimittit.

C *Responsio ad prius dictum.*

His autem respondemus, duplicem verborum intelligentiam aperientes, & ab eis inuoluta euoluentes, sic, Non potest Deus facere, nisi quod bonū est & iustū. i. non potest facere nisi illud, qđ si faceret, bonū & iustū esset, verum est: sed multa potest facere, quæ non bona sunt nec iusta: quia nec sunt, nec erunt, nec bene fiunt, nec sient: quia nunquā sient. Itē quod iecū dò

dò oppositū fuit, Non potest facere nisi quod iustitia sua exigit, &, Nō potest id facere qđ iustitia sua exigit vt non fiat: Dicimus, quia exactionis verbum de Deo congruè non dicitur, nec propriè accipitur: & in illis locutionibus duplex est sensus. Si enim intelligas, nō potest facere, nisi quod sua iustitia exigit, idest, nisi qđ voluntas sua iusta vult, falsum dicis. Iustitia enim ipsius Deiæquissima voluntas accipitur: qualiter accipit Augustinus, illa verba Domini in Genes. loquentis ad Loth, Non possum quicquam facere donec illō in troeas, exponens: [Non posse, inquit, se dixit, quod sine dubio poterat per potentiā, sed nō poterat per iustitiā.] quasi poterat quidem, sed non volebat: & illa voluntas iusta erat. Si verò per hæc verba intelligis eū nō posse facere nisi illud, quod si fieret, iustitiæ eius cō ueniret, verum dicis. Similiter distingue illud, Nō potest facere quod sua iustitia exigit vt non faciat, idest, nō potest facere id qđ ipse, qui est summa iustitia, non vult facere, falsum est. Si autem his verbis intelligas eum non posse facere id quod iustitiæ eius cōuenire non potest, verum dicis.

Gene. 19.8

Hæc habentur in li. contra secundā Gaudēty epist. ca. 22. tomo 7.

D *Tertia illorum ratio.*

Addunt quoque & alia, dicentes, Non potest deus facere nisi quod debet: nō autem debet facere, nisi qđ facit: si enim debet alia facere, non ergo facit omne quod debet: si verò facit omne qđ debet, nec potest facere nisi quod debet, non ergo potest facere nisi quod facit. Itē, Aut debet dimittere quod dimittit, ne faciat, aut non debet. Si non debet, non rectè dimittit: si verò debet dimittere, ergo non debet facere. Si autem non debet nec decet, non oportet eum facere: & si non decet nec oportet eum facere, ergo nō potest facere: nō ergo potest facere nisi quod facit, nec potest illud dimittere quod facit, quin faciat: quia debet illud facere: & qđ debet facere, non potest illud dimittere. Sed, vt mihi videtur, hoc verbum debet, venenum habet. Multiplicē enim & inuolutā continet intelligētiā, nec

Responsio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deo propriè competit, qui non est debitor nobis, nisi forte ex promisso: nos verò ei debitores sumus ex cõmisso. Vt autem venenum euacuetur, distingue verbi seosum: Nõ potest Deus facere nisi quod debet, id est, nisi quod vult, falsum est: sic enim potest ipse dici debere aliquid, quia vult illud. Si autem dicatur, nõ potest nisi quod debet, id est, nõ potest nisi illud, quod si faceret, ei bene conueniret, verum est. Addũt quoque illi dicentes, Nihil facit aut dimittit, nisi optima & rationabili causa, licet nobis occulta sit: secundum quã oportet eũ facere ac dimittere, quę facit vel dimittit. Ratio enim penes eum est, qua illa facit, & illa dimittit: quæ ratio æterna est, & semper manens, præter quam non potest aliquid facere vel dimittere. Illa ergo manente nõ potest quod facit dimittere, nec quod dimittit facere: & ita non potest facere nisi quod facit. Et ad hoc respondemus, ambiguitatem locutionis determinantes. Cùm enim dicitur, Ratio vel causa optima penes Deum est, qua facit cuncta quæ facit, & dimittit ea quæ dimittit, verum quidem est: quia in eo voluntas est æquissima & rectissima, qua facit & dimittit quæ vult, contra quam facere non potest, nec præter eam facere potest. Nec vtique contra eam faceret nec præter eã, si ea quæ facit dimitteret, vel quę dimittit faceret: sed eadem manente ratione & causa alia potuit facere, & ista dimittere. Licet ergo ratio sit penes eũ, qua alia facit, & alia dimittit, potest tamen ẽm eãdem ratione & dimittere quę facit, & facere quę dimittit. Ipsi autem addunt, Ratio est eum facere quę facit, & non alia: & nõ potest facere, nisi quod ratio est eum facere: & ita non põt facere nisi quod facit. Item, Ratio est eum dimittere quę dimittit, & nõ potest non dimittere quod ratio est eũ dimittere: & ita non potest non dimittere quod dimittit. Et ad hoc dicimus, locutiones ambiguas esse, & ideo determinandas. Si enim cùm dicitur, Non potest facere nisi quod ratio est eum facere, intelligas eum non posse facere nisi ea quæ rationabilia sunt, & ea quæ si fierent, rationabilia essent, verus est sensus. Si autem intelligas eum non posse facere alia rationabilia & bona, nisi ea quæ vult & facit, falsus est intellectus. Ité aliud adiungunt dicentes, Si potest Deus aliud facere quàm facit, potest ergo facere quod non præsciuit: & si põt facere quod non præsciuit, potest sine præscientia operari: quia omne quod facturum se præsciuit, facit, nec facit aliquid quod non præsciuit. Quod si præter præscientiam eius aliquid fieri impossibile est, omne ergo qđ præscitum est, fieri necesse est: ergo aliud fieri quàm fit, nulla ratione possibile est: ergo non potest à Deo fieri nisi quod fit. Hæc autem quæstio de præscientia facile determinari potest per ea quæ superius dicta sunt, cùm de præscientia ageretur.

Quarta illorum ratio.

Responsio.

Responsio.

Alia illorũ ratio.

Dist. 38. & 39.

E *Auctoritatibus utuntur in assertionem suæ opinionis.*

His autem illi scrutatores, qui defecerunt scrutantes scrutinia, sanctorum anneetunt testimonia. Dicit enim Augustinus in libro de Symbolo, [Hoc solùm non potest Deus quod non vult.] per quod videtur non posse facere aliquid, nisi quod vult: sed non vult nisi quod facit: & ita videtur non posse nisi quod facit. Illud autem ita intelligendum est, Id solùm non potest Deus quod non vult, scilicet, se posse. Idem in 7. lib. confess. ad Deum loquens ait, [Nec cogeris inuitus ad aliquid: quia uoluntas tua non est maior quã potentia: esset autem maior, si teipso ruipse maior esses.] Ex hoc videtur, qꝺ Deus nõ possit plura quàm vult, sicut non vult plura quàm potest. Sicut enim voluntas non est maior potentia, ita nec potentia maior est voluntate. Ideoque sicut plura non vult quã potest, ita cum non plura posse quàm velle dicunt. Sed ad hoc dicimus, quia nec voluntas potentia, nec potentia voluntate maior est: quia vna & eadem res est potentia & voluntas, scilicet ipse Deus: qui esset maior seipso, si voluntas maior esset potentia, uel potentia voluntate. Nec hac autoritate

Cap. 4.

negatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

negatur, Deum plura posse quã velle: quia plura sunt subiecta eius potentiæ quã voluntati. Fateamur itaq; Deum plura posse facere quæ nõ vult, & posse dimittere quæ facit. Quod ut certius firmiusq; teneatur, scripturæ testimoniis asseramus, Deum plura posse

Matt.26.c facere quàm facit. Veritas ipsa secundum Matth. ait, An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quàm duodecim legiones angelorum? Ex quibus verbis patenter innuitur, quia & filius poterat rogare quod nõ rogabat, & pater exhibere quod nõ exhibebat. Vterq; ergo poterat facere quod nõ faciebat. Aug. etiam in Enchiridio ait, Omnipotentis uoluntas multa potest facere quę nõ vult, nec facit: potuit. n. facere vt duodecim legiones angelorum pugnarent cõtra illos qui Christum ceperũt. Item in eodem, Cur apud quosdam non factæ sint virtutes, quæ si factæ fuissent, egissent illi homines pœnitentiam: & factæ sint apud eos, qui non erant credituri, tunc non latebit, quod nunc latet. Nec vtique iniuste Deus noluit saluos fieri, cùm possint salui esse si vellet. Tunc in clarissima sapientiæ luce uidebitur, quod nunc piorum fides habet, antequam manifesta cognitione videatur quàm certa, & immutabilis, & efficacissima sit voluntas Dei: quàm multa possit, & non velit: nihil autem quod nõ possit, velit. Idem in lib. de Natura & Gratia, Dominus Lazarum suscitauit in corpore. Nunquid dicendum est, non potuit Iudam suscitare in mente? Potuit quidem, sed noluit. His autoritatibus aliisq; multis aperte docetur, quod Deus multa possit facere quæ non vult: quod etiam ratione probari potest: non. n. vult Deus omnes homines iustificare, & tamen quis dubitat eum posse? Potest ergo Deus aliud facere quàm facit: & tamen si aliud faceret, alius ipse non esset. Et potest aliud velle quàm vult: & tamen eius voluntas nec alia, nec noua, nec mutabilis aliquo modo potest esse. Quia etsi potest velle quod nunquam voluit, non tamen nouitate, nec

Hæc habentur in lib. de spiritu & lit. parũ cap. 1. partim ca. 34. cap. 95. Enchiri. Matt. 11. c.

Cap. 7. in 10 mo 7. Ioan. 11. f

nec noua uoluntate, sed sempiterna tantùm voluntate velle potest: potest enim velle quod ab æterno potest uoluisse: habet enim potentiam volendi, & nũc, & ab æterno, quod tamen nec modò vult, nec ab æterno voluit.

AN DEVS POSSIT FACERE aliquid melius quam facit.

A DISTINCT. XLIIII.

NVNC illud restat discutiẽdum, vtrùm melius aliquid possit facere quàm facit. Solent. n. illi seruatores dicere, q̃ ea quæ facit Deus, non potest meliora facere: quia si posset facere, & non faceret, inuidus esset, & non summè bonus. Et hoc ex simili astruere conantur: ait n. Aug. *Quæst. 50.* in libro 83. q. Deus quem genuit, quoniam meliorẽ *& lib. 3 cõ-* se generare non potuit (nihil enim Deo melius) gene- *tra Maxi-* rare debuit æqualem. Si enim voluit, & non potuit, *minum, to-* infirmus est: si potuit, & noluit, inuidus. Ex quo con- *mo 6. cap.* ficitur, æqualem genuisse filium. A simili volunt di- *18. Augu.* cere, q̃ si potest Deus rem meliorem facere quàm fa- *super Genes.* cit, inuidus est. Sed nõ valet huius similitudinis indu- *ad liter. lib.* ctio: quia filium genuit de substãtia sua. Ideoq; si pos- *4. ca. 16. to-* set gignere æqualem, & non gigneret, inuidus esset: *mo 3.* alia verò quæ non de substantia sua facit, meliora facere potest.

B *Quæstio qua illi arctantur.*

Verùm hic ab eis responderi deposco, cur dicant rẽ aliquã siue etiam rerum vniuersitatem, in qua maior consummatio expressa est, non posse esse meliorem quã est: siue ideo, quia summè bona est, ita vt nulla omnino boni perfectio ei desit: siue ideo, quia maius bonum quod ei deest, capere ipsa nõ valeat. Sed si ita summe bona dicitur, ut nulla ei perfectio boni debeat creatura creatori æquatur. Si verò ideo non potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

test melior esse, quia bonum amplius, quod ei deest, capere ipsa non ualet, iam hoc ipsum non posse, defectionis est, non consummationis: & potest esse melior, si fiat capax melioris boni, quod ipse potest qui eam fecit. Potest ergo Deus meliorem rem facere quam facit. Vnde Augustinus super Genesim, [Tantem potuit Deus hominem facere, qui nec peccare posset, nec uelle: & si talem fecisset, quis dubitat eum meliorem fuisse?] Ex prædictis constat, quod potest Deus & alia facere quàm facit, & quæ facit, meliora ea facere quàm facit.

Lib. 11. de Genesi ad lit. cap. 7.

C *Vtrum alio uel meliori modo possit facere quàm facit.*

Post hæc considerandum est, utrum alio modo, uel meliori quàm facit, possit ea facere quæ facit. Si modus operationis ad sapientiam opificis referatur, nec alius, nec melior modus esse potest. Non n. potest facere aliquid aliter uel melius quàm facit, id est, alia sapientia uel maiori sapientia: nihil enim sapientius potest facere quàm facit. Si uerò referatur modus ad rem ipsam quã facit Deus, dicimus quia & alius & melior potest esse modus. Et secundum hoc concedi potest, quia ea quæ facit potest facere melius, & aliter quã facit: quia potest quibusdam meliore modũ extendi præstare, & quibusdam aliũ. Vnde Aug. in 14. lib. de Trinitate dicit, [quòd sui & alius modus nostræ liberationis possibilis Deo, qui omnia potest: sed nullus alius nostræ miseriæ sanandæ fuit conuenientior.] Potest ergo Deus eorum quæ facit, quædã alio modo meliori, quædam alio modo æque bono, quædam etiam minus bono facere quàm facit: ut tamen modus referatur ad qualitatem operis, id est creaturæ, non ad sapientiam creatoris.

Cap. 10.

Vtrum deus semper possit omne quod
D *olim potuit.*

Præterea quæri solet, utrùm Deus semper posse omne quod olim potuit. Quod quibusdam non uidetur, dicentibus, Potuit Deus incarnari, & potuit mori,

mori, & resurgere, & alia huiusmodi, quæ modò non potest. Potuit ergo quæ modò non potest: & ita habuit potentiam quam modò non habet: unde uidetur potentia eius imminuta. Ad quod dicimus, quia sicut omnia semper scit quæ aliquando scuit, & semper uult quæ aliquando uoluit, nec unquam aliquã scientiam amittit, uel uoluntatem mutat quam habuit: ita omnia semper põt quæ aliquãdo potuit, nec unquam aliqua potentia sua priuatur. Non est ergo priuatus potentia incarnandi uel resurgendi, licet nõ possit modo incarnari uel resurgere. Sicut enim potuit olim incarnari, ita & potest modò incarnatus esse: in quo eiusdem rei potentia monstratur. Vt enim olim scivit se resurrecturum, & modo scit se resurrexisse. Nec est alia scientia illud olim sciuisse, & hoc modò scire, sed eadem omnino. Et sicut uoluit olim resurgere, & modò resurrexisse: in quo unius rei uoluntas exprimitur: ita potuit olim nasci & resurgere, & modo ipse potest natus fuisse & resurrexisse: & est eiusdem rei potentia. Si enim posset modò nasci & resurgere, non esset idem posse. Verba enim diuersorum temporum diuersis prolata temporibus, & diuersis adiuncta aduerbiis, eundem faciunt sensum: ut modò loquentes dicimus, Iste potest legere hodie: eras aũt dicemus, Iste potest legisse, uel potuit legere heri: ubique unius rei monstratur potentia. Si autem diuersis temporibus loquentes, eiusdem temporis uerbis & aduerbiis utamur, dicentes hodie, Iste potest legere hodie, & dicẽtes eras, Iste potest hodie legere: non idem, sed diuersa dicimus eum posse. Fateamur ergo, Deum semper posse quicquid semel potuit, id est, habere omnem illam potentiam quã semel habuit, & illius oĩs rei potẽtiã cuius semel habuit: sed nõ semper posse facere omne illud quod aliquando potuit facere: potest quidem facere aut se esse quod aliquando potuit. Similiter quicquid uoluit & vult, id est omne quã habuit uolũtatẽ, & modò habet,

Hic contra dicitur Magistro a plerisque modernis doctoribus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet, & cuiuscunque rei voluntatem habuit, & modo habet: nō tamen vult esse vel fieri omne quōd aliquando voluit esse vel fieri, sed vult fuisse vel factū esse. Ita & de scientia Dei dicendum est.

DE VOLVNTATE DEI, QVAE ESSENTIA Dei est vna & æterna, & de signis eius.

A DISTINCT. XLV.

IAM de voluntate Dei aliquid pro sensus nostri imbecillitate dicendum est. Sciendum est ergo quia uoluntas siue uolens de Deo secundum essentiā dicitur. Non est enim ei aliud velle & aliud esse, sed omnino idem. Et sicut idem est ei esse bonum quod esse Deum, ita idem est ei esse volentem, quod esse Deum. Nam uoluntas qua semper volens est, non affectus uel motus est, qui in Deum cadere non ualet, sed diuina vsia, qua volens est Deus, & huiusmodi.

Quod licet idem sit Deo velle quod esse, non tamen potest dici
B *Deus esse omnia quæ vult.*

Et licet idem sit Deo uelle quod esse, non tamen dicendum est Deum esse omnia quæ vult: quod quidam de Dei voluntate nō rectè sentientes, nobis obiciunt dicentes, Si idē est Deo velle quod esse, ergo cū dicimus Deum velle omnia quæ facit, dicimus eum esse omnia quæ facit: alioquin non ibi illo verbo idē significatur, quod significatur hoc verbo esse, cū de Deo dicitur. Et si ita est, non sēper dicitur de Deo vel le secundum essentiam. Si vero secundum essentiam non dicitur aliquādo, quomodo ergo dicitur de Deo? relatiuē. n. nūquā dicitur. Ad quod dicimus, quia licet idē penitus sit Deo velle & esse, nō tamē pōt dici esse oīa quę vult: sicut idē est Deo esse quod scire: nec tā sicut dicitur scire omnia, ita quoq; pōt dici esse oīa.

Quis sit sensus horum verborum, Deus scit, vel Deus vult: Item, Deus scit omnia, uel vult aliquid: &
C *quid de Deo in his prædicetur.*

Et ubicunque Deus dicitur scire vel sciens, & velle uel uolens, hęc de eo secundum essentiam dicuntur. Cū enim dicitur, Deus scit, uel Deus vult, siue Deus est sciēs, vel uolēs, essentia diuina prædicatur, & Deus esse enuntiatur. Cùm autem additur omnia, vel aliquid, uel aliqua, & dicitur, Deus scit omnia, uel vult aliquid, uel aliqua, essentia quidem diuina prædicatur nō simpliciter & absolutè, sed ita vt scientiæ, quæ ipse est, omnia subiecta mōstrentur, & uoluntati, quę ipsa eadem est, aliquid vel aliqua subiecta esse dicantur: vt talis sit sensus, Deus scit oīa, id est, Deus est cuius scientiæ, quæ ipsius essētia est, oīa subiecta sunt. Similiter, Deus vult hæc vel illa, id est, Deus est cuius voluntati, quæ ipse est, hæc siue illa subiecta sunt. Volens ergo siue velle dicitur Deus secundū essentiam, cuius uoluntas essentia est sempiterna & immutabilis (licet ea uarientur & transeant, quæ ei subiecta sunt) quæ non potest esse inmista vel malā, quia Deus est.

Quod dei voluntas summè bona, causa est omnium quæ na-
turaliter sunt: enim causa non est quærenda
D *quia nullam habet, eum sit æterna.*

Hæc itaque summè bona uoluntas, causa est omnium quæ naturaliter fiunt, vel facta siue futura sūt: quæ nulla præueta est causa: quia æterna est. Ideoq; causa ipsius quærēda nō est: Qui. n. eius causā quęrit, aliquid maius ea quærit, cum nihil ea maius sit. Vnde Auguſt. in libro 83. quæſt. [Qui quærit quare uoluerit Deus mundum facere, causam quærit voluntatis Dei. Omnis autem causa efficiens maior est eo quod efficitur. Nihil autem maius est uoluntate Dei. Non ergo eius causa quęrenda est.] Idē in libro contra Manichæos, [Si qui dixerint, Quid placuit Deo facere cœlum & terram? Respondendum est eis, qui uoluntatē Dei nosse desiderant, causas. n. uoluntatis

Quæſt. 28. tomo. 4.

Lib. 1. ca. 2. tomo 1.

Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei scire quærunt, q̃ uoluntas Dei omniũ quæ sunt, ipsa sit causa. Si.n. habet causam uoluntas Dei, est aliquid quod antecedat uoluntatem dei: quod nefas est credere. Qui ergo dicit, Quare fecit deus cælum & terram? Respondendum est illi, Quia uoluit. Volũtas.n. dei causa est cæli & terræ: & ideo maior est voluntas dei quàm cœlũ & terra. Qui autem dicit, Quare uoluit facere cœlum & terram? maius aliquid quærit quàm est voluntas dei: nihil autem maius inueniri potest. Compescat se ergo humana temeritas, & id quod non est non quærat, ne id quod est non inueniat.] Ecce his autoritatibus apertè insinuatur, q̃ voluntatis dei causa nulla est, & ideo quærenda non est.

Quod uoluntas Dei prima & summa causa est omnium.

E

Cap. 4.

[Voluntas ergo dei (vt ait Augu. in 3. lib. de Trin.) prima & summa causa est omnium specierum atque motionum. Nihil.n. fit quod non de interiori atq; intelligibili aula sũmi imperatoris egrediatur fm ineffabilem iustitiam.] [Vbi.n. non operatur quod vult, dei omnipotentis sapientia? quæ pertingit a fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, & non solùm facit ea quæ perseuerantia cõsuetudinis admirationem non admittunt, sed etiam ea quę propter raritatem & insolitum euentum mira videntur: vt sunt defectus luminarium, & terræ motus, & monstrosi animantium partus, & his similia: quorum nihil fit sine uoluntate dei: sed plerisque non apparet. Ideoq; placuit vanitati philosophorum etiam causis aliis ea attribuere, cùm omnino uidere non possent superiorem cæteris omnibus causam, id est voluntatem dei.] Itaque non nisi dei voluntas causa prima est sanitatis, ægritudinis, præmiorum atque pœnarum, gratiarum & retributionũ. Hæc ergo sola est, vnde ortum est quicquid est: & ipsa non est orta, sed æterna.

Idem cap. 1 eiusdem, & in principio 2. capitis.

Sap. 8. a

Quibus

F

Quibus modis in scriptura accipitur Dei uoluntas.

Hic non est prætereundũ nobis, q̃ sacra scriptura de uoluntate Dei variis modis loqui consueuit: & tamen non est Dei uoluntas diuersa, sed locutio diuersa est de uolũtate: quia nomine uoluntatis diuersa accipit. Nã voluntas Dei verè ac propriè dicitur quæ in ipso est, & ipsius essentia est: & hæc una est, nec multiplicitatem recipit, nec murabilitatẽ, quæ inexpleta esse nõ põt: de qua propheta ait, Omnia quæcunq; voluit Dominus fecit. Et Apostolus, Voluntari eius qui resistit? Et alibi, Vt probetis quę sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Et hæc uoluntas rectè appellatur beneplacitum Dei siue dispositio.

Idem lib. 2.

Psal. 113.

Rom. 9. c

Rom. 12. a

Quod secundum figuram dicitur uoluntas Dei præceptio, prohibitio, consilium, permissio, operatio & ideo pluraliter dicit scriptura uoluntates.

G

Aliquando uerò secundũ quandam figuram dicẽ di, uoluntas Dei uocatur quod secundũ proprietatẽ non est uoluntas eius, ut præceptio, prohibitio, consilium, necnon permissio, & operatio. Ideoq; pluraliter aliquando scriptura voluntates dei pronuntiat. Vnde propheta, Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius: cùm non sit nisi vna voluntas Dei, quæ ipse est, pluraliter tamen dicit voluntates: quia voluntas Dei variis modis ac pro diuersis accipitur, vt dictum est. Ita etiam idem propheta propter multos effectus misericordiæ & iustitiæ pluraliter dicit, Misericordias Domini in æternum cantabo. Et alibi, Iustitię Domini rectę lętificãtes corda: cũ tamẽ in Deo vna sit misericordia, vna iustitia, & vna eadẽque sit misericordia quæ iustitia, scilicet diuina vsia.

Psal. 110.

Psal. 88.

Psalm. 18.

Quare præceptio, et prohibitio, & consilium dicantur Dei uoluntas.

H

Ideo autẽ præceptio, & prohibitio, atque cõsilium, cũ sint tria, dr tamẽ vnumquodq; eorum dei voluntas: quia ista sunt signa diuinæ volũtatis: quẽadmodũ

Universidad de Deusto Biblioteca

& signa iræ dicuntur ira, & dilectionis signa dilectiõ appellantur, & dicitur iratus deus: & tamen non est ira in eo aliqua, sed signa tantũ quæ foris fiunt, quibus iratus ostenditur, ira ipsius nominantur. Et est figura dicendi, secundum quam nõ est falsum quod dicitur: sed verum quod dicitur, sub tropi nubilo obumbratur. Et secundum hos tropos diuersæ voluntates dei dicuntur; quia diuersa sunt illa quæ per tropum voluntas dei dicuntur.

I *Voi uoluntas Dei pro præcepto & consilio accipiatur.*

Matth. 6.b Pro præcepto dei atque consilio potest accipi voluntas, vt ibi, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. *Matt. 12.a* Et alibi, Qui facit voluntatẽ patris mei qui in cœlis est, ipse frater meus, & soror, & mater est. Et cõtra hanc voluntatem multa fiunt. Vnde Aug. in lib. *Capi. 33. in tomo 3.* de spiritu & litera, [infideles, inquit, contra voluntatẽ dei faciunt, cùm eius Euangelio non credunt.]

Quod Deus non uult ab hominibus fieri omnia quæ præcipit, nel non fieri quæ prohibet.

K Etsi illa tria dicantur dei volũtàs, ideo quia signa sunt diuinæ voluntatis: nõ est tamen intelligendum, deum oe illud fieri velle quod cuicunq; præcepit, vel non fieri quod prohibuit. *Gene. 22.a* Præcepit enim Abrahæ immolare filium, nec tamen voluit: nec ideo præcepit vt id fieret, sed vt Abrahæ probaretur fides. *Marci 1.d* Et in Euangelio præcepit sanato ne cui diceret: ille autem præcauit vtique, intelligens deum non ideo prohibuisse quin vellet opus suum prædicari, sed vt daret formã hominibus laudem humanam declinandi.

L *De permissione & operatione, vbi dicantur dei uoluntates.*

Permissio quoque dei & operatio, voluntas dei appellantur: qualiter accipit Aug. in ench. dicens, [Non fit aliquid nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo vt fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum est deum facere bene, etiam sinendo fieri quecunq; fiunt male: non enim hæc nisi iusto iudicio sinit: & profectò bonum est oe quod iustum est.] Ecce hic manifestè habemus

bemus, dei voluntatem appellari ipsius operationem vel permissionem, cùm dicit nõ fieri aliquid nisi omnipotens fieri velit: vbi includit & bona & mala oĩa quæ fiunt. Ideoq; apertè distinguit quomodo deum velle dixerit, ne eadẽ ratione intelligeretur velle bona & mala, subdens, [vel sinendo vt fiat, hoc quantũ ad mala dicit: [vel ipse faciendo, hoc quantum ad bona. Mala enim sinit fieri, sed non facit: bona verò ipse facit. Ideoq; dixit eum velle: quia & volens mala sinit, & volens bona operatur: & ob hoc permissio & operatio voluntas Dei dicuntur.

Quinque supra sunt proposita quæ dicuntur secundum tropum: & ideo distinguat lector ubique pro quo eorum accipiatur uoluntas.

M Quinque ergo suprà posita sunt, quę dicuntur secundum tropum dei voluntas, quia signa sunt diuinæ voluntatis, quæ vna est & immutabilis, scilicet dei beneplacitum. Ideoque diligenter distinguat lector vbi de voluntate dei scriptura commemorat, iuxta quem modum accipi oporteat, vtrùm pro beneplacito dei, an pro aliquo signorum eius. Magna n. est adhibenda discretio in cognitione diuinæ voluntatis: quia & beneplacitum dei est voluntas eius, & signum beneplaciti eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius æternum est, signum verò beneplaciti eius non: & consonat rerum effectibus beneplacitum ipsius, & ipsi effectus rerum ab illo non discordant. Fit enim omne quod beneplacito vult fieri: & omne quod non vult fieri, nequaquam fit. Non ita autem est de signis: quia præcepit deus multis ea quæ non faciunt, & prohibet quæ non cauent, & confulit quæ non implent. *Matt. 19.c*

ILLI SENTENTIAE, QVA DICTVM est, Dei uoluntatem non posse cassari, quæ ipse est, quæ duo uidentur obuiare.

A DISTINCT. XLVI.

Dist. præcedēte para. I

Hoc oritur quæstio: dictum est enim in superioribus, & auctoritatibus communitū, q̄ voluntas dei, quæ ipse est, quæ beneplacitum eius uocatur, cassari non potest: quia illa uoluntate fecit quæcunque uoluit in cœlo & in terra: *Psal.113.* cui teste Apostolo nihil resistit. [Quæritur ergo quō *Rom.9.d* accipiendū sit quod Apost. de Domino ait, Qui uult *Ex Enchiri. Aug.c.97* oēs homines saluos fieri. Cum.n. non oēs saluī fiant, *1.Tim.2.b* sed plures damnentur, uidetur vtique non fieri quod *Ibidem.* Deus uult fieri, humana.s. uoluntate impedīte uolū *Matt.23.d* tatem Dei. Dominus quoq; in euangelio impiam ci uitatem compellans, Quoties, inquit, uolui congrega re filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti? Ita hæc dicuntur tanquam dei uolun tas superata sit hominum uoluntate, & infirmissimus nolendo impedientibus, non potuerit facere potentissimus quod uolebat. Vbi est ergo illa omnipotentia, *Psal.113.* qua in cœlo & in terra, secundum prophetam, omnia *Rom.9.d* quæcunque uoluit fecit? & quomodo uoluntati eius, secundum Apostolum, nihil resistit, si colligere filios Hierusalem uoluit, & non fecit? Hęc enim prædicta plurimum obuiare uidentur.

Solutio, quomodo intelligendum sit illud, & uolui congregare, & noluisti.

B

Sed audiamus solutionem, ac primùm quomodo accipiendum sit illud quod Dominus ait, uideamus. *Cap.97.* Non.n. ex eo sensu illud dictum est (vt ait Augustin. in Ench. prædictam quæstionem soluens) quasi Dominus uoluerit cōgregare filios Hierusalem, & non factum

factū quod uoluit, quia ipsa noluerit: [sed potius ipsa quide filios suos ab ipso colligi noluit: qua tñ nolēte filios eius colligit ipse oēs quos uoluit: qa in cœlo & in terra non quædam uoluit & fecit, quædam verò uoluit & nō fecit, sed omnia quæcunque uoluit fecit. Vt sit sensus. Quoties uolui cōgregare filios tuos *Psal. 113.* & noluisti id est, Quotquot congregaui mea uoluntate semper efficaci, te nolente feci. Ecce in euidēti posi tum est, quod illa Domini verba superioribus non repugnant.

Quomodo intelligendum sit illud, Qui uult omnes homines saluos fieri.

C

Nunc uidere restat, quō etiā præmissa verba Apo- *1.Tim.2.b* stoli prædictis non contradicant qui de Deo loquens *Dist. præce-* ait, Vult omnes homines saluos fieri. Quorum occa *dēti, para.I* sione verborū multi a ueritate deuiauerunt, dicentes deum multa uelle fieri quæ non fiunt. Sed non est in telligendum ea ratione illud esse dictum, quasi Deus *Ex Aug. en* uelit aliquos saluari, & non saluentur. Quis.n.tā im- *chir.cap.98* pie desipiat, vt dicat Deū malas hominū uoluntates, quas uoluerit, & quando uoluerit, & ubi uoluerit, in *Ibidē c. 95.* bonum nō posse conuertere? [Non est utiq; uerum *Psal.113.* quod in psalmo dicitur, Quæcunq; uoluit fecit, si ali quā uoluit & non fecit: & quod est indignius, ideo non fecit, qm ne fieret quod uolebat omnipotens, uoluntas hominis impediuit. [Ideoq; cùm audimus, & *Ibid.c.193.* in sactis literis legimus, q̄ uelit oēs homines saluos fieri, quāuis certū sit nobis non oēs homines saluos fieri, non tamen ideo debemus omnipotētissimæ dei uoluntāti aliquid derogare, sed ita intelligere quod scriptum est, Vult omnes homines saluos fieri: tanquam diceretur, nullum hominem fieri saluum, nisi quem saluum fieri ipse uoluerit: non quod nullus sit hominum nisi quem saluum fieri uelit, sed q̄ nullus fiat saluus, nisi quem uelit saluari & ideo rogādus est vt uelit: quia necesse est fieri, si uoluerit.] Non est.n. credendus omnipotens aliquid uoluisse fieri quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

factum non sit. [Sic etiam intelligitur illud, Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mũdum: non quia nullus hominum est qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Potest & alio modo illud intelligi, dum tamen credere non cogamur omnipotentem aliquid fieri voluisse, factumq; non esse: qui sine vllis ambiguitatibus si in cœlo & in terra, sicut veritas cantat, omnia quæcunque voluit fecit: profecto facere non voluit quæcunque non fecit. Ex his aperte ostenditur quòd Deus ea voluntate quæ ipse est, non vult aliquid fieri quod nõ fiat, neque non fieri quod fiat.

Ibidem.

Ioannis 1.a

Ibidem.

D *Vtrum mala Dei uoluntate fiant, an eo nolente.*

Ideoq; cũ constet omnia bona quæ fiunt, eius fieri voluntate, quæ si fieri nollet, nullatenus fierẽt, recte quæri solet, vtrùm & mala opa quæ fiunt, i. peccata, Dei fiant voluntate, an nolente eo fiãt. Super hoc diuersi uaria tentientes sibi contradicere inueniũtur. Alij.n. dicunt q; Deus vult mala esse uel fieri, non tñ vult mala. Alij verò, q; nec vult mala esse, nec fieri. In hoc tamen conueniunt & hi & illi, q; vtriq; fatentur deum mala non velle. Vtriq; vero rationibus, & autoritatibus muniũtur ad muniendã suã assertionẽ.

E *Quare dicunt quidam Deum nolle mala esse uel fieri.*

Ex Hugone, par. 4. lib. 1. cap. 12.

Qui enim dicunt deum mala velle esse vel fieri, suam his modis muniunt intentionẽ. Si.n. inquiunt, mala non esse vel nõ fieri vellet, nullo modo essent vel fierent: quia si vult ea non esse vel non fieri, & potest id efficere, facilicet vt non sint vel non fiant, voluntati eius & potentiæ aliquid resistit, & non est omnipotens: quia nõ potest omne quod vult, sed impotens est, sicuti & nos sumus, qui quod volumus quãdoq; non valemus. Sed quia omnipotẽs est, & in nullo impotẽs, certum est nõ posse fieri mala vel esse nisi eo uolente. Quomodo enim inuito eo & nolente posset ab aliquo malum fieri, cùm scriptum sit, Voluntati eius quis resistet? Supra etiam dixit Augustinus,

Prima ratio

Secunda rõ. Roman. 9.c

[quia necesse est fieri si voluerit. Sed vult mala fieri, aut non fieri si vult nõ fieri, non fiunt: fiunt autem: vult ergo fieri. Item, bonum est mala esse vel fieri, alioquin summè bonus non permitteret ea fieri. Vn. de Aug. in Ench. [Quamuis ea, inquit, quę mala sũt, inquantum mala sunt, non sunt bona: tamen vt nõ solùm bona, sed etiam sint & mala, bonum est. Nã ni si esset hoc bonum vt essent & mala, nullo mõ esse sinerentur ab omnipotẽti deo bono: cui procul dubio q; facile est quod vult facere, tam facile est quod non vult esse non finere. Hoc nisi credamus, periclitatur nostra confessio, qua nos in patrẽ omnipotentẽ credere cõfitemur.] Ecce hic aperte habes q; bonum est mala esse: omnis autem boni deus autor est, qui vult omne bonum esse quod est. Cùm ergo bonũ sit mala fieri vel esse, ergo & mala vult fieri vel esse. His atque aliis huiusmodi rationibus & autoritatibus vtũtur qui dicunt Deum velle mala esse vel fieri.

Tertia ratio

Cap. 96.

Ioan. 1.a

Illi quinq; rationes illorum qui dicunt Dei uoluntate non fieri mala uel non esse.

F

Illi verò qui dicunt dei voluntate mala non fieri vel non esse, inductionibus præmissis ita respondẽt, dicentes, deum nec velle mala fieri, nec velle nõ fieri, vel posse fieri, sed tantùm non velle fieri. Si.n. vellet ea fieri vel esse, faceret vtiq; ea fieri vel esse: & ita ceterorũ protestantur autoritates: non ergo eius voluntate fiunt mala. Ire, si nollet mala fieri, vel vellet non fieri, & tamen fierent, omnipotens non esset, cũ eius voluntas humanæ voluntatis effectu impediretur. Ideoq; non concedunt Deũ velle mala fieri, ne malorum autor intelligatur: nec concedunt, eum velle mala non fieri, vel nolle fieri, ne impotens esse videatur: sed tantùm dicũt eum non velle mala fieri, vt nõ autor, sed permissor malorum monstretur. Vnde & Euangelista, vbi ostendit Deũ autorem esse omniũ bonorum, dicens, Omnia per ipsum facta sunt: consequenter

Universidad de Deusto
Biblioteca

quenter malorum autorem esse negat, dicens, Et sine ipso factum est nihil. i. peccatum. Non dixit per eum factum esse, vel eo nolente & inuito, sed tantū sine eo .i. sine eius voluntate: quia non eius voluntate fit peccatum. Non ergo Deo uolente uel nolente, sed nō uolente fiunt mala: quia non subest Dei volūtati, vt malum fiat vel non fiat, sed vt fieri sinat: quia bonum est sinere mala fieri. & utique uolens sinit, non uolēs mala, sed uolēs sinere ut ipsa fiant: quia nec mala sunt bona, nec ea fieri uel esse bonum est.

Quemodo intelligendum sit illud Augustini,

G *Mala fieri bonum est.*

Quod verò Augustinus ait, Mala fieri bonum est, nec sinerentur mala ab omnipotenti bono fieri, nisi hoc esset bonū ut ea essent, ea ratione dictū esse asserunt, quia ex malis quæ fiūt, Deus bona elicit: nec ipse permitteret ea fieri nisi de eis boni aliquid faceret. Vnde Aug. in eodem lib. Ench. aperte indicans prædictorum uerborum esse talem intelligentiam, ait, [Deus omnipotens, cui rerum est summa potestas, cùm summè bonus sit, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi vsque adeo esset omnipotens & bonus, ut benefaceret & de malo.] Item in eodem, [Melius iudicauit Deus de malis bona facere, quàm mala nulla permittere.] Ex hoc itaq; sensu dictum est, ac verum est, bonū est mala fieri, quia ex malis quę fiunt, bonis (qui secundū propositum vocati sunt sancti) accedit bonitas. i. † utilitas. Talibus n. (vt ait Apost.) in bonum cooperātur omnia, & mala: quia eis prosunt, quæ aliis facientibus obsunt. Vnde etiā aliquando in scriptura legitur malum appellari bonum: vt Hieronymus super Marcum. [Malum, inquit, Iudæ, bonum fuit, scilicet nobis: nec si bonum est illi uel illi, inde sequitur ꝙ simpliciter bonum sit: propriè enim ac simpliciter bonum est, quod in se & facienti bonum est.

Cap. 11.

Cap. 27.

† *humilitas Rom. 8. f*

Cōmentario ad c. 14. in tomo 9.

H *Quadripartita boni acceptio.*

Est. n. aliquid quod in se bonū est, & cui sit, sed non est bonum facienti: vt cùm subuenitur pauperi, sed non propter Deum: & aliquid bonum in se & faciēti, sed non ei cui fit: vt cùm ueritas propter Deum alieni non obedienti prædicatur: & aliquid in se, & faciēti, & ei cui fit, bonum: vt cùm ueritas prædicatur propter deum credenti. Vnde Apostolus, Bonus odor sum Deo, alis odor uitæ, alis odor mortis. Est autem aliud, quod nec in se bonum est, & faciēti nocet, & damnat, nisi pœniteat, ut malum: valet tamen ad aliquid. Vt enim ait Augustinus in Enchiridio, [A summè & æqualiter & immutabiliter bona trinitate, bona creata sunt omnia, nec summè, nec æqualiter, nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula. Simul uerò vniuersa ualde bona: quia ex oibus cōsistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo.] [In qua etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo positum, eminentius commendat bona, ut magis placeant, & laudabiliora sint, dum comparantur malis.]

Prima.

Secunda.

Tertia.

1. Cor. 2. d.

Quarta.

Cap. 10. & 11. tomo 3.

Quod mala universitati valent, & facientibus sua propria,

I *vel patientibus aliena prosunt, electis tamen.*

Hinc patet quòd ex malis quæ fiunt, aliquod proueniat bonum, dum bona magis placent, & laudabiliora existunt. Ipsis etiam facientibus, ex malis quæ faciunt, interdum bona proueniunt, si fm propositum uocati sunt sancti. Talibus enim (vt ait Augustinus in libro de correptione & gratia) [usque adeo Deus omnia cooperatur in bonū, ut si qui horū deuiāt & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum: quia humiliores redeunt atque doctiores, vt Petrus.] [Illa etiam mala quæ ab iniquis fidelibus pie perferunt, (vt ait Aug. in libro de Trinitate) ipsis utique prosunt, uel ad delenda peccata, vel ad exercendam probandāq; iustitiā, uel ad demonstrādā huius vitæ miseriā. Ideoq; & Iob Dei manū, & Apost. faranę stimulum sensit: & vterque bene profecit: a malum bene portauit.]

Ad Rom. 8.

Capite 9. in mo 7.

Luc. 22. g

Aug. 13. Li bro, cap. 15.

Iob 19. a

2. Cor. 12. g

K *Ex prædictis concludit, ostendens esse bonum fieri mala multis modis.*

Si quis igitur diligenter attendat quæ scripta sunt, facile est ei percipere ex malis bona prouenire, & ex ea ratione dictum esse, quòd bonum est mala fieri vel esse, non quia malum sit bonum, vel quia bonũ sit malum fieri. Non est enim bonum, malum fieri ab aliquo: quia non est bonum vt aliquis faciat malum, Si enim hoc esset bonum, profectò huius Deus autor esset, qui est autor omnis boni. Quòd si huius Deus autor est, eo ergo autore homo agit mala: & ita eo autore homo fit deterior. Et si eo autore homo fit deterior, tunc eo volente homo fit deterior. Idem est enim dicere, aliquid fieri Deo autore, quod Deo volente: Deo autem autore homo non fit deterior: ergo non Deo volente. vt Augustin. in lib. 83. quæst. aperte astruit à minori, dicens ita, [Nullo sapiente homine autore fit homo deterior: tanta enim est illa culpa quæ in sapientem hominem cadere nequit. Est autem Deus omni homine sapiente præstantior. Multo minus ergo Deo autore fit homo deterior. Multo enim est præstantior Dei voluntas quàm hominis sapientis. Illo autem autore cùm dicitur, illo volente dicitur: ergo est vitium voluntatis, quo est homo deterior, quod vitium si longè abest à Dei voluntate, vt ratio docet, à quo sit, quærendum est.] Ecce aperte dicit Augustin. Deo autore vel volente homine non fieri deteriorẽ, sed vitio voluntatis suæ. Non est ergo Deo autore quod malũ sit ab aliquo: & ita Deo volente mala non fiunt.

Quæst. 3. 10 mo 4.

L *Quod in Deo non est causa vt sis homo deterior.*

Deinde idem Augustinus quærens quæ sit causa vt homo sit deterior, in deo non esse asserit, in eodem libro dicens, [Vt sit homo deterior, aut in ipso est, aut in alio, aut in nihilo. Si in nihilo, nulla causa est: si in alio, aut in Deo, aut in alio quolibet homine, aut in eo quod neq; Deus neq; homo sit: sed non in Deo

Quæst. 4.

in Deo. (bonorum enim Deus tantùm causa est) ergo in homine est, aut in eo quod neque Deus neque homo, aut in nihilo.] Et ex his aperte ostenditur, quòd non est bonum vt sit homo deterior: quia non est Deus eius rei causa, qui tantùm causa bonorum est. Et si non est bonum vt homo fiat deterior, non est ergo bonũ vt ab eo fiat malum: non ergo fuit Deus vt ab eo fiat malum.

M *Aliter probat quod Deo autore non fiunt mala.*

Item aliter etiam ostenditur quòd deo autore, id est volente, non fiunt mala: quia ipse non est causa tendendi ad non esse. Tendere enim ad non esse, malum est: ipse autem autor mali non est. Tendit verò ad non esse, qui operatur malum: non ergo deo autore est, quod aliquis operatur malum. Non est ergo bonum quod aliquis operatur malum: quia tantum boni deus autor est. Hoc autem Augustin. in eodem libro aperte explicat, ita dicens, [Qui omnium quæ sunt autor est, & ad cuius bonitatem id pertinet vt sit omne quod est, boni tãtummodo causa est. Quo circa mali autor non est: & ideo ipse summum bonũ est, à quo in nullo deficere bonum est, & malum est deficere. Non est ergo causa deficiendi, id est, tendendi ad non esse, qui, vt ita dicã, essendi causa est: quia omnium quæ sunt autor est: quæ, inquantum sunt, bona sunt.] Ecce aperte habes quòd deficere à Deo, qui summum est bonum, malum est: mala ergo facere malum est: non ergo Deo autore vel volente mala fiunt.

Quæst. 22. in principio & fine.

N *Obiectio quorundam sophistica, quæ probare nituntur, ex deo esse quòd mala fiant.*

Iam sufficienter ostensum est, quòd Deo autore non fiunt mala. Quidam tamen sophistice inceden tes, & ideo Deo odibiles, probare conãtur, ex Deo autore esse quod mala fiunt, hoc modo, Quòd mala fiunt, verum est: omne autem verum quod est, à veritate est, quæ Deus est: à deo ergo est quod mala

fiunt.

fiũt. Quod aũt oẽ uerũ à Deo sit, cõfirmãr autoritate Aug. in lib. 83. quæst. ita dicẽtis, [Oẽ uerũ à ueritate verum est: est aũt ueritas Deus: Deum ergo habet autorem omne verũ.] Est aũt uerum quòd mala fiunt uel sũt: deo ergo autore est quòd sunt vel fiunt mala.

Quæstio. 1. Ioann. 14.

Responsio, ubi conuenit omne verum esse à Deo, & sophisma aperit.

Quibus facile est nobis respondere: sed indignum responsione uidetur quod dicunt. Omne namque verum à Deo est, ut ait Augustꝰ. cui consonat Ambros. qui tractans illud verbũ Apostoli, Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in spiritu sancto: dicit [quod omne uerum, a quocunque dicitur, à spiritu sancto † est.] Cùm itaq; uerum sit quòd mala fiunt, hoc uerum quod dicitur illa locutione, f. mala fiunt à Deo, est: sed no inde sequitur quod a Deo fit vt mala fiãt. Si enim hoc diceretur, autor malorum Deus esse intelligeretur: quod ex simili manifestè falsum ostenditur: Deus prohibet furtum fieri? sed furtum fieri uerum est: ergo prohibet uerum: non sequitur.

Tomo 4. ex planation. 1. Cor. 12. A † dicitur, habes Ambros.

Patrem quæstionis approbat illorum, qui dicunt Deum non uelle mala fieri.

Hæc igitur & alia huiusmodi inaudita relinquentes, præmissæ quæstionis patri sanctori fauentes, quæ sacro rũ testimoniis plenius approbatur, dicamus, Deũ nõ uelle mala fieri: nec tũ velle nõ fieri, neq; nolle fieri. Oe ergo qd vult fieri, fit: & oẽ qd vult nõ fieri, nõ fit. Fiunt autẽ multa quæ nõ vult fieri, vt omnia mala.

QVOD VOLVNTAS DEI SEMPER IMpletur de homine, quocunque se uertat.

A DISTINCT. XLVII.

Augustꝰ. in Ench. cap. 100. & 6. sequentibus.

VOluntas quippe Dei semper efficax est ut fiat omne quod ũelit, & nihil fiat quod nolit: quæ de homine semper impletur, quocunque se uertat. [Nihil enim (vt ait Augustꝰ.) in libero arbitrio constitutum, superat uoluntatem

tatem Dei: & si faciat contra eius uoluntatem tamen contra eius uoluntatem, quæ ipse est, nihil putandum est ita fieri, tanquã velit fieri, & nõ fiat, vel nolit fieri, & fiat. [Illa enim uoluntas (vt ait Aug. in Ench.) sẽper impletur aut de nobis, aut à nobis.] De nobis impletur: sed tamen non implemus eam quando peccamus. A nobis impletur, quando bonum facimus: ideo enim facimus, quia scimus placere Deo. Ita & de homine semper Deus implet suã uoluntatẽ quia nihil facit homo, de quo Deus non operetur qđ uult. Non enim vult Deus vt peccet homo quilibet. Si autem peccauerit, pœnitẽti uult parcere, ut viuat: in peccatis verò perseuerãtem punire, vt iustitiæ potentiam contumax non euadat. Sicut alios ab æterno præparauit ad pœnam, ita alios præparauit ad gloriã. [Et hæc sunt magna opera Domini, exquisita in omnes uoluntates eius. & tã sapienter exquisita, vt cũ angelica & humana creatura peccasset, id est, non quod ille, sed quod uoluit ipsã, feciſſet, etiã per eãdem creaturæ uoluntatem, qua factum est quod creator nõ uoluit, impleret ipse qđ voluit: bene vtens etiam malis, tanquam summè bonus, ad eorum damnationem quos iustè prædestinauit ad pœnam, & ad eorum salutem quos benignè prædestinauit ad † gratiã. Quãtũ.n. ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerũt: quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id facere ualuerunt. Hoc quippe ipso q̃ contra eius uoluntatem fecerunt, de ipsis facta est uoluntas eius. Propterea nãq; magna opera Domini exquisita ĩ omnes uoluntates eius, ut miro & ineffabili modo non fiat præter eius uoluntatem, quod etiã fit contra eius uoluntatem: quia non fieret si non sineret: nec uti-que nolẽs sinit, sed uolens: nec sineret bonus fieri malè, nisi omnipotens etiã de malo posset facere bene.] His verbis euidenter monstratur, quod uoluntas Dei æterna semper impletur de homine: etiã si faciat homo contra Dei voluntatem. Sed attendẽdum est diligenter

Cap. 107. fine.

Psal. 110. Aug. in Enchi. c. 100.

† *gloriam:*

Psal. 110.

Universidad de Deusto
Biblioteca

genter quomodo in superioribus dicitur fieri aliquid contra Dei voluntatem, quod tamen non sit præter eam: & qualiter intelligendum sit illud, Quantum ad se, fecerunt quòd Deus noluit, quantum verò ad omnipotentiam dei, nullo modo id facere valuerit. Rom. 9. d

Videntur enim ista superioribus obuiare, vbi dictũ est, voluntati eius nihil resistere.

Hic aperis, dicens diuersis modis suprà accipi Dei uoluntatem.

B

Dist. 45. pa ragra. f

Verùm, vt suprà diximus, voluntas Dei diuersis modis accipitur: quæ diuersitas in prædictis verbis si diligenter notetur, nihil ibi cõtradictionis reperitur. Vbi.n dicit non fieri præter eius uoluntatem, etiam quod fit contra eius uoluntatem, dissimiliter accepit voluntatem, & non ipsam uoluntatem quæ Deus est, & sempiterna est, sed eius signa prædictis uerbis intelligi uolui, id est, prohibitionem siue præceptionem, & permissionem. Multa enim fiunt contra Dei præceptum vel prohibitionem, quæ tamen nõ fiunt præter eius permissionem. Ipsius namq; permissione omnia fiunt mala: quæ tamen præter eius voluntatem sempiternam fiunt. Sicut Augustinus dicit super illum locum Psal. Vt non loquatur os meum opera hominum. [Opera enim hominum dicit ea quæ mala sunt, quæ præter Dei uoluntatem fiunt,] quæ ipse est, sed non præter eius permissionem, quæ ipse nõ est. Appellatur tamen ipsa Dei voluntas, quia Deus volens sinit mala fieri. Fit & contra eius præceptionem vel prohibitionem, sed non contra eius voluntatem, quæ ipse est nisi dicantur contra eã fieri, quæ præter eam fiunt. Contra eam quippe nihil ita fit, vt velit fieri quod non fiat, vel nolit fieri, & fiat: quod euidenter ibi Augustinus notauit, ubi ait, [Quantum ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt: quantum verò ad omnipotentiam dei, nullo modo id facere valuerunt.] Acsi diceret, fecerunt contra Dei præceptũ, quod appellatur voluntas: sed non fecerunt contra Dei voluntatem omnipotentem: quia hoc non valuerunt, illud ualuerunt: & ita per hoc quòd fecerunt contra Dei voluntatem, id est præceptum, de ipsis facta est voluntas eius, id est, impleta est uoluntas eius sempiterna, qua eos damnari volebat. Vnde Gregorius super Iob: Multi voluntatẽ Dei peragunt, vnde hanc mutare contendunt, & consilio eius resistentes, obsecundant: quia hoc eius dispositioni militat, quod si per humanum studium resultat.] Hic apertè ostenditur, quia dum mali consilio ac præcepto Dei resistunt, quod voluntas Dei appellatur, ea faciunt vnde voluntas eius, quæ ipse est, impletur: quæ dispositio vel beneplacitũ vocatur. Nã, vt ait Augustinus in Ench. [quantælibet sint voluntates angelorum & hominũ bonorũ uel malorũ, vel illud quod Deus, vel aliud volentiũ quam Deus, omnipotentis voluntas semper inuicta est. quæ mala esse nunquã potest, quæ etiam dicuntur mala irrogari, iusta est: & profectò quę iusta est, mala non est. Deus ergo omnipotens siue per misericordiam cuius uult miseretur, siue per iudicium quem uult obdurat: nec iniquè aliquid facit, nec nisi uoles quicquam facit, & omnia quæcunque uult facit.]

In uerbo 8. enarratione ad Psal. 16.

In ench. c. 100.

Damnatum percutiens sententiam prædictorum, addens quæ
re Deus præcepit omnibus bona facere et mala uitare,
cum non uelit hoc ab omnibus impleri.

C

Ex prædictis liquet, quòd voluntas Dei, quæ ipse est, semper inuicta est, nec in aliquo cassatur, sed per omnia impletur. Cõsiliũ verò eius & præceptio siue prohibitio non ab omnibus implentur quibus proposita & data sunt. Neq; ideo præcepit omnibus bona, vel prohibuit mala, vel consuluit optima, quod vellet ab omnibus bona quæ præcepit, fieri, uel mala quæ prohibuit, uitari, [si.nueller, utiq; & fierent: quia in nullo potest ab homine superari vel impediri eius uoluntas.] sed vt iniustitia suam hominibus ostẽderet, & ua si esset inexcusabiles: dedit eis ut boni ex obedientia gloriam, mali ex inobedientia pœnã sortirentur, sicut

In princ. distinct.

damnare. Lib. 6. moral. 11. super illud Iob. 5. Qui comprehendit sapientes.

Cap. 102.

sicut utriſq; ab æterno ꝓparauit. Ea ergo quæ oĩbus præcepit vel prohibuit, a quibuſdam noluit fieri vel uitari, ſed non ab omnibus, & quædam perſonaliter præcepit & in ueteri & in noua lege, quæ ab eis quibus præcepit, fieri noluit: ut Abrahæ de immolatione filij, & in Euangelio quibuſdam curatis, quibus præcepit ne cui dicerent.

Geneſ. 22. d
Marc. 1. d
Matth. 8. a & 9. d

QVOD ALIQVANDO HOMO BONA VOLVNTATE aliud vult quam Deus: & aliquando mala, id quod Deus bona voluntate vult.

A DISTINCT. XLVIII.

Qualiter uoluntas noſtra diuinæ conformetur.

SCiendum quoque eſt, quòd aliquando mala eſt uoluntas hominis idem uolentis quod Deus vult fieri, & aliquando bona eſt uoluntas hominis aliud uolentis quàm Deus. Vt enim bona ſit hominis uoluntas, oportet attendere quid congruat ei uelle, & quo fine. Tantum enim inter eſt inter uoluntatem Dei & uoluntatem hominis, ut in quibuſdam aliud congruat Deo uelle, aliud homini. Vnde Auguſtin. in Enchir. [Aliquando bona uoluntate homo vult aliquid, quod Deus non uult bona multò, amplius, multoq; certius uoluntate. Nam illius mala uoluntas eſſe nunquã pôt: tãquã ſi bonus filius patrẽ uelit uiuere, quẽ Deus bona uoluntate uult mori. Et rurſus fieri pôt ut hoc velit hõ uolũtate mala, quod Deus uult bona: velut ſi malus filius uelit mori patrem, velit etiã hoc Deus: Nẽpe ille vult qđ nõ vult Deus: iſte uerò id vult quod vult & Deus: & tñ bonę dei uoluntati pietas illius potius cõſonat, quãuis aliud uolentis, q̃ huius idem uolẽtis impietas. Multum enim intereſt, quid uelle homini, quid Deo congruat, & ad quem finem ſuam quiſque referat uoluntatem, ut approbetur uel improbetur.] Potest enim uelle bonum quod non congruat ei uelle, & potest

Cap 101. in principio, ſomo 3.

poteſt velle bonum quod congruit, ſed non refert ad finem rectum, & ideo non eſt bona voluntas.

Quod bona Dei voluntas mala hominum voluntate impleatur in paſſione Chriſti contigit, ubi quiddam factum eſt, quod Deus bona, & Iudæi mala voluntate voluerunt: voluerunt tamen & aliquid quod Deus non voluit.

B Illud quoq; non eſt prætermittendum ꝙ aliquando Dei voluntas bona per malam hominis voluntatem impletur: vt in crucifixione Chriſti factum eſt: quem Deus bona voluntate mori voluit, Iudæi verò impia voluntate eum crucifixerunt. Et volebant Iudæi mala voluntate quiddam quod Deus bona voluntate volebat, ſcilicet, vt Chriſtus pateretur, moreretur: ſed volebãt & aliquid aliud quod Deus nolebat, ſcilicet, occidere Chriſtũ: quod fuit mala actio & peccatum, Actum quippe Iudæorum non voluit Deus, paſſionẽ verò Chriſti voluit: ſicut & in ipſo Pſalmo Chriſtus ad patrem ait, Tu cognouiſti ſeſſionẽ meã, id eſt voluiſti & approbaſti paſſionẽ meam: tibi.n. placuit. Voluit itaq; tota Trinitas vt Chriſtus pateretur: nec tamen voluit vt Iudæi occiderẽt: quia voluit pœnam Chriſti, ſed non voluit culpam Iudæorum: nec tamen noluit: ſi enim noluiſſet, nec fuiſſet.

Pſal. 138.

C *Oppoſitio.*

Sed ad hoc opponitur ſic, Si voluit Deus vt Xps pateretur, voluit vtiq; vt pateretur à Iudæis, vel non. Si voluit vt non pateretur à Iudæis, cùm paſſus ſit, factum eſt itaq; quod voluit Deus non fieri. Si autẽ voluit eum pati à Iudæis, ergo voluit eum occidi à Iudæis: voluit itaq; vt Iudæi occiderent eum. Ad quod reſpondentes dicimus, ſimpliciter concedendum eſſe ꝙ Deus voluit Chriſtum pati & mori: quia eius paſſio bonum fuit & cauſa noſtræ ſalutis. Cum autem dicitur, volebat eum pati vel occidi à Iudæis, hic diſtinguẽdum eſt. Si enim intelligitur ſic, volebat eum

Reſponſio.

S ſuſtinere

Universidad de Deusto
Biblioteca

sustinere passionem siue crucifixionem à Iudæis illatam, verus est sensus. Si verò intelligitur sic, uolebat vt Iudæi occiderent eum, falsum est. Non.n. volebat Deus actionem Iudæorum, quæ mala erat: sed volebat passionẽ bonã: & hæc voluntas per malas Iudæorũ volũtates impleta est. Vnde Aug. in Ench. [Deus quasdam voluntates suas vtiq; bonas implet per malorum hominum voluntates malas: sicut per malevolos Iudæos bona uolũtate patris Christus pro nobis occisus est: quod tantum bonum fuit, vt Apostolus Petrus, quãdo id fieri nolebat, satanas ab ipso qui occisus est diceretur.]Ecce manifestè habes, magnũ bonum fuisse quod Christus occisus est: & hoc bonũ quia Petrus nolebat, ideò redargutus est.

Cap. 101.

Matt. 16.d

Verum placuerit uiris bonis, quod Christus pateretur & moreretur: placuit quidem intuitu nostræ redemptionis, sed non ipsius cruciatus.

D Ex quo soluitur quæstio, quã quæri soler, vtrùm viris sãctis placere debuerit q̃ Christus pateretur vel occideretur. Debuit enim eis placere intuitu nostræ redemptionis, sed non intuitu ipsius cruciatus. Voluerunt ergo, ac vehemẽter cupierunt Christum mori propter liberationem hominis & impletionem diuinæ voluntatis, sed non voluerunt delectatione ipsius afflictionis. De eodem ergo lætabantur & tristabantur: sed ob aliud gaudebant, & propter aliud dolebant. Volebant ergo Christum mori pro hominis redemptione: & tamẽ de morte ipsius diuersis de causis corda eorum variè mouebantur.

Quomodo sentiendum sit de passionibus sanctorum, an velle an nolle debeamus.

E Si verò quæritur, vtrùm eodem modo sentiẽdum sit de passionibus & martyrijs sanctorum: Dicimus aliquam esse differentiam inter passionem capitis & membrorum: Christi namq; passio causa est nostræ salutis; quod non est passio alicuius sancti. Nullius enim passione redempti sumus nisi Christi. Profecerunt quidem non modò eis qui passi sunt, verùm eriam alijs fidelibus ipsorum passionem: veruntamen nostra redemptio non sunt: hoc enim passio illius sola potuit qui Deus est & homo. Illius ergo passionem credentiũ piæ mentes voluerunt & optauerunt fieri sicut futurum credebant: passiones verò sanctorum possumus velle & nolle, & vtrumq; bona volũtate, si rectos nobis proponamus fines. Cui enim placuit Pauli passio eo fine, quia præmium eius per hoc auctum & paratum cernebat, bonam videtur habuisse voluntatem, quæ voluntati eius congruebat: qua cupiebat dissolui & esse cum Christo. Qui aũt voluit eum declinare passionem, & effugere manus iniquorum compassione pietatis, & ille habuit bonam voluntatem. Vnde Aug. in Enchir. [Bonæ apparebant voluntates piorũ fideliũ, qui nolebant Apostolum Paulum Hierusalem pergere, ne ibi pateretur mala quæ Agabus propheta prædixerat: & tamen hæc illum Deus pati volebat pro annuntianda fide Christi, exercens martyrem Christi: neq; ipse bonam voluntatem suam impleuit per Christianorum voluntates bonas, sed per Iudeorum malas: & ad eum potius pertinebant, qui nolebant quod volebat, quàm illi per quos volentes factum est quod volebat: quia idipsum mala voluntate fecerũt quod deus bona voluntate voluit.]Ita & in passione Christi factum est: quod enim Deus voluit, hoc idem Iudas, Iudæi, & diabolus: sed illi mala voluntate, Deus verò bona voluntate, scilicet vt Christus moreretur. Veruntamen illi actum voluerunt, quem Deus non voluit.

Cap. 101.

Act. 21.c

Ad Phil. 1.d

FINIS PRIMI LIBRI.

PETRI LOMBARDI EPISC. PARISIENSIS, SENTENTIARVM.

LIBER II.

DE RERVM CORPORALIVM & spiritualium creatione & formatione, aliisq; pluribus eo pertinentibus.

VNVM ESSE RERVM PRINCIPIVM ostendit, non plura, vt quidam putauerunt.

A DISTINCT. I.

RATIONEM rerū insinuās scriptura, Deū esse creatorem initiūq; temporis atq; omniū visibilium vel inuisibiliū creaturarū, I primordio fuisse ostēdit, dicēs, In principio creauit deus cęlū & terrā. His etenim verbis Moyses spū Dei afflatus, in vno principio à Deo creatore mundum factū refert, clidens errorē quorundā, plura sine principio fuisse principia opinantiū. Plato namq; tria initia existimauit, Deum, I. exemplar & materiā, & ipsā informata sine principio, & Deum quasi artificem, non creatorem. Creator enim est, qui de nihilo aliquid facit. Et creare propriè est de nihilo aliquid facere. Facere verò, non modò de nihilo aliquid operari, sed etiā de materia. Vnde & homo & angelus dicitur aliqua facere

Genes. 1.

Amō. Ihex amer. lib. 1. cap. 1.

cere, sed non creare, vocaturq; factor siue artifex, sed non creator. Hoc enim nomen soli Deo proprie congruit, qui & de nihilo quadam, & de aliquo aliqua facit. Ipse est ergo creator, & opifex, & factor: sed creatoris nomē sibi propriè retinuit, alia verò ēt creaturis cōicauit. In scriptura tñ sæpe creator accipit tāquā factor, & creare tanquā facere, sine dist. significationis.

Quod hæc verba, scilicet agere & facere, & huiusmodi, non dicuntur de Deo secundum eam rationem qua dicuntur de creaturis.

B Veruntamen sciēdum est, hæc verba, s. Creare, Facere, Agere, & alia huiusmodi, de Deo non posse dici secundum eam rationem qua dicuntur de creaturis. [Quippe cùm dicimus eum aliquid facere, nō aliquē in operādo motum illi inesse intelligimus, vel aliquā in laborando passionem, sicut nobis solet accidere.] sed eius sempiternæ voluntatis nouū aliquem significamus effectum, i. æterna eius voluntate aliquid nouiter existere. Cùm ergo aliquid dicitur facere, tale est acsi dicatur, iuxta eius voluntatem, vel per eius voluntatem aliquid nouiter contingere vel esse: vt in ipso nihil nouī contingat, sed nouum aliquid sicut in eius æterna voluntate fuerat, fiat sine aliqua motione uel sui mutatione. Nos vero operando mutari dicimur, quia mouemur: nō enim sine motu aliquid facimus. Deus ergo aliquid agere vel facere dicitur, qa causā est rerum nouiter existentium, dum eius voluntates nouæ esse incipiunt, quæ amē nō erant, absq; ipsius agitatione: vt actus propriè dici nō queat, cùm videlicet actus omnis in motu consistat: in Deo autē motus nullus est. Sicut ergo ex calore solis aliqua fiunt, nulla tamē in ipso vel in eius calore facta motione vel mutatione: ita ex Dei volūtate noua habent esse sine mutatione autoris: qui est vnū & solū principium omniū. Aristoteles uero duo posuit principia, scilicet materiā & speciē, & tertium operatorē: dictum mundum quoque semper esse & fuisse.

Aug. li. 1. de Gen. ad litteram, ca. 18.

Circa finem secundi de generatione, et 8. Physicorū

C *Quod catholicum est docet.*

Horum ergo & similium errorem spiritus sanctus euacuans, veritatisq; disciplinam tradens, Deum in principio temporum mundum creasse, & ante tempora æternaliter extitisse significat, ipsius æternitatem & omnipotentiã cõmendans: cui voluisse facere est: quæ, vt prædiximus, ex eius voluntate & bonitate res ortæ existunt. [Credamus ergo rerũ creatarum cœlestiũ, vel terrestrium, visibiliũ vel inuisibiliũ causam non esse nisi bonitatem creatoris, qui est Deus vnus & verus.] Cuius tanta est bonitas, vt summè bonus beatitudinis suæ, quæ æternaliter beatus est, alios uelit esse participes: quã uidit & cõicari posse, & minui omnino nõ posse. Illud ergo bonum, quod ipse erat, & quo beatus erat, sola bonitate, nõ necessitate alijs communicari uoluit: quia summè bonum erat prodesse uelle, & omnipotentissimi nocere non posse.

Augustin. Ench. ca. 9.

Secũda pars huius distinctiõ. vbi causam quærit, quæ mouit Deum hunc mundũ creare.

D *Quare rationalis creatura facta sit.*

Et quia non ualet eius beatitudinis particeps existere aliquis nisi per intelligentiam, quæ quanto magis intelligitur, tãto plenius habetur: fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonũ intelligeret, & intelligendo amaret, & amando possideret, ac possidẽdo frueretur. Itaq; hoc modo distinxit, vt pars in sui puritate permaneret, nec corpori uniretur: diuisit angelũ; pars corpori iũgeretur, scilicet animæ. Distincta est itaq; rationalis creatura in incorpoream & corpoream: incorporea quidem angelus, corporea uerõ homo uocatur, ex anima rationali & carne subsistens. Conditio ergo rationalis creaturæ primam causam habuit Dei bonitatem.

E *Quare creatus sit homo uel angelus.*

Ideoque si quæratur quare creatus sit homo uel angelus, breui sermone responderi potest: propter bonitatem eius. Vnde Augustinus in libro de Doctrina Christiana, [Quia bonus est Deus, sumus: & inquantum sumus, boni sumus.]

libr. 1. ca. 3. tomo. 3.

F *Ad quid creata sit rationalis creatura.*

Et si quæritur, ad quid creata sit rationalis creatura, respondetur, ad laudandum Deum, ad seruiendũ ei, ad fruẽdum eo. In quibus proficit ipsa, non Deus, Deus enim perfectus, & summa bonitate plenus, nec augeri potest nec minui. Quod ergo rationalis creatura facta est à deo, referendum est ad creatoris bonitatem, & ad creaturæ utilitatem.

Breuissima responsio, cùm quæritur quare uel ad quid facta sit rationalis creatura.

G

Cùm ergo quæritur, quare uel ad quid facta sit rationalis creatura, breuissimè responderi potest, propter dei bonitatem, & suam utilitatem. Vtile nempè ipsi est seruire Deo, & frui eo. Factus ergo angelus siue homo propter Deum dicitur esse, non quia creator Deus & summè beatus alterutrius indiguerit officio, qui bonorum nostrorum non eget: sed ut seruiret ei, ac frueretur eo, cui seruire regnare est. In hoc ergo proficit seruiens, non ille cui seruitur.

Psal. 15.

Sicut factus est homo vt seruiret Deo, sic mundus ut seruiret homini.

H

Et sicut factus est homo propter Deum, id est ut ei seruiret, ita mundus factus est propter hominem, scilicet ut ei seruiret. Positus est ergo homo in medio, ut & ei seruiretur, & ipse seruiret: ut acciperet utrumque, & refluere tot um ad bonum hominis, & quod accepit obsequium, & quod impendit. Ita enim uoluit Deus sibi ab homine seruiri, ut ea seruitute non Deus, sed homo seruiens iuuaretur: & uoluit ut mundus seruiret homini, & exinde similiter iuuaretur homo. Totum ergo bonum hominis erat, & quod factum est propter ipsum, & propter quod ipse factus est. [Omnia enim (ut ait Apostolus) nostra sunt, scilicet superiora, & æqualia, & inferiora. Superiora quidem nostra sunt, ad

Psal. 8.

1. Cor. 3. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfruendum, vt deus trinitas: A equalia, ad conuiuendum, scilicet angeli. Qui etsi nobis modò superiores sint, in futuro erunt æquales: qui & modò nostri sunt, quia ad vsum nobis sunt: sicut res dominorum dicuntur esse famulorum, non dominio, sed quia sunt ad vsum eorum. Ipsique angeli in quibusdam scripturæ locis nobis seruire dicuntur, dum propter nos in ministerium mittuntur.

Aug. lib. 2. quæst. euāg. capite 33.

Ad Heb. 1. d

Quomodo dicitur aliquando in scriptura, Homo factus est propter reparationem angelici casus.

I

Aug. li. 22. de ciui. Dei, c. 1. et in Enchir. cap. 29

De homine quoq; in scriptura interdū reperitur, quod factus sit propter reparationē angelicæ ruinæ: quod non ita est intelligendum, quasi non fuisset homo factus si nō peccasset angelus: sed quia inter alias causas præcipuas hæc etiam nonnulla causa exstat. Nostra ergo sunt superiora & æqualia. Nostra etiam sunt inferiora: quia ad seruiendum nobis facta.

Quare ita sit homo instituus, vt anima sit vnita corpori.

K

Soler etiam quæri, cùm maioris dignitatis videretur esse anima si absq; corpore permansisset, cur vnita sit corpori. Ad quod primo dici potest, quia Deus voluit, & voluntatis eius causa quærenda non est. Secundo autem pōt dici, q̄ ideo Deus uoluit eā corpori vniri, vt in humana ostenderet cōditione nouum exemplū beatæ vnionis quæ est inter Deum & spiritū in qua diligitur ex toto corde, & videtur facie ad faciem. Putaret enim creatura se nō posse vniri creatori suo tanta propinquitate vt eum tota mente diligeret & cognoceret, nisi videret spiritu qui est excellentissima creatura, tā intimè, i. carnisque de terra est, in tanta † dilectione vniri, vt non valeat arctari ad hoc vt velit eam relinquere: sicut ostendit Apostolus dicēs, Nolumus corpore expoliari, sed superuestiri: peccato quod ostenditur, spiritū creatum spiritui increato in effabili amore vniri. Pro exeplo ergo futuræ societatis, quę inter Deū & spūm rationalē in glorificatione eiusdem

Matt. 22. d

1. Cor. 13. d

† *delectatione.*

2. Corin. 5. c

eiusdem perficienda erat, animam corpori indumentis & terrenis mansionibus copulauit, luteamq; materiam fecit ad vitæ sensum vegetare, vt scirer homo quia si potuit deus tam disparem naturam corporis & animæ in fœderationem vnam & in amicitiam tantam coniungere, nequaquam ei impossibile futurum, rationalis creaturæ humiliatem, licet longè inferiorem, ad suæ gloriæ participationem sublimare. Quia ergo pro exemplo rationalis spiritus in parte vsq; ad consortium terreni corporis humiliatus est, ne forte in hoc nimis depressus videretur, addidit Dei prouidentia, vt postmodum cum eodem corpore glorificato ad consortium illorum qui in sua permanserunt puritate, sublimaretur: vt quod minus ex dispensatione creatoris sui acceperat conditus, postmodū per gratiam eiusdē acciperet glorificatus. Sic ergo conditor noster Deus rationales spiritus varia sorte, pro arbitrio voluntatis suæ disponēs, illis quos in sua puritate reliquerat, sursum in cœlo mansione, illis verò quos corporibus terrenis sociauerat, deorsum in terra habitatione constituit, vtrisq; regulā imponens obedientiæ, quatenus & illi ab eo vbi erant non caderent, & isti ab eo vbi erant, ad id vbi non erant ascenderent. Fecit itaq; Deus hominem ex duplici substantia, corpus de terra componens, animam verò de nihilo faciens. Ideo etiā vnitæ sunt animæ corporibus, vt in eis deo famulantes maiorem mereantur coronam.

Genes. 2. b & Iob. 4. d Ex Aug. li. de spū et anima, ca. 14.

Post sacramentum trinitatis de creatura tripartita agendum est, & prius de digniori, id est angelica.

L

Ex præmissis apparet, rationalem creaturā in angelicam & humanam fuisse distinctam: quarū altera est tota spiritualis, id est angelica, altera ex parte spiritualis, & ex parte corporalis, id est humana. Cūm itaq; de his tractādū sit, scilicet de spirituali & corporali creatura, de rationali & de nō rationali: primo de rationali

V sq, ad 22. distinctionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

derationali & spirituali, id est de angelis agendum videtur: vt à contuitu creatoris ad cognitionem creaturæ dignioris ratio nostra intendat: deinde ad cõsideationem corporeæ, tam illius quæ est rationalis, quàm illius quæ nõ est rationalis, descendat: vt trinitatis increatæ sacramentum tripartitæ creaturæ, eique concretorum atque contingentium sequatur documentum.

QVAE CONSIDERANDA SVNT DE angelica natura.

A DISTINCT. II.

DE angelica itaque natura hæc primò consideranda sunt, quando creata fuerit, & vbi, & qualis facta sit dum primùm conderetur: deinde qualis effecta auersione quorundam, & conuersione quorundam. De excellentijs quoque, & ordinibus, & donorum differentia, & de officijs, ac nominibus, alijsque pluribus aliqua dicenda sunt.

Quando facti sint angeli prius dicit: in quo uideatur sibi obuiare autoritates.

B Quædam autoritates videntur innuere quòd ante omnem creaturam creati sunt angeli: vnde illud, [Primò omnium creata est sapientia quod intelligitur de angelica natura: quæ in scriptura sæpe vita, sapientia, & lux dicitur.] Nam sapientia illa quæ deus est, creata non est. Filius enim sapientia patris est genita, non facta, nec creata: & tota trinitas vna sapientia est, quæ non facta nec creata est, nec genita vel procedens. De angelica ergo vita illud accipiendum est, de qua dicit scriptura, quãdo facta est, scilicet primò omnium. Sed rursum alia scriptura dicit, In principio creauit deus cœlum & terram. Et in propheta, Initio

Eccle. 1. a
Isid. li. 1. de summo bono, capite 12.

Genes. 1. a

Initio tu domine terram fundasti: & opera manuũ tuarum sunt cœli. Et videtur contrarietas quædam oriri ex assertionibus istis: nam si primo omnium creata est sapientia, omnia post ipsam facta videtur: & ita post ipsam facta videntur cœlum & terra, & ipsa facta ante cœlum & terram. Item si in principio creauit deus cœlum & terram, nihil factum est ante cœlum & terram, nec ipsa sapientia facta est ante cœlum & terram. Cùm ergo hæc contraria videantur, nec in diuina scriptura fas sit sentire aliquid esse contrarietatis, requiramus intelligentiam veritatis.

Psal. 101.

Quid tenendum sit docet, præmissas autoritates determinando.

C Videtur itaque hoc esse tenendum, quòd simul creata est spiritualis creatura, id est angelica, & corporalis: secundùm quod potest accipi illud Salomonis, Qui vivit in æternum, creauit omnia simul, id est spiritualem & corporalem naturam: & ita non prius tempore creati sunt angeli quàm illa corporalis materia quatuor elementorum: & tamen primò omnium creata est sapientia, quia etsi non tempore, præcedit tamen dignitate. Quod autem simul creata fuerit corporalis spiritualisque creatura, Aug. super Gen. aperte ostendit, dicens per cœlum & terram spiritualem corporalemque creaturam intelligi: & hæc creata sunt in principio, scilicet et temporis, vel in principio, quia primò facta sunt.

Eccli. 18. a

De Gene. ad literã. c. 1. 6

Quod nihil factum est ante cœlum & terram, nec etiam tempus: cum tempore enim creata sunt, sed non ex tempore.

D Ante ea enim nihil factum est: nec etiam tempus factum est ante spiritualem, scilicet angelicam naturam, & ante corporalem, scilicet materiam illam quatuor elementorum confusam. Illa enim cum tempore creata sunt, nec ex tempore, nec in tempore. Sicut nec tempus in tempore creatum est: quia non fuit tempus antequam esset cœlum & terra. Vnde Aug. in lib.

Li.5.c.16. et lib.12.de ciuitate Dei,c.a.15. in lib.de Trin. dicit quòd deus fuit dominus antequã tempus esset,& non in tempore cepit esse dominus: quia fuit dominus temporis,quando cœpit esse tempus:nec vtique tempus cœpit esse in tempore: quia non erat tempus antequam inciperet tempus.

Quod simul cum tempore & cum mundo cepit corporalis

E *& spiritualis creatura.*

Simul ergo cum tempore facta est corporalis & spiritualis creatura,& simul cum mundo:nec fuit ante angelica creatura quàm mundus:quia, vt ait Augustꝰ: Nulla creatura creata est ante secula,sed à seculis, cũ quibus cœpit.] Hieronymus tamen super epistolã ad Titũ,aliud videtur sentire,dicens,[Sex millia necdũ nostri tẽporis implentur annorũ,& quantas prius æternitates,quanta tẽpora, quantas seculorũ origines fuisse arbitrandum est,in quibus angeli, throni, dominationes, cæteriq; ordines seruierunt Deo absq; tẽporum vicibus atq; mẽsuris,& Deo iubente subsistierunt? His verbis quidã adhærentes,dixerunt eũ mundo cœpisse tempus seculare, sed ante mundum extitisse tempus æternũ sine mutabilitate: & in eo immutabiliter & in tẽporaliter astruunt angelos deo iubẽte subsistisse,eiq; seruisse. Nos autẽ qꝫ prius dictũ est pro captu intelligentiæ nostræ magis approbamus,salua tñ reuerẽtia secretorũ,in quibus hil temere asserẽdũ est:& illud Hieron.dixisse nõ ita sentiendo,sed aliorũ opinionẽ referẽdo arbitrãmur.

In tom. 3. Lib. de Genesi ad lite. 5. cap. 19. In tomo 9. ad cap. 1. epist. ad Tit. super illud, Quã promisit q nõ mentitur deus, ante secula. De hgrũ sententia Aug. li. 11. de ciui. dei, ca. 5. & sequentibus duobus.

Vbi angelos mox creati fuerint, in empyreo scilicet, quod

F *statim factum repletum est angelis.*

Iam est ostensum quando creata fuerit angelica natura: nunc autem attendendũ est vbi facta fuerit. Testimoniis quorundã autoritatũ euidenter monstratur,angelos ante casum fuisse in cælo,& inde corruisse quosdã propter superbiam, alios verò qui non peccauerunt,illic perstitisse. Vnde Dominus in euãgelio ait, Videbã sathanã tanquã fulgur de cælo cadentem:nec appellatur hic cœlũ firmamentũ,quod secun-

Luc.a 10. c

da die factum est:sed cælum splendidum, quod dicitur empyreum, id est igneum,à splendore,non à calore:quod statim factum angelis est repletum: quod est supra firmamentum. Et illud Empyreum quidã expositorum sacræ scripturæ nomine cœli intelligi volunt,vbi scriptura dicit, In principio creauit deus cælum & terrã.' Cælum(inquit Strabus) non visibile firmamentum hic appellat, sed empyreum, id est igneũ & intellectuale:quod nõ ab ardore,sed à splẽdore dicitur,quod statim factum repletum est angelis. Vnde Iob, Vbi eras cùm me laudaret astrã matutina?&c.] De hoc quoq; Beda ita ait, [Hoc superius cælum,quod à volubilitate mundi secretũ est, mox vt creatum est,sanctis angelis implerum est: quos in principio cũ cælo & terra cõditos testatur Dominus dicẽs, Vbi eras cùm me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Astra matutina, & filios Dei cõsuẽ angelos Dei uocat. Cælum n. in quo posita sunt luminaria,nõ in principio,sed secundã die factũ est.] Ex his liquet qꝫ in empyreo oẽs angeli fuerũt ante quorũdã ruinã,simulq; creati sũt angeli cũ cælo empyreo,& cũ informi materiã oĩm corporaliũ.

Gen.s.1.a Idem habet Aug.li.11. de ciuit.Dei ca.33. Iob. 38.a Super Gen.

Quod simul creata est visibilium rerum materia & inuisi-

G *bilium natura, & utraque informis secundum aliquid, & formata secundum aliquid.*

Simul ergo visibilũ rerũ materia & inuisibilium natura condita est:& utraque informis fuit secundũ aliquid,& formata secundum aliquid. Sicut n. corporalium materia cõfusa & permixta (quæ secundum Græcos dicta est chaos)in illo exordio conditionis primatiæ & formam confusionis habuit, & non habuit formam distinctionis & discretionis, donec postea formaretur, atq; distinctas reciperet species:ita spiritualis & angelica natura in sua cõditione secundum naturæ habitum formata fuit:& tamẽ illã, quã postea p amore & cõuersione †ad creatorẽ suũ nece pitura erat formã, non habuit.sed erat informis sine illa.

† *à creatore suo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa. Vnde Aug. multipliciter exponens præmissa ver

Libro de ge ba Geneſis, per cœlum dicit intelligi informem natu
nes ad lite- ram vitæ ſpiritualis, ſicut in ſe poteſt exiſtere non cō
ram 1. 1. 1. uerſa ad creatorem in quo formatur: per terram, cor
li. 12. Con- poralem materiam ſine omni qualitate, quæ apparet
feſſio. ca. 9. in materia formata.

Quomodo dicat Lucifer ſecundum Eſaiam, Aſcendam in cœlum, & ero ſimilis altiſſimo cum eſſet in cælo.

H Hic quæri ſoler, ſi in cœlo empyreo fuerunt ange li ſtatim vbi facti ſunt, quomodo (vt legitur in Eſa-
Eſaiæ 14. ia) dicit Lucifer, Aſcendam in cœlum, & exaltabo ſo lium meum, & ero ſimilis altiſſimo? Sed ibi cœlum vocat dei celſitudinem, cui parificari volebat: & eſt tale, Aſcendam in cœlum, id eſt ad æqualitatē Dei.

QVALES FACTI FVERINT ANGELI, & quod quatuor eis attributa ſunt in ipſo initio ſuæ conditionis.

A DISTINCT. III.

Diſt. 2. lit. I

CCE oſtenſum eſt vbi angeli fuerint mox vt creati ſunt: nunc conſequens eſt inueſtigare quales facti fuerint in ipſo primordio ſuæ conditionis: & quatuor quidem angelis videntur eſſe attributa in initio ſubſiſtentiæ ſuæ, ſcilicet eſſentia ſimplex, id eſt indiuiſibilis & immaterialis, & diſcretio perſonalis, & propter rationem naturaliter inſitam intelligentia, memoria, & voluntas ſiue dilectio, liberum quoq; arbitrium, id eſt libera inclinandæ voluntatis ſiue ad bonum ſiue ad malum facultas. Poterant enim per liberum arbitrium ſine violentia & coactione ad vtrumlibet propria, voluntate deflecti.

An omnes

An omnes angeli fuerint æquales in tribus, ſcilicet in ſapien
B *tia, in eſſentia, in libertate arbitrij.*

Hic conſiderandum eſt, vtrum in ſua ſubſtantia ſpirituali, & ſapientia rationali, & libertate arbitrij, quæ omnibus inerant, omnes æquales fuerint: ut ſit prima conſideratio de ſubſtantia, ſecunda de forma, tertia de poteſtate. Perſona quippe ſubſtantia eſt, ſapientia forma, arbitrium poteſtas: & ad ſubſtantiam quidem pertinet naturæ ſubtilitas, ad formam verò intelligentiæ perſpicacitas, & ad poteſtatem rationalis voluntatis habilitas. Illæ ergo eſſentiæ rationales quæ perſonæ erant, & ſpiritus erant, naturaq; ſimplices, & uita immortales, differentem eſſentiæ tenuitatē, & differentē ſapientiæ perſpicacitatē, atq; differentē arbitrij libertatē & habilitatē rectè habuiſſe intelliguntur: ſicut in corporibus nonnulla differentia eſt ſecundū eſſentiā, ac formam, & pōdus. Quædam.n. aliis meliorem ac digniorem eſſentiam & formā habent: & alia alijs leuiora atq; agiliora ſunt. Ad hunc ergo modum credendum eſt, illas ſpirituales naturas conuenientes ſuæ puritati & excellentiæ & in eſſentia & in forma & in facultate differentias accepiſſe in exordio ſuæ conditionis: quibus alij inferiores, alij ſuperiores Dei ſapiētia conſtituerentur, alijs maiora, alijs minora dona præſtantis: vt qui tunc per naturalia bona alios excellebant, ipſi etiā poſt per munera gratiæ eiſdē præeſſēt. Qui.n. natura magis ſubtiles, & ſapiētia āmpliūs perſpicaces creati ſunt, hi ēt maioribus gratiæ muneribus prædiți ſunt, & dignitate excellentiores alijs conſtituti. Qui verò natura minus ſubtiles, & ſapientia minus perſpicaces condi ti ſunt, minora gratiæ dona habuerūt, inferioresq; cō ſtituti ſunt ſapientia Dei, æquo moderamine cuncta ordinātis. In ipſa facultate arbitrij differētia animad uertēda eſt ſecundū differentē naturæ virtutē, & differentē cognitionis & intelligentiæ vim. Et ſicut differens vigor & ſubtilitas naturæ inſit mitatē non ad

ducit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducit, minorq; cognitio sapientiæ ignorantiam non ingerit: sic libertas inferior nullam arbitrio necessitatis voluntatem imponit.

C *Quæ communia & æqualia habuerunt angeli.*

Et sicut in prædictis angeli differebant, ita & quædam communia & æqualia habebant: quòd spiritus erant, & indissolubiles & immortales erant, commune omnibus & æquale erat. In subtilitate verò essentiæ, & intelligentia sapientiæ, & libertate uoluntatis
Sæpi. 11. c. differentes erãt. Has distinctiones intelligibiles inutilibiliũ naturarũ ille solus cõprehẽdere potuit & põderare, qui cuncta fecit in põdere, numero, & mẽsura.

An boni uel mali, iusti uel iniusti creati sint angeli, & an aliquam moram fuerint inter creationem & lapsum.

D

Illud quoque inuestigatione dignum videtur, quæ etiam à pluribus quæri solet, utrum boni uel mali, iusti, vel iniusti creati sint angeli, & an aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum, vel sine mora in ipso creationis exordio ceciderint.

Opinio quorundam dicentium angelos in malitia creatos, & sine omni mora fuisse.

E

Putauerunt enim quidam, angelos, qui ceciderũt, creatos esse malos, & non libero arbitrio in malitiã declinasse, sed in malitia à Deo factos esse, nec aliquã fuisse morã inter creationem & lapsum, sed ab initio apostatasse, alios verò creator fuisse plenè beatos: ut
Li. 1. c. 16. opinionem suam muniunt autoritate Augustini, qui per Genesi. ita dicentis, [Non frustra putari potest, ab
Ioan. 8. f initio temporis diabolum ceciditse, nec cũ sanctis angelis pacatum aliquando vixisse & beatum, sed mox apostatasse. Vnde Dominus ait, Ille homicida erat
Libro eodẽ in fine 19. cap. & initio 20. ab initio, & in ueritate non steterit: ut intelligamus quia in veritate non steterit ex quo creatus est, qui stare noluisset.] Idem in eodẽ, [Non frustra, inquit, putandũ est ab ipso initio temporis uel conditionis suæ diabolũ ceciditse, & nunquã in veritate steterit. Vnde

Vnde q dã in hãc malitiã libero arbitrio nõ esse flexũ, sed in hac, quamuis à Deo, putant esse creatum, sm illud beati Iob, Hoc est, inquit, initium figmenti Dei, quod fecit Deus vt illudatur ei ab angelis eius. Et pro pheta ait, Draco iste quem formasti ad illudendũ ei. Tanquã primò factus sit malus, inuidus, & diabolus, nec voluntate deprauatus. His alijsque testimonijs vtũtur, qui dicũt angelos qui ceciderũt, creatos fuisse malos, & sine mora corruisse: eos verò qui perstiterũt, & fectos & beatos fuisse creatos astruũt autoritate Augusti. qui super Genes. dicit [per cœlũ significari creaturã spiritualẽ, quę exordio quo facta est, & perfecta & beata est semper.]

Iob. 40. sectũ dum 70. Psal. 103. Lib. 1. c. 1.

Aliorum sententia probabilis, qui dicunt, omnes angelos creatos esse bonos, & aliquam moram fuisse inter creationem & lapsum.

F

Alijs autẽ videtur, oẽs angelos creatos esse bonos, & in ipso creationis initio bonos extitisse, id est sine vitio, iustosq; fuisse, id est innocẽtes, sed nõ iustos, id est virtutũ exercitium habentes. Nondũ enim prędi erant virtutibus, quæ stantibus appositę fuerũt in cõfirmatione per gratiã, alijs verò per liberũ arbitriũ suberbientibus, & ideo cadentibus. Aliquam etiã fuisse morulam aiunt inter creationem, & lapsum, ac cõfirmationem: & in illa breuitate reperit oẽs boni erant nõ quidem per vsum liberi arbitrij, sed per creationis beneficium: & tales erant qui stare poterant, id est, nõ cadere per bona creationis, & cadere per liberum arbitrium. Poterant enim peccare & nõ peccare: sed nõ non poterant proficere ad meritum vitæ, nisi gratia superadderetur, quę addita est quibusdam in cõfirmationem: & ad hoc cõfirmãdũ vtũtur testimonio Augustini, qui super Genes. dicit angelicam naturam primo informiter creatam, & cœlum dictam postea formatam, & lucem appellatam quando ad creatorem est conuersa, perfecta dilectione ei inhęrens: vnde prius dictum est, In principio creauit deus cœlum & terram:

Prouer. 16. c & 29. d Lib. 1. c. 1. 3. 4. & 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

certam: & postea subditum, Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: quia primò agitur de creatione spiritualis naturæ informis, postea de formatione eiusdē. Ratio quoque obuiat illis, qui dicunt angelos creatos fuisse malos: non enim potuit creator optimus, autor malit esse: & ideo totum bonum erat quod ex ipso illis erat, & totum bonum erat: quoniam ex ipso totum erat. Hoc modo probatur quod boni erant omnes angeli, quando primò facti sunt, sed ea bonitate, quam natura incipiens acceperat.

Probationem Augustini contra illos inducit, qui dicunt angelos factos malos: verba etiam Iob determinat, quæ illi pro se inducebant.

G Ideoque August. exterminans opinionem eorum qui angelos creatos fuisse malos putant, autoritate & ratione probat omnes bonos fuisse creatos, & verba præmissa beati Iob, quę illi pro se inducebant, quomodo sint intelligenda aperit, ita dicēs super Genes. [Omnia] nia, inquit fecit Deus valde bona. Naturā ergo angelorum bonam fecit. Et quia iniustum est, vt nullo meri-

Li. 11. de Genesi ad litteram, ca. 21.

Gene. 1.

to hoc in aliquo quod creauit Deus dānet, nō naturā, sed voluntatem malam puniendam esse credendum est:][nec eius naturam significatam esse, cùm dicitur, Hoc est initium figmenti Dei, &c. sed corpus accretum, quod tali voluntati aptaui Deus: vel ipsam ordinatio nē Dei, in qua eum inuitum etiam fecit vtilem bonis [vel ipsius angeli facturam] quia etsi prēscire Deus vo luntate malum futurum, fecit tamen eum prēuidens quanta de illo sua bonitate esset facturus. Figmentū ergo Dei dicitur, quia cùm sciret eum Deus voluntate malum futurum vt bonis noceret, creauit tamen illum, vt de illo bonis prodesset: hoc autem fecit vt laudatur ei. Illuditur enim ei, cùm sanctis proficit ad tentatio eius. Sicut & mali homines, quos Deus malos futuros prævidens, creauit tamen ad sanctorum vtilitatē, illuduntur, cùm præstatur sanctis eorū tentatione profectus. Sed ipse est initium, quia prēcedit antiquitate & principatu malitiæ. Hæc autem illusio fit angelis malis & hominibus malis, per angelos sanctos: qa subdit eis angelos malos & homines malos, vt nō, quantum mittūtur, sed quantum sinuntur possint nocere.] Ecce apertè ostendit qualiter prædicta verba Iob intelligenda sint: & angelicam naturam bonam creatam esse asserit.

Ca. 22. eiusdem libri.

Iob 40. c

Apoc. 12. b

Quomodo intelligenda sint verba præmissa Domini dixerit, euidenter tradens angelos esse creatos bonos, & post creationem cecidisse.

H Deinde qualiter verba Domini quæ suprà posuit, accipienda sint. Aug. aperit, vbi etiam sua quę prędixit verba determinat, euidētur doces, angelos bonos fuisse creatos, & post creationē interposita aliqua morula cecidisse, ita inquiens. [Quòd putatur diabolus nūquam in veritate stetisse, nunquā beatam vitam duxisse, sed ab initio cecidisse, nō sic accipiendum est, vt malus à bono Deo creatus esse putetur: alioqui nō ab initio cecidisse diceretur. Non enim cecidit, si talis, sci licet malus, factus est: à quo enim caderet? Factus ergo prius, statim à veritate se auertit propria potestate delectatus, beatæque vitæ dulcedinem non gustauit: quā non vtiq; acceptam fastidiuit, sed nolendo accipere amisit. Sui ergo casus præscius esse nō potuit: quia sapientia fructus est pietatis. Continuo autē vt factus est, cecidit, nō ab eo quod accepit, sed ab eo quod accideret, si Deo subdi voluisset.] Ecce hic apertè declarat, angelos bonos creatos fuisse, & post creationem cecidisse: & fuit ibi aliqua morula, licet breuissima. Quod Origenes confirmat super Ezech. dicens, [Serpens hostis contrarius veritati, non tamen à principio, nec statim supra pectus & vētrem suū ambulauit: sicut Adā & Eua nō statim peccauerunt: ita & serpes aliquando fuit nō serpens, cùm in paradiso delitiarū moraretur: deus enim malitiam nō fecit.] Ecce apertè dicit, post creationem interposita morula cecidisse. Ideoque illa Verba sic accipiēda vidētur, Homicida erat ab initio,

Litera H.

Aug. li. 11. de gene. ad litter. cap. 23.

Gene. 3. c. Tomo 2. homi. 1 ad illud Ezech. 1.

Vidi quasi speciem electri.

Ioan. 8. f.

Esaiæ 14. d

vel mendax. i. statim post initiū, quando sibi æqualē tem Dei promisit, & seipsum occidit, qui homo dicitur in Euangelio. Nec in veritate steterit: quia in ea nō fuit, sed ab initio temporis. i. statim post initium temporis, apostatauit. Potest etiam & sic accipi illud, Ab initio homicida fuit, uel mendax. i. ex quo homo fuit conditus, quem per inuidiam in mortem precipitauit & fallaciter seduxit.] Ex predictis ergo liquet, angelos, bonos omnes esse creatos, & post creationem quosdā cecidisse à bono, quod habuissent si perstitissent.

Matth. 13. d Inimicus homo supsemi nauit, &c. Aug. tract. 42. sup Ioā. Sap. 2. d

Quod triplex fuit sapientia in angelis ante casum vel confirmationem.

I

Hic inquiri solet quam sapientiā habuerunt ante casum vel confirmationem. Erat in eis triplex naturalis cognitio, qua sciebant quòd facti erant, & à quo facti erant: & cum quo facti erant: & habebant aliquā boni & mali notitiam, intelligentes quid appetendū vel respuendum illis foret.

An aliquam Dei habuerint dilectionem, uel sui inuicem.

K

Solet etiam quæri, vtrùm aliquam dei vel sui dilectionem inuicē habuerit. Ad quod dici potest, quod naturalem dilectionem habebant, vt memoriam, intellectum, & ingenium, qua Deum & se aliquatenus diligebant: per quam tamen non merebantur.

AN PERFECTOS ET BEATOS CREAuit Deus angelos, an miseros & imperfectos.

A DISTINC. IIII.

POst hęc videdū est, vtrū pfectos & beatos creauit Deus angelos, an miseros & imperfectos. Ad qđ dici pōt, q̄ nec beatitudine, nec in miseria creati sunt. Miseri. n. ante pcm̄ esse nō potuerunt: quia ex pcō miseria est. Nā si nō fuisset peccatum

Prosc. 14. d

peccatū nulla esset miseria. Beati quoq; nūquā fuerūt illi qui ceciderunt: quia sui euētus ignari fuerūt. i. peccati & supplicij futuri. Si. n. lapsum suum præsciuerūt, aut vitare voluerunt, sed non potuerunt, & ita erant miseri: aut potuerunt, sed noluerunt: & ita erant stulti & maligni. Ideoq; dicimus quia nō erant præscij euentus sui, nec eis data est cognitio eorū quæ futura erāt super eos. Boni verò & qui perstiterūt, fortè suæ beatitudinis præscij fuerunt. Vnde Aug. super Gene. [Quo, inquit, beatus inter angelos fuit, qui futuri peccati atq; supplicij præscius nō fuit? Quæritur aūt cur non fuerit. Forte hoc Deus reuelare diabolo noluit quid facturus uel passurus esset: cæteris verò reuelare voluit q̄ in veritate mansuri essent.] His verbis videtur Augustinus significare q̄ angeli qui corruerunt, non fuerunt præscij sui casus, ideoq; beati non fuerunt: & q̄ angeli qui perstiterunt, beatitudinem sibi affuturā præsciuerunt, atque de ea certi in spe extiterunt: vnde quodammodo iam beati erant. Et reuera si ita fuisset, posset dici illos aliquo modo fuisse beatos, alios verò non, qui nescierunt euentum suum.

Li. 11. c. 17.

Quod opinando Augustin. hoc dixit, non asserendo, felices quod angeli qui perstiterunt, præscij fuerunt futuri sui boni.

B

Sed hoc magis opinando & quærendo dicit Augustinus quàm asserendo. Vnde & huic opinioni opponens cō sequenter subdit, [Sed quare discernebantur illi à cæteris? vt Deus istis quæ ad ipsos pertinerent non reuelaret, aliis verò reuelaret, cùm non prius sit ipse victor quàm aliquis peccator: non enim damnat ipse innocentes.] Hic videtur innuere, q̄ nec peccaturis futurū malum, nec permansuris futurum bonum reuelauerit. Ideoq; nec illi qui ceciderunt vnquam, nec illi qui perstiterunt, vsque ad † confirmatione beati fuerūt, quia beati non poterant esse, si de beatitudine certi nō erant, vel si damnationis incerti erant. Vnde Augustinus in eodem, [Dicere, inquit, de Angelis quòd in suo

Lib. & cap. eisdem.

† cōsumma tionem.

genere beati esse possent, dānationis vel salutis incerti quibus nec spes esset quod mutandi essent in melius, nimia præsumptio est.] [Quomodo enim beati esse possunt, quibus est incerta sua beatitudo?]

Aug. super Genes. li. 11. cap. 19.

Cap. 17.

Summam colligit prædictorum, confirmans omnes angelos ante confirmationem vel lapsum non fuisse beatos, nisi quis per beatitudinem accipiat illum statum innocentiæ in quo fuerunt ante casum.

C Ex prædictis consequitur quòd angeli qui corruerunt, nunquam beati fuerunt, nisi beatitudinē aliquis accipiat illum statum innocētiæ in quo fuerunt ante peccatū. Illi verò qui perstiterunt, aut suā beatitudinē futuram Deo reuelante præscierunt, & ita spei certitudine aliquo modo beati fuerunt: vel incerti extiterūt suæ beatitudinis: & ita aliter beati non fuerunt quàm reliqui qui ceciderunt. [Mihi autem quod posterius dictum est, probabilius videtur.

Vide Aug. lib. 11. de ciui. dei, c. 13

Responsio ad id quod quærebatur, an angeli essent creati perfecti an imperfecti: & dicitur quòd perfecti fuerunt secundum aliquid, & imperfecti secundum aliquid.

D Ad hoc aūt quod quærebatur, vtrùm perfecti vel imperfecti fuerint creati, dici potest, q̄ quodammodo perfecti fuerunt, & quodā alio modo imperfecti. Non enim vno modo aliquid dicitur perfectū, sed pluribus.

Quod tribus modis dicitur perfectum, secundum tempus,

E *secundum naturam, & vniuersaliter perfectum.*

Dicitur namq; perfectum tribus modis: est enim perfectum secundū tempus, & perfectum secundum naturam, & est vniuersaliter perfectum. Secundum tempus perfectum est, quod habet quicquid tēpus requirit, & conuenit secundū tempus haberi: & hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationem vel lapsum. Secundū naturā perfectū est, quod habet quicquid debitum est, vel expedit naturæ suæ ad glorificationem: & hoc modo perfecti fuerunt angeli post cōfirmationem, & erunt sancti post resurrectionē. Vniuersaliter

uersaliter & summè perfectū est, cui nihil vnquā deest, & à quo vniuersa proueniūt bona: quod est solius Dei. Prima ergo perfectio est naturæ conditæ, secunda naturæ glorificatæ, tertia naturæ increatæ.

Prædicta breuiter tangit, addens quales fuerint angeli in conuersione & auersione.

F Quales fuerint angeli in creatione ostensum est, boni. s. & non mali, & iusti. i. innocentes, & perfecti quodam modo, alio verò modo imperfecti. Beati verò non fuerunt vsque ad confirmationem, nisi beatitudo accipiatur, vt iā dictū est, ille status innocētiæ & bonitatis, in quo conditi sunt.

Diſt. 3. lit.

DE CONVERSIONE ET CONFIRMATIONE stantium, & auersione & lapsu cadentium.

A DISTINCT. V.

POST hæc cōsideratio adducit inquirere quales effecti sint dū diuiderētur auersione & conuersione. Post creationē namque mox quidam cōuersi sunt ad creatorem suum, quidam auersi. Conuerti ad Deū, fuit ei charitate adhærere: auerti, odio habere, vel inuidere. Inuidiæ namque mater est superbia: qua voluerunt se parificare Deo. In cōuersis quasi in speculo relucere cœpit Dei sapiētia, qua illuminari sunt, auersi verò excæcati sunt. Et illi quidem conuersi sunt & illuminati à Deo gratia appositā: isti verò sunt excæcati, non immissione malitiæ, sed desertione gratiæ: à qua deserti sunt, non ita vt prius data subtraheretur, sed quia nunquam est apposita vt cōuerterentur. Hęc est ergo cōuersio & auersio, qua diuisi sunt qui natura boni erāt: ut sint alij sua per illud bonū per iustitiā boni, alij illo corrupto per culpā mali. [Cōuersio iustos fecit, & auersio iniustos. Vtraq; fuit voluntatis, & voluntas vtriusq; libertatis.

B *De libero arbitrio breuiter tangit, docens quid sit.*

Habebant enim omnes liberum arbitrium, quod est libera potestas & habilitas uolūtatis rationalis. Poterant enim uoluntate eligere quodlibet, & ratione iudicare .i. discernere, in quibus constat liberum arbitrium: nec creati sunt volentes auerti uel conuerti, sed habiles ad volendum hoc uel illud: & post creationē spontanea voluntate alii elegerūt malum, alii bonū: & ita discreuit Deus lucem à tenebris, sicut dicit scriptura .i. bonos angelos à malis: & lucē appellauit diē, tenebras verò noctem: quia bonos angelos gratia sua illuminauit, malos verò excæcauit.

Genes. 1. a

Post creationem aliquid datum est stantibus, per quod conuerterentur, nec merito aliqui, sed

C *gratia cooperante.*

Si autem quæritur, vtrùm post creationem conuersis aliquid collatum sit per quod conuerterentur .i. diligerent Deū: dicimus quia est eis collata gratia cooperans: sine qua non potest proficere rationalis creatura ad meritum vitæ. Cadere enim potest per se, sed proficere non potest sine gratia adiuuante.

Osee 13. a

D *Qua gratia indigebat angelus, & qua non.*

Non indigebat angelus gratia per quam iustificaretur, quia malus non erat, sed qua ad diligendū Deū perfectè & obediendum adiuuaretur. Operans quidem gratia dicitur, qua iustificatur impius, id est, de impio fit pius, de malo bonus. Cooperans verò gratia est, qua iuuatur ad bene volendum efficaciter, & Deum præ omnibus diligendum, & operandum bonum, & ad perseueraudum in bono, & huiusmodi: de quibus postea plenius. Data est ergo angelis qui perstiterunt cooperās gratia, per quam conuersi sunt ut Deum perfectè diligerent. Conuersi ergo sunt à bono quod habebant non perdito ad maius bonum, quod non habebant: & facta est ista cōuersio per gratiam cooperantem libero arbitrio: quæ gratia aliis qui ceciderunt apposita non fuit.

Quæ sit gratia operans, & quæ cooperans.

Dist. 26. & 29.

E *An sit imputandum illis quòd auersi sunt.*

Ideoq; à quibusdam dici solet, non esse imputandum in illis qui auersi sunt, & non conuersi: quia sine gratia conuerti non poterant: sed illa non est eis data: nec culpa illorum fuit quòd non est data: quia in eis nulla culpa adhuc præcesserat. Ad quod dici pōt, quoniam quibus apposita est ipsa gratia, non fuit ex meritis eorum: alioquin iam non esset gratia, si ex merito, quod esset ante gratiam, daretur.

Rom. 11. a

Qua culpa gratia non est data eis qui

F *ceciderunt.*

Quòd verò aliis non est data, culpa eorum fuit: quia cùm stare possent, noluerunt, quousque gratia apponeretur, sicut alii perstiterunt, donec illis cadentibus per superbiam, eis gratia apposita est. A pertè ergo cadentium culpa in hoc deprehendi potest, quia licet sine gratia nequirent proficere, quam nondum acceperant, per id tamen quod eis collatum erat in creatione, poterant non cadere, idest, stare: quia nihil erat quod ad casum eos compelleret, sed sua spontaneā voluntate declinauerunt: quod si non fecissent, quod datum est aliis, vtique daretur & istis.

Quod angeli in ipsa confirmatione beati fuerunt: sed utrùm eam meruerint per gratiam tunc sibi datam, ambiguū est: de hoc enim diuersa sentiunt.

Hic quæri solet, vtrùm in ipsa confirmatione beati fuerint angeli: &, an ipsam beatitudinem aliquò modo meruerint. Quòd in ipsa confirmatione beati fuerint, plures cōtestantur autoritates: & ideo pro cōstanti habendū est: vtrū verò per gratiā tunc sibi datā ipsam beatitudinē meruerint, ambiguū est. Quibusdā .n. placet q; eam meruerit per gratiam quam in cōfirmatione perceperunt, simulq; in eis meritum & præmium fuisse dicunt, nec meritum præcessisse præmium tempore, sed causa. Aliis autem videtur, quòd beatitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

beatitudinem, quam receperunt in cõfirmatione per gratiam tunc appositam, non metuerint, dicentes: tũc non fuisse eis collatam gratiam ad mercedem, sed ad beatè viuẽdum, nec tunc eis datum esse bonum quo mererentur, sed quo feliciter fruerentur. Quod autẽ tunc in præmium acceperunt per obsequia nobis exhibita, ex Dei obedientia & reuerentia mereri dicũt: & ita præmium præcessit merita: & hoc mihi magis placere fateor.

QVOD DE MAIORIBVS ET minoribus quidam ceciderunt, inter quos unus fuit celsior, scilicet Lucifer.

A DISTINCT. VI.

De ruina Angelorũ.

RAETEREA scire oportet, quoniam sicut de maioribus & minoribus quidam perstiterunt, ita de vtroque gradu quidam corruerunt: inter quos vnus fuit omnibus aliis cadentibus excellentior, nec inter stantes aliquis eo fuit dignior, sicut testimoniis autoritatum monstratur. Ait enim Iob, Ipse principium viarum Dei. Et in Ezechiele legitur, Tu signaculum similitudinis, plenus scientia & perfectione, decorus in deliciis paradisi Dei fuisti. Quod Gregorius exponens; ait, [Quantò in eo subtilior est natura, eò plenius in illo imago Dei insinuatur impressa.] Item in Ezechiele legitur, Omnis lapis preciosus operimentum eius: id est, omnis angelus quasi operimẽtum eius erat: quia, vt dicit Gregorius, [In aliorum comparatione cæteris clarior fuit.] Vnde vocatus est Lucifer: sicut testatus Esaias: Quomodo, inquit, cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? &c. qui non vnus ordo, sed unius spiritus accipiendus est, qui, teste Isidoro, [postquam creatus est, eminentiam naturæ & profunditatẽ scientiæ suæ perpendens, in suum creatorem, superbiuit in tantum q; etiam Deo sc æquare uoluit,] vt in Esaia dicitur, In cœlum ascendam, super astra cœli exaltabo solium meum, & ero similis altissimo. Similis qui dem Deo esse voluit, non per imitationem, sed per æqualitatem potentiæ.

Iob 40. c
Eze. 28. e
Moral. 32 Cap. 24.
Ibid. ea. 25
Vide eundẽ hom. 34. euang. super 15. c. Lucæ.
Esaiæ 14. c

B *Vnde & quo deiectus fuerit merito suæ superbiæ.*

Et tantæ superbiæ merito de cœlo, id est de empyreo, in quo cum aliis fuerat, deiectus est in istum caliginosum aerem cũ omnibus suæ prauitatis consortibus. Nam, vt Ioannes ait in Apocalip. Draco de cœlo cadens secum traxit tertiam partem stellarum: quia Lucifer illic alijs maior non solus cecidit, sed cum eo alij multi, qui ei in malitia consenserunt: eosq; cadentes huius caliginosi aeris habitaculum recepit. Et hoc ad nostram probationem factum est, ut sit nobis exercitationis causa. Vnde Apostolus, Colluctatio est nobis aduersus principes & potestates mundi huius, & aduersus rectores harum tenebrarum contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus: quia dæmones, qui sunt spirituales & nequam, in hoc turbulento aere nobis propinquo, quod cœlum appellatur, habitant. Vnde & diabolus princeps aeris dicitur.

Isid. de sum mo bono, l. 1. c. 12. ubi etiã præallegata verba habẽtur
Esa. 14. d
2. Pe. 2. a
Apoc. 12. a
Ephe. 6. b
Ephes. 2. a

C *Quod non est concessum eis habitare in cœlo uel in terra.*

Non enim est eis cõcessum habitare in cœlo, quia clarus locus est & amœnus, nec in terra nobiscum, ne homines nimis infestarent. [Sed, iuxta Apostoli Petri doctrinam in epistola canonica traditam, in aere isto caliginoso, qui eis quasi carcer vsq; ad tempus iudicij deputatus est. Iunc autem detrudentur in barathrum inferni, secundum illud, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius.

Aug. li. 11. de Gene. ad literã, c. 28
2. Pe. 2. b. ea
Iudæ 1. b
Matt. 25. d

D *Quod dæmones alij alijs præsunt, et habent etiam alias prælationes.*

Et sicut inter bonos angelos alij alijs præsunt, ita

& inter malos alij alijs prælati sunt, & alij alijs subiecti: quamdiu durat mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus præsunt. Sed in futuro omnis euacuabitur prælatio, ut docet Apostolus. Habent quoque secundum modum scientiæ maioris uel minoris, prælationes alias maiores uel minores. Quidam enim uni prouinciæ, alij uni homini, aliqui etiam uni uitio præsunt. Vnde dicitur spiritus superbiæ, spiritus luxuriæ, & huiusmodi: quia de illo uitio maxime potest homines tentare, à quo denominatur. Inde etiam est, quòd nomine dæmonis diutiæ uocantur, scilicet Mammona. Est enim Mammon nomen dæmonis: quo nomine uocantur diutiæ secundum Syram linguam. Hoc autem non ideo est, quòd diabolus in potestate habeat dare uel auferre diuitias cui uelit, sed quia eis vtitur ad hominum tentationem & deceptionem.

1. Cor. 15. d

Dan. 10. c

Matth. 6. c

An omnes dæmones sint in hoc aere caliginoso, an aliqui sint in inferno. E

Solet autem quæri, utrum omnes in isto aere caliginoso sint, an aliqui iam sint in inferno. Quòd in inferno quotidie descendant aliqui dæmonum, verisimile est, quia animas illuc cruciandas deducunt: & quòd illic aliqui semper sint, alternatis fortè vicibus, non procul est à uero, qui illic animas detinent atque cruciant. Quòd autem animæ malorum illuc descendant, atque illic puniatur, ex eo constat, quòd Christus ad inferos descendit, ut iustos qui ibi tenebantur, educeret. Si enim iusti illuc descendebant, multo magis iniusti: & sicut tradit autoritas, cùm iustos eduxit, iniquos ibi reliquit. Momordit enim infernum, non absorbuit.

Zacch. 9.

Osee 13. d

Quidam putant Lucifer um esse in inferno religatum, ex quo tentauit Christum, & uictus fuit: quem dicunt primum hominem tentasse, & uicisse. F

De Lucifero autem quidam opinantur, quòd ibi religatus sit, & ad nos tentandos nunc accessum nō habeat,

habeat: quia in Apocalypsi legitur, Cùm consumma- Apoc. 10. c
ti fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exiet, & seducet gentes: quod erit nouissimo tempore Antichristi: quando erit tanta tribulatio, vt etiam, si fieri potest, moueantur electi. Quem ibi religatum dicunt ab eo tempore quo tentauit Christū in deserto, uel in passione, & uictus fuit ab eo. Ipsum putant primùm hominem tentasse, & uicisse: & secundò Deum, sed ab eo uictum esse, & ideo in inferno religatum. Alij autem putant ex quo cecidit pro peccati sui magnitudine illuc fuisse demersum. Matt. 24. a Matth. 4. a

Quod Lucifer non habet potestatem quam habebit in tempore Antichristi. G

Sed siue in infernum demersus sit, siue non, credibile est eum non habere potestatem accedendi ad nos, quam habebit in tempore Antichristi: in quo fraudulenter ac uiolenter operabitur: & ideo fortè dicitur tunc soluendus, quia tunc dabitur ei potestas à Deo tentandi homines, quam modo non habet. Apoc. 20. a

Quod dæmones semel uicti a sanctis, non accedunt amplius ad alios. H

Alijs quoque qui à sanctis iustè & pudicè uiuentibus uincuntur, potestas alios tentandi uidetur adimi. Vnde Origenes, [Puto, inquit, sanè quia sancti repugnantes aduersus istos incentores, & uincentes, minuant exercitum dæmonum, & uelut quam plurimos eorum interimant: nec ultrà fas sit illi spiritui, qui ab aliquo sancto castè & pudicè uiuendo uictus est, impugnare iterum alium hominem.] Hoc autem putant quidam intelligendum tantùm de illo uitio in quo superatus est: ut si de superbia aliquem uirum sanctum tentat, & uincitur, ulterius non liceat ei illum uel alium de superbia tentare. Tomo 1. homil. 15. 3 Iesue.

QVOD

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOD BONI ANGELI A DEO SVNT confirmati per gratiam, ut peccare non possint, & mali ita obdurati in malo, ut bene uiuere nequeant.

A DISTINCT. VII.

Di. 5. lit. A

SVpra dictum est, quòd angeli qui persliterunt, per gratiam confirmati sint, & qui ceciderunt, à gratia Dei deserti sunt. Et boni quidem in tantum confirmati sunt per gratiam, quòd peccare nequeunt: mali uerò per malitiam adeò sunt obstinati, quòd bonam uoluntatem habere siue bene uelle non ualent, etsi bonum sit quod aliquando volunt. Volunt enim aliquando aliquid fieri quod deus vuult fieri: & utique illud bonum est & iustum fieri: nec tamen bona uoluntate illud uolunt, nec bene illud uolunt.

Quod utrique liberum arbitrium habent, nec tamen ad utrumque flecti possunt.

B

Sed cùm nec boni peccare possint, nec mali bene uelle uel bene operari, uidetur quòd iam non habeãt liberum arbitrium: quia in utramque partem flecti non possunt, cũ liberũ arbitriũ ad utrũque se habeat. Vnde Hieronymus in tractatu de prodigo filio dicit, [Solus deus est in quem peccatum cadere nõ potest: cætera, cùm sint liberi arbitrii, in utramque partem flecti possunt.] Hic uidetur dicere quòd omnis creatura in libero arbitrio constituta flecti potest ad bonũ & ad malum. Quod si est, ergo & boni angeli & mali ad utrumq; flecti possunt: ergo & boni possunt fieri mali, & mali boni. Ad quod dicimus, quia boni ita gratia confirmati sunt, ut nequeant fieri mali, & mali in malitia adeò obdurati sunt, ut non ualeant fieri boni: & tamen utrique habent liberum arbitrium: quia & boni, non aliqua cogente necessitate, sed

In to. 3. ad Damasum Papam, in fine trac. de filio prodigo

sed propria ac spontanea uoluntate, per gratiam quidem adiuti, bonum eligunt, & malũ respuunt: & mali similiter spontanea uoluntate à gratia destituti, bonum uitant, & malum sequuntur: & mali habent liberum arbitrium, sed depressum atque corruptum, quod surgere ad bonum non ualet.

Quod boni post confirmationem liberius arbitrium habent quam ante.

C

Boni uerò arbitrium habent multò liberius post confirmationem quàm antè. Vt enim Aug tradidit in Ench. [Non ideo carent libero arbitrio, quia malè uelle non possunt: multò quippe liberius est arbitriũ ꝙ non potest seruire peccato. Neq; culpanda est uoluntas, aut uoluntàs non est, aut libera dicenda non est, qua beati esse sic nolunt, ut esse miseri non solùm nolint, sed nec prorsus uelle possint.] Non possunt itaque boni angeli uelle malum, uel uelle esse miseri: neque hoc habent ex natura, sed ex gratiæ beneficio. Ante gratiæ namque confirmationem potuere peccare angeli: & quidam etiam peccauerunt, & dæmones facti sunt. Vnde Aug. in libro cõtra Maximinum, [Creaturarum natura cœlestium moripotuit: quia peccare potuit. Nam angeli peccauerunt, & dæmones facti sunt: quorum diabolus est princeps: & qui non peccauerunt, peccare potuerunt: & cuicunq; creaturæ rationali præstatur ut peccare nõ possit, non est hoc naturæ propriæ, sed dei gratiæ. Idcoque solus deus est, qui non gratia cuiusquam, sed natura sua non potuit, nec potest, nec poterit peccare.] Ecce hic insinuatur quòd angeli ante confirmationem peccare potuerunt, sed post confirmationem non possunt. Et quòd potuerunt fuit eis ex libero arbitrio, quod est eis naturale: quòd uerò modò non possunt peccare, non est eis ex natura, id est libero arbitrio, sed ex gratia: ex qua gratia etiam est ut ipsum liberũ arbitrium iam non possit peccato seruire.

Cap. 105.

Lib. 3. c. 12. tomo. 6.

Iob. 41. d

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod post confirmationem angeli non possint ex natura peccare sicut ante: non quod debilitatum sit eorum liberum arbitrium, sed confirmatum.

D

Non ergo post confirmationem angeli de natura sicut antè, peccare potuerunt: non quod liberum arbitrium eorum debilitatum sit per gratiam, sed ita potius confirmatum, ut iam per illud non possit bonus angelus peccare: quod vtiq; nō est ex libero arbitrio, sed ex gratia Dei. Quod ergo Hieron. ait, [Cæteras cùm sint liberi arbitrij, possunt flecti in utramq; partem] accipi oportet secundum statum in quo creatæ sūt. Talis.n. & homo & angelus creatus est, qui ad utrumque flecti poterat: sed post ea boni angeli ita pater gratiam sunt confirmati, ut peccare nō possint, & mali ita in ultio obdurati, vt bene uiuere nequeāt. Similiter etiam illud Isidori intelligendum est, [Angeli mutabiles sūt natura, immutabiles sunt gratia] quia ex natura in primordio suæ conditionis mutari potuerunt ad bonum siue ad malum: sed post per gratiam ita bono addicti sunt, ut inde mutari nequeant. Ad hoc enim repugnat gratia, non natura.

Lib. 1. de sūmo bono, capit. 12.

Quod angeli mali uiuacem sensum non perdiderunt, & quibus modis sciant.

E

Et licet mali angeli ita per malitiam sint obdurati, uiuaci tamen sensu non sunt penitus priuati. Nam, ut tradit Isidorus, [triplici acumine scientiæ uigent dæmones, scilicet subtilitate naturæ, experientia temporum, reuelatione supernorum spirituum.] De hoc etiam Aug. ait, [Spiritus mali quædam uera de temporalibus rebus nosse permittuntur, partim subtilitate sensus, partim experientia temporum callidiores, propter tam magnam longitudinem vitæ, partim sanctis angelis quod ipsi ab omnipotenti deo discunt iussu eius sibi reuelantibus. Aliquando autem iidem nefandi spiritus & quæ facturi sunt uelut diuinando prædicunt.]

Lib. 1. de sūmo bono, capit. 12.

Lib. 2. super Gen. ca. 17. in fine.

Quod magicæ artes virtute & scientia diaboli valent quæ virtus & scientia est ei data à Deo, uel ad fallendum malos, uel ad monendum, uel exercendum bonos.

F

Quorum scientia atque virtute etiam magicæ artes exercentur. quibusdam tamen tam scientia q̄ potēs à Deo data est, vel ad fallendum fallaces, vel admonē dum fideles, vel ad exercendam probandamq; iustorum patientiam. Vnde Aug. in lib. 3. de Trin. [Video, inquit, in firmæ cogitationi quid possit occurrere, cur scilicet ista miracula etiam magicis artibus fiāt: nam & magi Pharaonis serpentes fecerūt, & alia. Sed illud est amplius admirandum, quomodo magorum porē na, quæ serpentes facere potuit, vbi ad muscas minutissimas, scilicet cyniphes, vētum est, omnino defecit: qua tertia plaga Aegyptus cædebatur. Ibi certè defecerunt magi, dicentes, Digitus Dei est hic. Vnde intelligi datur, nec ipsos quidem trāsgressores angelos & aereas potestates in imam istā caliginem tanquam in sui generis carcerē ab illius sublimis æthereæ puritatis habitatione detrusos (p quos magicæ artes pāt quicquid pāt) aliquid valere, nisi data desuper potestate. Datur aūt vel ad fallendum fallaces, sicut in Aegyptios & in ipsos ēt magos data est, vt in eorū spirituū † operatione viderentur admirandi, ā quibus fiebant à Dei veritate damnandi: vel ad monendū fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderent: pp quod ēt nobis in scriptura sunt prodita: vel ad exercendā, probandam, manifestandamque iustorum patientiam.

Exodi 7. b et 8. c

Ibidem.

† *seductiōe. habet Aug.*

Quod transgressoribus angelis non seruit ad nutum materia rerum uisibilium.

G

[Nec ideo putandum est istis trāsgressoribus angelis ad nutū seruire hāc visibilis rerū materiā, sed deo potius, à quo hęc ptās dat, quātū incōmutabilis iudicat.

Lib. sod. c. 8.

Quod non sunt creatores, licet per eos magi ranas & alia fecerint, sed solus Deus.

H

[Nec sanè creatores illi mali angeli dicēdi sūt, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

per illos magi ranas & serpentes fecerunt: non enim ipsi eas creauerãt. [Omnium quippe rerum, quæ corporaliter visibiliterque nascuntur, occulta quædam semina in corporeis mundi huius elementis latent,] quæ deus originaliter eis indidit. Ipse ergo creator est omnium rerum, qui creator est inuisibilium seminum: quia quæcunq; nascendo ad oculos nostros exeunt, ex occultis seminibus accipiunt progrediendi primordia & incrementa debitæ magnitudinis, distinctione & forma rerum ab originalibus, vt una dicam, regulis ducunt.

Sicut parentes non dicimus creatores filiorum, nec agricolas fruges: ita nec bonos angelos nec malos, ex his per eorum ministerium fructus creaturæ.

I

Lib. 2. cap. eiusdem.

[Sicut ergo parentes dicimus creatores bonorum, nec agricolas creatores fructuum, quamuis eorum extrinsecus adhibitis meritis ad vita crescãt Dei virtutis interius operante: ita non solũm malos, sed nec bonos angelos eas esse putare veram est, sed pro subtilitate sui sensus & corporis, semina illorũ rerum nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas temperaturas elementorũ latenter spargunt atq; ita & gignendarum rerũ & accelerandorũ incrementorũ præbent occasiones. Sed nec boni hæc, nisi quantum Deus sinebet, nec mali hæc iniuste faciunt, nisi quantum ipse permittit. Nam iniqui malitia voluntatem suam habent iniustam: potestatem autem non nisi iustam accipiũt, siue ad suam pœnam, siue ad aliorum, vel pœnam malorum, vel laudem bonorum.]

Sicut iustificationem mentis, ita creationem rerum solus deus operatur, licet creatura extrinsecus seruiat.

K

Eib. 3. ca. 8.

[Sicut ergo mentem nostrã iustificando formare non potest nisi Deus, prædicare autẽ extrinsecus euangelium etiam homines possunt, non solum boni per veritatem, sed etiam mali per occasionem: ita creationem rerum visibilium deus interius operatur. Exteriores autem operationes, atq; contemperationes, siue occasiones

occasiones ab angelis tã bonis quàm malis vel etiã ab hominibus adhibentur.] [Sed hæc ab hominibus tanto difficilius adhibentur, quanto eis desunt sensuum subtilitates, & corporũ mobilitates in membris terrenis & pigris. Vnde qualibuscunq; angelis vicinas cãs ab elementis contrahere quanto facilius est, tanto mirabiliores in hmõi operibus eorum exiliunt celeritates: sed non est creator, nisi qui principaliter illa formauit: nec quisquã hoc potest, nisi vnus creator Deus. Aliud est enim ex intimo ac summo causarum cardine condere ac administrare creaturam, quod facit solus creator Deus: aliud autẽ pro distributis ab illo viribus ac facultatibus aliquam operationem foris extrinsecus admouere, vt tunc vel tunc, sic vel sic exeat quod creatur. Ista quippe originaliter & primordialiter in quadam textura elementorũ cuncta iam creata sunt, sed acceptis opportunitatibus postea prodeunt.] Ca. 9. eiusdẽ. In principio eiusdem cap.

Quod angeli mali multa possunt per naturæ vigorem, quæ nõ possunt propter dei vel bonorum angelorum prohibitionem, id est, quia non permittuntur.

L

Illud quoq; sciendum est, q̃ angeli mali quædam possunt per naturæ subtilitatem, quæ tamen nõ possunt propter Dei vel bonorum angelorũ prohibitionem, i. quia non permittũtur illa facere à Deo vel ab angelis bonis: possent vtiq; fecisse cyniphes, qui ranas serpentesq; fecerũt. Quædam verò non possunt facere, etiam si permittantur ab angelis superioribus: quia nõ permittit deus. Vnde Aug. in li. 3. de Tri. [Ex ineffabili potẽtia dei fit, vt quod possent mali angeli si permitterentur, ideo non possint, quia nõ permittuntur. Neq; enim occurrit alia ratio cur nõ potuerãt facere cynipes qui ranas serpentesq; fecerũt, nisi quia maior aderat dominatio prohibentis Dei per spiritũ sanctum: quod etiam magi confessi sunt, dicentes, Digitus dei est hic. Quid autem per naturã possint, nec tamen possint propter prohibitionem, & quid per ipsius naturæ suæ cõditionẽ facere nõ sinantur, homini] Ca. 9. ĩ med. Exodi 8.

V 2 expio-

explorare difficile est, imò impossibile. Nouimus hominem posse ambulare, & neque hoc posse si nō permittatur, volare autem non posse, etiam si permittatur. Sic & illi angeli quædam possunt facere, si permittantur ab angelis potentioribus ex imperio: quædam verò non possunt, etiam si ab eis permittantur: quia ille non permittit, à quo est illis talis naturæ modus: qui etiam per angelos suos illa plerunque nō permittit, quæ concessitur vt possint.]

VTRVM ANGELI OMNES CORPOREI sint: quod quibusdam visum est: quibus Augustinus contraire videtur, licet ante eum omnes ante eum habuisse corpora tenuia & aëreа, sed ea in mala mutata in deteriora, vt ea possent pati.

A DISTINCT. VIII.

De corporibus angelorum.

QVÆSTIO exoritur circa quæstionem versatur apud doctos, vtrum angeli omnes, boni & mali, corporei sint, id est, corpora habeant sibi vnita. Quod aliqui putāt, innitentes verbis Aug. qui dicere videtur, quod angeli omnes ante confirmationem vel lapsum corpora aërea habuerint de parte ri ac superiore aëris parte formata, ad faciendum habilia, non ad patiendum. Et angelis bonis qui perstiterunt, talia sunt cōseruata corpora, vt in eis possint facere, & non pati: quæ ita sunt tenuitatis, vt à mortalibus videri non valeant, nisi superueniēte aliqua crassiori forma qua assumpta videntur, depositaque videri desinunt. Angelis verò malis mutata sunt in casu corpora in deteriorem qualitatem spissioris aëris. Sicut enim à loco digniori in inferiorem locum, id est caliginosum aërem, dejecti sunt: ita illa corpora tenuia mutata sunt & transformata in deteriora corpora & spissiora, in quibus pati possent à superiori elemento, id est ab igne. Et hoc Augustinus sensisse videtur, super Genesim ita dicēs, † Dæmones dicuntur aërea animalia, quia corporum aëreorum natura vigent, nec per mortem dissoluuntur: quia præualet in eis elementum aptius ad faciendum quàm ad patiendum. Ad patiendum enim humor & humus, ad faciendum aër & ignis aptitudine præbent. Transgressiones verò angeli cum principe suo nuncdiabolo, tunc archangelo, non immūm si post peccatum in hanc caliginem detrusi sunt. Neq; etiam hoc mirum est, si conuersi sunt ex pœna in aëream qualitatē, qua possunt ab igne pati. Caliginosa camē aëris tenere tātum permissi sunt, qui eis quasi carcer sit vsq; ad tempus iudicij.] Ecce his verbis videtur Augustinus id tradere, quod quidam opinantur de corporibus angelorum. Hoc autem cum alii dixisse affruunt non ita sentiendo, sed opinionem aliorū referendo: quod ex ipsius verbis diiudicare volunt, quibus ait, Dæmones dicuntur aërea animalia: nō ait, sunt: ita enim qui dam dixerāt. De habitatione verò caliginosi aëris, in quem detrusi sunt, non opinando, sed rei veritatem asserendo eum tradidisse dicunt: qđ ipsius locutionis distinctio ostendit. Dicunt quoq; plurimos catholicos tractatores in hoc conuenisse, atq; id concorditer docuisse, q̄ angeli incorporei sint, nec corpora habeant sibi vnita. Assumunt autem aliquādo corpora Deo præparante, ad impletionem ministerii sui sibi à Deo iniuncti, eademq; post expletionem deponūt: in quibus corporibus hominibus apparuerunt atque locuti sunt. Et aliquando quidem locuti sunt ex persona Dei, sine distinctione alicuius personæ, aliquando ex persona patris, vel filii, siue spiritus sancti.

De Gene. ad lit. l. 3. c. 10

† Augu. sic habet, Essi dæmones aerea sunt, etc.

Aug. sententiā suā apertius lib. 21. de ciu. cap. 10. & li. 15. ca. 23. & li. 1. Retract. ca. 26.

Quod Deus in corporalibus formis illis antiquis apparuit.

Nec dubitandum est, deum in corporalibus formis apparuisse hominibus: sicut Augustinus in secūdo libr. de Trinit. ostendit, conferens diuersā scriptu-

Cap. 5. 6. 7.

& pluribus sequentibus.

ræ testimonia, ex quibus Deum in corporeis figuris hominibus apparuisse probat: & aliquando ex persona Dei, sine personarum distinctione, aliquando sub distinctione personarum sermonem eis factum esse.

De perplexa quæstione quam ponit Aug. quærens an adexhibendum hæc corporales apparitiones creatura noua informata, an angelis, qui ante erant missi: & si ipsi missi sunt, utrum seruata sui spiritualis corporis qualitate, aliquam speciem corporalem de corpulentiori materia assumpserint, an proprium corpus suum mutauerint in speciem

C actioni suæ aptam.

Li. 3. de Tri. cap. 1. & li. 2. cap. 7.

Sed vbi Deum hominibus in corporalibus imaginibus apparuisse asserit, perplexam quæstionem proponit, quam nec absoluit, quærens, vtrùm in illis corporalibus apparitionibus creatura aliqua crearet ad illud opus tàm, in qua deus hominibus appareret: an angeli qui ante erant, ita mitterentur, vt manentes in suis spiritualibus corporibus assumerent ex corpulentiora inferiorum elementorum materia aliquâ speciem corporalem, quâ coaptatam quasi aliquâ vestem mutarent in quasliber species corporales veras quidem: an corpus suum propriû verterent in species aptas actionibus suis, per virtutem sibi à Deo datam.] Ait enim

Capite 1.

ita Aug. in 3 lib. de Trin.] Quærendum est in illis antiquis corporalibus formis & visis, vtrû ad hoc opus tantum creatura formata sit, in qua Deus, sicut tunc oportuisse iudicauit, humanis ostenderetur aspectibus, an angeli qui iam erant, ita mitterentur, vt ex persona Dei loquerentur, assumentes corporalem speciem de creatura corporea in vsum ministerij sui, aut spiritu corpus suum (cui non subduntur, sed subditi regût) mutantes atq; vertentes in species quas uellent, accommodatas atq; aptas actionibus suis, secundum arbitrium à creatore sibi potentiam. Sed fateor excedere

Ibidem.

vires intentionis meæ, vtrùm angeli, manente spiritus sui corporis qualitate per hanc occultius operantes assumant ex inferioribus elementis corpulentioribus corpus,

corpus, quod sibi coaptatum quasi aliquam vestem mutent, & vertant in quaslibet species corporales, & ipsas veras: sicut aqua vera in vinum verum cõuersa est à Domino: an ipsa propria corpora sua transformet in id quod volunt, accommodatum ad id quod agũt. Sed quod horum sit (quoniam homo sum) nullo experimento comprehendere valeo, sicut angeli qui hoc agunt. Attende lector quia quæstionẽ propositam nõ soluit, sed indiscussam reliquit, vtrùm angeli qui mittebãtur, seruatis suis propriis spiritualibus corporibus superuestirentur aliqua corpulentiori specie, in qua possent videri: an ipsum corpus mutarent & transformarent in quãcunq; vellent speciẽ, in qua possẽt cerni. In quibus verbis vt Augu. attestatur, angelos esse corporeos, ac propria & spiritualia hãc corpora.

Quod Deus in specie quam ei Ioan. nunquam mortalibus apparuit.

D

Cæterum hæc velut nimis profunda atq; obscura relinquentes, illud indubitanter teneamus, q̃ deus in specie essentiæ suæ nunquam mortalibus apparuit: sicut famulo suo Moysi dicit, Non videbit me homo, & viuet. Et in Euangelio Ioannis legitur, Deum nemo vidit vnquam. [Visibile enim quicquam nõ est, quod non sit mutabile. Ideo substantia siue essentia Dei, quoniam nullo modo mutabilis est, nullo modo potest esse per seipsum visibilis. Proinde illa omnia quæ patribus visa sunt, cùm Deus illis præsentare eum, per creaturam facta esse manifestum est. Etsi nos latet quomodo ea ministris angelis fecerit Deus, per angelos tamen facta esse dicimus.] Audeo ergo hãc similiter dicere, nec deum patrẽ, nec Verbum eius, nec spiritum eius, qui est vnus Deus, per id quod est, atq; id ipsum quod est, vllo modo esse mutabilem, ac per hoc multò minus esse visibilem.]

Ioan. 2. b

Exod. 33. d. Ioan. 1. b Aug. l. 2. de Tri. ca. 10. & 11.

Ibidẽ, ca. 10

Veram dæmones inuent corpora hominum substantialiter, an illusoriam mentium hominum.

Illud etiam consideratione dignissimum videtur,

vtrũ dæmones, siue corporei, siue incorporei sint, hominum substãtialiter intrent corpora, eorũq; animabus illabantur: an ideo intrare dicantur, quia malitiæ suæ ibi effectum exercent Dei permissione, opprimendo atq; vexando eas, vel in peccatũ pro voluntate sua trahendo. Quod in homines introeant, atq; ab eis expulsi exeant, euangelium aperte declarat, commemorans dæmonia in quosdam ingressa, & per Christum eiecta: sed vtrũ secundũ substãtiam fuerint ingressa, an pp̃ mali effectũ dicantur ingressa, non adeo perspicuum est. De hoc autem Gennadius in diffinitionibus ecclesiasticorũ dogmatum ait, ¶ Dæmones per †energiam & operationem non credimus substantialiter illabi aiæ, sed applicatione & oppressione vnius illabi aũt menti, illi soli possibile est qui creauit, qui naturam subsistens incorporeus, capabilis est suæ factur æ. Ecce hic videtur insinuari, q̃ substantialiter nõ illabantur dæmones vel introeant corda hominũ. Beda quoque super illum locum Act. Apost. vbi Petrus ait Ananiæ. Cur ‡ tentauit satanas cor tuum? dicit, ¶ Nocandum q̃ mentem hominis iuxta substantiam nisi impl ere possit, nisi creatrix trinitas: quia tãmodo secundũ operationem & voluntatis inflectum animæ de his quę sunt creata impletur. Implet uero satanas cor alicuius, nõ quidem ingrediens in eum & in ipsius cius, neq; introitꝰ aditum cordis (liquidem porcellas hæc solus Dei est) sed callida & fraudulẽta deceptione animam in affectum malitiæ trahens per cogitationes & incentiua vitiorum, quibus plenus est. Implet ergo satanas cor Ananiæ, non intrando, sed malitiæ suę virus inferendo. Idem, Spiritus immundus flamma virtutum de cordibus fidelium expulsus, doctoribus veritatis venenum persecutionis effundit. ¶ His autoritatibus ostenditur quod dæmones non substantialiter intrant corda hominum, sed propter malitiæ effectum de quibus pelli dicuntur, cum nocere non sinuntur.

Matth. 8.d Marc. 1.e et 19.c Ioan. 13.d Ca. 82. in to me 8. Aug. † energica: alij, energeticã operationem, fortè, energumenum operari. Esse. Actuũ 5.a † Implenit, habet Beda.

Super e. 28. Aes sirach Vespera cum processisset a calore.

DE

DE ORDINVM DISTINCTIONE, qui, & quot sint.

A DISTINCT. IX.

POST prædicta superest cognoscere, de ordinibus angelorum quid scriptura tradat: quæ in pluribus locis notæ esse ordines angelorum promulgat, scilicet angelos, archangelos, principatus, potestates, virtutes, dominationes, thronos, cherubin, & seraphin. Et inueniuntur in istis ordinibus tria aterna esse, & in singulis tres ordines, vt trinuatis similitudo in eis insinuetur impressa. Vnde Dionysius tres ordines angelorum esse tradit, ternos in singulis ponens. Sunt enim tres superiores, tres inferiores, tres medij. Superiores, seraphin, cherubin, thronꝰ: Medij, dominationes, principatus, & potestates: Inferiores, virtutes, archangeli, angeli.

Li. 1. de cœl. Hier. ca. 6. Dionys. tamen non habet ordinẽ hic positũ, sed Gre. super 15. cap. Luc. hom. 34.

B *Quid appelletur ordo, & quæ sit ratio nominis eiusdem.*

Hic considerandũ est quid appelletur ordo, deinde, vtrũm ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum. Ordo angelorum autem dicitur multitudo cœlestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiæ similantur, sicut & in naturalium donorũ munere conueniunt. Vt verbi gratia, ¶ Seraphin (vt beatus ait Gregorius) dicuntur, qui præ alijs ardent charitate. Seraphin. n. interpretatur ardens vel succẽdens. Cherubin, qui præ alijs in scientia eminet. Cherubin. n. interpretatur plenitudo scientiæ. Thronus dicitur sedes. Throni autẽ vocantur, qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis sedeat Deus, & per eos iudicia decernat atq; informet. Dominationes verò vocantur, qui principatus & potestates transcendũt. Principatus dicitur, q̃ sibi subiectis quę sunt agenda disponũt, eisq; ad expleda diuina ministeria principãtur. Potestates nominantur hi, q̃ hoc cæteris potẽtius

Super caput Lucæ. 15. homilia 34. Li. Bernh. 5. de cõsid. ad Eugen.

in suo

Universidad de Deusto
Biblioteca

in suo ordine acceperunt, vt virtutes aduersæ eis subiectæ eorum reficientur potestate: ne homines tantum tentare valeant quantum desiderant. Virtutes uocantur illi, per quos signa & miracula frequenter fiunt. Archãgeli, q maiora nũtiãt: Angeli, q minora.

Quod hæc nomina non propter se, sed propter nos eis data sunt: quæ sumpta sunt a donis gratiæ, quæ non habent singulariter, sed excellenter: & à præcipuis

C *nominantur.*

Hæc nomina illis non propter se, sed propter nos eis data sunt. Qui.n. sibi noti sunt per contemplationẽ, nobis innotescunt cognominatione. Et nominãtur singuli ordines à donis gratiarũ, quæ non singulariter, sed excellenter data sunt in participatione. In illa.n. cœlesti curia, vbi plenitudo boni est, licet quædã data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter. Omnia.n. ibi omnibus sunt, non quidem æqualiter: quia alij alijs sublimius possident, quæ tamen omnes habent. Cumq; omnia dona gratiarũ superiores ordines sublimius & perfectius perceperint, tamen ex præcipuis sortiti sunt vocabula, inferioribus cætera relinquentes ordinibus ad cognominationem: vt Seraphin, qui ordo excellentissimus æstimatur, tam dilectionem quàm cognitionem diuinitatis, & cætera virtutũ dona cæteris ordinibus sublimius & perfectius percepit: & tamen ab excellentiori dono, id est à charitate, nomen accepit ille superior ordo. Maius.n. donum est ipsa charitas quàm lucida. Itẽ, maius est fortitudine quàm iudicare: scientia namq; informat iudicium: ideoq; secundus ordo, à secundo dono, id est cognitione ueritatis, appellatus est. s. Cherubin: ita & de aliis intelligendũ est. Assignatur ergo excellentia ordinum secundũ excellentiã donorũ: & tamen (sicut Gregorius ait) illa dona omnibus sunt communia. Omnes enim ardent charitate, & scientia pleni sunt sic & de alijs, Sed superiores alijs excellentius, vt iam dictum est, ipsa acceperunt à quibus & nominantur.

1. Cor. 13. a

Homilia 34. euange liorum.

Vnde

Vnde Gregorius, [In illa summa ciuitate quisq; ordo ei⁹ rei censẽtur nomine, quam plenius accepit in munere. *Ibidem.*

D *Quæstio ex uerbis Gregorij orta.*

Sed oritur hic quæstio talis, Si quisq; ordo ab illo dono nominatur quod plenius possidet, tunc Cherubin in scientia præminet omnibus, quia à scientia nominatur. Sed qui magis diligit, plus cognoscit. Tantum.n. (vt tradit auctoritas) cognoscit ibi quisq; quantum diligit. Itaque Seraphin non solùm in charitate, sed etiã in scientia præeminent. Ideoq; auctoritas illa sic videtur intelligenda, vt comparatio non referatur ad omnes ordines, sed ad quosdam. s. inferiores. Illic.n. ordo non plenius Seraphin accepit scientiam in munere, sed plenius aliis ordinibus, qui sunt inferiores. Nec nominatur quisq; ordo ab omni re quã plenius alijs accepit, sed ab aliqua rerum quas accepit. Vel potest cõparatio referri nõ ad ipsos ordines, sed ad alia dona, nec ad omnia alia dona, sed ad quædã. Sicut enim homines cùm plura habeant dona, quædam aliis excellentius possidet: ita fortè & angeli qui bosdam muneribus magis pollent, & aliis quibusdam minus.

Aug. de ſpi. et lit. c. 35. Et li. 3. cõt. duas Epiſt. Pelagia. ca pi. 7.

E *Vtrum ordines ab initio creationis ita distincti fuerint.*

Iam nunc inquirere restat, vtrùm & isti ordines à creationis initio ita fuerint distincti. Quòd ita fuerint distincti à primordio suæ conditionis, videtur testimonio autoritatis insinuari, quæ tradit, de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine namq; superiori Lucifer ille fuit, quo nullus dignior conditus fuit. A postolus etiã principatus & potestates tenebrarũ nominat, ostendens de ordinibus illis cecidisse: qui esi in malis ministerijs exerceant, non tamen penitus nominibus ordinum suorum priuati sunt. Sed nõ videtur illudj posse stare. Non.n. tunc charitate ardebãt, nec sapientia pollebant, neq; in eis Deus sedebat: si enim hoc habuissent, nõ cecidissent. Non ergo tũc

Ezech. 28. c Ephe. 6. b

Obiectio.

erant

Responsio.

erant Cherubin, vel Seraphin, vel Throni. Ad quod dicimus, quia ante casum quorundã non erant illi ordines: quia nondum habebant dona, in quorũ participationibus conueniunt. Sed quibusdam cadentibus, alijs opposita sunt: eisq; qui ceciderunt collata fuisset eadẽ dona, si perstitissent. Ideoq; scriptura dicit de singulis ordinibus aliquos cecidisse, non quòd fuerint in ordinibus, & postea corruerint, sed quia si perstitissent, eorum aliqui in singulis fuissent ordinibus: qui & in naturæ tenuitate, & in formæ perspicacitate differẽtes gradus habebant, sicut illi qui perstiterunt. Alij.n. vt prædiximus, superiores, alij inferiores condi sunt: superiores, qui natura magis subtiles, & sapientia magis perspicaces: inferiores, qui natura minus subtiles, & intelligentia minus perspicaces sortiti sunt. Has autẽ innisibiles differẽtias inuisibilia solus ille ponderare potuit, qui omnia in numero, & mensura, & põdere disposuit, id est, in seipso, qui est mensura omni rei modum præfigens, & numerus omni rei speciem præbẽs, & pondus omnem rem ad stabilitatem trahens,] id est, terminans, & formans & ordinans omnia.

Dist. 3. lit. B.

Sepi. 11. d Aug. lib. 4. de Gen. ad lit. cap. 3.

F *Vtrum omnes angel. eiusdem ordinis sint æquales.*

Præterea considerari oportet, vtrùm omnes angeli eiusdem ordinis æquales sint. Ita esse quibusdam placuit: sed non est hoc probabile, nec assertione dignum: quia Lucifer, qui fuit de collegio superiorũ ipsis etiã, dignior extitit, qui alijs excellentiores creati fuerant. Ex quo percipitur, q; si perstitisset, in ordine superiori fuisset, & alijs eiusdem ordinis dignior extitisset. Sicut enim vnus est ordo Apostolorum, & alter martyrum, & tamen in Apostolis alij alijs sunt digniores, similiter & in martyribus alij alijs sunt superiores: ita & in ordinibus angelorum rectè creditur esse.

Quomodo dicat scriptura decimum ordinem ex hominibus

G *compleri, cùm non sint nisi nouem ordines.*

Notandum

Notandum etiam, quòd decimus ordo legitur de hominibus restaurandis. Sed cùm non sint nisi nouem ordines, nec plures fuissent, etiam si illi qui ceciderunt perstitissent, monẽtur lectores quomodo scriptura dicat decimum ordinem compleri ex hominibus. Gregorius namq; ait homines assumẽdos in ordine angelorum: quorum alij assumuntur in ordine superiorum, qui.s. magis ardent charitate, alij in ordine inferiorum, qui.s. minus perfecti sunt. Ex quo apparet, non esse de hominibus formandum decimũ ordinem, tanquam nouem sint angelorum, & decimus hominum: sed homines pro qualitate meritorũ statuendos in ordinibus angelorum. Quòd ergo legitur decimus ordo complendus de hominibus, ex tali sensu dictum fore accipi potest, quia de hominibus restaurabitur quod in angelis lapsum est: de quibus tot corruerunt, vt possit fieri decimus ordo. Propter quod Apostolus dicit restaurari omnia in Christo quæ in cœlis, & quæ etiam in terris sunt: quia per Christum redemptum est genus humanum, de quo sit reparatio ruinæ angelicæ: tamen non minus saluaretur homo, etsi angelus non ecciderit.

Nescit unde Magister hæc hauserit.

Homil. 34. super 15. ca. qui Lucæ.

Eph. 1. b 1. Cor. 6. d 1. Petr. 1. c

H *Quod homines assumuntur iuxta numerum stantium, non lapsorum.*

Non enim iuxta numerum eorum qui ceciderũt, sed eorum qui permanserunt, homines ad beatitudinem admittuntur. Vnde Gregorius, [Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat: ad quam credimus tantum humani generis ascendere, quantos illic contigit angelos remansisse sicut scriptum est in cantico Deuteronomii, Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei.] *Quidam dicunt secundum numerum Lapsorum angelorum homines reparandos.*

Loco prealegato.

Deut. 32. a secundũ 70.

A quibusdam tamen putatur, quòd homines reparentur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt: vt illa cœlestis ciuitas nec suorum ciuium numero pri-

10 pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 29. Et
li. 22. de ci-
uitate dei,
cap. 1.
Galat. 4. &
Esaiæ. 54.

ro priuetur, nec maiori copia regnet. Quod Aug. in Ench. sentire videtur nō asserens de hominibus plus saluari quàm corruit de angelis, sed non minus, ita dicēs, Superna Hierusalem, mater nostra, ciuitas dei, nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur, sed vberiore etiam copia fortasse regnabit. Nescio n. numerum aut sanctorum hominum, aut immundorum dæmonum nouimus: in quorum locu succedētes fœcundæ catholicæ matris, quæ sterilis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, sine vllo tēporis termino permanebunt. Sed illorū ciuiū numerus, siue q̄ est, siue fuit, siue q̄ futurus est, ī cōtēplatione ciuitatis dei est, qui vocat ea q̄ nō sunt, tanquā ea quæ sunt.

Rom. 4. c

Ecce apertè dicit, non minus de hominibus saluari, quàm corruit de angelis: sed plus non asserit.

AN OMNES SPIRITVS COELESTES mittantur: & ponit duas opiniones, & autoritates quibus innituntur.

A DISTINCT. X.

De missione Angelorum

HOc etiam inuestigandum est, utrùm omnes illi cœlestes spiritus ad exteriora nuntianda mittantur. Quidam putant aliquos in illa multitudine esse, qui fortàs pro officio exeunt, alios qui intus semper assistunt: sicut scriptum

Danie. 7. c

est in Daniele, Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Ite Dionysius in Hierarchia, quæ facer principatus dicitur, de

Cap. 7.

prælatione spirituum ait, Superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt neque eam quæ penitus nēt, vsū exterioris officij nunquā habēt. His autoritatibus innituntur, qui angelos mitti, nisi inferiores, inficiantur.

B *Obiectio contra illos.*

Petitum ex

Quibus obiicitur quod Esaias ait, Volauit ad me unus

unus de Seraphim: ergo ordo superior est & excellētior. Ideoq; si de isto ordine mittuntur, non est ambigendum quin etiam de aliis mittantur. Apostolus quoq; ait, Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi. His testimoniis asserunt quidam, omnes angelos mitti. Nec debet indignum videri si etiam superiores mittantur, cùm & ille qui creator est omnium, ad hæc inferiora descenderit.

Greg. hom. 34. Esaiæ 6. c Hebr. 1. d

Ioan. 16. f Exiui a patre

Quæritur, si omnes mittuntur, cur unus tantùm ordo nomine angelorum censetur?

C

Hic oritur quæstio, Si omnes mittuntur, & nuntij dei existunt, quare unus tantùm inter nouem ordines angelorum nomine censetur? Ad quod quidam dicunt, omnes quidē mitti, sed alios sæpius & quasi ex officio inuncto, qui propriè angeli vel archangeli nominantur, alios verò rarius mitti. s. maiores, causa extra communem dispensationem oborta: qui cùm angelorum ministerijs suscipiuntur, & nomē assumūt. Vnde in Psal. Qui facit angelos suos spiritus: ga illi q̄ natura spiritus sunt, aliquādo angeli, id est nūtij fiunt.

Psal. 103.

Putant quidam Michael, Gabriel, Raphael, de superiori ordine fuisse: & sunt hæc nomina spirituum, non ordinum.

D

Et putant illi, Michael, Gabriel, Raphael de superiori ordine fuisse. Michael interpretatur, quis vt Deus? Gabriel, fortitudo Dei: Raphael, medicina Dei: nec sunt illa nomina ordinum, sed spirituum. Et dicunt quidam singulorum horum unius propriè ac singulariter spiritus esse nomen: alij verò, nō unius singulariter & determinatè, sed nunc huius, nūc illius esse nomen, secundum qualitatem eorum ad quæ nuntianda uel gerenda mittuntur. sicut & dæmonum q̄dam nomina sunt, quæ quidam putant esse unius propria, alij verò pluribus cōmunia: Diabolus quippe, qui Græcè ita uocatur, & criminator interpretatur, vel deorsum fluens uel ruens, Hebraicè dicitur Satan, id est aduersarius. Dicitur & Belial, id est, apostata

Greg. homi. 34. euange.

Apocal. 12. Eccl. 51. Esaiæ. 14.

Luc. 10. c. 2. Cor. 6. c. Ioh. 10. c

stata & absqs lugo: dicitur etiam Leuiathan, id est, additamentum eorum: & alia plura reperies nomina, sī vel vnius spiritus sūt propria, vel pluribus cōmunia.

Quomodo determinent prædictas auctoritates, quæ videntur aduersari, qui dicunt omnes angelos mitti.

E

Qui autem omnes angelos mitti asserunt, prædictas autoritates, Danielis. 7. & Dionysij, ita determinant: Dicuntur superiora agmina deo assistere, & ab intimis nunquam recedere, non quin aliquando mittantur, sed quia rarissimè ad exteriora prodeunt: neque tunc ab intimis recedunt, sed Dei præsentiæ & contemplationi semper assistunt: quod etiam faciunt qui frequenter mittuntur.

Quos alij dicant missi, & quos dicant non missi, cum determinatione auctoritatem quæ videntur sibi aduersari.

F

Alij verò dicunt tres ordines supremos. s. Cherubin, Seraphin, & Thronos, ita creatori assistere, quod ad exteriora non exeunt: inferiores autem tres, ad exteriora mitti: tres verò medios inter vtrosqs constitere, non modò dignitate vel loco, sed etiam officio. quia præceptum diuinum à superioribus accipiunt, & deferunt ad inferiores. Ideoqs cùm supremi medijs, & medij imis, atqs hi hominibus præceptum Dei nuntient, merito omnes angelos nominari dicunt. Et ob id fortè Apostolus ait Omnes spiritus administratores esse filij, & mitti in ministerium: vel per omnes nō singulos ordines, sed de inferioribus ordinibus singulos angelos cōplexus est. Illud verò quod Et ias ait, per verba Dionysij determinant, dicentis: Illi spiritus qui mittuntur, percipiūt horū vocabulū, quia rū gerunt officiū. Vnde dicunt illū angelū, qui missus est ad Esaiam, vt mundaret & incenderet labia Prophetæ, fuisse de ordine inferiorum. Sed ideo pectus est forte de Seraphin, quia venichat incendere & consumere delicta Esaiæ.

Heb. 1. d

Capite 13. cœlestis hierarch. seniē sialiter, sed in forma apud Greg. lo citato. Esaiæ 6. c

QVOD

QVOD QVAEQVE ANIMA HABET angelum bonum ad sui custodiam delegatum, & malum ad exercitium.

A

DISTINCT. XI.

ILLVD quoq; sciendum est, quòd angeli boni deputati sunt ad custodiam hominum, ita vt quisque electorū habeat angelum ad sui profectū atq; custodiā specialiter delegatum. Vnde in Euangelio Veritas à pusillorū scandalo prohibeus, ait, Angeli eorum semper vident faciem patris. Angelos dicit eorū esse, quibus ad custodiam deputati sunt. Super quem locum Hieronymus tradit, vnamquamque animam ab exordio nativitatis habere angelum ad sui custodiā deputatū, inquiens ita Magna dignitas animarū est, vt vnaquaq; habeat ab ortu nativitatis in custodiā sui angelum delegatū. †Gregorius quoq; dicit quòd quisque bonum angelum sibi ad custodiam deputatum, & vnum malum ad exercitium habet. Cùm.n. omnes angeli boni nostrum bonum velint, communiterque saluti omniū studeant, ille tamen qui deputatus est alicui ad custodiam, eum specialiter hortatur ad bonum: sicut legitur de angelo Thobiæ, & de angelo Petri in actibus Apostolorū. Similiter & mali angeli cùm desiderent malū hominū: magis tamen hominē ad malū incitat, & ad nocendū fortius instat ille qui ad exercitiū eius deputatus est.

De angelis hominum custodibus.

†Non reperitur in Greg. sed in Rog. de S. Victore, lib. Sententiarum. Thob. 5. dist. 6 & 8. a Actu. 12. b

B

Vtrum singulis hominibus singuli angeli, an pluribus deputatus sit vnus.

Solet autem quæri, vtrùm singuli angeli singulis hominibus, an vnus pluribus ad custodiam vel exercitiū deputatus sit. Sed cùm electi tot sint quot & boni angeli sunt, plures constat esse oēs simul bonos & malos homines, quā boni angeli sunt: & cū tot sint electi quot angeli boni, & angeli boni plures sint quàm ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

li, pluresque sint homines mali quàm boni, nō est aut bigēdum. plures esse bonos homines quàm sint mali angeli, & plures esse malos homines quàm sint mali angeli vel boni angeli.

Confirmat vnum angelum pluribus hominibus deputari, sive simul, sive temporibus diuersis.

C Ideoque dici oportet, vnum eundemque angelum bonum vel malum, pluribus hominibus deputari ad custodiam vel exercitium, siue eodē tempore, siue diuersis temporibus. Ideo autem dicimus eodem tempore vel diuersis temporibus, quia videtur quibusdā quòd omnes homines qui sunt simul in aliquo tempore, singuli singulos angelos habere possint, bonos vel malos: quia licet maior sit numerus hominū, cōputatis in vnū oībus qui fuerūt, & sunt, & futuri sūt, quàm angelorū: tamen quia homines decedētibus hominibus succedunt, & ideo nunquā simul sūt in hac vita: angeli verò nunquā decedūt, sed simul oēs sunt: ideo esse potest, vt singuli hominū, dum in hac vita sunt, singulos habeāt angelos bonos vel malos ad sui custodiā vel exercitū destinatos. Cęterū, siue ita sit, siue non, nō est dubitandum, vnumquemque habere angelum sibi deputatū, siue pluribus simul destinatus sit, siue vni singulariter. Nec est mirandum, vnū angelum pluribus hominibus ad custodiā deputari, cum vni homini plurium custodia deputetur, ita vt eorū quisque suum dicatur habere dominum, vel episcopum, vel abbatem.

Ecclesiast. 1. & 14.

Verum angeli proficiant in merito vel in
D *præmio vsque ad iudicium.*

Præterea illud considerari oportet, vtrū angeli beati in præmio vel in merito proficiāt vsq; ad iudicium. Quod in meritis proficiant, atque quotidie magis ac magis mereātur, quibusdam videtur ex eo, quia quotidie hominum vtilitatibus inseruiunt, eorumque profectibus studet. Quibus eriā nihilominus videtur q; & in præmio proficiant, scilicet in cognitione & dilectione

ctione Dei. Licet enim (vt aiunt) in confirmatione beatitudinem acceperint æternum atque perfectam, augetur tamen quotidie eorum beatitudo: quia magis ac magis diligunt atque cognoscunt: & est eorū charitas (qua Deum & nos diligunt) & meritum & præmium: Meritum, quia per eā & obtequia ex ea nobis impensa, merentur, & in beatitudine proficiunt: & ipsa eadem est præmium, quia ea beati sunt.

E *Auctoritatibus confirmans quod dicunt.*

Et quòd angeli proficiant in cognitione, ac per hoc in beatitudine, testimonij sanctorum confirmāt: dicit enim Esaias ex persona angelorum, Christi ascē- *Esaiæ 63. a*
dentis magnificentiā admirantiū, Quis est iste q̄ venit de Edō, tinctis vestibus de Bosra? Et in Psal. Quis *Psalm. 23.*
est iste rex glorię? Ex quibus apparet, q̄ mysteriū verbi incarnati plenius cognouerūt angeli post impletio-
nē quàm ante. Et sicut in cognitione huius mysterij profecerunt, ita dicunt eos in deitatis cognitione proficere. Quod autem in huiusmodi mysterij cognitione profecerint, euidēter docet Apostolus, dicēs, Quæ *Ephes. 3. b*
sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, vt innotescat multiformis sapientia Dei per Ecclesiā principibus & potestatibus in cęlestibus. Super quem *Explanatio*
locum dicit Hieronymus, Angelicas dignitates præ- *ne ad 3. cap.*
fatum mysterium ad purum non intellexisse, donec *ad Ephes.*
completa est passio Christi, & Apostolorum prædicatio per gentes dilatata.

F *Quod in hac sententia videtur Augst. aduersari Hieron.*

His autē videtur contradicere Augu. super eundē *Originaliter*
locum epistolæ dicens, [Non latuit angelos mysteriū *super Genes.*
regni cœlorum, quod opportuno tempore reuelatum *lib. 5. c. 21.*
est pro salute nostra. Illis ergo à seculis innotuit supra memoratum mysterium: quia omnis creatura non ante secula, sed à seculis est.] Attende lector, quia videntur dissentire in hac sententia illustres doctores. Ideoq; vt omnis repugnantia de medio tollatur, predicta verba, Haymonem sequentes, ita determinemus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Super epistolā Pauli ad Ephesios 3.

mus, [vt illis angelis qui maioris dignitatis sunt, & quorum ministerium illa nuntiata sunt, ex parte cognita a seculis fuisse, utpote familiaribus & nuntijs] his verò qui minoris dignitatis sunt, incognita extitisse dicamus,] vsquequo impleta sunt, & per ecclesiam prædicata: & tunc ab omnibus angelis perfectè fuerūt cognita. Constat itaq;, omnes angelos in cognitione diuinorum mysteriorum secundum processum tēporis profeciſſe. Vnde non incongruenter ipſi iidem dicunt, angelorum scientiam ac beatitudinem augeri vsque ad futuram consummationem, quando in scientia ac beatitudine perfectissimi erunt, ut nec augeatur amplius, nec minuatur.

Aliorum opinio, qui dicunt angelos in quibuſdam prædictorum non profeciſſe.

G Alij aūt dicunt, angelos in confirmatione, tāta dēitatis dilectione atque notitia fuisse prædītos, ut in his vlterius non profecerint, nec proficiant sint. Profecerunt tamen in scientia rerum exteriorum, sicut in cognitione sacramenti incarnationis, & huiusmodi, sed non in contemplatione deitatis: quia trinitatē in unitate, atq; unitatem in trinitāte non plenius intelligūt, siue intellecturi sunt, quām ab ipſa cōfirmatione perceperunt. Ita etiam dicunt eos in charitate non proficiſſe poſt confirmationem, quia eorum charitas poſtea non est aucta: & sic dicunt eos non profeciſſe in meritis, ſed hoc quantum ad uim merendi, non quantum ad numerum meritorum. Plura enim bona fecerunt poſtea, quæ tunc non fecerūt: ſed eorū charitas, ex qua illa proceſſerunt, nō est aucta: ex qua tantum meruerunt antequā iſta adderentur, quārum poſtea his adiectis. Illud verò quod alij ſuperius dicunt probabilius videtur, ſcilicet quòd angeli vſque ad iudicium in ſcientia & alijs proficiant.

H *Quædam auctoritates uidentur obuiare probabiliori ſententiæ.*

Quibus tamen videntur obuiare quarundā auctoritatū verba: ait enim Iſidorus de sūmo bono, [Angeli in

in Verbo Dei omnia ſciunt antequam fiant.] ſed nec omnes, nec omnia perfectè angelos ſcire dixit: & ideo eos in ſcientia proficere non remouit. Gregorius quoque in lib. dialogorum ait, [Quid est quod ibi neſciāt, ubi ſcientem omnia ſciunt? Vbi uidetur dicere quòd omnia ſciant angeli, & nihil ſit quod neſciant. Sed ac cipiendum est hoc de his quorum cognitio beatum facit cogitorem: ut ſunt ea quæ ad myſterium trinitatis & unitatis pertinent.

Lib. 1. c. 12. poſt medium.

Ca. 7. lib. 4. dialog. et li. 2. moral. cā. 3.

POST CONSIDERATIONEM DE ANGELIS habitam agitur de aliarum rerum creatione, & præcipuè de operum ſex dierum diſtinctione.

A DISTINCT. XII.

HAEC de angelicæ naturæ conditione dicta ſufficiant: nunc ſupereſt de aliarum quoque rerum creatione, ac præcipuè de operum ſex dierū diſtinctione, nonnulla in medium proferre. Cū Deus in ſapientia ſua angelicos condidit ſpiritus, alia etiam creauit, ſicut oſtendit ſupradicta ſcriptura Geneſ. quæ dicit, in principio Deū creaſſe cœlum, i. angelos, & terram, ſcilicet materiam quatuor elementorum adhuc confuſam & informē, quæ à Græcis dicta est chaos: & hæc fuit ante omnem die. Deinde elementa diſtinxit Deus, & ſpecies proprias atque diſtinctas ſingulis rebus ſecundum genus ſuū dedit: quæ non ſimul, vt quibuſdam ſanctorum patrum placuit, ſed per interualla temporum ac ſex uōlumina dierum, ut alijs viſum est, formauit.

De diſt. operū ſex dierū in genere.

Geneſ. 1. a

Auguſtin. Hier. Greg. & Beda.

Quod ſancti tractatores uidentur ſuper hoc quaſi aduerſa tradidiſſe, alijs dicentibus omnia ſimul facta in materia & forma, alijs per interualla temporum.

Quidam namque ſanctorum patrū, qui verba Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque arcanâ excellêter serutati sunt, super hoc quasi aduersa scripsisse videntur. Alij quidè tradiderũt, omnia simul in materia & forma fuisse creata: quod Augustinum sensisse videtur. Alij verò hoc magis probauerũt ac asseruerunt, vt prima materia rudis atq; informis, quatuor elementorum cõmixtionem atq; confusionem tenens, creata sit: post modũ verò per interualla texerum ex illa materia rerum corporalium genera sint formata secundum species proprias. Quam sententiam Greg. Hier. & Beda, aliique plures commendant ac præferunt. Quæ etiam scripturæ Genesios (vnde prima huius rei ad nos manauit cognitio) magis congruere videtur.

Super Gene. lib. 1. ca. 15.

Hier. 7 quæ stionibus in Gen. tom. 3. Greg. li. 32. moral. c. 10

C *Quomodo per interualla temporis res corporales conditæ sint.*

Secundum hanc itaq; traditionem, ordinem atque modum creationis formationisq; rerũ inspiciamus. Sicut supra memoratũ est, in principio creauit Deus cœlum. i. angelicam naturam, sed adhuc informem, vt quibusdam placet: & terram. i. illam confusam materiam quatuor elementorũ: quam nomine terræ, vt Aug. ait contra Manichæos, ideo appellauit Moyses, [quia terra inter omnia elementa minus est speciosa & illa inanis erat, & incomposita propter omnium elementorum commixtionem: eandem etiam vocat abyssum, dicens, Et tenebræ erant super faciem abyssi, scõ quia confusa erat & commixta, specie distincta carẽs. [Eadem etiam materia informis dicta est aqua, super quam ferebatur spiritus Domini: sicut supertertur fabricandis rebus voluntas artificis: quia subiacebat bonæ voluntati creatoris, quod formandum perficiendumq; inchoauerat: qui sicut dominus & conditor, præerat fluitanti & confusæ materiæ, vt distingueret per species varias quando vellet & sicut vellet. Hgc ergo ideo dicta est aqua, quia omnia quæ in terra nascũtur, siue animalia, siue arbores, vel herbę, & similia, ab humore incipiunt formari atq; nutriri. His ergo rebus vocabulis vocata est illa informis materia, vt res ignotis notis vocabulis insinuaretur imperitioribus, & non vno tantùm: nam si vno tantùm significaretur vocabulo, hoc esse putaretur quod consueuerant homines in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo nominibus significata est materia illa confusa & informis, quæ nulla specie cerni ac tractari poterat, [i. nominibus visibilium rerum, quæ inde futuræ erant, propter infirmitatem parulorum, qui minus idonei sunt inuisibilia comprehendere: & tunc erant tenebræ, id est lucis absentia. [Non enim tenebræ aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia: sicut silentium non aliqua res est, sed vbi sonus non est, silentium dicitur: & nuditas nõ aliqua res est, sed in corpore vbi tegumentum non est, nuditas dicitur: sicut & inanitas non est aliquid, sed inanis dicitur locus esse vbi non est corpus, & inanitas, absentia corporis.]

Li. 1. de gen. contra Manichæos. ca. 7. in tomo 1.

Diss. 2. lit. C

Ibidẽ, ca. 5.

Ibidẽ, ca. 4. Et in tom. 6 lib. contra epi. fulam Manich. ca. 30.

Dan. 30. f

Quo sensu tenebræ dicantur non esse aliquid, & quo dicantur esse aliquid.

D Attende quia hic [Augustinus tenebras dicit non esse aliquid, cùm alibi tenebræ inter creaturas ponantur quæ benedicunt Dominum: vnde dicitur, Benedicite lux & tenebræ Domino. Idcoq; sciendum est, tenebras diuersis modis accipi. f. vel pro lucis absentia, qualiter supra accepit Aug. iuxta quam acceptionem non sunt aliquid: vel pro aere obscurato, siue aeris obscura qualitate: & secundũ hoc aliquæ res creata sunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuisse super faciẽ abyssi, quia nondũ erat lux: quæ si esset, & superesset, & superfunderetur: sed nondũ lucis gratia optus fuit. Deus vtenustauerat, quæ postea in primo die formata est.

Duo hic consideranda sunt, quare illa materia confusa sit dicta informis, & vbi ad esse prodierit, quantumq; in altitudine ascenderit.

E De qua re priusquam tractemus, duo nobis discutienda occurrunt: primùm quare illa materia confusa informis dicatur, an quia omni forma caruerit, an propter aliud: secundò, vbi ad esse prodierit, & quantũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

in altum ascenderit. Ad illud ergo quod primò positũ est, breuiter respondentes, dicimus illam primam materiam non ideo dictam fore informem, & nullã omnino formam habuerit: quia non aliquid corporeum tale existere potest, quod nullam habeat formam: sed ideo non absurde informem appellari posse dicimus, quia in confusione & permixtione quadam subsistẽs, nondũ puleram, apertamq;, & distinctã receperat formam, qualem modò cernimus. Facta est ergo illa materia in forma confusionis ante formã dispositionis. In forma confusionis prius omnia corporalia materialiter simul & semel sunt creata: postmodum in forma dispositionis sex diebus sunt ordinata. Ecce absolutum est quod primò in discussione propositũ fuit, scilicet quare illa materia dicatur informis.

Aug. lib. 1. de gen. c. 15

F *Hic ad id quod secundò quærebatur, respondet.*

Nunc supereſt quod secundò proponebatur explicare, vbi scilicet illa materia subsiterit, & quantum in altitudine porrigebatur. Ad quod, nihil temerè asserentes, dicimus, quòd illa prima rerum omniũ moles quãdo creata est, ibidem ad esse videtur prodiisse, vbi nunc formata subsistit. Eratque terreum hoc elementum in uno loco, eodemque medio subsistens, cæteris tribus in una confusione permixtis: eisdemq; circumquaque in modo cuiusdam nebulæ † oppressis, ita obuolutum erat, ut apparere nõ posset quod fuit. Illa verò tria in una permixtione confusa circumquaque suspensa, eousque in altum porrigebantur, quousque nunc summitas corpòreæ naturæ pertingit. Et sicut quibusdam uidetur, ultra locum firmamenti extendebatur illa moles, quæ in inferiori parte spissior, atque crassior erat: in superiori verò, rarior, ac leuior, atque subtilior existebat: de qua rariori substantia putant quidam fuisse aquas, quæ super firmamentum esse dicuntur. Talis fuit mundi facies in principio, priusquam reciperet formam uel dispositionem.

† oppressis, uel, oppẽsis.

Beda circa illud Ge. 1. Et tenebræ erãt super, &c.

Offenso

Offenso qualis fuit mundi facies in ipso primordio, incipit prosequi operum sex dierum distinctionem.

G Nunc supereſt vt dispositionem illam qualiter perfecta sit, ordine prosequamur. Sex diebus, sicut docet scriptura Gen. distinxit deus, & in formas redegit pro priis cuncta quæ simul materialiter fecerat: perfecitq; opus suum die sexto: & sic deinde die septimo requieuit ab omni opere suo, id est cessauit nouam creaturã facere. Sex. n. diebus sex rerũ genera distinxit, nihilq; postea fecit, quod in aliquo illorum non cõtineatur: operatus est tamen postea, sicut Veritas in euang. ait, Pater meus operatur vsq; nunc, & ego operor illud.

Genes. 2. a

Ioan. 5. c

H *De quatuor modis diuinæ operationis.*

Quatuor. n. modis, vt ait Alcuinus super Genesim, operatur deus. Primò in verbo, omnia disponendo: Secundò, in materia informi quatuor elementorum, de nihilo eam creando: vnde, Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul. Omnia. s. elementa: uel omnia corpora materialiter simul creauit. Tertiò, per opera sex dierum varias distinxit creaturas. Quartò, ex primordialibus seminibus nou incognitæ oriuntur naturæ, sed notæ sæpius reformantur, ne pereant.

Ecclc. 18. a

QVÆ FVERIT PRIMA *distinctionis operatio.*

A

DISTINCT. XIII.

De productione lucis

PRIMA autem distinctionis operatio fuit formatio lucis, sicut ostendit scriptura Genes. quæ, commemorata rerũ informitate, earum dispositionem à luce inchoauit, subdens, Dixit Deus, Fiat lux: & facta est lux: & diuisit lucem à tenebris, appellauitq; lucem diem, & tenebras noctẽ. Et factum est vespere & mane dies unus. Congruè mundi ornatus à luce cœpit, vnde cætera quæ creanda erant, viderentur.

Qualis

Universidad de Deusto
Biblioteca

B *Qualis fuerit lux illa, corporalis an spiritualis.*

Si quæritur, qualis illa lux fuerit, corporalis scilicet, an spiritualis: id respondemus quod à sanctis legimus traditum: dicit. n. Aug. quia lux illa corporalis vel spiritualis intelligi potest. Si spiritualis accipitur, angelica natura intelligitur, quæ prius informis fuit, sed postea formata est, cùm ad creatorem suum conuersa est charitate adhæsit: cuius informitatis creatio superius significata est, vbi dictũ est, In principio creauit Deus cœlum & terram. Hic verò eiusdem formatio ostenditur, cùm ait, Fiat lux: & facta est lux. Hæc ergo angelica natura prius tenebræ, & postea lux fuit: quia prius habuit informitatem & imperfectionem, deinde formationis perfectionem: & ita diuisit deus lucem à tenebris. Nam, ut ait Aug. super Gen. [Huius creaturæ informitas & imperfectio fuit antequam formaretur, in amore conditoris. Formata verò est quãdo conuersa est ad incommutabile lumen vérbi.] Si verò corporalis fuit lux illa, quodvtiq; probabile est, corpus lucidum fuisse intelligitur, vel ut lucida nubes: quod non de nihilo, sed de præiacenti materia formaliter factum est vt lux esset, & vim lucendi haberet: cũ qua dies prima exorta est: quia ante lucem nec fuit dies nec nox, licet tempus fuerit.

Li. 1. de Gẽ. ad literam, cap. 3.

Lib. 1. c. 5.

Quod lux illa facta est, vbi sol apparet, quæ in aquis lucere poterat.

C

Si autem quæritur, Vbi est facta lux illa, cùm abyssus omnem terræ altitudinem tegeret? Dici potest in illis partibus facta, quas nũc illustrat solis diurna lux. Nec mirum, lucem in aquis posse lucere, cùm etiam nautarum operatione sæpius illustrentur, qui in profundum mersi, misso ex ore oleo aquas sibi illustrãt: quæ multo rationes fuerunt in principio quàm modò sunt: quia nondum congregatæ fuerant in unoloco. Facta est ergo lux illa, quæ vicem & locum solis tenebat: quæ motu suo circumagitata, noctem diẽq; discernebat. Ibi ergo primùm lucem apparuisse verè simile

simile est, vbi sol quotidiano cursu circumuectus apparet: ut eodem tramite lux circumcurrens, ac primò ad occasum descendens vesperam faceret, deinde reuocata ad ortum, auroram, id est mane illustraret: & ita diuisit Deus lucem & tenebras, & appellauit lucẽ diem, & tenebras noctem.

D *Quod dies diuersis modis accipitur.*

Hic notandum est, q; dies diuersis modis accipitur in scriptura. Dicitur enim dies lux illa, quæ illo tri- duo tenebras illuminabat: & dicitur dies illuminatio ipsa aeris. Dicitur etiam dies spatium viginti quatuor horarum: qualiter accipitur cùm dicitur, Factum est vespere & mane dies vnus. Quod ita distinguendum est, factũ est vespere prius, & postea mane: & ita fuit dies vnus expletus viginti quatuor horarum. Dies scilicet naturalis, qui habuit vesperam, sed non mane. Mane enim dicitur finis præcedentis & initium sequentis diei, quod est aurora: quæ nec plenam lucem, nec omnino tenebras habet. Mane ergo primus dies non habuit: quia nec dies præcesserat, qui sequentis diei initium terminaretur: & eo præcipue, quia lucẽ apparẽte, nox super terram plenus atq; præclarus dies exoritur: qui non ab aurora, sed à plena luce inchoauit, & mane sequentis diei consummatus est. Vnde Beda super Genes. [Decebat ut dies à luce inciperet, & in mane sequentis diei tenderet: ut opera Dei à luce inchoasse, & in lucem completa esse significarentur.] Reliqui autem dies mane habuerunt & vesperam: quorum vtrumq; à suo mane incipiens, vsque ad alterius diei mane tendebatur.

Quomodo dies singuli debeãt illud, Et factũ est vespere & mane dies vnus.

Aug. super Ge. l. 4. ca. 10

In g. super Gen. ad lit. scribitur Augustinus hæc sẽtentia.

Exod. 12.

De naturali ordine computationis dierum, & de illo qui pro mysterio introductus est.

E

Hic est naturalis ordo distinctionis dierum, ut distinguantur atque computentur dies à mane usq; ad mane. Postea verò in mysterio factum est vt dies cõputentur à vespera in vesperam, & adiungatur dies præcedenti noctis in computatione: cùm iuxta naturalem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ralem ordinem precedens dies sequenti nocti adiungi debeat: quia homo à luce per peccatum corruit in tenebras ignorantiæ & peccatorum, deinde per Christum à tenebris ad lucē redit. Vnde Apostolus. Eramus aliquando tenebræ, nūc autem lux in Domino. Primus itaque dies non ab aurora, sed à plena luce incipiens, & post vesperam paulatim occidente luce ex cipiens mane sequentis diei, expletus est. Vnde Beda, [Occidente luce paulatim, & post spatium diurnæ lōgitudinis inferiores partes subeunte, factum est vespere: sicut nunc usitato cursu solis fieri solet. Factum est autem mane eadem luce super terram redeunte, & alium diem inchoante: & dies expletus est vnus viginti quatuor horarum. Fuitque nox illo triduo omnino tenebrosa, quæ post creata sidera aliqua luce claruit.]

Eph. 5. c.

In gl. super Ge. attributur Aug.

F *Cur sol factus est, si lux illa sufficiebat.*

Solet autem quæri, Quare factus est sol, si lux illa ad faciendum diem sufficiebat? Ad quod dici potest, quoniam lux illa fortè superiores partes illustrabat, & ad illuminationem inferiorum, solem fieri oportebat: vel potius ideo, quia facto sole diei fulgor auctus est. Ampliori enim multò luce radiauit dies postea, quam ante. Si autem queritur, quid de luce illa facta fit, cùm modò non appareat, potest dici aut de ea corpus solis formatum, [aut in ea parte cœli esse in qua sol est: non quòd ipsa sit sol, sed sic ei unita, vt discerni non ualeat.]

Aug. super Gen. ad lit. lib. 1. ca. 11

Ibidē c. 10. refert istam sententiam Aug. nū approbans ea.

G *Quomodo accipiendum sit illud, Dixit Deus, an sono vocis id Deus dixerit, an aliter.*

Præterea inuestigandum est, quomodo accipiendum sit quod ait, Dixit deus, vtrum temporaliter, uel sono uocis illud dixerit, an alio modo. Augustinus super Genesi tradit, nec temporaliter, nec sono vocis deum locutum fuisse: quia si temporaliter, & mutabiliter. Et si corporaliter dicatur sonuisse vox Dei, nec lingua erat qua loqueretur, nec erat quē oporteret audire & intelligere. Bene ergo vox Dei ad naturā Verbi, per quod omnia facta sunt, refertur. Dixit ergo Deus, Fiat, &c. non temporaliter, non sono uocis, sed in Verbo sibi coæterno, id est, Verbum genuit intemporaliter in quo erat: & disposuit ab æterno, ut fieret in tempore: & in eo factum est.]

Li. 1. c. 2. 4 & 9.

H *Quomodo accipiendum sit quòd dicitur pater operari in filio, uel per filium, uel in spiritu sancto.*

Hic quæri solet, quomodo accipiendum sit quòd dicitur pater operari in filio, uel per filium, vel in spiritu sancto. Hæc enim scriptura frequenter nobis proponit: vt, Omnia in sapientia fecisti Domine, id est in filio: &, In principio, id est in filio, creauit deus cœlū & terram. Et illud, Per quem fecit & secula. Super illum quoque psalmi locum, Verbo Domini cœli firmati sunt, &c. dicit Augustinus, quod pater operatur per uerbum suum & spiritum sanctum.] Quomodo ergo hoc accipiendum est? Putauerunt quidam hæretici, quòd pater uelut autor & artifex, filio & spiritu sancto in rerum operatione quasi instrumento vteretur, ex prædictis uerbis errandi occasionem sumentes, quòd uelut blasphemum atque sanæ doctrinæ ad uersum abiicit pia fides. Non est itaque intelligendū, ideo scripturam frequenter commemorare patrem operari in filio, uel per filium, tanquam filius non posset facere, si ei non porrexisset pater dexteram, uel tanquam aliquod instrumentū fuerit patris operantis, sed potius illis verbis patrem intelligi uoluit cū filio & spiritu sancto operari, & sine eis nihil facere.

Psal. 118. 3. Gene. 1. Heb. 1. c. Psal. 32. b.

I *Contra hanc expositionem surgit hæreticus.*

Sed dicit hæreticus, Hac ratione posset dixisse filium operari per patrem uel in patre, & spiritum sanctum cum utroque uel per utrumque: quia filius cū patre, & spiritus sanctus cum utroque operatur. Cui breuiter respondetur, ideo illud dictum esse, & non illud, ut in patre monstrarentur autoritas. Non enim potest a filio, sed filius à patre operatur, & spiritus san-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 16.c. sanctus ab utroq;. Ideoque etiam filius per spiritum sanctum legitur operari, quia cum spiritu sancto operatur, hoc ipsum à filio habente ut operetur.

K *Alia prædictorum expositio.*

Potest & aliter illud accipi, ut dicatur pater in filio uel per filium operari, quia eum genuit omnium opificem: sicut dicitur pater per eum iudicare, quia genuit iudicem: ita & per spiritum sanctũ dicitur operari siue pater, siue filius, quia ab utroq; procedit spiritus sanctus factor omnium. Vnde Ioannes Chrysostomus in expositione epistolæ ad Heb. sic ait, [Non, ut hæreticus inaniter suspicatur, tanquam aliquod instrumentum patris extiterit filius: neque per eum pater dicitur fecisse, tanquam ipse facere non posset: sed sicut dicitur pater iudicare per filium, quia iudicem genuit, sic etiam dicitur operari per filium, quia eum constat opificem genuisse. Si enim causa eius pater est, secundum quod pater est, multo amplius eorum causa est, quæ per filium facta sunt.] Hæc de opere primę diei dicta sunt.

Homil. 2. in primum ca. ad Hebræos.

DE OPERE SECVNDAE DIEI, QVOD *factum est firmamentum.*

A DISTINCT. XIIII.

De productione simplicium corporum Ambros. hexame. li. 2. ca. 2. 3. & 4.

DIxit quoque Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Diuisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Sciendum est, quòd in hoc cœli describitur hic creatio (sicut ait Beda super Gen.) in quo fixa sunt sidera: cui supposita sunt aquæ in aere & in terra, & super positæ aliæ, de quibus dicitur, Qui tegis aquis superiora eius. In medio ergo firmamentum est, id est sidereum cœlum, quod de aquis factum esse credi potest. Crystallinus enim lapis, cui magna est firmitas & perspicuitas, de aquis factus est. Si quem uerò mouet, quomodo aquæ natura fluidę & in ima labiles, sup cœlũ possint consistere: de deo scriptum esse meminerit, Qui ligat aquas in nubibus suis. Qui enim infra cœlum ligat aquas ad tempus vaporibus nubium rerentas, potest etiam super cœli sphæram non vaporali renuitate, sed glaciali soliditate aquas suspendere ne labantur. Quales autem, & ad quid condiuæ sint, ipse nouit qui condidit.] Ecce ostensum est his uerbis, quod cœlum factum sit, scilicet illud in quo sunt fixa sidera, id est, quod excedit aerem: & de qua materia, scilicet de aquis, & quales sint aquæ quæ super illud cœlum sunt, scilicet ut glacies soliditatæ.

Psal. 103.

Iob. 26. c.

Alij putant cœlum illud esse igneæ naturæ: quibus consentit Augustinus.

B Quidam uerò cœlum quod excedit aeris spatia, igneæ naturæ dicunt, asserentes, [super aerem, putũ ignem esse, qui dicitur esse cœlum: de quo igne sidera & luminaria facta esse coniectant.] quibus Augustinus consentire uidetur. Vtrùm uero nomine firmamenti cœlum quod excedit aerem, an ipse aer hic intelligatur, idem Augustinus quærit, nec soluit. Magis tamen approbare uidetur, cœlum illud hic accipi, quod sparia aeris excedit. Aquas autem, quæ super illud cœlum sunt, dicit vaporaliter trahi, & leuissimis suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus exhalatione terræ aquas vaporaliter trahit, & per subtiles minutias suspendit, & post corpulentius cõglobatas pluuia liter refundit. Stergo potest aqua, sicut uidemus, ad tantas minutias peruenire, ut feratur vaporaliter super aerem aquis naturaliter leuiorem: cur non creda mus etiam, super illud leuius cœlum minutioribus guttis & leuioribus emanare vaporibus: sed quoquo modo ibi sint, ibi esse non dubitamus.

Aug. lib. 2. de Gen. ad lite. cap. 3.

Ibidẽ, ca. 4.

C *Quæ sit figura firmamenti.*

Quæri etiam solet, cuius figuræ sit cœlum. [Sed spiri-

Aug. lib. 2. de Gen. ad

literã, ca. 9. Vtrũ Pet. an moueatur cælum. Ibidẽ, c 10. Quare dicatur firmamentum.

spiritus sanctus, quamuis autores nostri sciuerint, per eos dicere noluit, nisi quod profuit saluti. Quæritur etiam, si stet, an moueatur cœlum. Si mouetur, inquiunt, quomodo est firmamentum? Si stat, quomodo in eo fixa sidera circumeunt? Sed firmamentum dici potest, non propter stationem, sed propter firmitatem uel terminum aquarum intrãsgressibilem. Si autem stat, nihil impedit moueri & circumire sidera.]

Quare tacuit scriptura de opere secundæ
D *diei, quod in alijs dixit.*

Post hæc quæri solet, quare hic non est dictum, sicut in aliorum dierum operibus, Vidit Deus quod esset bonum. Sacramentum aliquod hic commendatur. Ideo enim fortassis non est dictum, quod tamen sicut in aliis factum est: quia binarius principium alteritatis est, & signum diuisionis.

De opere tertiæ diei, quando aquæ congregatæ
E *sunt in unum locum.*

Amb. in hexaem. li. 3. ca. 2. de hac reprolixe, & Beda super hunc locũ Ge. Vbi congregatæ sunt aquæ. Aug. li. de Genesi ad literã. 1. ca. 12.

Sequitur, Dixit Deus, Congregentur aquæ in locum unum, & appareat arida. Tertiæ diei opus est congregatio aquarum in unum locum. Congregatæ sunt enim omnes aquæ cœlo inferiores in unam materiam: vt lux quæ præterito biduo aquas clara luce illustrauerat, in puro aere clarior fulgeat, & appareat terra, quæ cooperta latebat, & quæ aquis limosa erat, fieret arida & generi minibus apta. Eodem enim die protulit terra herbam uirentem, lignumq; faciens fructum. [Si autem quæratur, ubi congregatę sunt aquæ, quæ totum texerant spatium usque ad cœlum? Potuit fieri vt terra subsidens conceuas partes præberet, ubi fluctuantes aquas reciperet. Potest & credi, primarias aquas rariores fuisse, quæ sicut nebula regerẽt terras, sed congregatione esse spissatas: & ideo facilẽ in unum posse redigi locum.] Cumq; multa consilere maria & flumina, in unum tamen locum dicit aquas congregatas propter continuationem uel congregationem omnium aquarum, quæ in terris sunt: quia

quia cuncta flumina & maria magno mari iunguntur. Ideoque cum dixerit aquas congregatas in vnũ locum, deinde dicit pluraliter, congregationes aquarum', propter multifidos sinus earum, quibus omnibus ex magno mari principium est.

De opere quartæ diei, quando facta
F *sunt luminaria.*

Sequitur, Dixit Deus, Fiant luminaria in firmamẽto cœli, & diuidant diem ac noctem. In precedenti triduo disposita est vniuersitatis huius mundi machina, & partibus suis distributa. Formata enim luce prima die, quę uniuersã illustraret, duo sequentes dies attributi sunt supremæ & infimę parti mundi, firmamento scilicet, aeri, terrę, & aquę. Nam secunda die firmamentũ desuper expãsum est. Tertia vero, aquarũ molibus intra receptacula sua collectis, terra est reuelata, atque aer serenatus: Quatuor ergo mundi elemẽta illis diebus suis locis distincta sunt & ordinata. Tribus autem sequẽtibus diebus ornata sunt illa quatuor elementa. Quarta enim die ornatum est firmamentũ sole, & luna, & stellis: quinta, aer in volatilibus, & aquę in piscibus ornamenta acceperunt: sexta, accepit terra iumenta, & reptilia, & bestias: post quę omnia factus est homo de terra, & in terra, non tamẽ ad terrã, nec propter terram, sed ad cœlum, & propter cœlum. Eccle. 17.

Ante alia de ornatu cœli agitur, sicut prius
G *factum est.*

[Quia ergo cœlum cæteris elementis speciem prę- Aug. lib. 1. de Gen. ad literã. ca. 13.
stat, priusque aliis factũ est, ideo ante alia ornatur in quarto die, quo siunt sidera quę ideo facta sunt, vt per ea illustrerur inferior pars, ne esset habitãribus tenebrosa: infirmitatique hominum prouisum est, vt circumeunte sole potuerunt homines diei noctisq; vicissitudine, propter dormiendi vigilandiq; necessitatẽ. & ideo etiam, ne nox indecora remaneret, sed luna ac sideribus consolarentur homines, quibus in nocte operandi

Universidad de Deusto
Biblioteca

randi necessitas incũberet: & quia quædam animalia
Ibid.ca. 14 sunt quæ lucẽ terre non possiunt.] Quod autem subditur, Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos: quo modo accipiendum sit queri solet. Ira enim dictũ videtur, quasi quarto die cœpissẽt tempora, cũ prius triduum sine tempore non fuerit. Ideoque tempora quę fiunt per sidera, non spatia morarum, sed vicissitudinem aereæ qualitatis debemus accipere: quia talia motibus siderum fiunt, sicut dies & anni quos virtute motuum:] [Sunt enim in signa serenitatis & tempestatis,
Aug. lib. de Genesi 1. contra Manich. c. 14. uso. 1 & in tempora: quia per ea distinguimus quatuor tempora anni, scilicet ver, æstatem, autumnũ, hyemem. [Vel sunt in signa & tempora, id est, in distinctionem horarum temporis: quia priusquam fierent, ordo temporum nullis notabatur indicijs, vel meridiana hora, uel qualibet hora.] Hæc quarta die facta sunt.

DE OPERE QVINTAE DIEI, QVANDO creauit Deus ex aquis volatilia & natatilia.

A DISTINCT. XV.

De productiõe piscium & auium. Ambr. libro hexa. 5 cap. 1. 2. & 3.

DIXIT etiã Deus, Producant aque reptile animæ uiuẽtis, & uolatile super terram, &c. Opus quintæ diei est formatio piscium & auium: quibus duo elementa ornãtur: & de eade materia, id est de aquis, pisces & aues creauit, uolatilia leuãs in aera, & natatilia remittens gurgiti.

B *De opere sextæ diei quando creata sunt animalia & reptilia terræ.*

Sequitur, Dixit Deus, Producat terra animam uiuẽtem, iumenta, & reptilia, & bestias terræ, secundum species suas, &c. Sextæ diei opus describitur, cũ terra suis animalibus ornari dicitur. *Verum*

Verum posti peccatum uenenosa animalia noxia facta fuerint, an propter peccatum nocere cœperint, prius facta innoxia.

C [Quæri solet de venenosis & pernicios animãtibus, vtrũ post peccatũ hominis ad uindictam creata sint, an potius creata innoxia peccatoribus nocere cœperint. Sanè dici potest, q̃ creata nihil homini nocuissent, si non peccasset: puniendorum namq; uitiorum & terrendorum, vel probandæ vel perficiendæ uirtutis causa nocere cœperunt. Fuerunt ergo creata innoxia, sed propter peccatum facta sunt noxia.] *Aug. lib. de Gen. ad lite. 3. cap. 15.*

D *Verum minuta animalia tunc creata fuerint.*

[De quibusdam etiam minutis animantibus quæstio est, vtrũm in primis cõditionibus creata sint, an ex rebus corruptis, postea orta sint. Pleraq; enim de humidorum corporum uitijs, vel exhalationibus terræ, siue de cadaueribus gignuntur: quædam etiam de corruptione lignorum, & herbarum, & fructuum: & Deus autor omnium est. Potest autem dici, q̃ ea quæ de corporibus animalium, maximè mortuorum, nascuntur, cum animalibus creata non fuerint, nisi potẽtialiter & materialiter. Ea verò quæ ex terra vel ex aquis nascuntur, uel ex eis quæ terra germinante orta sunt, tunc creata fuisse non incongruè dici potest.] *Aug. lib. de Gen. ad lite. 3. cap. 14.*

E *Quare post omnia factus sit homo.*

Omnibus autẽ creatis atq; dispositis nouissimè factus est homo, tanquam dominus & possessor, qui & omnibus præferẽdus erat: unde sequitur, Vidit Deus q̃ esset bonum, & ait, Faciamus hominem ad imaginem, &c. Sed antequam de hominis creatione tractemus, quod supra breuiter tetigimus, plenius uersantes clarius faciamus. In hac enim rerum distinctione catholici tractatores dissentire, vt supra diximus, innituntur, alijs dicentibus, res creatas atque distinctas secundum species suas per interualla sex dierum: quorum sententiæ quia litera Gen. magis inseruire videtur, atq; eam catholica ecclesia magis approbat, ideo *Gene. 1.* *Dist. 12. lit. A & B.* *Ibidem.* *Nota.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

hactenus studiosè docuimus, quomodo ex illa communi materia prius informiter facta, postea corporalium rerum genera per sex dierum volumina distinctim sint formata. Alijs autē videtur quòd non per interualla temporum facta sint, sed simul ita formata ad esse prodierunt. Quod Aug. super Gene. pluribus mo-
Lib. 4. c. 32. & sequenti bus, & li. 5. cap. 4. & 5.
dis nititur ostendere, dicens elementa quatuor ita formata sicut modò apparent, ab initio extitisse, & cœlū sideribus ornatum fuisse: quædam verò non formaliter, sed materialiter tunc facta fuisse, quæ post per temporis accessum formaliter distincta sunt, vt herbæ, arbores, & fortè animalia. Omnia ergo in ipso temporis initio facta esse dicunt: sed quædā formaliter, & secundum species quas habere cernimus, vt maiores mundi partes: quædam verò materialiter tantùm. Sed, vt dicunt, Moyses loquens rudi & carnali populo, locutionis modum temperauit, de Deo loquens à similitudine hominis, qui per moras temporum opera sua perficit, cùm ipse simul sua opera fecerit. Vnde August.
Li. 1. ca. 15.
[Ideo, inquit, Moyses diuisim refert Deum illa opera fecisse, quia non potuit simul ab homine dici, quod à Deo simul potuit fieri. Item potuit diuidere scriptura loquendi temporibus, quod Deus operandi temporibus non diuisit.] Illi qui his autoritatibus & alijs huiusmodi inhærentes, dicunt quatuor elementa atque cœli luminaria ita formata simul esse, & habuisse illos sex dies quos scriptura commemorat, sex rerum genera, id est distinctiones appellāt, quæ simul factæ sunt, partim formaliter, partim causaliter.

Quomodo intelligendum sit, Deum requieuisse ab omni opere suo.

F Iā de septimæ diei requie aliquid nos eloqui oportet. Scriptū est quia cōplenit Deus die septimo opus
Gene. 2. a Aug. lib. de Gene. ad literam 4. ca. 8. & 12.
suum, & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. [Requieuisse dicitur Deus die septimo, non quasi operando lassus, sed ab vniuerso opere requieuit, quia nouam creaturā facere cessauit. Requiescere enim

enim cessare dicitur. Vnde in Apocal. dicitur, Non habebant requiem, dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus, id est, dicere non cessabant. Requieuisse ergo Deus dicitur, quia cessauit à faciendis generibus creaturæ: quia vltra noua nō cōdidit. Vsq; nunc tamē, vt Veritas in Euangelio ait, operatur pater cum filio, scilicet administrationem eorundem generum quæ tunc instituta sunt. Creatoris enim virtus causa subsistēdi est omni creaturæ. Quòd ergo dicitur, Pater meus vsq; modò operatur, & ego operor, illud vniuersæ creaturæ eiusdem, conuenit administrationem ostendit. Die ergo septimo requieuit, vt nouam creaturam vlterius non faceret, cuius materia uel similitudo non præcesserit: sed usque nunc operatur, ut quod condidit, continere & gubernare non cesset.] *Apoc. 4. a*
Ioan. 5. c
Lib. & cap. eisdem.

Qualiter accipiendum sit, quòd dicitur Deus complesse opus suum septimo die, cum tunc requieuit ab omni opere suo.

G Sed quæritur, quomodo septimo die dicatur Deus complesse opus suum, cùm ab omni opere illo die requieuerit, nec aliquod genus nouū rerū fecerit. Alia translatio habet, Cōsummauit Deus die sexto opera sua: quæ nihil quæstionis affert: quia manifesta sunt quæ in eo facta sunt, & omnium cōsummatio eo die perfecta est: sicut scriptura ostendit, cùm ait, Vidit *Gene. 1. c*
Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Omnia quidem naturaliter bona erant, nihilq; in sui natura *Aug. in Enchi. cap. 10.*
viriū habentia: [& sunt bona quæ condidit Deus etiā singula: simul verò vniuersa valde bona: quia ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulcritudo:] [in qua etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatū, & loco suo positū, eminentius cōmendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora sint, dum comparantur malis.] Sexto ergo die facta est omnium operum consummatio. Ideo præmissa oritur quæstio, quomodo dicatur Deus die septimo opus suum complesse, quod hebraica veritas habet, in quo tamē nihil *Ibidē, ca. 11*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouum creasse dicitur: nisi fortè dicatur die septimo
Gene. 2.a compleuisse opus suum, quia ipsum benedixit & sanctificauit: sicut subiecit scriptura, Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. Opus enim est benedictio
3.Reg.8.c & sanctificatio: sicut Salomon aliquid operis fecisse templum dedicauit.

H *Quæ sit benedictio & sanctificatio septimæ diei.*

Illum aũt diem sanctificasse & benedixisse dicitur, quia mystica præ cæteris benedictione & sanctificatione eum donauit. Vnde in lege dicitur, Memento sanctificare diem sabbati. Et inde est, ꝙ numerando dies
Exod.20.b usque ad septimum procedimus, & dicimus septe esse dies, quorum repetitione omne tempus agitur: non quin alius sit ab illis dies octauus, & nonus, & sic de cæteris, sed quia in sex diebus rerum genera distincta sunt: & in septimo licet non fuerit nouum genus temporis institutum, fuit tamen in eo quasi quidam nouus status sanctificationis operum, & requietionis opificis. Potest etiam sic exponi illud, Cõpleuit Deus die septimo opus suum. i. completum & cõsummatum vidit.

DE HOMINIS CREATIONE: VBI CONsiderandum est quare creatus homo, & qualiter sit institutus: quæ duo supra tractata sunt: & qualis factus: & qualiter lapsus, postremò, quomodo sit reparatus: quæ discutienda sunt.

A DISTINC. XVI.

His excursis, quod supra de hominis creatione promisimus, effectui mancipare atque ordine explanare nunc suscipimus: vbi hæc considerandatur, scilicet quare creatus sit homo, & qualiter institutus, & qualis & quomodo factus: deinde, qualiter sit lapsus: postremò, qualiter, &

ter, & per quæ sit reparatus. Horum autem primò & secundò posita, id est, causam creationis humanæ, & modum institutionis, superius pro modulo nostræ facultatis tractauimus. Ideoque superest, vt qualis, vel quomodo factus sit, discutiamus. In Genesi legitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c. [In eo quod dicit, Faciamus, una operatio trium personarum ostenditur: in hoc verò quòd dicit, Ad imaginem & similitudinem nostram, vna & æqualis subsistantia trium personarum monstratur.] Ex persona enim patris hoc dicitur ad filium & spiritum sanctum, non, vt quidam putant, angelis: quia Dei & angelorum non est una & eadem imago vel similitudo.

Gene.1.e Li.de Gene. ad literã 3. cap.19. Bed.

Quod imago & similitudo hic à diuersis accipitur uarie, à quibusdam increata, & ab aliis creata & increata, vel essentia trinitatis, uel filius, uel filius & spiritus sanctus.

B Imago autem & similitudo in hoc loco vel increata intelligitur, id est trinitatis essentia, ad quam factus est homo uel creata, in qua factus est homo, & ipsa homini concreata. Increatam enim imaginem, quæ Deus est, intellexisse videtur Beda cùm dicit, [non esse vnam imaginem Dei & angelorum, sed trium personarum: & ideo personis, non angelis sit ibi sermo.] Improprie tamen imago dicitur: quia imago relatiuè ad aliud dicitur cuius similitudinem gerit, & ad quod repræsentandum facta est: sicut imago Cæsaris, quæ ipsius similitudinem præferebat, ipsumque quodammodo repræsentabat. Propriè autem imago dicitur id quod ad aliud fit: sicut exemplum propriè dicitur quod sumitur ex aliquo, & exemplar ex quo sumitur aliquid. Ponitur tamen & aliquando abusiuè alterum pro altero: ita & minus propriè accipitur imago essentia trinitatis: si tamen ea nomine imaginis in hoc loco intelligitur.

Beda super Genesim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Opinio eorum qui putauerunt filium per imaginem & similitudinem hic accipi.

C Filius verò propriè imago patris dicitur, sicut supra in tract. de Trin. diximus. [Vnde fuerunt nonnulli qui ita distinxerunt, vt imaginē in hoc loco intelligerent filium, hominem verò non imaginem, sed ad imaginem factum dicerent: quos refellit Augustinus, Vir quidē est imago & gloria Dei: Hęc nanq; imago, id est homo, cùm dicitur fieri ad imaginem, nō quasi ad filiū dicitur fieri: alioquin nō diceret, Ad imaginē nostram. Quomodo enim nostram diceret, cùm filius solus patris imago sit?] Fuerunt autem & alij perspicacius hęc tractantes, qui per imaginem filium, & per similitudinem spiritum sanctū intelligerent, qui similitudo est patris & filij. Et ideo pluraliter putauerunt dici nostram, id referentes ad similitudinem tantùm: ad imaginem verò subintelligendum esse, meam. Hominem verò & imaginem esse, & ad imaginē & similitudinem factum esse tradiderunt, & imaginē imaginis esse & similitudinis.

Dist. 27. primi lib. da. E

Aug. in 7. lib. de Trin. cap. 6. in fine.

1. Cor. 11. b

Nec horum sententiam approbat, sed imaginem & similitudinem Dei in homine quærendam & considerandam docet, vt imago & similitudo creata intelligatur.

D Verūtamen hæc distinctio licet reprobabilis penitus non videatur, quia tamen de medio montium, id est autoritatibus sanctorum, non manat congruentius in ipso homine imago & similitudo Dei quærenda est & considerauda. Factus est ergo homo ad imaginem Dei & similitudinem, secundum mentem, qua irrationabilibus antecellit: sed ad imaginem secundum memoriam, intelligentiam, & dilectionem: ad similitudinem, secundum innocentiam & iustitiā: quę in mente rationali naturaliter sunt. Vel [imago cōsideratur in cognitione veritatis, similitudo in amore virtutis:] vel imago in alijs omnibus, similitudo in essentia: quia & immortalis & indiuisibilis est. Vnde Augustinus in libro de quantitate animæ: [Anima facta est similis Deo: quia immortalē & indissolubilem fecit eam Deus,] Imago ergo pertinet ad formam, similitudo ad naturam. Factus est ergo homo secundum animam ad imaginem & similitudinem non patris, uel filij, vel spiritus sancti, sed totius Trinitatis: [ita & secundum animam dicitur homo esse imago Dei, quia imago dei in eo est. Sicut imago dicitur & tabula, & pictura quæ in ea est: sed propter picturam quæ in ea est, simul & tabula & imago appellatur: ita propter imaginem Trinitatis etiam illud in quo est imago, nomine imaginis uocatur.]

Psal. 103.

Aug. lib. de spiritu & anima, c. 10.

Cap. 2. tomo 1.

Au. de uer bis domini, serm. 23.

Aug. in 15 lib. de Tri. c. 2. in fine.

Quare homo dicitur imago, & ad imaginem, filius verò imago, & non ad imaginem.

E Quocirca homo & imago dicitur, & ad imaginē: filius autem imago non ad imaginem: quia natus, & non creatus, equalis, & in nullo dissimilis: homo creatus est à Deo, non genitus, non paritate equalis, sed quadā similitudine accedēs ei. Vnde Aug. in lib. 7. de Trin. [In Gen. legitur, Faciamus homine ad imaginem & similitudinē nostrā. Facimus & Nostram pluraliter dixit: & nisi ex relatiuis accipi nō †poterit: vt facere intelligamur pater & filius & spiritus sanctus ad imaginem patris & filij & spiritus sancti, ut subsisteret homo imago Dei. Sed quia non omnino æqualis fiebat illa imago tanquam non ab illo nata sed ab eo creata: ideo ita imago dicitur, vt & ad imaginē: quia nō æquatur paritate, sed accedit quadam similitudine. Filius aūt est imago, sed nō ad imaginē: quia æqualis patri. Dictus est ergo homo, ad imaginem, propter impare similitudinē. Et ideo Nostrā, vt imago trinitatis esse homo intelligatur, non trinitati æqualis, sicut filius patri.] Hęc ostensū est secundū quid sit homo similis Deo, scilicet secundum animam. † [Sed & in corpore quandā proprietatem habet, quæ hoc indicat: quia est erecta statura, secundū quam corpus animæ rationali congruit: quia in cœlum erectum est.]

Cap. 6. in fine.

† oportet.

† Au. lib. de Gen. ad lit. 6. capite 12 Et lib. 1. de Gen. contra Manich. c. 17. in fine, tomo 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE CREATIONE ANIMAE, VTRVM de aliquo facta sit, uel non, & quando facta, & quam gratiam habuerit in creatione.

A DISTINCT. XVII.

Hic de origine animæ plura quæri solet, scilicet vnde creata fuerit, & quando, & quam gratiam habuerit in creatione. Sicut hominis formatio secundum corpus describitur, cùm dicitur, Formauit Deus hominem de limo terræ: ita eiusdem secundum animam factura describitur, cùm subditur, Et inspirauit in faciem eius spiraculũ uitæ. Corpus enim de limo terræ formauit Deus, cui animam inspirauit. Vel secundum aliam literam, flauit uel sufflauit q̃ nõ faucibus sufflauerit, uel manibus corporeis corpus formauerit. Spũs .n. Deus est, nec lineamentis membrorum compositus. Non ergo carnaliter putemus deum corporeis manibus formasse corpus, uel faucibus inspirasse animam: sed potius hominem de limo terræ secundum corpus formauit iubendo, uolendo, id est, uoluit, & uerbo suo iussit vt ita fieret: & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, id est, substantiam animæ, in qua uiueret, creauit, non de materia aliqua corporali uel spirituali, sed de nihilo.

Gen. 2. b Beda.

Opinio quorundam hæreticorum, qui putauerunt animam esse de substantia Dei.

B Putauerunt enim quidam hæretici, Deum de sua substantia animam creasse, verbis scripturæ pertinaciter inhærentes, quibus dicitur, Inspirauit, uel insufflauit, &c. Cùm flat, inquiunt, uel spirat homo, de se flatum emittit. Sic ergo cùm dicitur Deus flasse uel spirasse spiraculum in faciem hominis, ex se spiritum hominis emisisse intelligitur, id est de sua substantia. Qui hoc dicunt, non capiunt tropica locutione dictum

Ibidem, ca. 2. & 3.

ctum esse sufflauit, uel flauit, id est, flatum hominis, scilicet animam, fecit, Flare enim est flatum facere: & flatum facere, est animam facere. Vnde Dominus per Esaiam, Omnem flatum ego feci. Non sunt ergo audiendi, qui putant animam esse partem Dei. Si .n. hoc esset, nec à se, nec ab alio decipi posset, nec ad malum faciendum uel pariendum compelli, nec in melius uel deterius mutari. Flatus ergo, quo hominem animauit, factus est à Deo, non de Deo, nec de aliqua materia, sed de nihilo.

Esai. 57. d secũda trãslatione 70. int.

C *Quando facta sit anima, an ante corpus, an in corpore.*

Sed vtrũm in corpore, an extra corpus, etiã inter doctos scrupulosa quæstio est. Aug. enim super Gen. tradit, [animam cum angelis sine corpore fuisse creatam; postea uerò ad corpus accessisse:] [neque compulsa est incorporari, sed naturaliter illud uoluit, id est, sic creata fuit, ut uellet: sicut naturale nobis est uel se uiuere. Male aũt velle viuere, non naturæ, sed nolũtatis est peruersæ.] Alij verò dãt animã primi hoĩs in corpore fuisse creatam, ita exponentes uerba illa, Inspiranit in faciẽ eius spiraculũ vitę, id est, animã in corpore creauit, quæ totũ corpus animaret: faciem tamẽ specialiter expressit, quia hęc pars sensibus ornata est ad intuenda superiora. Sed quicquid de aĩa primi hominis estimetur, de alijs certissim è sentiẽdu est, q̃ in corpore creentur. Cęsdo .n. infundit eas Deus, & infundendo creat. [Dicendum est etiam, animam illam non sic esse creatam, ut præscia esset operis futuri iusti uel iniusti.]

Lib. 7. c. 24 25 & 27.

Ibid. ca. 25.

D *In qua ætate Deus hominem fecerit.*

Solet etiam quæri, [vtrũ Deus hominem repentè in uirili ætate fecerit, an proficiendo, & ætates augendo, sicut nunc formar in matris utero, Augustinus super Gen. dicit q̃ Adam in uirili ætate cõtinuò factus est, & hoc secundum superiores, non inferiores causas, id est, secundum uoluntatem & potentiam Dei, quã naturæ generibus non alligauit: qualiter & uirga

Aug. li. de Gene. ad li. 6. cap. 13. & 14.

Moysi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exod.7.b

Moysi conuersa est in draconem. Nec talia contra naturam fiunt, nisi nobis, quibus aliter naturæ cursus innotuit: Deo autem natura est quod facit. [Non ergo contra dispositionem suã illud fecit Deus. Erat enim in prima † creaturarum conditione, sic hominem posse fieri: sed non ibi erat necesse ut sic fieret: hoc enim non erat in conditione creaturæ, sed in beneplacito creatoris, cuius uoluntas necessitas est.] Hoc enim necessariò futurum est, quod vult, & præscit. Multa uerò secundum inferiores causas futura sunt, sed in præscientia Dei futura nõ sunt. Si aũt ibi aliter futura sunt, potius futura sunt sicut ibi sunt, ubi præscit ille qui non potest falli. Sic ergo factus est Adam non secundum inferiores causas: quia non erat in rerum causis seminalibus ut ita fieret: sed secundum superiores, non contra naturam operantes: quia in rerum causis naturalibus erat, vt ita posset fieri.]

cap.15. †cautarũ,

Lib. eodem, cap.7.

Quod homo extra paradisum creatus, in paradiso sit positus & quare ita factum sit.

E

Gen.2.b.c

Hominem autem ita formatum tulit Deus (vt scriptura docet) & posuit in paradiso uoluptatis, quẽ plantauerat à principio. His uerbis apertè Moyses insinuat, q̃ homo extra paradisũ creatus, postmodũ in paradiso sit positus. Quod ideo factum dicitur, quia nõ erat in eo permansurus: vel vt non naturæ, sed gratiæ hoc assignaretur. Intelligitur aũt paradisus localis & corporalis, in quo homo locatus est. [Tres enim generales de paradiso sententiæ sunt: una eorum qui corporaliter intelligi nolunt tantum: alia eorũ qui spiritualiter tantũ: tertia eorũ qui vtroq; modo paradisum accipiunt. Tertiã mihi placere fateor, vt homo in corporali paradiso sit positus:] qui ab illo principio plantatus accipi potest, quo terram omnẽ, remotis aquis, herbas & ligna producere iussit. Qui etsi præsentis ecclesiæ uel futura typum tenet, ad literã tamẽ intelligendũ est esse locũ amœnissimum, fructuosis arboribus, magnum, & magno fonte fœcundum.

Aug.lib.de Gene.ad li. 8.cap.1.

Aug.li. 12 de Gene. ad lite.ca. 34.

Quod

Quod dicimus, A principio, antiqua translatio dicit, Ad oriente. Vnde uoluit in orientali parte esse paradisum, longo interiacente spatio uel maris uel terræ à regionibus quas incolunt homines secretũ, † & in alto situm, vsque ad lunarem circulum pertingentem: vnde nec aquæ diluuij illuc peruenerunt.

† Nescio unde hoc Magister habeat.

De ligno paradisi inter quæ erat lignum vitæ, & lignum scientiæ boni & mali.

E

In hoc autem paradiso erant ligna diuersi generis: inter quæ vnum erat, quod uocatum est lignũ vitæ, alterũ uerò, lignum scientiæ boni & mali. Lignũ aũt uitæ dictũ est, sicut docet Beda & Strabus, quia diuinitus accepit hãc vim, ut qui ex eius fructu comederet, corpus eius stabili sanitate & perpetua soliditate firmaretur, nec ulla infirmitate, uel ætatis imbecillitate in deterius uel occasum laberetur. Lignũ aũt scientiæ boni, & mali, non à natura hoc nomen accepit, sed ab occasione rei posteà secutæ. [Arbor enim illa nõ erat mala: sed scientiæ boni & mali ideo dicta est, quia post prohibitionẽ erat in illa transgressio futura, qua homo experiendo disceret quid interesset inter obedientiæ bonum & inobedientiæ malum. Non ergo de fructu qui nascceretur inde, positum est illud nomen, sed de re transgressionem secuta.] [Cognouit enim homo priusquam tangeret hoc lignum, bonum & malum: sed bonũ per prudentiam & experiẽtiam, malum uerò per prudentiam tantum. Quod etiam per experientiam nouit vsurpato ligno uetito: quia per experientiam mali didicit, quid sit inter bonum obedientiæ & malum inobedientiæ. Si uero primi parentes obedientes essent, nec contra præceptum peccassent, non ideo tamen minus diceretur lignum scientiæ boni & mali: quia hoc ex eius fructu accideret si usurparetur.] [A ligno ergo homini prohibitus est, quod malum non erat, ut ipsa præceptũ conseruatio bonum illi esset, transgressio malum. Nec melius cõsideratur, quantum malum sit inobedientia,

Super Gen.

Aug.de Gẽ nes.ad literam, lib.8. cap.6.

Vide eundẽ lib.1.cõ.ad uer.leg. & pro.cap. 14 Ibidem,ca. 14. & 15.

Aug.super Gene.lib.8. capite. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obediẽtia, quàm hoc modo, cùm scilicet ideo reus factus esse homo intelligitur, quia prohibitus rem tetigit, quam si nõ prohibitus tetigisset nec peccasset, nec pœnam sensisset. Si enim uenenosam herbam prohibitus tetigeris, pœna sequitur: & si nemo prohibuisset, similiter sequeretur. Si etiam prohibetur res tãgi, quæ non tangenti † tantùm, sed prohibenti obest, sicut aliena pecunia, ideo prohibitum est peccatũ, quia prohibenti est damnosum. Cum verò tãgitur, quod nec tangenti obest, si non prohibetur, nec cuilibet si rangatur: ideo prohibetur, vt per se bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ monstretur.] † Sicut primus homo à re bona prohibitus pœnam incurrit: ut non ex re mala, sed ex inobedientia pœna esse monstretur, sicut ex obedientia palma,

† *Aug. hẽt, quidem.*

† *Legendũ videtur, Sic &.*

DE FORMATIONE MVLIERIS.

A DISTINCT. XVIII.

IN eodem quoq; paradiso mulierẽ formauit deus de substãtia viri: sicut post plantatum paradisum, hominem q; in eo positum, & post vniuersa animalia ad eum ducta, suisq; nominibus designata, subnectit scriptura, Immisit Deus soporem in Adã: cumq; obdormisset, tulit vnã de costis eius, & formauit eam in mulierem.

Gen. 2. d

Quare uirum prius, & postea de uiro mulierem creauit, non simul utrumque.

B Hic attendendum est, quare non creauit simul virum & mulierem, sicut angelos, sed prius virum, deinde mulierem de viro ideo scilicet, vt unum esset generis humani principium, quatenus in hoc & superbia diaboli confunderetur, & hominis humilitas dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippe aliud à deo principium esse concupierat: ideoq; ut eius superbia retunderetur, hoc homo in munere accepit, quod diabolus peruerse rapere voluit, sed obtinere non potuit. Et per hoc imago dei in homine apparuit, quia sicut Deus omnibus rebus existit principium creationis, ita homo omnibus hominibus principium generationis. [Ideo etiam ex vno homine omnes esse voluit Deus, vt dum cognoscerent se ab vno esse oẽs, se quasi unum amarent.]

Aug. li. 12 de ciui. Dei cap. 26.

Quare de latere uiri, non de alia corp. uir parte formata sit mulier.

C Cùm autem his de causis facta sit mulier de uiro, [nõ de qualibet parte corporis viri, sed de latere eius formata est: vt ostenderetur quia in consortium creabatur dilectionis: ne fortè si fuisset de capite facta, viro ad dominationem videretur præferenda: aut si de pedibus, ad seruitutem subiicienda. Quia igitur uiro nec domina, nec ancilla parabatur, sed socia: nec de capite, nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda: vt iuxta se ponendam cognosceret, quam de suo latere sumptam didicisset.

Ibidem, & li. 9. de Ge. ad lit. c. 13.

Quare dormienti, & non uigilanti costa subtracta est.

D Non sine causa dormienti quoque uiro, potius quàm uigilanti, detracta est costa, de qua mulier in adiutorium generationis uiro est formata, scilicet vt nullam in eo sensisse pœnam monstraretur, & diuinæ simul potentiæ opus mirabile ostenderetur, quæ hominis dormientis latus aperuit, nec eum tamen à quiete soporis excitauit. In quo etiam opere sacramentum Christi & ecclesiæ figuratum est: quia sicut mulier de latere viri dormientis formata est, ita ecclesia ex sacramentis quæ de latere Christi in cruce dormientis profluxerunt, scilicet sanguine & aqua: quibus redimimur à pœnis atq; abluimur à culpis.

Ad Ephes. 5. g Ioan. 19. f

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd de illa costa sine extrinseco additamento facta fuit per dei potentiam, sicut quinque panes in se

E *multiplicati sunt.*

Solet etiam quæri, vtrùm de illa costa sine adiectione rei extrinsecæ facta sit mulier. Quod quibusdã non placuit. Cæterùm si ad perficiendum corpus mulieris deus extrinsecum augmẽtum addidisset, maius illud esset quàm ipsa costa. Ideoq; potius de illo addito quã de ipsa costa, mulier facta deberet dici, de quo plures accepissent substãtiæ partes. Restat ergo, ut de sola ipsius costæ substantia, sine omni extrinseco additamento, per diuinam potentiam in semetipsa multiplicata, mulieris corpus factum dicatur, eo sanè miraculo, quo póstea de quinque panibus à IESV cœlesti benedictione multiplicatis, quinque millia hominũ satiata sunt. [Illud etiã scire oportet, q̃ cũ angelorum ministerio facta sit mulieris formatio, nõ est eis tamen tribuenda creationis potentia. Angeli enim nullã possunt creare naturam: ergo nec formare costam in mulierem, nec carnis supplementũ in loco costæ: nõ quòd nihil agant ut aliquid creetur: sed non ideo creatores sunt, sicut nec agricolæ legetum uel arborum. Solus Deus, id est Trinitas, est creator.] Facta est ergo fœmina à Deo, etiam si costa ministrata sit per angelos.

Matt. 14. b
Ioan. 6. b.
Au. li. 9. de Gen. ca. 15.

Vtrum secundum superiores, an secundum inferiores causas ita facta sit mulier, id est, an ratio seminalis id haberet ut ita fieret, an tantùm ut ita fieri posset, sed ut sic fieret in deo

F *tantùm esset causa.*

Sed quæritur, [an ratio, quam deus primis operibus concreauit, id haberet, ut secundũ ipsam ex viri latere fœminam fieri necesse foret, an hoc tãtũ vt fieri posset.] [Ad quod sciendum est, omniũ rerum causas in deo ab æterno esse. Vt enim homo sic fieret, vel equus, & huiusmodi, in dei potentia & dispositione ab æterno fuit. Et hæ dicũtur primordiales causæ: quas istas aliæ nõ præcedunt, sed illæ aliis, quæ sũt causæ causarum.]

Aug. super Gen. lib. 9. capite 17.
Aug. lib. 6. de Gẽ. c. 15.

causãrum.] Cùmque vnum sit diuina potentia, dispositio, siue uoluntas, & ideo una omnium principalis causa: tamen propter effectus diuersos pluraliter dicit Aug. causas primordiales omniũ rerũ in deo esse, inducens similitudinem artificis, in cuius dispositione est, qualis futura sit arca. Ita & in deo uniuscuiusque rei futuræ causa præcellit. In creaturis verò quasdã rerũ, sed non omniũ causæ sunt, vt ait Augu. [Quia inseruit Deus seminales rationes rebus, secundũ quas alia ex aliis proueniunt: vt de hoc semine tale granũ, de hac arbore talis fructus, & huiusmodi.] [Et hæ quoq; dicuntur primordiales causæ, etsi non ideò proprie: quia habẽt ante se causã eternã, quę proprie & vniuersaliter prima est.] Illæ verò ad res aliquas dicuntur primæ, scilicet quæ ex eis proueniunt. Ideo etiã primordiales dicũtur, quia in prima rerum conditione rebus à deo insitæ sunt. Et sicut creaturæ mutabiles sunt, ita & hæ causæ mutari possunt: quæ autem in immutabili deo causa est, mutari nõ potest.

Li. 9. ca. 17.
Quod non omniũ quæ fiunt, causæ sunt increatæ. infra.

Distinctio causarum rerum peruulis, scilicet quod

G *quædam in deo & in creaturis, quædam in deo tantùm sunt.*

Omnium ergo rerum causæ in deo sunt: sed quarũdam causæ & in deo sunt, & in creaturis: [quarũdam uerò causæ in deo tantùm sunt: & illarũ rerũ causæ dicuntur absconditæ in deo, quia ita est in diuina dispositione, vt hoc uel illud fiat: quod non est in seminali creaturę ratione. Et illã quidẽ quæ secũdũ causã seminale fiunt, dicuntur naturaliter fieri, q̃a ita currunt naturæ hominibus innotuit: alia verò præter naturã, quorum causæ tantùm sunt in deo.] Hæc autẽ dicit Augustinus esse illa, quæ per gratiã fiunt, vel ad ea significanda non naturaliter, sed mirabiliter fiunt inter quæ mulieris factura de costa uiri ponit, ita dicens: [Vt mulier ita fieri necesse foret, non in rebus conditum, sed in Deo absconditum erat. Omnis naturæ cursus habet naturales leges: super hunc natu-

ca. 18. et 17.
Aug. ibidẽ.
Super Gene. lib. 9. ca. 17.

ralem cursum, creator habet apud se posse de omnibus facere aliud, quàm eorum naturalis ratio habet: vt scilicet virga aridia repentè floreat, & fructum gignat: & in iuuentute sterilis fœmina, in senectute pariat: ut asina loquatur, & huiusmodi. Dedit aũt naturis, vt ex his etiam hęc fieri possent, non vt in naturali motu haberent. Habet ergo Deus in se absconditas quorundam † futurorum causas, quas rebus condidit non inseruit: easque implet non opere prouidentię, quo naturę subsistunt, vt sint: sed quo illas administret vt voluerit, quas vt voluit condidit. Omnium ergo quę ad gratiam significandã nõ naturali motu rerũ, sed mirabiliter facta sunt, absconditę causę in Deo fuerũt: quorũ vnum erat, quod mulier facta est de latere viri dormientis. Non habuit prima rerũ cõditio vt fœmina sic fieret, sed vt fieri posset: nec cõtra causas, quas deus voluntariè instituit, mutabili voluntate aliquid facere putaretur.]

Numer. 17.b *Iuuen. Vl* *Numer. 22.e* *Aug. lib. 10 decim, ca. 18.* † *Futurorum habes Aug.*

De anima mulieris, quòd non est ex anima viri, vt quidam putauerunt dicentes, animas esse ex tradvce.

[Quemadmodum mulieris corpus de viri corpore traductum fuit, ita putauerunt aliqui ipsius animã de viri anima propagatam: & omnes animas prętęr primã, de traduce esse, sicut corpora. Alij autem putauerunt simul omnes animas ab initio creatas.] Catholica autem ecclesia nec simul, nec ex traduce factas esse animas docet: sed in corporibus per coitum seminatis atque formatis infundi, & infundendo creari. Vnde in ecclesiasticis dogmatibus, [Animas hominũ nõ esse ab initio inter cęteras intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit, dicimus: neque in corporibus per coitum seminari, sicut Luciferiani & Cyrillus, & quidã latinorũ presumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugij copulam seminari. Creatione verò animę solum creatorem nosse, eiusq; iudicio corpus coagulari in vulua, & cõpingi atq; formari: ac formato iam corpore animã creari atque

Aug. lib. de Ge. ad literã 10. ca. 1. *Gennadius cap. 14.*

atque infundi, vt viuat in vtero homo ex anima constãs & corpore, & egrediat viuus ex vtero plenus humana substantia.] Hierony. etiam anathematis vinculo alios condemnat, qui animas ex traduce dicunt, inducens autoritatẽ prophetę, Qui finxit sigillatim corda eorum. [Hic satis, inquit, innuit propheta, q̃ non ipsam animam de anima facit Deus, sed sigillatim animas de nihilo creat.]

Psal. 32. in tom. 8. dam natur hic error sed nulla fit mentio anathematis.

DE PRIMO HOMINIS STATV ANTE peccatum, scilicet, qualis fuerit secundum corpus & secundum animam.

A DISTINCT. XIX.

SOLENT quęri plura de primo hominis statu ante peccatum, scilicet qualis fuerit homo priusquam peccaret, & in corpore, & in anima: mortalis an immortalis, passibilis an ipassibilis, de termino inferioris vitæ, & transitu ad superiorem, de modo propagationis filiorũ, & alia multa, quæ non inutiliter sciuntur, licet aliquãdo curiosè quærantur. At priusquam ad animi qualitatem pertinentia prosequamur, de qualitate eius secundum corpus, & modo propagnationis filiorum, & de alijs quibusdam inspiciamus. Primus ergo homo secundum naturã corporis terreni, & immortalis fuit quodãmodo sin aliquid, quia potuit nõ mori, & mortalis quodã modo, quia potuit mori. In illo namq; primo statu habuit posse mori, & posse non mori. Et hęc fuit prima humani corporis immortalitas, scilicet posse nõ mori. In secundo verò statu post peccatum habuit posse mori, & non posse non mori: quia in hoc statu mori, & non posse non mori: quia in hoc statu mori, & non posse mori, quia ad illum statum pertinet moriendi impossibilitas, quod ex gratia erit non ex

Quòd primus homo ante peccatũ, quo dãmodo mortalis, & quo dãmodo immortalis fuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

natura. In primo statu fuit corpus hominis animale,
Gene. 2.b .i. egens alimonis ciborum. Vnde & homo factus dr
in animam viuentem, non spiritualem. i. in animam
corpus sensificatem, quod adhuc erat animale, nõ spi
rituale, quod egebat cibis, vt per animam viueret. Fa-
Olio dicatur homo factus in animam viuentem. ctus est ergo in animam viuentem .i. vitam corpori
danrem: tamen per sustentamenta ciborum: & tunc
erat corpus mortale & immortale, quia poterat mo-
ri, & poterat non mori. Post peccatum verò factũ est
Rom.8.b mortuum, sicut dicit Apost. Corpus propter peccatũ
mortuum est. i. necessitatem moriendi in se habet. In
resurrectione verò erit spirituale. f. agile, & cibis non
egens, & immortale: non sicut in statu primo tantùm
fuit. f. quod põssit non mori, sed etiam ꝙ non poterit
Li.6.ca.19. mori. Vnde Aug. super Gene. [Apostolus ait, Corpus
Rom.8.b quidem mortuum est propter peccatum, &c. Prius de
limo terræ formatum est corpus animale, non spiri-
Lib.eodẽ, c. tuale, cum quali resurgemus. Renouabitur enim a ne-
24. tustate, non in corpus animale quale fuit: sed in me-
1.Cor.15.g lius. i. spirituale, cùm hoc mortale induet immortali-
tatem: in quam mutandus erat Adam, nisi mortem
corporis animalis peccando meruisset. Non ait Apo-
stolus, corpus mortale est propter peccatum, sed
Ibidẽ.c.25. mortuum. Illud enim ante peccatum, mortale & im
mortale erat, quia poterat mori & non mori. Aliud
autem est non posse mori, aliud posse nõ mori. Ideo
factum est per peccatum non mortale, quod erat: sed
Ibidẽ.c.26. mortuum, quod non fieret nisi peccaret. Animale
enim non est hoc corpus, sicut primi hominis fuit,
sed iam deterius est, habet enim necessitatem moricn
di. [Ecce hic euidenter aperit Augustꝰ corpus homi
nis ante peccatum mortale & immortale fuit: sed nõ
qualiter fiet in resurrectione. De hoc eodem fida fit
per Genes. ait, [Non est credendum ante peccatum
Rom.8.b ura fuisse mortua corpora, sicut modo. Ait enim Apo
stolus. Corpus propter peccatum mortuum est: sed
licet fuissent animalia nondum spiritualia, non ta-
men

men mortua: quæ scilicet necesse esset mori.]

Vtrum immortalitas quam habuit ante peccatum, esset
B *de conditione naturæ, an gratiæ beneficio.*

Soler hic quæri, cũ homo primus mortale & im-
mortale corpus habuerit, vtrum ex conditione natu-
ræ ipsius corporis habuerit vtrumque: an alterum be
neficium esset gratiæ, scilicet immortalitas, id est, pos
se non mori? Ad quod dici potest quia alterum habe-
bat in natura corporis, id est, posse mori alterum ve-
rò, scilicet posse non mori, erat ei ex ligno vitæ, scili-
cet ex dono gratiæ. Vnde August. super Gene. [Quo *Lib.6.c.25.*
dammodo creatus est homo immortalis: quod erat
ei de ligno vitæ, non de conditione naturæ. Mortalis
erat de conditione corporis animalis, immortalis be-
neficio conditoris. Non enim immortale erat quod
omnino mori non posset: quod non erit nisi cum fue
rit spirituale.] Aperte dici quod non ex natura, sed ex
ligno vitæ habebat posse non mori. Propter hoc ali-
qui dicunt, quod nisi illo ligno uitæ uteretur, nõ sem-
per viueret: quia peccaret. Peccaret enim si illo ligno
non uteretur: quia præceptum erat ei vt comederet de
omni ligno paradisi, nisi de ligno scientiæ boni & ma
li. Sicut ergo peccauit comedendo quod erat prohi-
bitum: ita etiam peccaret, si non comederet quod e-
rat iussum.

Si non esset præceptum vt de illo ligno comederet & alys,
C *& non illo viueretur, an posset non mori.*

Sed adhuc quæritur, si non esset præceptum vt de
ligno vitæ ederet & alijs, & non illo vesceretur, nun-
quid posset non mori? Si semper viueret non vtens il-
lo ligno, nõ erat ei ex illo ligno posse nõ mori. Si verò
non posset semper viuere, id erat ei ex illo ligno. Ali- *Opinio quo-*
qui dicunt, ꝙ si nõ fuisset ei præceptũ vesci illo ligno & *rundam.*
alijs, & non illo vesceretur: viueret semper: sic deter-
minantes illud, quod supra dixit Augu. Erat ei de li-
gno vitæ: non de conditione naturæ tantùm. f. quasi
non ex conditione naturæ solummodo erat ei, sed et

Universidad de Deusto Biblioteca

Aliorum opinio.

ex illo ligno. Alijs autem videtur, ꝙ ex ligno vitæ erat ei posse non mori, non ex natura. ideo.n. dicitur potuisse non mori, quia poterat uti illo ligno, de quo edens non moreretur.

Quæstio Augustini, Quomodo immortalis factus sit homo.

D

De hac verò hominis immortalitate, qualis fuerit, *Lib.8.ca.2.* Augustinus super Genes. quæstionē mouens sic ait. [Quæritur quomodo immortalis factus sit homo præ *Glos.ordina ria ad illud Genes.1.Faciamus hominem, etc.* aliis animantibus: & quo cum illis cōmune acceperit alimoniā?][Sed alia est immortalitas carnis, quā in Adā accepimus: Alia quam in resurrectione speramus per Christum. Ille factus est homo immortalis, ut nō posset mori si non peccaret, moreretur autem si peccaret. *Lucæ 20.f.* Filij verò resurrectionis non poterunt vltrà peccare, nec mori. Caro nostra non tunc egebit refectione *Aug.lib.q. uete. & no. legis, c.19.* ciborum: quia nulla poterit esse defectio. Caro Adæ ante peccatū ita immortalis creata est, ut per alimoniam adiuta esset mortis & doloris expers. Sic ergo immortalis & incorruptibilis condita est caro hominis, ut suam immortalitatem & incorruptionem per obseruantiam mandatorum Dei custodiret. In quibus mandatis hoc continebatur, vt de illis lignis concessis manducaret, & ab interdicto obstineret. Per horum edulium immortalitatis dona conseruaret, & nec corporalibus incrementis perductus ad ætatē quę conditori placeret, multiplicata progenie, ipso iubente, sumeret de ligno vitæ, quo perfectè immortalis factus, cibi alimenta ulterius non requireret.]

Summarium superiorum verborum sententiam perstringit.

E

Ecce his verbis videtur August. tradere, quòd ex ro primi hominis immortalitatē in se habuerit, quæ per alimoniam ciborum conseruaretur usque ad tempus suæ translationis in melius, quando de ligno vitæ comederet, & fieret omnino immortalis, ita ut nō posset mori.

Quod ex prædictis consequi videtur, hominem de naturæ suæ conditione quodammodo fuisse immortalem, sed non omnino fieret immortalis, nisi participato ligno vitæ.

F

Ideo aliqui dicunt quòd immortalitatem de natura habebat, qua poterat non mori, quæ aliorū lignorum esu poterat conseruari, sed non poterat consummari nisi per assumptionē ligni vitæ. Quod videtur Aug. sentire super Gen. dicens, [Hoc quoq; addo, tale cibum illam arborem præstitisse, quo corpus hominis stabili sanitate firmaretur: non sicut ex alio cibo, sed inspiratione salubritatis occulta.] Hi. innuere videtur, ꝙ cùm alijs cibis posset corpus sustētari, hoc cibo indeficiente sanitate firmaretur. Ex quo consequi videtur, quòd sicut in natura sua habuit mortalitatem quādam. s. aptitudinem moriendi, ita aliquam immortalitatem in natura sua habuerit. i. aptitudinē qua poterat non mori, cibis adiutus, sed si perstitisset, immortalitatis perfectio esset ei de ligno vitæ. Sed qui hoc tradunt, quomodo superiora Aug. verba, quibus dicit, ꝙ erat immortalis ex ligno vitæ, huic sententiæ non contradicant, diligenter inquirant. *Lib.8.c.5.* *Litera E.*

DE MODO PROCREATIONIS FILIORUM *si non peccassent primi parentes, & quales nascerentur filij.*

A

DISTINCT. XX.

POst hæc videndum est, qualiter primi parentes, si non peccassent, filios procreassent, & quales ipsi filij nascere tur. Quidam putant ad gignendos filios primos homines in paradiso misceri non potuisse, nisi post peccatum, dicentes concubitū sine corruptione vel macula non posse fieri. Sed ante peccatum nec corruptio, nec macula in homine esse poterat: quoniam ex peccato hæc *Quomodo homines generassent filios si non peccassent.*

consecuta sunt. Ad quod dicendum est, ꝙ si non peccassent primi homines, sine omni peccato & macula in paradiso carnali copula conuenissent, & esset ibi torus immaculatus, & cõmixtio sine concupiscentia, atq; genitalibus membris sicut cæteris imperarent, vt ibi nullum motum illicitum sentirent: & sicut alia membra corporis alijs admouemus, ut manum ori, sine ardore libidinis: ita genitalibus verentur membris sine aliquo pruritu carnis. Hæc.n. lætalis ægritudo, membris humanis ex peccato inhæsit. Genuissent itaq; filios in paradiso per coitũ immaculatũ, & sine

Aug. super Gen. libr. 9. cap. 10. corruptione. Vnde Aug. [Cur non credamus primos homines ante peccatũ genitalibus mẽbris ad procreationem imperare potuisse, sicut cæteris in quolibet ope-pere sine nolaptatis pruritu vtimur? Incredibile.n. nõ est Deum talia fecisse illa corpora, vt si non peccassent, illis membris sicut pedibus imperarent, nec cum ardore seminarẽt, uel cũ dolore parerent: sed post peccatũ motũ illum meruerunt, quem nuptiæ ordinant,

Cap. 7. ibid. continentia cohibet.] [Infirmitas.n. prona in ruinã turpitudinis, excipitur honestate nuptiali: & quod tã-

Ibidem. c. 3. nis esset officiũ, ægrotis est remedium.] [Emilli quidẽ de paradiso conuenerunt, & genuerunt: sed potuerũt in paradiso eis esse nuptiæ honorabiles & torus immaculatus sine ardore libidinis, sine labore pariendi.]

B *Quare in paradiso non coierunt, dulcibus modis solui.*

Libr. eodem, capite 4. [Cur ergo non coierunt in paradiso? Quia creata muliere, mox trãsgressio facta est, & electi sunt de paradiso. Vel quia nondũ Deus intulerat vt coiret, & poterat diuina expectari auctoritas, vbi cõcupiscentia nõ angebat. Deus uero nõ intulerat, quia casum eorũ præsciebat, de quibus homo propagandus erat.] Ecce expresse habet de modo propagationis filiorum.

Determino illius infectionis vitio, vtrum nati filij per successionem, an simul omnes transferendi fuissent.

C Determino verò tẽporis, quo trãsferrentur ad spiritualem cœlestemq; vitam, certum aliquid scriptura non

non tradit. Et ideo ambiguum est, [utrum parentes genitis filijs, perfectaq; humani officij iustitia, ad meliorem statum transferrentur, non per mortem, sed per aliquam mutationem: ac patres in aliquo statu uitæ remanerent, ligno uitæ utentes, donec filij ad eũdem statũ peruenirent: & sic impleto numero oẽs simul ad meliora transferrentur, vt essent sicut sancti angeli in cœlis.] De quo Aug. ambigue disserit, super Gene. ita inquiens, [Potuerunt primi homines in paradiso filios gignere, non ut morientibus partibus succederent filij, sed in aliquo formę statu manentibus, & de ligno vitæ uigorem sumentibus, & filij ad eũdẽ perducerentur statum, donec impleto numero sine morte animalia corpora in aliam qualitatem transirent, in qua omnino regenti spiritui deseruirent, & solo spiritu uiuificante sine corporeis alimentis viverent.] [Vel potuerunt parentes filijs cedere, ut per successionem numerus impleretur: qui genitis filijs, perfectaque humani officij iustitia ad meliora transferrentur, non per mortem, sed per aliquam mutationem.] Ecce hic habemus de transitu hominis ad meliora, sed incertum nobis relinquitur, utrum simul transferrentur, an per successiones.

Lib. eodem, capite 6.

Lib. 9. c. 3.

Ibidẽ, ca. 6.

Quales procreassent filios, vtrum perfectionem staturæ, & usum membrorum haberent, qualis homo primus fuit conditus.

D Si uerò quæritur, quales, si non peccasset homo, filios genuisset, utrũ videlicet sicut ipse primus homo secundũ staturam corporis & usus membrorũ perfectus mox cõditus extitit, ita etiã eius filij in ipso natiuitatis exordio perfecti existerent, qui ambulare, & loqui, & cuncta facere possent. Responderi potest, ꝙ filios parvulos nasci oportebat, propter materni uteri necessitatem, sed utrum mox nati perfectionem staturæ, & membrorũ usum haberent, an paruuli & in minore ætate cõstituti uti possẽt membrorũ officijs, an

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per interualla temporum eo modo quo nunc fit, per fectionem staturæ, & usum membrorum recepturi essent, de autoritatibus definitum non habemus.

Ambigua Augustini uerba ponit, ubi tamen uidetur innuere, quòd filij & paruuli possent membrorum usi officijs.

E Et super hoc Augustinus ambiguè loquitur: [Moueret nos, inquit, si primi homines nō peccassent, utrū tales filios essent habituri, qui nec lingua, nec manibus, nec pedibus uteretur. Nā propter uteri† necessitatē, fortè necesse erat paruulos nasci: †sed quamuis exigua pars corporis sit cōsita, non tamen propter hoc paruulam uiro coniugem fecit: unde & eius filios portetia creatoris mox natos, grandes facere. Sed ut hoc omittā, poterat certè eis præstare, ꝙ multis animalibus præstitit: quorum pulli, quamuis sint paruuli, tamen mox ut nascuntur currunt, & matrē sequūtur. Contrà, homini nato nec ad incessū pedes idonei sunt, nec manus saltē ad scalpendū habiles, & iuxta se māmis positis nascetes, magis possunt eluctari fleręquā fugere: proindeq; infirmitati mentis cōgruit hæc infirmitas carnis. His uerbis uidetur insinuari, quod filij etiam paruuli officijs membrorum ualerent uti.

Lib. 1. de bapti. paruulorū, seu de pēcā. meri. & rem. 37.

† *capacitatē.* † *Augu. habet quānis.*

Ibidē, c. 38.

Quibusdam non absurdè placuit, quòd filij parui nascerentur, & per accessum temporis in statura & in alijs, sensu

F *nunc proficerent, quod non esset uitio imputandum.*

Sed cū Augustinus sub assertione de his nihil tradat, non irrationabiliter quibusdam placuit primorū parentum filios nascituros paruos, ac deinde per interualla temporum eadē lege, qua & nunc naturaliter humanam ordinatam cernimus, staturæ incrementum & membrorum usum recepturos, ut in illis expectaretur ætas ad ambulandum, & loquendū sicut nunc in nobis: quod utique non esset uitio deputandum, sed conditioni naturæ: sicut à cibo abstinere

penitus non ualebant: nec tamen illud erat ex uitio, sed ex natura conditionis.

Oppositio quorundam nolentium probare eos posse uiuere sine alimonia.

G Ad hoc autem opponitur ita, Si non peccarent, nō morerentur, sed non peccarent, si non comederent: poterant igitur sine alimonia uiuere. Cæterùm, sicut supra diximus, non solùm peccaret, si de ligno uetito ederent, sed etiam si concessis non uteretur: quia sicut erat eis præceptum non illo ligno uti, ita alijs uesci. Præterea contra naturale rationē facerent, quæ intelligebant de illis esse edēdū, quod & naturaliter appetebant. Item opponitur, Cùm fames sit pœna peccati, si non peccarent, famē non sentirent: sed sine fame superfluū uideretur comedere. Unde putant quidā eos cibis non indiguisse ante peccatū: quia nō poterant esurire, si non peccassent. Ad quod dici potest, quod fames uere defectus est & pœna peccati. Est n. immoderatus appetitus edendi: cui non subiacuisset homo, si non peccasset: sed procul dubio peccaret, ni si hūc defectum cibo præueniret. Habebat enim naturalem appetitum & moderatum, cui ita satisfaciendum erat, ne defectum famis sentiret. Sicut ergo non ex uitio, sed ex naturæ cōditione erat, ꝙ ante peccatū hō cibo indigebat: ita non ex uitio esset, sed de natura, si hominis conditio in principio sui, id est in primo parente à perfecto inchoata, in sub sequenti propagatione à modico ad maiora proficeret: ut scilicet per interualla temporis, staturæ corporeæ incrementa, usumque membrorum susciperet.

Alia oppositio.

Dist. 19. li. b

Vtrum sicut statura corporis, ita etiam sensus mentis paruuli nascerentur, & per accessum temporis proficerent in sensu & notitia ueritatis, scilicet an mox nati, in his esset perfecti.

H Et cùm de corpore humano non sit absurdum uel inconueniens hoc existimare, quæri solet, utrū de sē sua ætate & cognitione ueritatis eodē modo sētiendum

sit, ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit, ut. s. hi qui sine peccato nascerentur, sensu, & intelligentia mentis imperfecti existerent, & per accessum temporis in his proficerent vsq; ad perfectionem: an mox conditi perfectionem sensus & cognitionis perciperent. Illi qui sentiunt paruulos natos in statura corporis & usu membrorum per accessum temporis profecturos, non differentur eosdem in exordio natiuitatis sensu imperfectos existere, & per interuallum temporis in sensu & cognitione proficere vsque ad perfectum.

Responsio.

1 *Contræ illorum sententiam opponunt quidam.*

Ad quod quidam opponunt dicentes, Si mox nati non haberent perfectionem sensus & intelligentiæ, ignorantia in eis esset. Ignorantia autem peccati est pœna. Sed qui hoc dicunt, non satis diligenter considerant: quia non omnis qui aliquid nescit vel minus perfectè aliquid scit, statim ignorantiam habere, siue in ignorantia esse dicendus est: quia ignorantia non dicitur, nisi cum id quod sciri & ignorari non debet, nescitur. Talisque ignorantia pœna peccati est, cum mens uitio obscuratur, ne cognoscere valeat ea quæ scire deberet.

Responsio.

De hominis translatione in meliorem statum, & dedonbus bonis, altero hic dato, altero promisso.

K

Talis erat hominis institutio ante peccatum secundum corporis conditionem. De hoc autem statu transferendus erat cum uniuersa posteritate sua, ad melioris partis dignioremq; statum: ubi cœlesti & æterno bono in cœlis sibi parato frueretur. Sicut enim ex duplici natura compactus est homo, ita illi duo bona conditor à principio præparauit: vnum temporale, alterum æternum, unum visibile, alterum inuisibile: vnum carnale, alterum spirituale. Et quia primum est quod est animale, deinde quod est spirituale, temporale ac visibile bonum prius dedit. Inuisibile autem & æternum promissit, & meritis quærendum proposuit. Ad illius autem custodiam quod dederat, & ad illud promerendum quod promiserat naturali rationi in creatione animæ hominis inditæ, qua poterat inter bonum & malum discernere, præceptum addidit obedientiæ, per cuius obseruantiam datam non perderet, & promissum obtineret, vt per meritum ueniret ad præmium.

Hugo de sacram. lib. 1. parte 2. c. 6

1. Cor. 15. f

DE INVIDIA DIABOLI QVA AD HOminem tentandum accessit.

A

DISTINCT. XXI.

De tentatione & lapsu primorum parentum.

VIDENS igitur diabolus hominē per obedientiæ humilitatem posse ascendere, vnde ipse per superbiam corruerat, inuidit ei: & qui prius per superbiam diabolus fuerat, id est, deorsum lapsus, zelo inuidiæ factus est satan, id est aduersarius. Vnde & mulierem tentauit: in qua minus quàm in uiro rationem uigere nouit. Eius enim malitia ad tentandum uirtutem timida, humanam naturam in ea parte ubi debilior uidebatur, aggressa est: an si fortè illic aliquatenus præualeret, postmodū fiduciatius ad alteram, quæ robustior fuit, pulsandam vel potius subuertendam accederet. Primum ergo solitariam fœminam exploraui, ut in ea primùm omnem suæ tentationis vim experiretur.

Ecclc. 4. c

B

Quare in aliena forma uenit.

Sed quia illi per violentiam nocere nō poterat, ad fraudem se conuertit, ut dolo hominem supplantaret, quem virtute superare nequiret. Ne autem fraus illius nimis manifestaretur, in sua specie nō venit, ne apertè cognosceretur, & ita repelleretur. Iterū ne minus occulta foret fraus eius quæ caueri non posset, & homo simul uideretur imuniam pati, si taliter circumueniri permitteret eum Deus, ut præcauere non posset, in aliena quidē forma uenire permissus est diabolus, sed in tali, i qua eius malitia facilè posset deprehēdi.

Vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt ergo in propria forma non veniret, voluntate sua propria factum est ut autem in forma suæ malitiæ cõgruenti, veniret, diuinitus factum est. Venit ergo ad hominem in serpente, qui fortè si permitteretur, in columbæ specie venire maluisset. Sed non erat dignũ ut spũs malignus illã formam homini odiosam faceret, in qua spiritus sanctus apparituru erat. Nõ ergo nisi per serpentem tentare permissus fuit diabolus: ut per illud quod foris erat, astutiam tentantis animaduertere fœmina quiret: diabolus n. per serpentẽ tentabat, in quo loquebatur. Ideoq; serpens dictus est esse callidior cunctis animantibus terræ: quia, vt ait Aug. Mali angeli licet superbia deiecti, natura tamen sunt excellentiores omnibus bestiis, propter eminentiam rationis, quamuis serpens non rationali anima, sed spũ diabolico possit sapientissimus dici. Non ergo mirũ, si diabolus spiritu suo implens serpentem sicut vates implebat, sapientissimũ tradiderat omnium bestiarũ: quem tamen ad tentandum non elegit diabolus: sed per quod animal permissus fuit, tentauit. Vnde Aug. super Genes. [Non est putandum, q̃ diabolus serpentem, per quem tentaret, elegerit: sed cùm decipere cuperet, non potuit, nisi per quod animal posse permissus est. Nocendi. n. voluntas inest cuiqs à se, sed potestas à Deo.] Sic autem loquebatur diabolus per serpentem ignorantem, sicut per energumenos uel phanaticos loquitur. [Serpente enim velut organo est usus, mouẽs naturam eius ad exprimendum sono, verborum, & signa, quibus suam monstraret uoluntatem.] [Serpens ergo nec verba intelligebat, nec rationalis est factus:]] [callidissimus tamen est dictus, propter astutiam diaboli. Locutus est autem sicut alina Balaam: sed hoc diabolicum, illud angelicum fuit. Bona enim & mali angeli similiter operantur.] Hic quæret forsitan, quare mulier non horruit serpẽtem. Quia cùm nouerit creatum esse, ipsum etiam officium loquendi à Deo accepisse putauit. De

Quare non nisi in forma serpẽtis accessit. Genes. 3. Aug. super Gen. lib. 11 cap. 2. † irrationa lis fuit Aug. Lib. 11. c. 3 Lib. eodem, cap. 27. Cap. 28. Cap. 29. Num. 22. e

C

De modo tentationis.

Tentatio autem hoc modo facta est, Stans coram fœmina hostis superbus non audet in verba persuasionis exire, metuens deprehendi, sed sub interrogatione eam aggreditur, vt ex responsione colligeret, qualiter in malitia procedere posset. Cur, inquit, præcepit vobis deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier, De fructu lignorum quæ sunt in paradiso, vescimur: de fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus: ne comederemus, & non tangeremus, ne forte moriamur. In quo verbo dedit locum tentanti, cùm dixit, Ne forte moriamur: vnde mox diabolus dixit ad mulierem, Nequaquam moriemini: scit n. Deus q̃ in quacunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dii, scientes bonum & malum. Attende ordinem ac progressum humanæ perditionis: primo Deus dixerat, Quacunq; die comederitis ex eo, morte morieminí: deinde mulier dixit, Ne forte moriamur: nouissimè serpens dixit, Nequaquã moriemini. Deus affirmauit, mulier quasi ambigẽdo illud dixit, diabolus negauit: quæ ergo dubitauit, ab affirmante recessit, & neganti appropinquauit.

Verba serpentis. Ge. 3. 2

De uersutia diaboli, qua ad facilius persuadendum, malum remouit, & bonum in pollicitu duplicauit.

D

Qui ad suam persuasionem plenitèr sustulcidã, id est, ut malum quod intendebat, liberè persuaderet: & malum quod mulier timuit, negando remouit, & promissionẽ addidit: & vt eius persuasio citius reciperetur, promissionẽ duplicauit: vna nẽpe comestionẽ sua dens, duo in præmio proposuit, similitudinem Dei, scientiamq; boni & mali spondens. [Vbi tribus modis hominem tentauit, scilicet, gula in persuasione cibi dixit, In quacunq; die comederitis. Inani gloria in promissione deitatis, cùm dixit, Eritis sicut dii: Auaritia in promissione scientiæ, cùm dixit, Scientes bonum & malum. Gula est immoderata cibi auiditas.

Greg. homi. 16. euang.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas. Vanagloria, amor propriæ excellentiæ. Auaritia, immoderata habendi cupiditas, quæ non est tantùm pecuniæ, sed etiam altitudinis & scientiæ, cùm supra modum sublimitas ambitur.]

E *De duplici tentationis specie.*

Porrò sciendum est, duas esse species tentationis, interiorem scilicet, & exteriorem. Exterior tentatio est, quando nobis extrinsecus malum visibiliter suggeritur verbo uel signo aliquo, vt ille cui fit, ad consensū peccati declinet: & talis tentatio tantùm fit ab aduersario. Interior verò tentatio est, quando inuisibiliter malum nobis intrinsecus suggeritur: & hæc tentatio aliquando fit ab hoste, aliquando à carne. Nam & diabolus inuisibiliter mala suggerit, & ex carnis corruptione suboritur motus illicitus, & titillatio prauæ. Ideoq; tentatio quæ ex carne est, nō fit sine peccato, quæ autem est ab hoste, nisi ei consentiatur, non fit peccatum, sed est materia exercendæ virtutis. Tentatio aūt carnis interior difficilius vincitur, quia interius oppugnans, de nostro contra nos roboratur. Hō ergo qui foia exteriore tentatione pulsatus cecidit, tanto grauius plectendus erat, quāto lemori impulsū fuerat prostratus. Et tamen quia aliquam, licet modicam cadendi occasionem habuit, idcirco per dei gratiam iuuari potuit ad veniam: vt qui per alium cecidera, per alium erigeretur. Qui ergo incitatorem habuit ad malū, non iniuste reparatorem habuit ab bonum. Diabolus verò, quia sine alicuius tētatione peccauit, per alium vt surgeret iuuari non debuit, nec per se potuit: & ideo irremediabile peccatum eius extitit: Peccatum verò hominis, sicut per alium habuit initium, ita per alium non incongrue habet remedium.

Vide Greg. lib. 4. mora. ca. 9. et August. li. 1. de mirabilib. sacræ scripturæ, c. 2.

F *Quare homo, non angelus, sit redemptus.*

Præterea angelica natura, quoniā nō tota perierat, sed ex parte perstiterat, non est redempta: humana verò tota perierat: & ideo ne penitus repēte perderetur, ex parte est redempta, ut inde ruina supplereturangelica.

gelica. Vnde Aug. ī Ench. [Placuit vniuersitatis erea tori & moderatori, vt quoniam non tota multitudo angelorum Deum deferendo perierat, ea quæ perierat in perpetua perditione remaneret: quæ autem cū Deo illa deferente perstiterat, de sua certissime cogni ta semper felicitate gauderet. At verò creatura rationalis, quæ in hominibus erat, quoniam peccatis atq; supplicijs tota perierat, ex parte † meruit reparari, vt de angelicæ societati supplereturquod ruina illa minuerat hoc enim promissum est sanctis, quod erunt æquales angelis Dei.]

† *potuerat.*

Matth. 22. a

G *Quod non soli viro præceptum fuit datum.*

[Illud etiam notandum est, q̄ non soli viro præceptum videtur esse datum, cùm ipsa mulier testetur sibi etiam esse mandatū, dicens, Præcepit nobis Deus, & cæter. Suprà tamen legitur ante factam mulierem Deum dixisse viro, De ligno scientiæ boni & mali ne comedas, non dixit, Ne comedatis. Fortè quia facturus erat mulierem de viro, sic præcepit, vt per virum ad mulierem peruenirent mandatum: quia mulier, quæ subiecta viro fuit, non nisi mediante viro diuinum debuit accipere præceptum. Vnde Apostolus, Si quid discere mulieres voluerint, domi viros suos interrogent.] [Si quæritur quomodo loqui potuerunt, vel loquentem intelligere, qui non didicerant inter loquentes crescendo, vel magisterio: Dicimus quia Deus eos tales fecerat, qui possent loqui, & discere ab alijs si essent.]

Augu. supēr Genes. 8. lib. cap. 17.

Gen. 3. a

Gene. 2. d

1. Cor. 14. g

Ibidē. c. 18.

DE ORIGINE ILLIVS PECCATI.

A

DISTINCT. XXII.

De hominis transgressione.

Hic videtur diligenter inuestigandū esse que fuerit origo & radix illius peccati. Quidā putant quandam elationem in animo hominis præcessisse, ex qua diaboli suggestioni cōsensit. Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib. 11. c. 5. videtur Augustinus innuere, super Gen. ita inquiēs. [Non est putandum ꝙ homo deiiceretur, nisi præcesisset in eo quædam elatio comprimenda: vt per humiliationem peccati sciret quàm falsò de se præsumpserit, & quòd non bene se habet facta natura, si à faciente recesserit. Item in eodem, [Quomodo verbis tentatoris crederet mulier, Deum se à re bona & vtili prohibuisse, nisi inesset eius menti amor ille propriæ potestatis, & de se superba præsumptio, quæ per tentationem fuerat conuincenda † aut perimenda? Deniq; non contenta suasione serpentis, aspexit lignum bonum esu, decorum aspectu: nec credens se inde posse mori, fortè putauit deum alicuius causā significationis illa dixisse, ideo manducauit & dedit viro suo, fortassis cum aliqua suasione, quam scriptura intelligendam reliquit. Vel fortè non fuit suaderi necesse, cùm eam mortuam esse illo cibo, non videret vir.] Sicut ergo non est permissus diabolus tentare fœminā, nisi per serpentem, ita nec virum, nisi per fœminā: vt sicut præceptum Dei per virum venit ad mulierem, ita diaboli tentatio per mulierem transiret ad virū. [In muliere verò, quæ rationalis erat, nō est ipse locutus vt in serpente, sed persuasio eius, quāuis instinctu aduersantis interius, quod per serpentē gerebat exterius.] Ex prædictis tentationis modus atq; progressus innuatur: necnon etiam quod prædiximus, innui videtur, scilicet quòd tentationem præcesserat aliqua elatio, & præsumptio in mente hominis.

Aug. lib. de Gene. ad lit. 11. cap. 30.

† *Augu. hēt et humilian da.*

Aug. lib. 13. cap. 27.

Ibidem.

Obiect. o contra illos qui dicunt elationem

B *præcessisse in mente.*

Supra d. 21. lit. c. ex Gregor.

Quod si ita fuit, nō ergo alterius suggestione prius peccauit, cum autōritas tradat ideo peccatum diaboli incurabile esse, quia non suggestione, sed propria superbia cecidit: hominis verò curabile, quia non per se, sed per alium cecidit, & ideo per alium resurgere potuit. Quocirca prædicta verba Augustini pium ac diligentem lectorem affligitant: quæ sic intelligere

Aug. de Gē. ad li. locis su

sanè quimus, Non deiiceretur homo in actum illius peccati, vt scilicet lignum vetitū ederet, & in has miserias per tentationem diaboli, nisi elatio comprimēda præcessisset, non vtiq; tentationem, sed opus peccati. Tali enim fuit ordinis processus: diabolus tentando dixit, Si comederitis, eritis sicut Dij, scientes bonū & malum: quo audito, statim menti mulieris subrepsit elatio quædā, & amor propriæ potestatis: ex quo placuit ei facere quod diabolus suadebat, & vtique fecit. Suggestione igitur peccauit: quia tentatio præcessit, ex qua in mente eius orta est elatio, quam peccatum operis secutum est, & pœna peccati.

perius dicti.

C *Quæ fuit elatio mulieris.*

Et talis quidem elatio in mente mulieris fuit pro certo, qua credidit & voluit habere similitudinē Dei cum æqualitate quadam, putās esse verum quod diabolus dicebat. Et ideo specialiter mulierem cōmemorat Augustinus, inquiēs, Quomodo crederet mulier diabolo, nisi esset in mēte eius de se superbia præsumptio? Et quod ibi sequitur, scilicet, Quæ per tentationem fuerat conuincenda vel perimēda: ad mulierem referendum est, vt intelligatur, quæ mulier, non quę elatio fuerat per tentationem, &c.

In principio huius dist.

D *Quæ fuit elatio viri, an crediderit, et voluerit quod mulier.*

Solet quæri, vtrùm illa talis elatio & amor propriæ potestatis in viro fuerit, sicut in muliere? Ad quod dicimus, quia Adā non fuit seductus eo modo quo mulier. Nō enim putauit esse verum quod diabolus suggerebat. In eo tamen fuisse seductum credi potest, ꝙ commissum veniale putauerit, quod peremptorium erat. Sed nec prior seductus fuit, nec in eo in quo mulier, vt crederet deum illud lignum ideo tāgere prohibuisse, quoniam si tangerent, fierent sicut dij. Verumtamen præuaricator fuit Adā, vt testatur Apostolus. Poterat.n. aliqua elatio menti eius inesse illico post tentationē, ex qua voluit lignum vetitū experi, cùm mulierem non videret mortuam, esca illa percepta.

Quo Adam non fuit seductus.

Rom. 5. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

L. 11. c. 42. Rom. 5. c 1. Tim. 2. d Gen. 3. c

Vnde Augustinus super Gene. [Cùm Apostolus Adam prævaricatorum fuisse ostendat, dicens, Ipse similitudinem prævaricationis Adæ: seductum tamen negat, vbi ait, Adam non est seductus, sed mulier: vnde & interrogatus, non ait, Mulier seduxit me: sed, Dedit mihi, & comedit. Mulier verò dixit, Serpens seduxit me. Hanc autem seductionem propriè vocauit Apost. per quam id quod suadebatur, cùm falsum esset, verum putarum est: scilicet quod Deus lignum illud ideo tangere prohibuerit, quia sciebat eos, si tetigissent sicut deos futuros: tanquam eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat. Sed etsi virū propter aliquam mentis elationem, quæ Deū latere non poterat, sollicitauit aliqua experiendi, cum mulierem videret accepta illa esca non esse mortuā, non tamen eum arbitror, si iam spirituali mente præditus erat, vllo modo credidisse quod diabolus suggerebat.]

Lib. & cap. eisdem, post pauca.

E *Quis plus peccauit, Adam uel Eua.*

Ex quo manifestè animaduerti potest, quis eorum plus peccauerit, Adam scilicet vel Eua. Plus enim videtur peccasse mulier, quæ voluit vsurpare diuinitatis æqualitatem, & animia præsumptione elata credidit esse futurum. Adam verò nec illud credidit, & de pœnitentia, & Dei misericordia cogitauit, dum vxori morē gerens, eius persuasioni cōsensit, nolens eam contristare, & à se alienatam relinquere ne periret, ar bitratus illud esse veniale non mortale delictū. Vnde

Lib. & cap. eisdem.

Aug. [Apostolus ait, Adam non est seductus. Quod vtiq; ita accipi potest, vt intelligatur nō esse seductus

1. Timo. 2. d

prior. s. vel in eo in quo mulier: vt scilicet crederet illud esse verum, Eritis sicut dij: sed putauit vtrumque posse fieri, vt & vxori morem gereret, & per pœnitentiam veniā haberet. Minus ergo peccauit, qui de pœ-

Lib. & cap. eisdem.

nitentia & Dei misericordia cogitauit. [Postquam mulier seducta māducauit, eiq; dedit vt simul ederet, noluit eam contristare, quam credebat sine suo solatio contabescere, & à se alienatam omnino interire non

non quidem carnali victus concupiscentia, quā nondū senserat, sed amicabili quadā beneuolētia, qua plerūq; fit vt offendatur Deus, ne offendatur amicus: qđ esū facere nō debuisse, diuinæ sentētiæ iustus exitus iudicauit. Ergo alio quodā mō ipse ēt deceptus est.] [In expertus. n. diuinæ seueritatis, in eo falli potuit, vt venialē crederet e le cōmissū.] [sed dolo illo serpētino, quo mulier seducta ē, nullo mō arbitror illū potuisse seduci. [Ex his dat intelligi, q̄ mulier plus peccauerit, q̄ in qua maioris p̄suptio fuit. q̄ ēt in se, & in p̄ximū, & in Deū peccauit: vir aūt tantùm in se, & in Deum. Inde ētiā colligitur q̄ mulier plus peccauerit, quia grauius punita est, cui dictum fuit, In dolore paries filios, &c.

Lib. 14. de ciuitate dei ca. pite 11. Libro 11. de Gen. ca. 42.

E *Quod prædictæ sententiæ aduersari uidetur.*

Sed huic videt cōtrariū, qđ Aug. sup Gē. de viro & mulíere pētū suū excusantib. ait, [Dixit Adā, Mulier quā dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi: nō di cit, peccaui. Superbia. n. hēt cōfusionis deformitatem, nō confusionis humilitatem. Nec ēt mulier cōfitetur pētū, sed refert in alterū, dicens, Serpēs decepit me, & comedi: ī pari sexu, sed pari fastu.] Ecce hic dicit Aug. q̄ pare fastū habuit mulier cū viro. Pariter ergo sup bierūt, & pariter peccauerūt. Sed hoc ita determinari p̄or, vt dicamus parē vtriusq; fuisse fastū in excusatione p̄ti, & ēt in esu ligni vetiti, sed disparē, & ī muliere multo maiorē, i eo q̄ credidit & voluit eē sicut Deus: qđ nō vir. Veruntame & de viro legitur, q̄ voluit esse sicut Deus. Dicit. n. Augus. super illū locū Psal. Quæ nō rapui tūc exoluebā, [Rapuit Adā & Eua p̄sumetes vt diabolus de diuinitate, rapere voluerūt diuinitatē, & perdiderunt felicitate.] Itē super illū locū, Deus q̄s similis tibi? Qui p se vult eā vt Deus, puerse vult eē similis Deo: vt diabolus q̄ noluit sub eo eē: & hō, qui vt seruus noluit teneri p̄cepto, sed uoluit ut nullo sibi dominante esset quasi Deus.] Itē super illū epistolæ locū, Nō rapinā arbitratus est se esse equalē Deo: ga nō vsurpauit, qđ suū nō esset, vt diabolus & primus hō.]

Psalm. 68. In tomo 2. Psal. 70. Philipp. 2. a Tra. 17. sup Ioā. circa il- lud Ioan. 5 Sed et patrē suū dicebat deum.

Quorundam sententia, quòd Adam ambierit esse
G *vt Deus, sed non crediderit possibile.*

Ideo quibusdam videtur, q̃ etiam Adam ambierit esse sicut Deus, non tamen crediderit id fieri posse: & ideo falsum esse quod diabolus promittebat cognouit. Et licet diuinitatis æqualitatem concupierit, non tamen ideo exarsit, nec tanta est affectus ambitione sicut mulier: quæ illud fieri posse putauit, & ideo magis illud ambiendo superbiuit. Virũ autẽ aliqua fortè ambitionis subreptio mouit, sed non ita, vt illud verũ vel possibile fore putaret. Aliis autem videtur ideo dictum esse, q̃ Adam illud voluerit, quia mulier de eo sumpta illud voluit: sicut, inquiunt, peccatum dicitur per vnum hominem intrasse in mundum, i. in humanam naturam: cùm tamen mulier ante virũ peccauerit, quia per mulierem intrauerit de viro factam. Vel potius ideo per hominem dicitur intrasse, quia etiam peccante muliere, si vir non peccasset, humanum genus minimè peccatis corruptum periret. Minus ergo peccauis vir quàm mulier.

Obiectio contra id quod dictum est, virum
H *minus peccasse.*

Lib. 2. de sũmo bono ca. 17.

His autem opponi solet hoc modo. [Tribus modis (vt Isidorus ait) peccatum geritur, scilicet ignorãtia, infirmitate, industria. Et grauius est infirmitate peccare, si ignorantia grauiusq; industria, quàm infirmitate. Eua autem videtur ex ignorantia peccasse, quia seducta fuit: Adam verò ex industria, quia non fuit seductus, vt Apostolus ait.] Ad quod dicimus, quia licet Eua in hoc per ignorantiam deliquerit, quod putauit verum esse quod diabolus suadebat: non tamen in hoc, quin nouerit illud dei esse mandatum, & peccatum esse contra agere. Et ideo excusari à peccato per ignorantiam non potuit.

1. ad Ti. 1. d
Responsio.

Quod ignorantia alia excusat, alia non.
I

Est enim ignorantia quæ excusat peccãtem, & est ignorantia talis, quæ non excusat. Est aũt ignorantia vincibilis, & ignorãtia inuincibilis. Excusatio omnis tollitur vbi mandatum non ignoratur.

De triplici ignorantia, quæ excusat, & quæ non.
K

Est enim ignorantia triplex, & eorum scilicet, qui scire nolunt cum possint, quæ non excusat, quia & ipsa peccatum est. Et eorũ qui volunt, sed non possunt, quæ excusat, & est pœna peccati, nõ peccatum: Et eorum qui quasi simpliciter nesciunt, non renuẽtes vel proponẽtes scire, quæ neminem plenè excusat, sed sic fortasse, vt minus puniatur. Vnde Augu. ad Valentinũ, [Eis aufertur excusatio qui mãdata dei nouerũt, quam solent habere homines de ignorãtia.] [Et licet grauius sit peccare scienter quàm nescienter, nõ ideo tamen confugiendum est ad ignorantiæ tenebras, vt in eis qui sequam excusationem requirat. Aliud est. n. nescisse, aliud scire noluisse:] [quia in eis qui intelligere noluerunt, ipsa ignorantia peccatum est: in eis vero qui non potuerunt, pœna peccati. Ignorãtia vero quæ non est eorum qui scire nolunt, sed eorũ qui tanquam simpliciter nesciunt, nullum sic excusat, vt æterno igne nõ ardeat, sed fortasse vt minus ardeat.] Non igitur mulier excusationem habuit de ignorantia, cùm & mãdatum nouerit, & peccatum esse secus agere non ignorauerit.

Isido. ibidem & Greg. lib. 25. mor. cap. 16. Aug. de vẽris tomo 7. lib. de natura et gratia contra Pelagianos c. 17 de gratia & libe arbitrio cap. 2. & 3. tomo 7.

Vnde processerit consensus illius peccati, cùm
L *natura hominis esse incorrupta.*

Solet etiam quæri, cùm sine vitio esset natura hominis, vnde consensus mali processerit. Ad quod respondeti potest, quia ex libero arbitrio propriæ volũtatis fuit. Et in ipso enim, & in alio causa exitit vt fieret deterior. In alio, quia in diabolo qui suasit: In ipso quia voluntate liberi arbitrij consensit. Et cùm libertum arbitrium sit bonum, ex re vtique bona malus ille consensus prouenit: & ita ex bono malum manauit. De hoc autem in sequenti plenius tractabimus, eũ origo mali, & in qua re coalescat, inuestigabitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

M *An voluntas præcesserit illud peccatum.*

Si verò quæritur, vtrum voluntas illud peccatum præcesserit: dicimus quia peccatum illud & in voluntate, & in actu constitit, & voluntas actum præcessit: sed ipsam voluntatem alia hominis voluntas mala non præcesserit, atque ex diabolipersuasione, & hominis arbitrio illa voluntas mala prodiit, qua iustitiam deseruit, & iniquitatem inchoauit, & ipsa voluntas iniquitas fuit.

QVARE DEVS PERMISERIT HOMINEM tentari, sciens eum esse casurum.

A DISTINCT. XXIII.

Prima quæstio. Augus. super Gen. lib. 11. ca. 4.

PRAETEREA quæri solet [cur deus hominem tentari permiserit, quem decipiendum fore præsciebat. Sed non esset laudabile homini si ideo bene viuere posset, quia nemo malè viuere suaderet: cùm in natura posse, & in potestate haberet velle non consentire suadenti, Deo iuuante.] [& est glorioſius nō consentire, quàm tentari non posse.] [Mouentur etiam quidam dicentes, Cur creauit Deus futuros malos præsciebat? Quia præuidit quid boni de malis eorum esset factu-

Ibidem, c. 6.

rus. Sic enim eos fecit, vt relinqueret eis vnde aliquid facerent: & si culpabiliter aliquid facerent, illum de se laudabiliter operantē inuenirent. A se habent voluntatem malam, ab illo naturam bonam, & iustam pœnam. Frustra ergo dicitur, non deberet Deus creare quos præsciebat malos futuros: sciebat enim bonos futuros, & iustè pro mala uoluntate puniendos. [Addunt & talem hominem debere facere, qui nollet eum

Tertia quæstio. Lib. 20. ca. 7.

nimo peccare. Cōcedimus quidem meliorē naturam esse quæ omnino peccare nollet. Cōcedant & ipsi pō esse malā, quæ talis facta est, vt posset non peccare si vellet,

vellet, & iustè punitam quæ voluntate non necessitate peccauit. Cùm ergo hæc bona sit, illa melior, cur non vtranque faceret, vt vberius laudaretur de utraque? Illa. n. de sanctis angelis, hæc de hominibus est.] Item inquiunt, [Si deus vellet, & isti boni essent. Et hoc quide concedimus: sed melius voluit, vt quod vellent essent. Et boni quidem nō infructuosè, mali vero non impunè essent.] Itē inquiunt, [Posset Deus volūtatē eorū vertere in bonū, quia omnipotēs est. Posset reuera. Cur nō fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipse nouit. Nō debemus plus sapere quàm oportet.]

Quarta quæstio. Lib. 20. ca. 6.

Quinta quæstio. Lib. 20. c. 10

Rom. 12. a

B *Hic qualis secundum animam: & agit de scientia hominis ante peccatum.*

Et quidem secundū animā rationalis fuit homo, habens discretionem boni & mali. Scientiam quoq; rerum creatarum, & cognitionem veritatis, quæ primæ perfectioni congruebat, mox conditus non incongruè accepisse putatur, & ad illā nō studio vel disciplina aliqua per interualla temporis profecisse, sed ab exordio suæ conditionis diuinitus illā percepisse.

Hug. li. 1. de sacramēt. par. 6. c. 18.

C *Quod triplicem habuit homo ante lapsum cognitionem, scilicet rerum propter se factarum, & creatoris, & sui.*

Fuit itaque homo primus ante lapsum triplici cognitione prædituς, rerum scilicet propter se factarū, & creatoris, & sui. Rerum quippe cognitionem hominem accepisse perspicuum est, cùm non ipse creator vel angelus aliquis, sed homo omnibus animantibus nomina imposuerit: vt ostenderetur, quòd singulorum notitiam homo ipse habuerit. Quæ enim propter illum creata erant, & ab illo regenda & dispo-

Idem Hug. ibidē, c. 13.

nenda erant, horum omnium Deus illi & scientiam tribuit, & prouidentiam atque curam reliquit: quia, vt ait Apostolus, Non est cura Deo de bobus. Quorum alio rumq; animalium deus homini curam relinquit & prouidentiam, vt dominationi eius subiiciantur, & ratione illius gubernarentur: vt sciret il-

1. Cor. 13. d

lis

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis necessaria prouidere à quibus emolumentum debebat recipere. Hanc autem scientiam homo peccãdo non perdidit, sicut nec illam qua carnis necessaria prouidentur. Et idcirco in scriptura homo de huiusmodi non eruditur, sed de scientia animæ quam peccando amisit.

D *De cognitione creatoris.*

Hug. ibidẽ, cap. 14. Rom. 10. Cognitionem quoque creatoris primus homo habuisse creditur. Cognouit enim à quo creatus fuerat, non eo modo cognoscendi, quo ex auditu solo percipitur, quo modo à credentibus absens quæritur, sed quadam interiori aspiratione qua dei præsentiam cõtemplabatur, non tamen ita excellenter sicut possunt hanc vitam sancti visuri sunt, neque ita in ænigmate qualiter in hac vita videmus. *1. Cor. 13. d*

E *De cognitione sui.*

Porrò sui cognitionem idem homo talem accepisse videtur, vt & quid deberet superiori, & quid æquali, & inferiori non ignoraret. Conditionem quoque suam & ordinem. i. qualis factus esset, & qualiter incedere deberet, quid agere, quid cauere, intellexit. Si horum notitiam non habuisset, non esset reus præuaricationis, neque seipsum cognouisset. *Idem c. 15. ibidem.*

Vtrum homo præscius fuerit eorum quæ

F *sibi futura erant.*

Si autem quæritur, vtrùm homo scientiam habuerit eorum quæ circa eum futura erant, id est, si ruinã suam præsciuerit: & similiter, si præscierit bonã quæ habiturus fuisset, si in obedientia perstitisset: Responderi potest, quòd ei magis facienda indicta sunt, quã futura reuelata. Accepit enim scientiam & præceptã eorum quæ facienda fuerant, sed non habuit præscientiam eorum quæ futura erant. Non fuit ergo hominis præscius sui casus: sicut & de angelo diximus. Quod Augustinus super Gen. asserit, ratione vtens quam supra posuimus. Hæc de scientia hominis quantum ad primum statum pertinet, dixisse sufficiat. *Dist. 4. lit. a Lib. 11. cap. 18. & lib. de correp. & gratia c. 10.*

DE GRATIA HOMINIS, ET DE POtentia ante casum.

A DISTINCT. XXIIII.

NVNC diligenter inuestigari oportet, quãm gratiam vel potentiam habuerit homo ante casum, & vtrùm per eam potuerit stare vel nõ. Sciendum est ergo, quòd homini in creatione (sicut de angelis diximus) datum est per gratiam auxilium, & collata est potentia, per quã poterat stare, id est, non declinare ab eo quod acceperat: sed non poterat proficere intantum, vt per gratiam creationis sine alia mereri salutem valeret. Poterat quidem per illud auxilium gratiæ creationis resistere malo, sed non perficere bonum. Poterat tamen per illud bene uiuere quodammodo: quia poterat viuere sine peccato: sed nõ poterat sine alio gratiæ adiutorio spiritualiter viuere, quo vitã mereretur æternã. Vnde Augustin. in Ench. [Sic factus est homo rectus, vt & manere in ea rectitudine posset non sine diuino adiutorio, & suo fieri peruersus arbitrio: vtrũ libet horum elegisset, dei voluntas fieret, vel ab illo, vel de illo. Et quia suam maluit facere uoluntatem quàm dei, de illo facta est voluntas dei.] Item in eodem, [Sic hominem prius oportebat fieri, vt & bene posset velle & malè. Nec frustra, si bene: nec impunè, si malè.] Idem quoque in libro de correptione & gratia ait, [Si hoc adiutorium vel angelo vel homini cùm primùm facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta erat, vt sine diuino auxilio posset manere si vellet: non vtique sua culpa cecidisset: defuisset quippe adiutorium, sine quo manere non posset.] Idem, [Dederat deus homini bonam voluntatem: in illa quippe eum fecerat rectum: dederat adiutorium, sine quo non posset in ea manere si vellet, & per quod posset.

De adiutorio per quod hõ ante lapsum stare potuit. Dist. 3 lit. F

Non recipitur hæc Mag. sententia.

Ca. 107. idẽ habetur lib. de corre. & gra. ca. 10.

Cap. 105.

Ca. 11. in fine tom. 7.

Lib. & cap. eisdem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem. posset: Vt autem hoc vellet, in eius domisit arbitrio.] In eodem, [Acceperat posse si vellet: sed non habuit velle quo posset: nam si habuisset, perseuerasset.] His testimonis euidenter monstratur, quòd homo rectitudinem & bonam voluntatem in creatione accepit, atque auxilium quo stare poterat: alioquin non sua culpa videretur cecidisse.

Qualis fuerit illa rectitudo & bonitas voluntatis
B *in qua creatus est.*

Sed quomodo rectam & bonam voluntatem habuit homo, si per eam nec mereri vitam valuit, nec ea stare voluit? Quia nec aliquid mali ea tunc volebat, & ad tempus stare voluit, sed nō perseueranter: & ideo recta & bona fuit tunc voluntas hominis.

Oppositio contra illud quod dictum est, hominem
C *non potuisse proficere.*

Ad hoc autem quòd diximus hominem non potuisse pro cere vel mereri per gratiam creationis, solet opponi sic, Per illud auxiliū gratiæ creationis potuit stare in bono quod acceperat. Potuit ergo resistere tentationi. Sed resistere tentationibus atq; suggestionibus malis, meritum est ac bonū remunerabile: Omne autē bonū meritū profectus est. Per gratiā ergo creationis proficere potuit sine adiectione alterius gratiæ. A d quod dicimus, quia resistere malo, & non consentire tentationi, non fecisset illi meritum, etsi non cōsensisset: quia nihil in eo erat quod ad malum impelleret, sicut angelis qui non ceciderunt nō fuit meritum quòd steterunt, id est, quòd non corruerunt. Nobis autem meritum est aliquando si malum non facimus, sed resistimus, ibi dūraxat, ubi causa subest quæ nos id facere mouet: quia ex peccati corruptela proni sunt ad lapsum gressus nostri. Vbi autem non interuenit causa nos ad malum impellens, non meremur si ab eo declinamus. Declinare enim à malo semper vitat pœnam, sed non semper meretur palmam.

Responsio.

De adiutorio homini in creatione dato, quo
D *stare poterat.*

Hic considerandum est, quod fuerit illud adiutorium homini datum in creatione, quo poterat mane re si vellet. Illud vtiq; fuit libertas arbitrii ab omni labe & corruptela immunis, atq; voluntatis rectitudo, & omnium naturalium potentiarum animæ syncerias atque viuacitas.

De libero arbitrio.
E

Liberum verò arbitrium est facultas rationis, & voluntatis, qua bonum eligitur gratia assistente, vel malum eadem desistente. Et dicitur liberum, quantū ad voluntatē, quæ ad vtrūlibet flecti pōt. Arbitriū verò, quantū ad rationē, cuius est facultas vel potentia illa, cuius etiam est discernere inter bonū & malū: & aliquando quidem discretionem habens boni & mali, quod malum est eligit, aliquando verò quod bonū est. Sed quod bonum est, nisi gratia adiuta nō eligit, malum verò per se eligit. Est enim in anima rationali volūtas naturalis qua naturaliter vult bonū, licet tenuiter & exiliter, nisi gratia iuuet: quæ aduenens iuuat eā & erigit vt efficaciter velit bonū. Per se autē potest velle malum efficaciter. Illa ergo ratio nalis animæ potentia, qua bonum vel malum potest velle, vtrunque discernens, liberum arbitrium nuncupatur quod bruta animalia non habēt, qa ratione carēt: habēt tamen sensum & appetitū sensualitatis. *Ozee 13. c*

De sensualitate.
F

Est n. sensualitas, quædam vis animæ inferior, ex qua est motus qui intenditur in corporis sensus, atq; appetitus rerum ad corpus pertinentium. Ratio vero vis animæ est superior, quæ (vt ita dicamus) duas habet partes vel differentias, superiorem & inferiorem. Secundum superiorem supernis conspiciendis vel cōsulendis intendit: secundū inferiorē, ad tēpora sibi dispositionē prospicit. Quicquid ergo in anima nostra nobis considerantibus occurrit, quod non sit commune *Hug. li. 1. de sacr. part. 8. cap. ultimo.*

commune cum bestiis, ad rationem pertinet. Quod autem in ea reperis commune cum bestiis, ad sensua litatem pertinet. Et ubi nobis gradatim in considera tione partium animæ progredientibus, primùm ali- quid occurrit, quod non est commune cum bestiis,

Capite 1. ibi incipit ratio. Hoc autem August. docet in 12. lib. de Trinita dicens, [Videamus vbi sit quasi quoddã hominis exterioris interiorisq; confinium. Quic- quid enim habemus in animo commune cum pecore, rectè dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Non enim solum corpus exterior homo deputabi- tur, sed adiuncta quadã vita sua, qua compages cor-

Li. de Trin. 12. cap. 8. poris & omnes sensus uigent, quibus instructus est ad exteriora sentienda.][Ascendentibus ergo intror sum quibusdam gradibus considerationis per- animæ partes, vbi incipit aliquid occurrere quod nõ sit nobis commune cum bestiis, ibi incipit ratio, vbi ho-

Ibidẽ ca. 7. mo interior iam possit agnosci.][Rationis autem pars superior æternis rationibus conspiciendis vel consulendis adhæresci, portio inferior ad tempora- lia gubernanda deflectitur.][Et illa rationis intentio

Lib. eod. ca. 14. & 15. qua contemplamur æterna, sapientiæ deputatur: alia verò qua bene vtimur rebus temporalibus, scientiæ

Ibidẽ ca. 4. deputatur.][Cùm verò differimus de natura mentis humanæ, de vna quadam re differimus, nec eam in hæc duo quæ commemorauimus, nisi per officia, ge-

Ca. 12. eiusdem lib. minamus.][Carnalis autem vel sensualis animæ mo tus, qui in corporis sensus intenditur, nobis pecori- busq; communis est, qui seclusus est à ratione sapien tiæ, rationi autem scientiæ vicinus est.]

Quod talis est ordo peccandi uel cadendi in nobis, qualis fuit in primis hominibus.

[Illud quoque prætermittendum non est, quòd

Lib. 12. de Tri. cap. 12. sententialiter. talis nunc in vno homine tẽtationis est ordo & pro gressio, qualis tunc in primis præcessit parentibus. Vt enim tunc serpens malum suasit mulieri, ipsaq; consensit, deinde viro suo dedit, sicque consumma-

tum est peccatum: ita & nunc in nobis pro serpente est sensualis motus animæ: pro muliere inferior por tio rationis, pro viro superior rationis portio.][Et hic est vir qui secundum Apostolum dicitur imago & *1. Cor. 11. b* gloria Dei: & illa est mulier, quæ secũdum eundem dicitur gloria viri. Atque inter hunc virum & hanc mulierem, est velut quoddam spirituale coniugium naturalisq; contractus, quo superior rationis portio, quasi vir, debet præesse & dominari, inferior verò, quasi mulier, debet subesse & obedire. Ideo uir secun dum Apostolum nõ debet habere velamen, sed mu- *Gene. 2. d.* lier. Et sicut in cunctis animantibus non est reper tum homini adiutorium simile, sed de illo sumptũ, quod ei formaretur in coniugium: ita & in partibus animæ quas cum pecoribus habemus communes, nullum menti nostræ simile est adiutorium. Vnde *Lib. de trin. 12. cap. 3.* Aug in eodem, [Illud nostrum quod in actione cor poralium atque temporalium tractandorum ita uer satur, ut non sit nobis commune cum pecore, ratio- nale est quidem, sed ex illa † rationali nostræ mentis *† rationali mente, quæ, &c.* substantia, qua subhæremus intelligibili & incom- mutabili ueritati, tanquam ductum, & inferioribus tractandis gubernandisq; deputatum est. Sicut enim in omnibus pecoribus non est inuentum viro adiu- torium simile illi, nisi de illo detractum in coniugiũ formaretur: ita menti nostræ quæ supernam consuli mus veritatem, nullum est ad vsum rerum tempo- ralium quantum naturæ hominis satis est, simile ad- iutorium ex animæ partibus, quas communes cum pecoribus habemus. Ideoq; rationale nostrum non ad vnitatis diuortium separarum, sed in auxilium so cietatis quasi deriuatum, in suo dispartitur officio. Et sicut vna caro est duorum in masculo & in fœmina: sic intellectum nostrum & actionem siue rationem & appetitum rationalem, vel si aliquo modo significa tius dici possunt, una mentis natura complecti- tur, vt sicut de illis dictum est, *Erunt duo in carne* *Gene. 2. d* una:

Universidad de Deusto
Biblioteca

vna: sic & de his dici possit, duo in mente vna.]Ecce ex his uerbis apertè intelligi potest, qualiter in anima hominis existat imago illius coniugii, & qualiter in singulis nostrum spiritualiter sint illa tria, scilicet vir, mulier, serpens.

H *Qualiter per illa tria in nobis consummetur tentatio.*

Nunc superest ostendere, quomodo per hæc tria in nobis consummetur peccatum: vbi agnosci poterit, si diligenter intendatur, quid sit in anima mortale vel veniale peccatum. Vt enim ibi serpens suasit mulieri, & mulier viro: ita & in nobis sensualis motus, cùm illecebram peccati conceperit, quasi serpens suggerit mulieri, scilicet inferiori parti rationis, id est rationi scientiæ: quæ si consenserit illecebræ, mulier edit cibum vetitum: post de eodem dat viro, cùm superiori parti rationis, id est rationi sapientiæ eandem illecebram suggerit: quæ si consentit, tunc vir etiam cum fœmina cibum vetitum gustat. Si ego in motu sensuali tantùm peccati illecebra teneatur, veniale ac leuissimum est peccatum. Si verò inferior pars rationis consenserit, ita vt sola cogitationis delectatione sine voluntate perficiendi teneatur, mulier sola manducauit, nõ vir: cuius autoritate cohibetur voluntas, ne ad opus vsque perueniat. Si vero adsit plena voluntas perficiendi, vt si adsit facultas, ad effectum perducatur, vir quoq; manducat: quia superior pars rationis illecebræ cõsensit: & tunc est damnabile & graue peccatum. Quando autem mulier sine viro gustat, aliquando est mortale, aliquando veniale peccatum. Vt enim dictum est, tunc mulier sine viro gustat, cùm ita delectatione cogitationis peccatũ tenetur, vt faciendũ non decernatur: vel cùm quidã terminus & mensura peccato adhibetur à viro, vt nõ liceat mulieri effrenata libertate in peccatũ progredi. Si ergo peccatũ nõ diu teneatur delectatione cogitationis, sed statim vt mulierem tetigit, viri autoritate repellatur, veniale est. Si verò diu in delectatione cogitationis

gitationis teneatur, etsi uoluntas perficiendi desit, mortale est, & pro eo damnabitur simul uir & mulier, id est totus homo: quia & tunc uir non sicut debuit, mulierem cohibuit: unde potest dici consensisse.

1 *Repetitio summam perstringens.*

Itaque breuiter summam perstringã: quando peccatum ita in anima concipitur, ut illud facere disponat, uel ét perficiat aliud frequenter aliud semel: uel et quando delectatione cogitationis diu tenetur, mortale est. Cùm uerò in sensuali motu tantùm est, ut prædiximus, tunc leuissimum est: quia ratio tunc non delectatur. Ideo aũt suprà dixi, aliud frequenter, aliud semel, quia quædam sunt, quæ si tantùm semel fiãt, uel facienda disponantur, damnant: quædam uero non, nisi sæpius fiant, uel facienda decernantur: ut de otioso uerbo, & huiusmodi. Hæc Augustin. in 12. lib. de Tri nita. tradit ita, [Sicut in illo coniugio primorum hominum serpens manducandum persuasit, mulier aũt non manducauit sola, sed uiro suo dedit, & simul manducauerunt: ita & in quodam secreto coniugio, quod in uno homine geritur & dignoscitur, cùm rationi scientiæ quæ in rebus temporalibus agendis ratiocinãdi uiuacitate uersatur, animalis sensus ingerit quãdam illecebram, tunc uelut serpens alloquitur fœminam. Huic aũt illecebræ cõsentire, de ligno uetito est edere. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione † contentus est, superioris uero autoritate consilij ita retinentur mẽbra, ut nõ exhibeantur arma iniquitatis peccato: sic habendum existimo, uelut lignũ uetitum mulier sola comederit. Si autem in consensu illo ita decernitur quodque peccatum, ut si sit potestas etiam opere impleatur: intelligenda est mulier dixisse uiro suo simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solùm cogitandum suadere, uerùm etiam perpetrandum efficaciter mente decerni, nisi & illa mentis intẽtio, penes quam summa potestas est, mebra in opus mouẽdi, uel ab opere

† conceptus

Cap. 1.

Rom. 6. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem. cohibendi malæ actioni cedat. Nec sanè cùm sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen & voluens libenter, quæ si aliquando attigerunt animum, reſpui debuerunt, negandum est esse peccatum: sed longè minus quàm si & opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda est, pectusq; percutiendum, & dicendum, Dimitte nobis debita nostra. Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat, & ideo si sola mulier cibum edisset illicitum, sola vtique mortis supplicio plecteretur: ita dici potest in homine vno, si delectationibus illicitis, à quibus continuò se deberet auertere, cogitatio libenter sola pascatur, nec facienda decernantur mala, sed tantùm suauiter, in recordatione teneantur, quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credere. Hæc quippe una persona est, unus homo est, totusque damnabitur: nisi hæc quæ sine voluntate operandi, sed tamen cũ voluntate animum talibus oblectandi, solius cogitationis sentiumtur esse peccata, per mediatoris gratiã remittãtur. Idẽ quoque in libro contra Manichæos de hoc eodem sic ait, [Apostolus dicit, Secundũ principẽ potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. Nunquid ergo uisibiliter eis apparet, aut quasi corporeis locis accedit ad eos & operatur? Nõ utique, sed miris modis per cogitationes suggerit quicquid potest: quibus suggestionibus resistendum est. Nõ enim ignoramus astutias eius. Quomodo enim accessit ad Iudam, quando ei persuasit ut dominum traderet? nõ quid in locis aut per hoc oculos ei uisus est? Sed utiq; ut dictum est, in cor eius intrauit. Repellit aute illum homo si paradisum mentis custodiat. Posuit enim hominem deus in paradiso, ut operaretur & custodiret illum: quia sic & ecclesiæ dicitur in Canticis canticorum, Hortus cõclusus, fons signatus: quo utiq; nõ admittitur peruersitatis ille persuasor, sed tamẽ p multe-

Aug. lib. 2. de Gene. ca. 14. 3 tomo 1.
Ephes. 2. a
2. Cor. 2. c
Ioan. 13. a
Genes. 2. a
Cant. 4. d
Matth. 6. b

rem decipit. Non enim etiam ratio nostra deduci ad consensum peccati potest, nisi eũ delectatio mota fuerit in illa parte animi, quæ debet obtemperare rationi, tanquam rectori uiro. Etiam nunc in unoquoque nostrum nihil aliud agitur cũ ad peccatũ quisque delabitur, quàm tunc actum est in illis tribus, serpente, muliere, & uiro. Nam primò fit suggestio, siue per cogitationẽ, siue per sensus corporis, uel uidendo, uel tãgendo, uel audiendo, uel gustãdo, uel olfaciendo: quæ suggestio cùm facta fuerit, si cupiditas nostra nõ moueatur ad peccandum, excluditur serpentis astutia. Si autẽ mota fuerit, quasi iam mulieri persuasũ erit: sed aliquãdo ratio uiriliter etiã commotã cupiditatem refrenat & compescit. Quod cùm fit, non labimur in peccatum, sed cum aliquanta luctatione coronamur. Si autẽ ratio consentiat, & quod libido cõmouerit, faciendũ esse decernat, ab omni uita beata, tanquam de paradiso expellitur homo. Iam enim peccatum imputatur, etiam si non subsequatur factũ, quãdo rea tenetur in consensione conscientia.]

K

Quare hæc de animæ partibus dixit.

Hæc de animæ partibus interseruimus, ut ipsius animæ natura plenius cognosceretur, & secundum quã sui portionẽ in ea sit liberum arbitrium intelligatur, scilicet secundum rationem, qua omne peccatũ mortale geritur, sed non omne ueniale, illud scilicet, quod in solo motu sensualitatis existit.

Quod sensualitas sæpe in scriptura aliter quàm supra accipitur, scilicet, vt etiam inferior rationis portio eius nomine intelligatur.

1.

Non est autem silentio prætereundum, quòd sæpe in scriptura nomine sensualitatis, non id solũ in anima quod est nobis commune cum pecore, sed etiam inferior portio rationis, quæ temporalium dispositioni uacandi, intelligitur. Quod diligens lector in locis scripturæ, ubi de ipsa fit mentio, uigilanter annotet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REDIT AD LIBERI ARBITRII considerationem.

A DISTINCT. XXV.

Definitio liberi arbitrij Dist. 24. litera E.

IAM verò ad propositum redeamus, & ad liberi arbitrij tractatum quod philosophi definientes, dixerunt liberum de voluntate iudicium: quia potestas ipsa & habilitas voluntatis & rationis, quam suprà diximus esse liberum arbitrium, libera est ad vtrumlibet: quia liberè potest moueri ad hoc, vel ad illud. Liberum ergo dicitur arbitrium, quantum ad voluntatem: quia voluntariè mouetur, & spontaneo appetitu ferri potest ad ea quæ bona vel mala iudicat, vel iudicare valet.

Quod liberum arbitrium non pertinet nisi ad futurum, nec ad omne futurum.

B Hoc autem sciendum est, quod liberum arbitrium ad præsens vel ad præteritum non refertur, sed ad futura contingentia. Quod enim in præsenti est, determinatum est, nec in potestate nostra est, vt tùc sit vel non sit, quando est: Potest enim non esse, vel aliud esse postea: sed non pòt non esse dum est, vel aliud esse dum est quod est: sed in futuro an hoc sit, vel illud, ad potestatem liberi arbitrij spectat. Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrij veniunt, sed ea tantùm quæ per liberum arbitrium possunt fieri, vel non fieri. Si quis enim tale quid velit ac disponat facere, quod in eius nullatenus sit potestate, vel quod sine ipsius dispositione æquè fieret, in hoc ipse liberum non habet arbitrium.

Quod suprapposita descriptio liberi arbitrij non conuenit Deo, nec his qui glorificati sunt.

C Et quidem secundum prædictam assignationem, in his tantùm videtur esse liberum arbitrium, qui voluntatè mutare, & in contraria possunt deflectere in quorum

quorum videlicet potestate est eligere bonum vel malũ, & vtrumliber secundũ electionẽ facere, vel dimittere. Secundum quod nec in Deo, nec in his omnibus, qui tanta beatitudinis gratia sunt roborati, vt iam peccare nequeant, liberum arbitrium esse pòt. Sed quod Deus liberum arbitriũ habeat, Aug. docet in lib. 22. de Ciuit. Dei, ita inquiẽs, [Certè Deus ipse nunquid quoniam peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandus est?] Ambrosquoque in lib. de Tri. ait [Paulus dicit, Quia omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult, id est, pro liberæ voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio.]

Quòd in Deo sit liberũ arbitriũ. Cap. vlt.

In lib. de fide 2. ca. 3. in medio cap.

1. Cor. 12. b

D *Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium.*

Sed aliter accipitur liberum arbitrium in creatore, quàm in creaturis. Dei etenim liberum arbitrium, dicitur eius sapientissima ratio & omnipotẽs voluntas: quæ non necessitate, sed libera bonitate omnia facit prout vult. Ideoque Hieronymus attendens non ita esse liberum arbitrium in deo, sicut est in creaturis, ab ipso videtur liberum arbitrium excludere in homilia quadam de filio prodigo dicens, [Solus Deus est in quem peccatum non cadit, nec cadere potest. Cætera cùm sint liberi arbitrij, in vtramque partem flecti possunt. Dum ait, cætera, indicat liberum arbitrium, sicut est in cæteris, non ita esse in Deo.

Ad Damasum Papã, & tomo 1. in fine epistolæ. Lucæ 15. c

E *Quod angeli & sancti qui iam beati sunt, habent liberum arbitrium.*

Angeli verò & sancti qui iam cum Domino felicitet viuunt, atq; ita gratia beatitudinis cõfirmati sunt, vt ad malum flecti nec velint nec possint, libero arbitrio non carent. Vnde Aug. in lib. 22. de Ciui. Dei air. [Sicut prima immortalitas fuit, quam peccando Adã perdidit, posse non mori: ita primũ liberũ arbitrium, posse no peccare, nouissimum, non posse peccare. Idẽ in Ench. [Sic oportebat prius hominem fieri, vt bene velle posset & malè. Postea verò sic erit, vt malè velle non possit: nec ideo carebit libero arbitrio. Multo

Cap. 30.

Cap. 105.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod liberum erit arbitrium quando peccare non poterit.

quippe liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit seruire peccato. Neque aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati sic esse volumus, vt esse miseri non solùm nolimus, sed nequaquam prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nostra nunc habet nolle infelicitatem, ita nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo seruandus fuit: quo Deus voluit ostendere quàm bonũ sit animal rationale, quod etiam peccare possit: quamuis sit melius quod peccare non possit.] Ecce his verbis euidenter astruitur, quod post beatitudinis confirmationem erit in homine liberum arbitrium, quo peccare non poterit: & nunc in angelis est, & in sanctis qui cum Domino sunt: & tanto vtique liberius, quanto à peccato immunius, & ad bonum pronius. Quo enim quisque ab illa peccati seruitute, de qua scriptũ est. Qui fecit peccatum, seruus est peccati: longius absistit, tanto in eligendo bonum liberius habet iudicium. Vnde si diligèter inspiciatur, liberum videtur dici arbitrium, quia sine coactione & necessitate valet apperere vel eligere quod ex ratione decreuerit.

1oan. 8. d.

De libertatis arbitrij differentia secundum diuersa tempora.

F

Ex prædictis perspicuum fit, quòd maior fuit libertas arbitrij prima quàm secunda, & tertia multo maior quàm secunda vel prima. Prima enim libertas arbitrij fuit, in qua poterat peccare, & non peccare: vltima verò erit, in qua poterit non peccare, & non poterit peccare: media verò in qua potest peccare, & non potest nõ peccare: ante reparationem etiã mortalitèr, post reparationem verò saltem venialiter.

De quatuor statibus liberi arbitrij in homine.

G

Hug. de S. Vict. lib. 3. sentent. c. 9.

Et possunt in homine notari quatuor status liberi arbitrij. Ante peccatum enim ad bonum nil impedibat, ad malum nil impellebat. Non habuit infirmitatem ad malum, & habuit adiutorium ad bonũ. Tunc sine errore ratio iudicare, & voluntas sine difficultate bonum

num appetere poterat. Post peccatum verò ante reparationem gratiæ premitur à concupiscentia, & vincitur, & habet infirmitatem in malo, sed nõ habet gratiam in bono: & ideo potest peccare, & non potest nõ peccare, etiam damnabiliter. Post reparationem verò ante confirmationem premitur à concupiscentia, sed non vincitur: & habet quidem infirmitatem in malo, sed gratiam in bono: vt possit peccare propter libertatem & infirmitatem, & possit non peccare ad mortẽ propter libertatem, & gratiam adiuuantem: nondum tamen habet posse omnino non peccare, vel non posse peccare, propter infirmitatem nondum perfectè absorptam, & propter gratiam nondum plene consummatam. Post confirmationem verò infirmitate penitus consumpta, & gratia consummata, nec vinci potest, nec premi: & tunc habebit non posse peccare.

1. de sacramentis, parte 6. cap. 16.

De corruptione liberi arbitrij per peccatum.

H

[Vnde manifestum est, quòd præter alias pœnalitates pro peccato illo incurrit homo pœnam in corruptione & depressione liberi arbitrij. Per illud nãq; peccatum naturalia bona in ipso homine corrupta sunt, & gratuita detracta. Hic est enim ille qui à latronibus vulneratus est, & spoliatus. Vulneratus quidem in naturalibus bonis, quibus non est priuatus, alioquin nõ posset fieri reparatio: spoliatus verò gratuitis, quæ per gratiã naturalibus addita fuerant. Hæc sunt dãa optima, & dona perfecta: quorũ alia tunt corrupta per peccatum, id est naturalia: ut ingenium, memoria, intellectus: alia subtracta, id est, gratuita: quanquã & naturalia ex gratia sint. Ad generale Dei quippe gratiam pertinẽt. Sæpe tamẽ huiusmodi fit distinctio, cum gratię vocabulũ ad speciẽ, non ad genus refertur. Corrupta est ergo libertas arbitrij per peccatũ, & ex parte perdita. Vnde Aug. in Ench. [Libero arbitrio malè vtens homo, & se perdidit & ipsum. Cum enim libero arbitrio peccaretur, victore peccato amissum est & liberum arbitrium. A quo enim quis deuictus est, huic seruus

Iacobi 1. c.

Aug. in epist. Cap. 30.

2. Pet. 2. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

addictus est,] Ecce liberum arbitrium dicit hominem amisisse, non quia post peccatum non habuerit liberum arbitrium, sed quia libertatem arbitrij perdidit, non quidē omnē, sed libertatē à miseria & à peccato.

I *De tribus modis libertatis arbitrij.*

Est namque libertas triplex, scilicet à necessitate, à peccato, à miseria. A necessitate, & ante peccatum & post æquè liberum est arbitrium. Sicut n. tunc cogi non poterat, ita nec modò. Ideoque voluntas meritò apud Deum iudicatur, quę semper à necessitate libera est, & nunquam cogi potest. Vbi necessitas, ibi nō est libertas: vbi non est libertas, nec voluntas, & ideo nec meritum. Hæc libertas in omnibus est, tam in malis quàm in bonis. Est & alia libertas, à peccato scilicet: de qua dicit Apostolus, Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Et veritas in Euāgelio, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Hæc libertas à seruitute peccati liberat, & seruos iustitiæ facit: sicut econuerso seruitus peccati liberos iustitiæ facit. Vnde Apostolus, Liberati à peccato, seruifacti estis iustitiæ. Et item, Cùm serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Hanc libertatem peccando homo amisit. Ideoque Augu. dicit, quod homo malè vtens libero arbitrio, & se perdidit, & ipsum: quia perdita est per peccatū libertas, nō à necessitate, sed à peccato. Qui n. facit peccatū, seruus est peccati.

De libertate à necessitate.

De libertate à peccato.

2. *Cor.* 3. *d*

Ioan. 8. *c.*

Rom. 6. *d*

In Ench. ca. 30.

Ioan. 8. *d*

Qui habeant hanc libertatem, scilicet

K *à peccato, & per quid.*

Istam libertatem quę est à peccato, illi soli nunc habēt quos filius p gratiā liberat, & reparat: nō ita quod penitus sint sine peccato in hac mortali carne, sed vt in eis peccatum non dominetur, neque regnet. Et hęc est vera & bona libertas, quæ bonam parit seruitutē, scilicet iustitię. Vnde Aug. in Ench. ait, [Ad iustitiā faciendam nō erit aliquis liber, nisi à peccato liberatus, esse iustitiæ cœperit seruus: & ipsa est vera libertas, propter † recti facti lætitiam: simul & pia seruitus, propter præcepti obedientiam.] Est alia libertas non vera,

Ioan. 8. *c.*

Rom. 6. *c.*

Cap. 30.

† *rectè facię di licentiā.*

vera, malæ seruituti adiuncta, quæ est ad malum faciendum: vbi ratio dissentit à voluntate, iudicans nō esse faciendum quod uoluntas appetit: ad bonum verò faciendum cōcordat ratio voluntati: & ideo ibi vera libertas est, & pia. De libertate autem ad malum, & seruitute mala, ait Aug. in Ench. [Serui addicti (peccato s.) quæ potest esse libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim seruit, qui siti domini voluntatem libenter facit: ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est.]

Cap. 30.

Quæstio de libertate ad malum, an sit ipsa libertas liberi

I. *arbitrij, an alia.*

Hic quæri potest, vtrùm hæc libertas qua quis liber est ad malum, sit libertas arbitrij. Si. n. libertas arbitrij, est, bonum quidem est: quia libertas arbitrij bonum naturale est. Quibusdam videtur, q̄ sit ipsa libertas arbitrij, quæ semper bona est, sed propter peccati seruitutem ad malū fit liberior & promptior: & ideo dicitur non esse uera libertas, quia ad malum est. Aliis autem videtur, q̄ hæc libertas ad malum, quam suprà commemorauit Aug. non sit ipsa libertas arbitrij: sed sit quædam pronitas peccandi, & cutuitas, quæ ex peccato est, & mala est.

Quæstio alia de libertate ad bonum, an ipsa sit libertas

M *arbitrij, an non.*

Similiter etiam quæri solet, vtrùm illa libertas vera, quæ est ad iustitiam faciendam, sit ipsa libertas arbitrij: Quidam dicunt illam eandem esse, sed reparatā per gratiam, qua iuuante libera est ad bonū: sine gratia verò non est libera ad bonū. Vnde Aug. in Ench. [Ista libertas ad benefaciendum, vnde erit homini addicto & vendito sub peccato: nisi eum redimat, qui dixit, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis? Quod an tequàm fieri in homine incipiat, quomodo quisquā de libero arbitrio in bono gloriatur opere, qui nondum est liber ad operandum bene?] Ecce apertè ostendit liberum arbitrium per gratiā liberari, vt per illud benè

Cap. 30.

Ioan. 8. *c*

Universidad de Deusto
Biblioteca

benè operetur quis. Ideoq; dicunt illam libertatē veram, quæ est ad bene faciendum, cuius suprà meminit Aug. esse libertatem ipsam arbitrij gratia Dei liberatam & adiutam. Alij verò putant non esse ipsam arbitrij libertatem, sed aliam quandam: quæ ex gratia & libero arbitrio in mente hominis, Deo operante, incipit esse cùm reparatur.

Certa determinatio utriusque quæstionis, qua dicitur libertas ad bonum & ad malum, esse libertas arbitrij.

N

Verùm nobis magis placet, vt ipsa libertas arbitrij sit, & illa qua quis liber est ad malum, & illa qua quis liber est ad bonum faciendum. Ex causis enim uariis sortitur diuersa vocabula. Dicitur enim libertas ad malum faciendum, antequàm per gratiam sit reparata: sed cùm per gratiam fuerit reparata, dicitur libertas ad bonum faciendum: quia ante gratiam libera est voluntas ad malum, per gratiam verò libera fit ad bonum. Semper ergo voluntas hominis aliquo modo libera est, sed non semper bona est. Non enim est bona, nisi à peccato liberata: est tamen à necessitate libera. Vnde Augustinus in libro de gratia & libero arbitrio, [Semper in nobis voluntas libera est, sed non semper bona est. Aut. n. libera est iustitiæ, quando seruit peccato, & tunc est mala: aut à peccato libera est, quando seruit iustitiæ, & tunc est bona.]

Ad Valentinum, c. 15 tomo 7

Rom. 6. d

O

De libertate à miseria.

Rom. 8. d

Est iterum libertas à miseria: de qua Apostolus ait, Et ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Hanc libertatem habuit homo ante peccatum: quia omni carebat miseria, & nulla rangebatur molestia: & plenius habebit in futura beatitudine, ubi miser esse non poterit. Sed in hac vita, quæ est inter primum peccatum & ultimā confirmationem, nemo à miseria liber est: quia pœna peccati non caret.

Repetit

P

Repetit de corruptione liberi arbitrij, ut addat alia.

Ex prædictis iam apparet in quo per peccatum sit immunitum vel corruptum liberum arbitrium: quia ante peccatum nulla erat homini difficultas, nullúq; impedimentum de lege membrorum ad bonum, nulla impulsio vel instigatio ad malum. Nūc autem per legem carnis ad bonum impeditur: & ad malum instigatur: vt non possit velle & perficere bonum, nisi per gratiam liberetur & adiuuetur: quia, vt ait Apostolus Peccatum habitat in carne. Liberum ergo arbitrium cùm semper & in singulis sit liberum, non est tamen pariter liberum in bonis & in malis, & ad bona & ad mala. Liberius est enim in bonis, ubi liberatum est, quam in malis, ubi liberatum non est. Et liberius est ad malum quod per se potest, quàm ad bonum, quod nisi gratia liberetur & adiuuetur, non potest.

Ad Ph. 2. b

Rom. 7. d

De libertate quæ sit ex gratia, & quæ ex natura.

Q

Libertas ergo à peccato & à miseria, per gratiā est: libertas verò à necessitate, per naturam. Vtramque libertatem, naturæ scilicet & gratiæ, notat Apostolus, cùm ex persona hominis non redempti ait, Velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio: ac si diceret, habeo libertatem naturæ, sed non habeo libertatem gratiæ: ideo non est apud me perfectio boni. Nam uoluntas hominis quam naturaliter habet, non valet erigi ad bonum efficaciter volendum vel opere implendum, nisi per gratiam liberetur & adiuuetur. Liberetur quidem vt velit, & adiuuetur ut perficiat. Quia, vt ait Apostolus, Non est volentis neque currentis currere, id est operari, sed miserentis dei, qui operatur in nobis velle & operari bona: cuius gratiā non aduocat hominis uoluntas vel operatio, sed ipsa gratia uoluntatem præuenit præparando vt velit bonum, & præparatam adiuuat ut perficiat.

Rom. 9. c

Ad Ph. 2. b

Vide conc. Arausi. 2. c. 5. 6. & 7.

DE

Universidad de Deusto
Biblioteca

De libero arbitrio cõparato ad auxiliũ gratiæ. C.17.to.7.

HAEC est gratia operans & cooperans. Operans enim gratia præparat hominis uoluntatem, ut uelit bonum: gratia cooperans, adiuuat ne frustra uelit. Vnde Augustinus in libro de gratia & libero arbitrio, [Cooperando deus in nobis perficit, quod operando incipit: quia ipse vt velimus operatur incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiens. Vt ergo uelimus, sine nobis operatur: cùm autem uolumus, & sic uolumus vt perficiamus, nobis cooperatur: & tamen sine illo uel operante ut uelimus, uel cooperante cùm uolumus, ad bona pietatis opera nihil ualemus.] Ecce his uerbis satis aperitur quę sit operans gratia, & quę cooperans. Operans enim gratia est quę præuenit uolũtatẽ bonam: ea enim liberatur & præparatur hominis uoluntas, vt si bona, bonumq; efficaciter velit. Cooperans uerò gratia volũtatem iam bonã sequitur adiuuando. Vnde Augustinus contra Iulianũ hæreticum qui bonam uoluntatem ex libero arbitrio tantùm esse dicebat, atq; hominem per liberum arbitriũ posse bonum velle & operari sine gratia asserebat, ait, [Apertam de commendatione gratiæ Apostolus sẽtentiam protulit, cùm ait, Non est uolentis neq; currentis, sed dei miserẽtis. Hæc si attenderes Iuliane, nõ extenderes contra gratiam merita uoluntatis humanæ. Non enim ideo misereturdeus alicuius, quia uoluit & cucurrit: sed ideo uoluit & cucurrit, quia misertus est deus. Paratur enim uolũtas hominis à deo, & à Domino gressus hominis diriguntur. Ideoque concrucẽ ait, [Non est uolentis neque currentis, sed miserentis dei. Non quia hoc sine uoluntate nostra agatur, sed quia voluntas nostra nihil boni agit, nisi diuinitus

Ipsud hodie non reperitur in Au. Rom.9.c

Prou. 16. Psal. 36. d Aug. de perfectione iustitiæ, para

uinitus adiuuetur.]Vnde alibi Apostolus ait, [Non 17. *circa fi*
aũt ego, sed gratia Dei mecũ. Nõ ideo dicit, quia nihil *nem libri.*
boni agebat: sed quia nihil boni ageret, si illa non *1.Cor.15.b*
adiuuaret.]His testimoniis aperte insinuatur, quia vo *Au.epi. ad*
luntas hominis gratia dei præuenitur atque præpa- *Paulinum,*
ratur ut fiat bona, nõ vt fiat uolũtas: quia & ante gra *q̃ est 106.*
tiã uoluntas erat, sed non erat bona & recta uolũtas. *circa finẽ.*

B *Quid sit uoluntas.*

Voluntatem ipsam Aug. in libro de duabus ani- *Cap.10. in*
mabus ita definit, [Voluntas est animi motus, cogẽ *tomo 6.*
te nullo, ad aliquid nõ amittendum, vel adipiscẽdũ.]
Hæc autẽ vt non amittat malũ, & adipiscatur bonũ,
præuenitur & præparatur dei gratia. Vnde Apostolus gratiam præuenientem & subsequentem commẽdans, id est operãtẽ & cooperantẽ, vigilãter dixit, *Rom 9.c*
Non est uolentis neq; currentis, sed Dei miserẽtis: & *Au. i Enc.*
non econuerso, non est miserentis Dei, sed uolẽtis & *capite 32.*
currentis. [Nam si (vt quibusdam placuit) quod dictũ *Et lib. 1. ad*
est ita accipiatur, non est uolentis, neq; currẽtis, sed *Simplicianum, circa*
miserentis Dei: tanquã diceretur, nõ sufficit sola volũ *medium quæ*
tas hominis, si non sit etiam misericordia dei: contrà *stionis 2.*
dicitur, non sufficit etiam misericordia dei, si non sit *in tomo 4.*
etiam uoluntas hominis. Ac per hoc si rectè dictũ est
illud, quia id volũtas hominis sola nõ implet: cur nõ
etiam à cõtrario rectè dicitur, nõ miserentis est Dei,
sed volentis est hominis, cùm id misericordia dei so
la non impleat? Homo enim credere uel sperare non *Paulo ante*
potest, nisi velit: nec peruenire ad palmã, nisi uolũta *eodem*
te currat. Restat ergo ut ideo ita rectè dictum intelli *Ench. loco.*
gatur, ut totum detur deo, qui hominis voluntatem *Ibidem.*
bonam præuenit & præparat addiuuandã, & adiuuat
præparatam: nolentem præuenit vt velit, volentẽ subsequitur ne frustra velit.] Ecce his nerbis & alijs præmissis euidenter traditur, quia uolũtas hominis præparatur & præuenitur gratia Dei vt velit bonum, & adiuuatur ne frustra velit.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

C *Quid bona voluntas comitatur gratiam.*

Itaque bona uoluntas comitatur gratiam, nō gratia volūtatem. Vnde Augustinus ad Bonifacium papam scribens contra Pelagianos, inquit, [Cū fides impetrat iustificationē, sicut vnicuiq; deus partitus est mensuram fidei; non gratiam dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici, uoluntate comitante, non ducente: pedissequa, non præuia.]Ecce hic apertè habes, ꝙ gratia præuenit bonę uoluntatis meritum, & ipsa bona uoluntas pedissequa est gratiæ, non præuia.

Vel, vt alij, ad Paulinum epi. est num. 106. Citat Beda i illud Ro. 5. Iustificati igitur.

Quæ sit Gratia uoluntatem præueniens, scilicet

D *fides cum dilectione.*

Et si diligenter intendas, nihilominus tibi monstratur quæ sit ipsa gratia voluntatem præueniens & præparans, scilicet fides cum dilectione. Ideoq; Aug. in eodem tractans [quomodo iustificati sumus ex fide, & tamen gratis (vtrumq; enim dicit Apostolus, qui dicit, Iustificati ex fide, alibi ait, Iustificati gratis per gratiam) Hoc enim ideo dixit, ne fides ipsa superba sit, ne dicat sibi, si fide iustificati, quō gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur, quā donatur? Non dicat homo ista fidelis, quia cū dixerit, habeo fidem vt merear iustificationem, respōdetur ei, Quid habes, quod non accepisti? Fides.n. qua iustificatus es, gratis tibi data est.] Hic apertè ostenditur ꝙ fides est causa iustificationis, & ipsā est gratia & beneficium quo hominis præuenitur uoluntas & præparatur. Vnde Aug. in primo lib. Retract. [Voluntas est qua & peccatur, & rectè viuitur. Voluntas uerò ipsa nisi dei gratia liberetur à seruitute, qua peccati serua facta est, & ut utilia superet adiuuetur, rectè pieque viui à mortalibus nō pōt: & hoc beneficiū quo liberatur nisi eā præueniret, ia meritis daretur, & non esset gratia, quæ vtiq; gratis datur.] Præuenitur ergo bona hominis volūtas illo gratię beneficio, quo liberat & præparatur. Et illud beneficiū fides Christi re-

Epist. ead. Rom. 5. a

Rom. 3. d

1. Cor. 4. b

Ca. 9. in medio capitis.

Rom. 11. a.

ctè intelligitur: sicut Augustinus in Ench. euidenter ostendit, dicens, [Ipsum arbitrium liberandum est post illā ruinam à seruitute peccati. Nec omnino per seipsum, sed per solam Dei gratiā, quæ in fide Christi posita est, liberatur, vt voluntas ipsa præparetur.]Ecce apertè dicit gratiam, per quā liberatur arbitrium & præparatur uoluntas, sitam esse in fide Christi. [Fides enim Christi (vt in eodem ait) impetrat qđ lex imperat.]

Cap. 106.

Cap. 117.

Quod uoluntas bona quæ præuenitur gratia, quædam

E *dei dona præuenit.*

Ipsa tamen eadem voluntas quædam gratiæ dona præuenit. Vnde Augustinus in Ench. [Præcedit bona volūtas hominis multa dei dona, sed non omnia: quæ autem nō precedit, ipsa in eis est, & ipsa iuuat: nā vtrunque legitur in sanctis eloquiis. Et misericordia eius ꝓueniet me, & misericordia dei subsequetur me. Nolentem quippe præuenit vt velit: volentem subsequitur ne frustra velit. Cur.n. admonemur orare pro inimicis nostris nolentibus piè viuere, nisi vt deus in eis operetur & velle? Item cur admonemur petere vt accipiamus, nisi vt ab illo fiat quod uolumus, à quo factū est vt velimus? Vnde Apostolus ait, Nō est volentis neque currentis, sed dei miserentis.] Ex his apparet, quod bona hominis voluntas quædā dona dei præuenit, quia eā comitatur gratia adiuuans, & quibusdam præuenitur, quia eam præuenit gratia operans, scilicet fides cum charitate.

Cap. 32.

Psal. 58.

Psal. 22.

Matth. 5. f

Luc. 11. b

Rom. 9. c

Quæ prædicta uideantur aduersari, scilicet quòd uidetur dici

F *fidem esse ex uoluntas.*

Nō est tamen ignorandum, quod alibi Aug. significare uidetur, quòd ex uoluntate sit fides, de illo verbo Apostoli, Corde creditur ad iustitiā, ita super Ioā nem tractās, [Ideo nō simpliciter Apostolus ait, creditur, sed corde creditur: quia cætera potest homo nolens, credere non nisi uolens: intrare ecclesiam, & accedere ad altare potest nolens, sed non credere.] Item super Gen. vbi Laban & Bathuel dixerunt, Vocemus

Rom. 10. Aug. tra. 26. in principio, tomo 9.

Gen. 24. f

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus puellam, & quæramus eius uoluntatem, dicit expositor in glossa interlineari, [quia fides est uoluntatis, non necessitatis.] Ad quod respondentes dicimus, non hæc ita accipienda fore, vt ex uoluntate hominis fides intelligatur prouenire, cũ ipsa sit propriè dei donum, ut ait Apostol. & ex ea bona hominis merita incipiant. Per hanc enim, ut ait Aug. super psal. 66. [iustificatur impius, id est, fit de impio pius, vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari: vnde omnia bona merita incipiunt. Sed potius hæc ideo ita dicta sunt, quia non est fides nisi in eo qui vult credere: cuius bonam uoluntatem fides præuenit] non tempore, sed causa & natura. Vnde Aug. suprà congruenter dixit, [q̃ bona voluntas in eis donis est, quæ non præcedit: & ipsa iuuat.] quia ea iuuat quibus præuenitur, dum eis consentit ad effectum boni: & in eis est, quia tempore ab eis non præceditur.

Eph. 2. b
In fi. enarra. ad psf. 66
Proximo paragr.

Quædam adhuc addit quæ grauiorem faciunt quæstionem, scilicet quòd cogitatio boni præcedit fidem.

G

Cæterùm hanc quæstionem magis acuunt & urgent verba Augustini quibus in libro de prædestinatione sanctorum vtitur, pertractans illud verbum Apostoli, Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid quasi ex nobis: [Attendant, inquit, hic, & verba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei cœptum, & ex deo esse fidei supplementum. Commendant enim istam gratiam, quæ non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita, inquit, Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid boni, scilicet ex nobis. Quis autem non uideat prius esse cogitare quàm credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum. Si ergo cogitare bonum, non est ex nobis, vt hic Apostolus tradit, nec credere: quanquam & ipsum credere nihil est aliud, quàm cum assensione mentis cogitare.] Hic videtur insinuare, quod cogitatio bona præcedat fidem

Cap. 2. to. 7
2. Cor. 3. b
Quid sit credere.

dem: & ita bona voluntas præueniat fidem, non præueniatur, quod prædictis aduersari videtur. Ad hoc autem dicimus, quod aliquando cogitatio bona siue voluntas præuenit fidem: sed non est illa bona voluntas vel cogitatio, qua rectè viuitur. Illa enim sine fide & charitate non est. Nam, vt ait Augustin. ad Anastasiũ, [sine spiritu non est voluntas hominis libera, cùm cupiditatibus vincatur: non est libera ad bonum, nisi liberata fuerit. Non autem liberatur, nisi per spiritũ sanctum diffundatur charitas in cordibus.] [Non est libera voluntas, nisi eam liberet gratia per legem fidei, id est, non est libera sine fide operante per dilectionẽ: & illa sufficienter & verè bona est.] [Non est enim fructus bonus, qui de charitatis radice non surgit. Si vero adsit fides operans per dilectionem, fit delectatio boni.]

Determinatio.
Epist. 144. 2. Cor. 3. d
Rom. 5. a. et ad Gal. 5. a
Galat. 5. b
Aug. lib. de spiritu & lit. c. 14.

De illa cogitatione boni quæ præcedit fidem, plenè disseritur.

H

Illa aũt cogitatio siue voluntas quæ fidem & charitatem aliasque iustificationes præcedit, nõ sufficit ad saluandum, nec rectè ea viuitur. Hæc voluntate concupiscitur alia bona voluntas, quæ est magnum bonũ, ista verò non. Alia est ergo illa voluntas siue cogitatio, alia illa. Et sicut illa istam præcedit, ita illam præuenit intellectus. Vnde Aug. ista distinguens, super illũ locum psal. 118. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes [Concupiuit desiderare, inquit, non desidera ui. Videmus. n. ratione nonnunquã quàm vtiles sunt iustificationes Dei: sed infirmitate prepediti aliquãdo non desideramus. Præuolat ergo intellectus, sequitur tardus aut nullus affectus. Scimus bonũ, nec delectat agere: & cupimus vt delectet. Sic iste olim desiderare concupiscebat, quæ bona esse cernebat, cupiens eorũ habere delectationem, quorum potuit videre rationem. Ostendit itaque quibus quasi gradibus ad eas perueniatur: prius enim est vt videantur quàm sint vtiles & honestæ: deinde, vt earum desiderium cõcupiscatur:

Concinna

piscatur: postremò, vt proficiente gratia delectet earũ operatio, quarum sola ratio delectabat. [Attende hũc ordinem gratiarum, quem hic distinctè assignat Augustinus, qualiter scilicet intellectus bonorum præcedit concupiscentiam eorundem, & ipsa concupiscentia delectationem quæ fit per fidem & charitatẽ: qua habita, verè bona est voluntas qua rectè viuitur. Ipsaque fidei comes est, nõ præuia. Quæ verba Aug. præmissa secundum hanc distinctionem consideret, nullam ibi repugnantiam fore animaduertit, non ignorans & ante gratiam præuenientem & operãtem, qua voluntas bona præparatur in homine, præcedere quædam bona ex Dei gratia & libero arbitrio, quædam & ex solo libero arbitrio, quibus tamen vitam non meretur, nec gratiam qua iustificatur. [Illius enim gratiæ percipiendæ, quæ voluntatem hominis sanat, vt sanata legẽ impleat, nulla merita præcedunt.] [Ipsa est.n. qua iustificatus impius fit iustus, qui prius erat impius: meritis aũt impij non gratia, sed pœna debetur: nec ista esset gratia, si nõ daretur gratuita. Datur aũt gratuita: qa nihil antè boni fecerámus, vnde hoc meremur.] Nõ negamus tamen multa ante hanc gratiam, & præter hanc gratiã ab homine fieri bona pertinentia, liberum arbitrium, vt tradit Augu. in responsionibus contra Pelagianos: vbi dicit homines per liberum arbitrium agros colere, domos ædificare, & alia plura bona facere sine gratia cooperante.

Aug. ad Sixtum, epist. 105.

Lib. 3. Hypognosti. Et Prosper in carmi. de ingratis, & cõtra Collatorem.

Vtrum una eademq; sit gratia, quæ dicitur operans & cooperans. I

Hic considerandum est, cùm prædictum sit per gratiam operantem & præuenientem, voluntatem hominis liberari ac præparari vt bonum velit, & per gratiã cooperantem & subsequentem adiuuari, ne frustra velit: vtrùm vna & eadem sit gratia, id est vnũ munus gratis datum, quod operetur & cooperetur: an diuersa, alterum operans, & alterũ cooperans. Quibusdã non irrationabiliter videtur, q̃ una & eadẽ sit gratia, idem donum, eadem uirtus, quæ operatur & cooperatur: sed propter diuersos eius effectus, & dicitur operans, & cooperans. Operans enim dicitur, inquantum liberat & præparat uoluntatem hominis ut bonum uelit, Cooperans, inquantum eandem adiuuat ne frustra uelit, scilicet ut opus faciat bonum. Ipsa enim gratia non est ociosa, sed meretur augeri, ut aucta mereatur perfici.

K *Quid sit ipsa gratia, & qũo mereatur augeri, quæritur.*

Si uero quæritur quomodo ipsa gratia præueniens mereatur augeri & perfici, cùm nullum meritum sit absq; libero arbitrio: & quid sit ipsa gratia, an uirtus, an non: & si uirtus, an actus uel non: Vt hoc apertè insinuari ualeat, præmittendum est tria esse genera bonorum. Alia namque sunt magna, alia minima, alia media, ut Augustinus ait in primo lib. Retrac. [Virtutes, inquit, quibus rectè uiuitur, magna bona sunt. Species aũt quorumlibet corporum, sine quibus rectè uiui potest, minima bona sunt. Potẽtiæ uerò animi, sine quibus rectè uiui non põt, media bona sunt. Illæ, uirturibus nemo malè utitur. Cæteris aũt bonis, id est mediis & minimis, non solùm bene, sed etiã male quisque uti potest: & ideo uirtute nemo malè utitur: quia opus uirtutis, est bonus usus istorum quibus etiam non bene uti possumus. Nemo autẽ bene utendo, malè utitur. Non solùm autem magna, sed etiam media, & minima bona esse præstitit bonitas Dei.] Ecce habes tria genera bonorum distincta.

Ca. 9. in medio capitis. Et hb. 2. de lib. arbi. ca. 19. tom. 1.

I *In quibus bonis sit liberum arbitrium.*

Quæritur autem in quibus bonis contineatur liberum arbitrium. De hoc Augustinus in primo lib. Retract. ita ait, [In mediis quidem bonis inuenitur libertũ uoluntatis arbitriũ, quia & malè illo uti possumus sed tamẽ tale est, ut sine illo rectè uiuere nequeamus. Bonus autẽ usus eius, iam uirtus est: quæ in magnis reperitur bonis, quibus malè uti nullus potest. Et qa bona, & magna, & media, & minima ex Deo sunt,

Ca. 9. in fine

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur vt ex Deo sit etiam bonus vsus liberæ voluntatis, qui virtus est, & in magnis numeratur bonis.] Attende diligenter quæ dicta sunt, & cætera non vitiabuntur. Dixi enim aperiendo quæ superius quærebatur. Dixi equidem opus virtutis esse bonum vsum illorum bonorum, quibus etiam non bene vti possumus, id est meritorum, in quibus posuit liberum arbitrium, cuius quoque bonum vsum dixit esse virtutem. Quod si est, non est ergo opus virtutis, quod supra dixit: quia aliud est virtus, aliud opus eius.

DE VIRTVTE, QVID SIT, ET quid sit actus eius.

A DISTINCT. XXVII.

Li. 2. de libero arb. c. 18. Psalm. 118. Cocione 26.

Hic videndum est quid sit virtus, & quid sit actus vel opus eius. [Virtus est (vt ait Aug.) bona qualitas mentis qua recte viuitur, & qua nullus male vtitur, quam deus solus in homine operatur.] Ideoque opus dei tantum est: sicut de virtute iustitiæ Aug. docet, super illum locum psalmi, Feci iudicium & iustitiam, ita dicens, [Iustitia magna virtus animi est, quam non facit in homine nisi Deus. Ideoque cum ait propheta ex persona ecclesiæ, Feci iustitiam, non ipsa virtute, qua no facit homo, sed opus eius intelligi voluit.] Ecce aperte insinuatur hic quòd iustitia in homine non est opus hominis, sed Dei: quod & de aliis virtutib. itidem intelligendu est.

De fide iisdem dicit, quod non est ex homine,

B *sed ex Deo tantum.*

Ephesi. 2. b

Nam de gratia fidei Ephesiis scribens Apostolus, similiter fidem nō ex homine, sed ex Deo tantū esse asserit, inquies, Gratia estis saluati per fidē, & hoc nō ex vobis: Dei enim donū est. Quod a sanctis ita exponitur, Hoc, scilicet fides, non est ex vi naturæ nostræ, quia donū Dei purè est. Ecce & hic aperte traditur, quòd fides

fides non est ex libertate arbitrij, siue ex arbitrio voluntatis: quod superioribus consonat, vbi dictum est, gratiam præuenientem vel operantem esse virtutem quæ voluntatem hominis liberat & sanat. Vnde Augustinus in libro de spiritu & litera ait, [Iustificati fuimus non per liberam voluntatem, sed per gratiam Christi: non quòd fine voluntate nostra fiat, sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem, vt sanet gratia voluntatem, & sana voluntas impleat legem.] *Cap. 9. in. 3.*

De gratia quæ liberat voluntatem: quæ si virtus est, non est

C *ex libero arbitrio, & sic non bonus mentis.*

Si igitur gratia quæ sanat & liberat voluntatē hominis, virtus est vel vna vel plures, cū ipsa gratia non sit ex arbitrio voluntatis, sed eā potius sanet ac præparetur bona fit: cōsequitur vt virtus nō sit ex libero arbitrio: & ita non sit motus vel affectus mentis, cū omnis motus vel affectus mētis sit ex libero arbitrio: sed bonus ex gratia est & libero arbitrio, malus uerò ex libero arbitrio tantūm. Vt enim ait Augustinus in li. Retract. [Homo ipsum & libero arbitrio cadere potuit, non est resurgere.] Idem in lib. de duabus animabus [Animæ si libero ad faciendum & non faciendū motu animi carerent, si deniq; his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, earum peccatum tenere non possumus.] Hinc aperte ostenditur, quòd motus animi sit ad bonū, siue ad malum ex libero arbitrio est. Ideoq; si gratia uel virtus motus mentis est, ex libero arbitrio est. Si uero ex libero arbitrio uel ex parte est, iā non solus Deus sine homine eā facit. Propterea quidā non ineruditè tradunt, virtutē esse bonam mentis qualitatē siue formā, quæ animam informat & ipsa non est motus uel affectus animi, sed ea liberū arbitriū immutat, vt ad bonū moueatur & erigatur, & ita ex virtute & libero arbitrio nascatur bonus motus vel affectus ei, & exinde bonū opus procedit exterius: sicut pluuia rigat terra, vt germinet & fructū faciat: nec pluuia est terra, nec germē, nec fructus,

Lib. 1. ca. 9 et 15. Et li. 2. de bono perse. ca. 11. Ca. 1. in. 6.

necterra germē vel fructus, nec germē fructus: ita gratis terræ mentis nostræ, i. libero arbitrio voluntatis,
Psal. 142. et Ezech. 34. f infunditur pluuia diuinæ benedictionis, id est, inspiratur gratia (quod solus Deus facit, non homo cū eo) qua rigatur voluntas hominis, vt germinet & fructificet, id est, sanatur & præparatur vt bonum velit, secūdum quod dicitur operans: & iuuatur vt bonum faciat, secundum quod dicitur cooperans. Et illa gratia virtus non incongruè nominatur: quia voluntatem hominis infirmam sanat & adiuuat.

Ex quo sensu dicuntur ex gratia incipere bona merita, & de
D *qua gratia hoc intelligatur.*

Cùm ergo ex gratia dicuntur esse bona merita & incipere, aut intelligūtur gratia gratis dās, i. Deus, vel potius gratia gratis data, quæ voluntatem hominis præuenit. Non enim esset magnum si hæc à Deo dicerentur esse, à quo sunt omnia: sed potius eius gratia gratis data intelligitur ex qua incipiunt bona merita: quę cùm, ex sola gratia esse dicātur, non excluditur liberum arbitrium: quia nullum meritum est in homine, quod non sit per liberū arbitriū. Sed in bonis meritis causæ principalitas gratiæ attribuitur: quia principalis causa bonorum meritorū est ipsa gratia qua excitatur liberum arbitrium & sanatur, atque iuuatur voluntas hominis vt sit bona.

Quod bona voluntas gratia principaliter est, & etiam gratia
E *est, sicut & omne bonum meritum.*

Quæ ipsa etiam donum Dei est, & hominis meritū, imò gratiæ: quia ex gratia principaliter est, & gratia est. Vnde Augustinus ad Sixtū presbyterū, [Quid
Epi. 105. ante medium, num. 2. est meritum hominis ante gratiam, cùm omne bonū nostrum meritum nō in nobis facit nisi gratia?] Ex gratia enim (vt dictum est) quæ præuenit & sanat arbitrium hominis, & ex ipso arbitrio procreatur, in anima hominis bonus affectus siue bonus motus mētis: & hoc est primum bonum hominis meritū. Sicut, verbi gratia, ex fidei virtute & hominis arbitrio generatur

ratur in mente motus quidam bonus & remunerabilis, scilicet credere: ita ex charitate & libero arbitrio alius quidā motus bonus prouenit, scilicet diligere, bonus valde: sic de cæteris virtutibus intelligendum est. Et isti boni motus vel affectus merita sunt & dona Dei, quibus meremur & ipsorum augmentationem, & alia quæ consequenter hic & in futuro nobis apponuntur.

F *Ex qua ratione dicitur fides mereri iustificationem, et alia.*

Cùm ergo dicitur fides meteri iustificationem & vitam æternam, ex ea ratione dictum accipitur, quia per actum fidei meretur illa. Similiter de charitate & iustitia, & de aliis accipitur. Si enim fides ipsa virtus præueniens, diceretur esse mentis actus, qui est meritum: iam ipsa ex libero arbitrio originem haberet: qđ quia non est, sic dicitur esse meritum, quia actus eius est meritum: si tamen adsit charitas: sine qua nec credere, nec sperare meritum est vitæ. Vnde apparet vere quia charitas est spiritus sanctus, quæ animæ qualitates informat & sanctificat, vt eis anima informetur & sanctificetur sine qua animæ qualitas non dicitur virtus: quia non valet sanare animam.

De muneribus virtutum, & de gratia quæ non
G *est, sed facit meritum.*

Ex muneribus itaque virtutum boni sumus, & iuste viuimus, & ex gratia, quæ non est meritum, sed facit non tamen sine libero arbitrio prouenium merita nostra, scilicet boni affectus, eorumq; progressus, atque bona opera, quæ Deus remunerat in nobis: & hæc ipsa sunt Dei dona. Vnde Augustinus ad Sixtū presbyterum, [Cùm coronat Deus merita nostra, nihil aliud coronat quàm munera sua. Vnde vita æterna, quæ in fine à Deo meritis præcedentibus redditur, quia & eadem merita quibus redditur, non à nobis sunt, sed in nobis facta sunt per gratiam: rectè & ipsa vita, gratia nuncupatur: quia gratis datur. Nec ideo gratis, quia nō meritis datur, sed quia data sunt
Epist. 105. ante medium, vbi supra, ex eadem, ad Psal. 98. circa medium & 102. nō longè à principio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per gratiam & ipsa merita, quibus datur.]

H *Epilog. ut ubi alia addit.*

Ex præmissis iam innotescere nobis aliquatenus potest, qualiter gratia præueniens meretur augeri; & alia: & quid ipsa sit, an virtus, an aliud: & si virtus, an sit actus, vel nō: ostēsū enim est suprà ex parte quorūdā q̄ ipsa est virtus: quia virtus non est actus, sed eius causa, non tamen sine libero arbitrio. Vnde quod su-
Dist.26.li.L. prà Augustinus dixit bonū vsum liberi arbitrij esse virtutē, ita accipi potest, id est actū virtutis: alioquin
Lit.K. eiusdem distinc. sibi contradicere videretur, qui etiam opus virtutis suprà dixit esse bonum vsum eorum, quibus non bene vti possimus, in quibus posuit liberū arbitrium. Si verò bonus vsus liberi arbitrij, opus virtutis est, iā virtus nō est. Cū ergo bonū vsum eius virtutem esse dixit, nomine virtutis ipsius vsum significauit.

Quod idem vsus est virtutis & liberi arbitrij,

I *sed virtutis principaliter.*

Idem nempe vsus bonus ex virtute est & ex libero arbitrio, sed ex virtute principaliter. Et bonus ille vsus in magnis bonis annumerandus est. Illa autē gratia præueniēs, quę & virtus est, nō vsus liberi arbitrij est, sed ex ea potius est bonus vsus liberi arbitrij: quæ nobis est à Deo, nō à nobis. Vsus verò bonus arbitrii, & ex Deo est, & ex nobis: & ideo bonū meritū est. Ibi n. solus Deus operatur: hic Deus & homo. Hoc meritū ex illa purissima gratia prouenit: quod Apostolus no-
1.Cor. 15. ō rauit dicens, Gratia Dei tum id quod sum: & gratia
De gratia et lib. arb. cap. eius in me vacua non fuit. Super quem locum Au-
5. & 6. gustinus ita ait, [Recte gratiam nominat: primum
sed sparsim. enim solam gratiam dat Deus, & nō nisi gratiā, cùm
de correp. & grat. ca. 13. arbitrium, addit, Et gratia eius in me vacua non fuit. Et ne ipsa volūtas sine gratia Dei putetur aliquid bo ni posse, subdit, Nō autem ego solus sed gratia, sed gratia Dei mecum, id est, cum libero arbitrio. Planè cùm data fuerit gratia, incipiunt esse nostra merita bona, per illam tamen: quia si illa defuerit, cadit homo.]

Aliorum sententia hic ostenditur, qui dicunt uirtutes esse

K *bonus usus liberi arbitrij, id est actū mentis.*

Alij verò dicunt uirtutes esse bonos usus naturalium potentiarum, non tamen omnes, sed tantūmodo interiores qui in mente sunt: exteriores verò, qui per corpus geruntur, nō uirtutes esse dicunt, sed opera uirtutum. Et ideo quod Aug. dicit opus uirtutis *Dist.26.lit.* esse bonum vsum naturalium potentiarum, de vsu K. & L. exteriori accipiunt: quòd verò dicit bonum vsum liberi arbitrii virtutē esse, & īmagnis numerari bonis, de vsu interiori intelligunt. Et virtutes nihil aliud esse, quàm bonos affectus uel motus mentis asseruunt, quos Deus in homine facit, non homo: quia licet illi motus sint liberi arbitrii, non tamen esse queūt, nisi Deus ipsum liberet, & adiuuet gratia sua operāte & *Ad Phil.2.* cooperante: quā Dei gratuitā volūtate accipiūt, q a *E.* Deus est q & operat in nobis velle & operari bonū.

Quibus auctoritatibus muniunt, quòd uirtutes sint motus mentis.

L

Quod autem uirtutes sint motus mentis, testimoniis sanctorum astruunt. Dicit autem Augustī. super *Tract.* 40. Ioannem, [Quid est fides? Credere quod non vides.] Credere autem motus mētis est. Idem in libro 3. de *Cap.10.* doctri. Christ. [Charitatem aurē voco motū animi.] Si verò charitas & fides motus animi sunt. Quibus animi sunt. Quibus alii respondentes, præmissa verba Augustini ita intelligenda fore inquiūt, Fides est credere quod non uides, idest, fides est uirtus qua creditur quod non videtur. Item charitas est motus animi, id est, gratia qua mouetur animus ad diligendum. Et quod hæc & his similia ita accipienda sint, ex his conijcitur, quæ alibi Aug. autumat in 2. libro quæstionum Euangelii inquit, [Est fides qua creditur ea quæ nō videntur: quæ propriè dicitur fides.] Ité *Ca.39.10.4.* in 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.2. † Aliud.

in 13.lib.de Tri.[† Aliud sunt ea quæ creduntur, aliud est fides qua creduntur.] Ex quibus verbis sic argumentando procedit, Aliud est credere, aliud est illud quo creditur. Prædictum autem est, fide id esse quo creditur. Sic ergo credere non est fides: quia credere nō est id quo creditur. Addunt quoq; Virtus opus Dei tantum est, quā ipse solus facit in nobis. Ipsa ergo non est vsus vel actus liberi arbitrij, sed credere est actus liberi arbitrij: non est itaq; virtus. Præmissis aliisq; rationibus ac testimonijs innituntur vtriq;. Horū aūt iudiciū diligetis lectoris relinquo examini, ad alia, pperās.

PRAEDICTA REPETIT, VT ALIA ADdat, definitam assignationem ponens de Gratia & Libero arbitrio contra Pelagianos.

A DISTINC. XXVIII.

ID verò inconcussè & incunctanter teneamus, liberum arbitrium sine gratia præueniente & adiuuante non sufficere ad salutē & iustitiā obtinendā, nec meritis præcedētib. gratiā Dei aduocari, sicut Pelagiana hæresis tradidit. Nā, vt ait Aug. in 1. lib. Retract. [Noui hæretici Pelagiani liberū sic asserunt volūtatis arbitriū, vt grātiæ Dei nō relinquant locū: quā ẽm merita nostra dari asserunt.]

Cap.9.

Aug. lib. de hæresibus, hæresi. 88. tom. 6. Quæ sit hæresis Pelagianorum.

[Pelagianorum hæresis omniū recentissima à Pelagio monacho exorta est. Hi Dei grātiæ, qua prædestinati sumus, & qua eruimur de potestate tenebrarū, intātum inimici sunt, vt sine hac credant hominem posse facere oia diuina mandata. Deniq; Pelagius à fratribus increparus, cp nihil tribueret adiutorio grātiæ Dei eius mandata faciendā, non eā libero arbitrio præponebat, sed infideli calliditate supponebat, dicēs, ad hoc etiam dari hominibus, vt quæ facere per liberum arbitrium iubentur, facilius possint implere per gratiā.

Dicendo vtique, Facilius possint, voluit credi, etsi difficilius, tamen posse homines sine gratia facere iussa diuina. Illam verò gratiam Dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicunt nisi in libero arbitrio: quod nullis suis præcedentibus meritis ab illo accepit nostra natura, ipso ad hoc tantùm iuuante nos per suam legē atq; doctrinam, vt discamus quæ facere & quæ sperare debeamus: non autem ad hoc per donum spiritus sancti, vt quæ didicerimus esse facienda, faciamus. Ac per hoc diuinitus nobis dari scientiā confitentur, qua ignorantia pellitur: charitatem autē negant diuinitus dari, qua piè viuitur: vt scilicet sit donum Dei scientia, quæ sine charitate inflat: & non sit donum Dei ipsa charitas, quæ vt scientia non inflet, ædificat. Destruunt etiam orationes quas facit ecclesia, siue pro infidelibus & doctrinæ Dei resistentibus, vt conuertantur ad Deum, siue pro fidelibus, vt augeatur eis fides, & perseuerent in ea. Hæc quippe non ab ipso accipere, sed à seipsis homines habere contendunt: gratiam Dei qua liberamur ab impietate, dicentes secundum merita nostra dari. Paruulos etiam sine vllo peccati originalis vinculo asserunt nasci.]

1.Cor.8.a

Hic ponit ea quibus suum confirmans errorem, uerbis Augustini contra ipsum vrentes.

B Quòd verò dicunt sine gratia hominem per liberum arbitrium omnia iussa implere, huiusmodi indutionibus muniunt, Si, inquiunt, non potest ea facere homo quæ iubentur, non est ei imputandū ad mortē: sicut tu ipse Augustine in libro de libero arbitrio asseris: [Quis, inquis, peccat in eo quod nullo modo cauere potest? Peccatur autem: cauere ergo potest.] Hoc testimonio Augustini Pelagius vsus est, disputans aduersus eum, imò aduersus gratiam: sicut Augustin. in libro Retracta. illud & alia huiusmodi retractans commemorat, inquiens, [In his atque huiusmodi verbis meis quia gratia Dei commemorata non est, de qua

Lib.3.c.18. in tomo 1. Et li.de nat. et gratia.c. 67.tomo.7. Lib.1.c.9.

tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc non agebatur, putant Pelagiam suũ nõ tenuisse sententiam: sed frustra hoc putant. Voluntas quippe est qua peccatur & recte viuitur: quod his verbis egimus, sed ipsa nisi Dei gratia liberetur, & vt virtũ superet adiuuetur, recte à mortalibus viui non potest.] Et ce aperte determinat, ex quo sensu illa dixerit, inimicos gratiæ refellens.

C *Aliud testimonium Augustini ponit, quo Pelagius pro se vtebatur.*

Cap. 12. & Retract. li. 1. c. 15. Similiter & iuuitebatur Pelagius verbis Augustini contra gratiam, qui in libro de duabus animabus dicit, Peccari, inquit, rectum tenere quenquam, quia nõ fecit quod facere non potuit, summæ iniquitatis & insaniæ est. His auditis exilijt Pelagius, dicens: Cur ergo parauit Deus illi qui non habent gratiam, sine qua non possunt facere mandata diuina, vel tenentur?]

Determinatio Augusti. Li. 1. c. 1. Hoc autem qua occasione dixerit, in lib. Retract. Pelagio respondens aperit. Id enim contra Manichæos dixit, qui in homine duas naturas esse contendunt, vnam bonam ex Deo, alteram malam ex gente tenebrarum: quæ nunquam bona fiunt, nec bonum velle potest: quod si esset, non videretur ei imputandum esse si bonum non faceret.

Aliud quod videtur contradicere gratiæ

D *Dei, additur.*

Capite 26. in tomo 6. Alibi etiam Augustinus dicit quæ huic gratiæ contradicere videntur, qua iustificamur. Ait enim in lib. contra Adimantum Manichæi discipulum: Nisi quisque voluntatem suam mutauerit, bonum operari non potest: quod in nostra potestate esse positum Dominus docet, vbi ait, Aut facite arborem bonam, aut fructus eius bonos, &c.] Quod Augustinus in Retract. non esse contra gratiam Dei prædicamus, ostendimus. [In potestate quippe hominis est, mutare in melius voluntatem: sed ea potestas nulla est, nisi à Deo detur: de quo dictum est, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate, quod cùm volumus facimus, nihil tamen in potestate quàm ipsa voluntas est: sed præparatur à Domino voluntas: eo ergo modo dat potestatem.]

Matt. 12. c. Determinatio Augusti. Lib. 1. c. 22. Ioan. 1. b.

E *Aliud testimonium eiusdem, quod videtur aduersum.*

Sic etiam intelligendum est, quod in eodem ait. [in nostra potestate esse ut vel inferi bonitate Dei, vel exeidi eius seueritate mercamur: quia in potestate nostra non est, nisi quod nostram sequitur voluntatem: quæ cùm præparatur à Domino, facile fit opus pietatis, etiam quod impossibile & difficile fuit.]

Lib. contra Adimantũ, c. 27. Et li. 1. Retr. ca. 22.

F *Aliud testimonium.*

In expositione quoque quarundam propositionũ epistolæ ad Rom. quædam Augustinus interseruit, quæ vidèntur huic doctrinæ gratiæ aduersari: ait enim, [Quòd credimus, nostrum est: quod autem bonum operamur, illius est qui credentibus dat spiritum sanctum: & paulò post, Nostrum est credere & velle, illius autem dare credentibus & nolentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum.] Quæ qualiter intelligi debeant, Augustinus in lib. Retract. aperit, dicens, [Verum est quidem, à Deo esse quod operamur bonum, sed eadem regula vtriusque est, & volendi scilicet & faciendi: & vtrunque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem, & vtrunque nostrum est: quia nõ fit nisi nolentibus nobis. Illa itaque profectò non dixisset, si iam scisset etiam ipsam fidei inter spiritus sancti munera reperiri.]

Arti. 60. et 61. in to. 4. Li. 1. c. 23.

G *Adhuc additis aliud quod videtur contrarium.*

Illud etiam diligenter est inspiciendũ, quod Aug. in li. sententiarum Prosperi ait. [Quòd posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, naturæ est hominum: habere autem fidem, sicut habere charitatem, gratiæ est fidelium.] Quod non ita dictum est, tanquam ex libero arbitrio valeat haberi fides vel charitas. sed quia aptitudinem naturalem habet mens hominis ad credendum vel diligendum, quæ Dei gratia præueniente & credat & diligat: quod sine gratia non valet.

Sentẽ. 316. ex li. de præsti. sanctorum, cap. 5. Determinatio.

Testimonia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Testimonio Hieronymi astruit quid tenendum sit de gratia & libero arbitrio: vbi triplex hæresis inducitur, scilicet Iouiniani, Manichæi, & Pelagij.

Id ergo de gratia & libero arbitrio indubitanter teneamus quod Hieronymus in explanatione fidei catholicæ ad Damasum Papam, Iouiniani, & Manichæi, & Pelagij errores collidens docet: [Liberum, inquit, sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper indigere Dei auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quàm illos, qui cum Iouiniano asserunt hominē nō posse peccare. Vterque tollit arbitrij libertatē. Nos verò dicimus, hominē semper & peccare & non peccare posse, vt semper nos liberi confiteamur esse arbitrii. Hæc est fides quam in catholica ecclesia didicimus, & quam semper tenuimus.]

Cuius initium, Credimus in Deū patrem, etc. tom. 4.

VTRVM HOMO ANTE PECCATVM eguerit gratia operante & cooperante.

A DISTINCT. XXIX.

POST hæc considerandum est, vtrùm homo ante peccatum eguerit gratia operante & cooperante. Ad quod breuiter dicimus, quia non cooperantem tantùm, sed etiam operantem gratiā indigebat: non quidem secundum omnem operandi modum operantis gratiæ: operatur enim liberando & præparando voluntatem hominis ad bonum. Egebat itaq; homo ea, non vt liberaret voluntatem suam, quæ peccati serua non fuerat: sed vt præpararet ad volendum efficaciter bonum, quod per se non poterat. Non enim poterat bonum mereri sine gratia, vt Augustinus in Enchiridio euidenter tradit: [Illam, inquit, immortalitatem, in qua posset non mori natura humana, perdidit per liberum arbitrium: hanc verò in qua non poterit mori, accepturа est per gratiam: quam fuerat, si non peccasset, acceptura per meritum: quamuis sine gratia nec tūc vllum meritum esse potuisset: quia etsi peccatum in solo erat arbitrio constitutum, non tamen iustitiæ habendæ vel retinendæ sufficiebat liberum arbitriū, nisi diuinum præberetur adiutorium.] Ecce his verbis, satis ostenditur quòd ante peccatum homo indigebat gratia operāte & cooperante. Non.n. habebat quo pedē mouere posset sine gratiæ operantis & cooperantis auxilio: habuit tamen quo poterat stare.

Ca. 106 tomo 3.

B

Quod homo ante lapsum virtutes habuerit.

Præterea quæri solet, vtrùm homo ante lapsum virtutem habuerit. Quibusdam videtur quòd nō habuerit, id ita probare conātibus, Iustitiam, inquiūt, non habuit, quia præceptum Dei cōtempsit: nec prudentiam, quia sibi non prouidit: nec temperantiam, quia aliena appetiit: nec fortitudinē, quia prauæ suggestioni cessit. Quibus respondentes, dicimus eum quidem non tunc habuisse has virtutes quando peccauit, sed ante, & tunc amisisse. Quod multis sanctorum testimonijs cōprobatur. Ait enim Augustinus in quadam homilia, [Adam perdita charitatē malus inuentus est.] Item, [Princeps vitiorum dum vicit Adā de limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositū, charitate splēdidum, primos parentes illis donis ac tantis bonis exspoliauit, pariterq; peremit.] De hoc eodem Ambrosius ad Sabinum ait, [Quando Adā solus erat, non est præuaricatus: quia eius mēs Deo adhærebat.] Super Psal. quoq; dicit, [quod homo ante peccatū beatissimus aurā capiebat æthereā.] Sed quomodo sine virtute beatissimus erat? Augustinus quoque super Genes. dicit, [Adā ante peccatū spirituali mēte prædituisse.] Nō est ergo dubitandū, hominē ante peccatū virtutibus fulsisse, sed illis p pēm expoliatū fuisse.

In tomo 3. epist. 41. In Psal. 118. serm. 4. Lib. 11. cap. 24. & lib. 6. c. 27. & 28.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

C *De electione hominis de paradiso.*

In illius quoq; peccati pœnam eiectus est de paradiso in istum miseriarũ locũ, sicut in Genesi legitur. Nunc ergo, ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Emisit eum Deus de paradiso voluptatis. His verbis insinuari uidetur, quòd nunquam moreretur, si pomum de illo ligno sumpsisset. *Genes. 3.d*

Quomodo intelligendum sit illud, Ne sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.

D Sed quia per peccatum iam mortuum corpus habebat, illa verba ex tali intellectu accipi potuit, Deus modo irati loquens, de homine superbo ait, Videte ne forte mittat manum suam, &c. id est, Cauete vos angeli ne comedat de ligno vitæ, quo indignus est de quo, si perstitisset, comederet, & uiueret in æternũ: sed modò propter inobedientiã indignus est comedere. Et sicut verbo dixit, ita opere exhibuit. [Emisit eũ Deus de paradiso voluptaris in locũ sibi congruũ: sicut plerunq; malus cũ inter bonos viuere cœperit, si in melius mutari noluerit, de bonorũ cõgregatione pellitur, põdere prauæ cõsuetudinis pressus.] *Rom. 8.b*

Aug. lib. 2. de Gen. contra Manic. cap. 22.

E *De flammeo gladio ante paradisum posito.*

[Ne verò ad illud posset accedere, collocauit Deus ante paradisum Cherubin & flameum gladiũ atq; versatilẽ, ad custodiendã viã ligni vitæ.] Quod iuxta literã põt hoc modo accipi, quia per ministeriũ angelorũ ignea custodia ibi constituta fuit. [Hoc n. per cœlestes potestates in paradiso visibili factum esse credendum est, vt per angelicum ministerium ibi esset quædam ignea custodia: nõ tamen frustra.] sed quia aliquid significat de paradiso spirituali. [Cherubin n. interpretatur plenitudo scientiæ: hæc est charitas: quia plenitudo legis est dilectio. Gladius autẽ flammeus pœnæ tẽporales sunt, quæ versatiles sunt: quia tẽpora volubilia sunt. Illa ergo ad custodiã viã ligni vitæ id eo posita sũt ante paradisũ, qa ad vitam *Aug. super Genes. li. 11. cap. 40.* *Ibidem.* *Aug. lib. 2. de Genes. cõtra Manic. c. 22.* *Rom. 13. c*

vitam non reditur nisi per Cherubin, scilicet plenitudinem scientiæ, id est charitatem, & per gladium versatilem, id est, tolerantiam passionum temporalium.] *Act. 14. d*

F *An homo ante peccatum comederit de ligno vitæ.*

Potest autem quæri vtrũm de ligno vitæ ante peccatum comederit homo. De hoc Augustinus in lib. de Baptismo parulorum sic ait, [Rectè profectò intelliguntur primi homines ante malignã diaboli persuasionem abstinuisse à cibo vetito, atq; vsi fuisse cõ cessis.] His verbis ostenditur, quòd de ligno vitæ ante peccatum sumpserint, quibus præceptum erat, vt de omni ligno paradisi comederent, nisi de ligno scientiæ boni & mali. *Lib. 2. c. 21. qui alias ait de peccatorũ meritis & remissione, contra Pelag. in tomo 7.*

G *Quare non sunt facti immortales, si comederunt de ligno vitæ.*

Quare ergo perpetua soliditate & beata immortalitate vestiti non sunt vt nulla infirmitate vel ætate in deterius mutarentur? Hanc enim virtutem naturaliter illud lignum habuisse dicitur. Sed forte hoc non conferebat, nisi sæpe de illo sumeretur. Potuit ergo fieri vt de illo sumeret semel, & non sæpius, qui per aliquam moram in paradiso fuisse intelligitur, cùm scripsura dicat eum ibi soporatum fuisse quãdo costa de latere eius assumpta est, & inde formata mulier, & animalia ante eum ducta, quibus nomina imposuit.

QVOD PER ADAM PECCATVM ET pœna transiit in posteros.

A

DISTINCT. XXX.

IN superioribus insinuatum est, licet ex parte, (non. n. perfectè sufficimus exponere) qualiter primus homo deliquerit, & quam pro peccato pœnam subierit: quibus adiiciendũ est, peccatũ simul ac pœnam per eũ transisse in posteros. *Quid sit originale peccatum, quod à peccato primi mortis parentũ fuit exortum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Ro. 5. b sicut Apostolus ostẽdit, inquiens, Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, ita in omnes homines mors pertransiit.

B *Vtrum illud peccatum fuerit originale, an actuale.*

Hic primo uidendum est, quod fuerit illud peccatum, originale scilicet an actuale: & si de originali intelligatur, consequenter quid sit originale peccatũ, & quare dicatur originale, & quõ pertransierit vel per transeat in omnes, diligenter inuestigandum est. Quibusdam placuit de peccato actuali Adæ illud accipere, asserentibus hoc Apostolum sensisse cùm inferius ait, Sicut per inobeditiã unius hominis peccatores cõstituti sunt multi, ita, &c. Euidenter, inquiũt, etiam ipso nomine exprimit Apostolus peccatum, qđ per unũ hominẽ intrauit in mundum, scilicet inobedientiã. Inobedientia verò peccatum actuale est.

C *Quomodo intrasse in mundum dicunt.*

Hoc autem dicunt intrasse in mundum, non traductione originis, sed similitudine pręuaricationis: omnesq; in illo vno peccasse dicunt, quia omnibus ille vnus peccandi exẽplũ extitit. Hoc malè sẽserũt qui

Li. 1 ca. 9. tom. 7. et de verbis Apost. ser. 14. dã hęretici, qui dicti sunt Pelagiani: de quibus Augustinus in libro de baptismo paruulorũ cõmemorat, dicens, [Sciendum est, inquit, hæreticos quosdã, qui nomina ti sunt Pelagiani, dixisse peccatũ primæ trãsgressionis in alios homines non propagatione, sed imitatione transisse. Vnde etiam in paruulis nolunt credere per baptismum solui originale peccatũ, quod in nascentibus nullũ esse omnino cõtendũt. Sed eis dicitur, quia

Super 2. d si Apostolus peccatum imitationis non propagationis intelligi uoluisset, eius principem nõ Adã, sed diabolũ diceret. De quo in libro Sap. dicitur, Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ. Et quia nõ vult intelligi hoc esse factum propagatione, sed imitatione, continuò subiunxit scriptura, Imitantur aũt eum qui sunt ex parte ipsius. Imitantur quidem Adam quotquot per inobedientiã transgrediuntur mãdatũ Dei

Dei: sed aliud est quòd exemplum est uoluntate peccantibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus.] Non est igitur accipiendum, peccatum Adæ transisse in omnes imitationis tantùm exemplo, sed propagationis & originis uitio.

D *Hic aperit illud esse peccatum originale quod transiit in posteros.*

Et est illud peccatũ originale, ut apertè Augustinus testatur, quod per Adam transiuit in omnes, per eius carnem uitiatam concupiscentialiter generatos. *Li. 13 de ciui tate, c. 16. in fine.*

E *Quid sit originale peccatum hic inquiritur.*

Quod diligenter inuestigandum est quid sit. De hoc enim sancti doctores sub obscuritate locuti sunt, atq; scholastici doctores uaria senserunt. Quidã enim putant originale peccatũ esse reatũ pœnæ, pro peccato primi hominis, id est debitum vel obnoxietatem, qua obnoxij & addicti sumus pœnæ tẽporali & æternæ pro primi hominis actuali peccato: quia pro illo (vt aiũt) omnibus debetur pœna æterna, nisi per gratiam liberentur. Iuxta horum sententiam oportet dici, originale peccatum nec culpã esse nec pœnã. Culpam non esse ipsi fatentur: pœna quoque secundum eos esse nõ potest: quia si debitũ pœnæ, originale peccatum est, cùm debitum pœnæ non sit pœna, nec originale peccatum est pœna: quod etiam quidam eorum admittunt, dicentes in scriptura originale peccatũ sæpe nominari reatũ: & reatũ ibi intelligũt, vt dictũ est, obnoxietatem pœnæ: & ea ratione asserunt peccatum originale dici esse in paruulis, quia paruuli pro illo primo peccato rei sunt pœnæ: sicut pro peccato iniqui parentis aliquando exultant filij secundum iustitiam fori.

F *Quod originale peccatum sit culpa, auctoritatibus probat.*

Sed quod originale peccatum culpa sit, pluribus sanctorũ testimonijs edocetur. Super Exod. vbi dicitur, Primogenitum asini mutabis oue, Gregorius ait, *Exod. 13. b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habentur hæc verba Aug. vbi sup hoc eodem. Cap. 4. n. 7.

Rom. 3. d

Lib. 2. hypognosticō, circa finem.

Ad illud uersū, Ecce in iniquitat. cōceptus sum.

Ca. 22. n. 3. apud Aug. Et in lib. de fide ad Pet. c. 26. & allegatur de cōse. dist. 4. c. firmissime.

[Omnes in peccatis nati sumus, & ex carnis delectatione concepti, culpam originalem nobiscū traximus: vnde & voluntate nostra peccatis implicamur.] Ecce culpam originale dixit nos trahere: vnde constat originale peccatum culpā esse. Aug. quoque in libro de nat. & gra. de hoc eodē sic ait, [Omnes (vt ait Apost.) peccauerunt, vtiq; uel in seipsis, uel in Adā quia siue peccato non sunt, vel quod originaliter cōtraxerunt, vel quod malis moribus addiderunt.] [Peccatum enim primi hominis non solum ipsum, sed omne necauit genus humanum: quia ex eo damnationem simul & culpam suscepimus.] Idem super Psalm. 50. [Quod de corpore mortuo seminatur, cum vinculo peccati originalis nascitur & mortis. Ideo igitur se in iniquitatibus conceptum dicit Dauid, quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adam, & vinculum mortis. Nemo enim nascitur, nisi trahens pœnam & meritū pœnæ.] Meritum autem pœnæ, peccatum est. Omnis ergo qui nascitur per carnis cōcupiscentiā, peccatum trahit. Peccatum itaq; originale culpa est, quā omnes concupiscentialiter concepti trahunt. Vnde in Eccles. dogmatibus scriptum est, [Firmissimè tene, & nullatenus dubites, omnem hominem qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum originali peccato nasci impietati subditum, mortiq; subiectum, & ob hoc natura iræ nasci filium: à qua nullus liberatur, nisi per fidem mediatoris Dei & hominum.] His & aliis auctoritatibus euidenter ostenditur peccatum originale cui pam esse, & in omnibus concupiscentialiter genitus trahi à parentibus.

Quid sit quod dicitur peccatum originale, scilicet fomes
G *peccati, id est concupiscentia.*

Nunc superest videre quid sit ipsum originale peccatum: quod cùm non sit actuale, non est actus siue motus animæ vel corporis. Si enim actus est animæ vel corporis, actuale vtiq; peccatū est: sed actuale non est: no est ergo actus vel motus. Quid ergo originale peccatum

peccatum dicitur? Fomes peccati, scilicet concupiscentia vel concupiscibilitas: quæ dicitur lex membrorū, siue languor naturę, siue tyrannus qui est in membris nostris, siue lex carnis. Vnde Augustinus in libro de baptismo parvulorum, [Est in nobis concupiscentia, quæ non est permittenda regnare. Sūt & eius desideria, quæ sunt actuales concupiscentiæ, quæ sunt arma diaboli: q̄ veniunt ex languore naturæ. Languor sūt isse, tyrānus est qui monet mala desideria. Si ergo vis esse victor tyranni, atq; inermē inimicum inuenire, non obedias concupiscentiæ malæ.] His verbis satis ostenditur, fomitem peccati esse concupiscentiam. *Sermone 12 de verbis Apostoli.*

Quod nomine concupiscentiæ intelligitur vitium quod
H *dicitur fomes peccati.*

Nomine autem concupiscentiæ, non actum cōcupiscendi, sed vitium primum significauit, cùm eam dixit legem carnis. Vnde idē in tractatu de verbis Apostoli ait, [Semper pugna est in corpore mortis huius: quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus, finiri nō potest quàm diu viuimus: quotidie minui potest, finiri non potest.] [Quæ autem est concupiscentia, cum qua nati sumus? Vitium vtiq; est, quod paruulū habilem concupiscere facit, adultum etiam concupiscentem reddit.] Sicut enim in oculo cæci in nocte vitium cæcitatis est, sed non apparet, nec discernitur inter videntem & cæcum, nisi luce veniente: sic in puero vitium esse non apparet, donec ætatis prouectioris tempus occurrat. Ex his datur intelligi quid sit originale peccatum, scilicet vitium cōcupiscentiæ: quod in omnes concupiscentialiter natos per Adam intrauit, cosque uitiauit. Vnde Augustinus in libro de baptismo parvulorum, [Adam præter imitationis exemplum occulta etiam tabe carnalis concupiscentiæ suæ tabificauit in se omnes de sua stirpe uenturos. Vnde Apostolus refert ait, In quo omnes peccauerunt. Circūspecte & sine ambiguitate dicit hoc Apostolus: siue. n. intelligatur in quo hoīe, siue in quo peccato, sanū est. *Serm. 45. de tempore, qui est 2. sermo dūtaxat 3. pars Augustinianæ. Lib. 6. cōtra Iulia. c. 7.* *Lib. 1. c. 9. & 10. num. 7.* *Rom. 5. b*

In Adam enim omnes peccauerunt vt in materia, nō
solūm eius exemplo, vt dicunt Pelagiani. Omnes. n.
ille vnus homo fuerūt,] id est, in eo materialiter erāt.
Ibidem, cap. 10. & 11. [Manifestū est itaque, omnes in Adam peccasse quasi
in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, quos ge
nuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur sicut
cuncti constituti sunt peccatores, ita & in illo vno pec
cato quod intrauit in mundum, rectè omnes dicun
tur peccasse: quia sicut ab illo vno homine, sic ab eo
dem vno peccato immunes esse nō possunt, nisi ab
eius reatu per Christi baptismū absoluantur. Alia er
go sūt propria peccata, in quibus tantū peccāt quorū
peccata sunt: aliud hoc vnum in quo omnes peccaue
runt, id est, ex quo omnes peccatores cōstituti sunt.]

Quid sit peccatum in quo omnes peccauerunt, scilicet originale, quod ex inobedientia processit.

I Hoc est originale peccatum, quo peccatores nascū
tur omnes concupiscentialiter geniti: quod ex Adam
siue ex eius inobedientia emanauit, & in posteros de
Rom. 5. d migrauit. Vnde Apostolus consequenter, per inobe
dientiā vnius hominis, multos dicit constitutos esse
peccatores: quæ est actuale peccatum. Cùm autem di
xerit per vnum hominem peccatum intrasse in mū
dum, & in eo omnes peccasse, de originali dictum es
se oportet accipi.

Ex quo sensu dictum est, Per inobedientiam vnius, multi sunt constituti peccatores.

K Quod ergo ait, Per inobedientiam vnius multi
constituti sunt peccatores, eo sensu dictum esse intel
ligendum est, quia ex inobedientia Adæ, scilicet pecato
actuali Adę, processit originale peccatum, quo oēs na
scuntur peccatores: vt & in illo essent, & in oēs trāsiret.

L *Quod peccatum originale in Adam fuit, & in nobis est.*

Lib. 2. de nu ptiis et cōcu. ea. 28. in. 7. Vnde Augustinus Iuliano hæretico nullum pec
catum in paruulis esse contendenti respondes, apertè
asserit, [peccatum originale ex voluntate Adæ proce
fisse, ac per eius inobedientiā in mundū intrasse. Quę

rit. n. Iulianus, per quid peccatū inuenitur in paruu
lo, ita inquiens, Non peccat iste qui nascitur, non pec
cat ille qui genuit, non peccat ille qui condidit: p quas
igitur rimas inter tot præsidia innocentiæ peccatū fin
gis ingressum? Et respondet sancta pagina, Per vnum
hominem peccatum intrauit in mundum, per vnius
inobedientiam, ait Apost. Quid quærit amplius, quid *Rom. 5.*
quærit apertius?] Item inquit Iulianus, [Si per homi- *Ibidem.*
nem peccatum intrauit in mūdum, peccatum vel ex
voluntate, vel ex natura est. Si ex voluntate est, mala
voluntas est, quę peccatum facit. Si autem ex natura,
mala est natura. Cui respondeo, Ex uoluntate pecca
tū est. Quærit fortè utrum originale peccatum ex uo
luntate sit. Respondeo, prorsus & originale peccatum
ex uoluntate esse: quia hoc ex uoluntate primi homi
nis seminatum est, ut in illo esset, & in oēs transiret.]

Obiectio quorundam contra id quod suprà dictum est, omnes homines in Adam fuisse.

M Ad hoc autem quod diximus, in Adam fuisse om
nes homines, quidam uerborū sectatores sic obiiciūt,
dicentes, Non omnis caro quæ ab Adam traducta est,
in eo simul existere potuit: quia multo maioris quan
titatis est, quam fuerit corpus Adæ. In quo nec tot ęt
atomi fuerunt, quot ab eo homines descenderunt.
Quocirca uerum non esse asserunt, tubstantiā uniuscu
iusque in primo fuisse parente.

Responsio: nobis aperitur qualiter fuerunt in Adam secundum rationem seminalem, & quomodo ex eo descenderunt, scilicet lege propagationis.

N Quibus responderi pōt, q materialiter atque cau- *Non recipi tur hæc Ma gistri sentē.*
saliter, non formaliter dicitur fuisse in primo homine
omne quod in humanis corporibus naturaliter est, &
descenditque à primo parente lege propagationis, &
in se auctū & multiplicatū est, nulla exterioris substan
tia in id transeunte, & ipsum in futuro resurget. Fo
mentum quidem habet à cibis, sed non conuertuntur ci
bi in humanam substantiam, quæ scilicet per propaga-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gationem descendit ab Adam. Transmisit.n. Adam modicum quid de substãtia sua in corpora filiorum, quando eos procreauit, id est, aliquid modicũ de massa substantiæ eius diuisum est, & inde formatum corpus filij, suoq; multiplicatione sine rei extrinsecæ adiectione, auctum est: & de illo ita augmentato aliquid inde separatur, vnde formantur posterorum corpora: & ita progreditur procreationis ordo lege propagationis, vsque ad finem humani generis. Itaque diligenter ac perspicue intelligentibus patet, omnes secundũ corpora in Adam fuisse per seminalem rationem, & ex eo descendisse propagationis lege.

Auctoritate & ratione probatur, nihil extrinsecum conuerti in humanam substantiam
O *quæ ab Adam est.*

Quòd verò nihil extrinsecum in humani corporis
Matt. 15. b naturam transeat, Veritas in euangelio significat, dicens, Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Quod etiã ratione ostẽdi potest hoc modo, Puer qui statim post ortũ moritur, in illa statura resurget quã habiturus erat, si viueret vsque ad ætatem triginta annorum, nullo vitio corporis impeditus. Vnde ergo illa substantia, quæ adeo parua fuit in ortu, in resurrectione tã magna erit, nisi suis in se multiplicationes? Vnde apparet, quod etiam si viueret, non aliunde, sed in se augmentaretur illa substantia. Sicut costa de qua facta est mulier, & sicut panes euangelici. Non inficiamur tamen, quin cibi & humores in carnẽ & sanguinẽ transeãt, sed non in veritatẽ humanæ naturæ, quę à primis descẽdit parẽtibus: quę sola in resurrectione erit: reliqua verò caro in quam cibi transeunt, tanquã superflua in resurrectione deponetur: quæ tamen ciborum aliarumque rerum fomentis coalescit.

QVO-

QVOMODO PECCATVM ORIGINALE à patribus transeat in filios, an secundum animam, an secundum carnem.

A DISTINCT. XXXI.

VNC superest inuestigare, qualiter illud peccatum à patribus traducatur in filios, scilicet an secundum solam animam, an secundum carnem, siue secundum vtrumque. Putauerunt quidam secundum animam trahi peccatum originale, non solùm secundum carnem: quia non solùm carnem, sed & animam ex traduce esse arbitrati sunt. Sicut.n. in generatione prolis de carne paterna substãtialiter trahitur caro, ita & de egredientis anima animam geniti essentialiter deduci ab his existimabatur. Ideoque sicut de corrupta carne caro corrupta seminatur, ita etiam de anima peccatrice anima peccatrix corruptione originali infecta, ab illis trahi dicitur.

Prædictam opinionem damnat, & quòd per carnem
B *traducatur peccatum dicit, & quomodo offendit.*

Hoc autem fides catholica respuit, & tanquam veraciter aduersum damnat quæ non animas, sed carnẽ solã, sicut superius diximus, ex traduce esse admittit. *Dist. 18. li. b*
Non ergo secundum animam, sed secundũ carnẽ solam, peccatum originale trahitur à parentibus. Est.n. peccatum originale (vt suprà diximus) concupiscentia, non quidem actus, sed vitium. Vnde Augustinus ad Valerium. [Ipsa cõcupiscentia est lex membrorũ vel carnis, quę est morbidus quidam affectus vel lãguor, qui commouet illicitum desiderium, id est carnalem concupiscentiam: quæ lex peccati dicitur. Quæ dicitur manere in carne, non quin in anima sit, sed quia per corruptionem carnis in anima sit.] *Dist. præcedenti, lit. h Aug. in libris de nup. & concup. sparsim.*

Causam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Causam corruptionis carnis ostendit, ex quæ in anima peccatum sit.

C Caro.n. propter peccatum corrupta fuit in Adam, adeò vt cùm ante peccatum vir & mulier sine incentiuo libidinis & concupiscentiæ feruore possent connubere, esset q; torus immaculatus, iam post peccatū nō valet fieri carnalis copula absque libidinosa concupiscentia: quæ semper vitium est & etiam culpa, nisi ex cuse tur per bona coniugij. In concupiscentia ergo & libidine concipitur caro formanda in corpus prolis. Vnde caro ipsa quæ concipitur in vitiosa concupiscentia, polluitur & corrumpitur: ex cuius cōtactu anima cùm infunditur, maculam trahit, qua polluitur, & fit rea, id est vitium concupiscentiæ, quod est originale peccatum.

Quod propter corruptionem carnis, quæ est causa peccati, dicitur peccatum esse in carne.

D Ideoq; ipsum peccatum dicitur manere in carne. Caro ergo quæ in concupiscetia libidinis seminatur, nec culpam habet, nec actum culpæ, sed causam. In eo ergo q̄ seminatur, corruptio est: in eo autem q̄ nascitur, concupiscentiæ vitium est. Vnde Ambrosius de verbis Apostoli sic ait, [Quomodo habitat peccatum in carne, cùm non sit substantia, sed priuatio boni? Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatū, ipsaq; corruptio per conditionē offensionis manet in corpore, robur tenens diuinæ sententiæ datæ in Adam:][cuius consortio anima maculatur peccato.] [Per id ergo q̄ facti causa manet, inhabitare dicitur peccatū in carne: hæc est lex carnis.] Idem, [Non habitat peccatum in anima, sed in carne: quia peccati causa ex carne est, non ex anima: quia caro est ex originē carnis peccati, & per traducem omnis caro fit peccati: anima uerò non traducitur: & ideo in se causam peccati non habet.] Aug. quoq; ex carne peccatū animā contrahere, in ser moue quodā de verbis Apostoli ostendit, dicens, [Vitium cōcupiscentiæ est, quod anima non ex se, sed ex carne contraxit. Natura quippe humana non opere Dei cum vitio primitus est instituta, sed ex uoluntatis arbitrio priorum hominū venienti vitio est fauciata, ita ut non sit in carne bonū, sed uitium, quo inficitur anima.

Comentario ad 7. caput ad Ro. to. 4.

Ibidē, paulò inferius.

Lib. 4. libro Iulia. c. 4 et plenius c. 9.

De causa originalis peccati, quæ est in carne, vitium sit culpa, an pœna.

E Hic quæri solet, vtrū causa peccati originalis, quæ dicta est esse in carne, culpa sit, vel pœna, siue aliquid aliud. Culpa esse non potest: quia culpa nō est in re irrationali. Si enim culpa esset in carne ante infusionē animæ, actualis esset uel originalis. Sed actualis ibi nō est, nec originalis culpa est: quia ipsa causa est originalis peccati. Si autem pœna est, quæ est illa? passibilitas, vel mortalitas, uel alia corruptio. Hos enim defectus carni inesse constat.

Hic aperitur quid sit foeditas tractūs ex libidine coeuntium: quæ uitium uel corruptio dici possit.

F Ad quod dici potest, q̄ multiplex defectus carnis, & præcipuè pollutio quædam, quam ex feruore coeuntium patentium & concupiscentia libidinosa, contrahit caro dum concipitur, causa est originalis peccati: quę recte uitiū siue corruptio carnis appellari potest. Quę foeditas maior videtur esse in carne concupiscentia libidinosa tractu, quàm in ea vnde traducitur. Et q̄ vitiū vel corruptio sit in carne ante cōiunctionem animæ, effectu probatur, cùm anima infunditur, quæ ex corruptione carnis maculatur: sicut in uate dignoscitur vitium esse, cùm vinum infusum aceſcit.

Inductu similium ostendit, non absurdo dici filios trahere peccatum à parentibus etiam mundis.

G Ne autē inremur, & intellectu turbemur, audientes peccatum originale filios traducere à parentibus iam per baptismum ab illo peccato mundatis, diuersarum similitudinum inductione id posse fieri insinuat Aug. in lib. de baptismo paruulorum, inquiens, [Quo præputium per circumcisionem auferitur, manet

Cap. 8. li. 3

net tamen in eo quem genuerunt circuncisi: quomodo etiam palea, quæ opere humano tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu qui de purgato nascitur tritico: ita peccatum quod in parentibus per baptismum mundatur, manet in eis quos genuerunt. Ex hoc enim gignunt, quod adhuc uetustū traxunt, non ex hoc, quod lex in nouitate promouit eos inter filios Dei. Non enim generant parentes filios secundum illam generationem, qua denuo nati sunt, sed potius secundum illam, qua carnaliter & ipsi primum sunt generati.]

Cap. 9. lib. 1

Lib. 1. c. 27 & 28.

Quare dicatur originale, hic dicitur, cum ep logo.

H

Iam ostensum est quid sit originale peccatum, & qualiter à parentibus in filios, & per carnem in animam transeat. Ex quibus etiam innotescit quare dicatur originale peccatum, ideo scilicet, quia ex vitiosa lege originis nostræ, in qua concipimur, scilicet carnis libidinosa concupiscentia, traducitur, ut suprà dictum est. Non enim quia ex carne tracta ab Adam concepti sumus, ideo peccatum traximus: quia & Christi corpus ex eadem carne forma tum est, quæ ab Adam descendit: sed eius conceptus est celebratus non lege peccati, id est concupiscentia carnis, vnde & caro eius peccatrix non fuit, imò operatione spiritus sancti. Noster verò conceptus non sit sine libidine: & ideo non est sine peccato. Quod euidenter Augustin. ostendit in libro de fide ad Petrum, dicens, [Quia dum sibi inuicem uir mulierq; miscentur, fine libidine non est parentum concubitus, ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium non potest esse peccato esse conceptus: vbi peccatum in paruulos nō transmittit propagatio, sed libido: nec fœcunditas humanæ naturæ facit homines cum peccato nasci, sed fœditas libidinis, quam homines habent ex illius primi iustissima condemnatione peccati. Ideo beatus Dauid

Præsēti di. littera B.

Matth. 1. d

Psal. 50.

Ca. 2. in medio, tomo 3.

Dauid propter originale peccatum, quo naturaliter obstricti sunt filij iræ, dicit, In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ex hoc itaque apparet, ex lege conceptionis traduci originale peccatum: quia nisi conceptio sic fieret in carne, anima ex carnis coniunctione concupiscentiæ vitium non traheret.

Psal. 50.

Eph. 2. a

Obiectio quorundam nitentium probare, peccatum non traduci ex lege coitus.

1

Sed ad hoc opponitur hoc modo, In ipso conceptu, vbi dicitur transmitti peccatum, propagatur cato: nec tamen tunc infunditur anima, secundū Physicos, sed iam effigiatis corporibus: quod etiā Moyses in Exodo apertè significat, ubi ait de percussura mulieris prægnantis: Si quis, inquit, percusserit mulierem prægnantem, & abortum fecerit, si adhuc informe fuerit puerperium, mulctabitur pecunia: si autem formatum fuerit, reddat animam pro anima. Formatum verò intelligitur, propria anima animatum: & informe, quod nondum habet animam. In ipso ergo conceptu cùm caro propagatur, nondum infunditur anima: quomodo ergo ibi peccatum trāsmittitur, cùm peccatum non possit esse ubi anima non est? Ad quod dici potest, quòd in ipso conceptu dicitur peccatum transmitti non quia peccatum originale ibi sit, sed quia caro ibi contrahit id ex quo peccatum fit in anima cùm infunditur. Et vtrumq; vocatur conceptus, scilicet cùm & caro propagatur, formamq; corporis humani recipit, & cùm anima infunditur: quod aliquando etiam dicitur natiuitas. Vnde dicitur, Quod natum est in ea. Proprie autem natiuitas dicitur in lucem æditio.

Exod. 21. d

Matth. 1. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOMODO ORIGINALE PECCATVM dimittatur in baptismo, cum & post sit illa concupiscentia quæ dicitur originale peccatum.

A DISTINCT. XXXII.

QVONIAM suprà dictum est originale peccatum esse uitium concupiscentiæ, assignatumque quomodo à parentibus trahatur, & originale dicatur, superest inuestigare, quomodo in baptismo dimittatur, cũ etiã post baptismũ remaneat eõcupiscentia quæ antè fuerat. Vnde uidet vel peccatum originale non esse concupiscentia, vel non remitti in baptismo. [Manet quippe (ut ait Aug. in corpore mortis huius carnalis concupiscentiæ cuius uitiosis desideriis nõ obedire præcipimur: quæ tamen concupiscentia quotidie minuitur in proficientibus & continentibus. Sed licet remaneat concupiscentia post baptismum, non tamen dominatur & regnat sicut antè: imo per gratiam baptismi mitigatur & minuitur, vt post dominari non ualeat, nisi quis reddat uires hosti eundo post concupiscentias. Nec post baptismum remanet ad reatum: quia non imputatur in peccatum, sed tantum pœna peccati est: ante baptismum verò pœna est & culpa.]

Lib. 1. de nuptiis et cõc. ca. 25. & c. 23.

Eccle. 18. d

Quod originale peccatum duobus modis dimittitur, scilicet extenuatione sui, & solutione reatus.

B

Dulplici ergo ratione peccatum originale dicitur dimitti in baptismo, quia per gratiam baptismi uitiũ concupiscentiæ debilitatur atque extenuatur, ita ut iam non regnet, nisi consensu reddantur et uires: & quia reatus ipsius soluitur. Vnde Augustinus in libro de baptismo paruulorum, [Gratia per baptismũ id agitur, ut vetus homo crucifigatur, & corpus peccati destruatur: non ita vt in ipsa viuente carne concupiscentia resperſa & innata repentè absumatur & non sit, sed ne obsit mortuo quę inerat nato. Nam si post baptismum homo uixerit, in carne habet concupiscentiam cum qua pugnet, eamque adiuuante Deo superet: si tamen non in uacuum gratiam eius susceperit. Non itaque hoc præstatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili creatoris, ut lex peccati quæ est in membris, prorsus extinguatur & non sit: sed vt quicquid mali ab homine factum, dictum cogitatũq; est, totum aboleatur, ac velut factum non fuerit habeatur: ipsa uerò concupiscentia, soluto reatus uinculo, quo per illam diabolus animam retinebat, & a suo creatore separabat, manear in certamine.] Ecce hic apertè ostendit, ea ratione dimitti in baptismo, non quia non maneat post baptismum, sed quia reatus in baptismo aboletur. Deinde idem ipse ostendit, eo modo etiam dimitti, quia baptismi gratia concupiscẽtia ipsa mitigatur & minuitur, in eodem libro ita dicens, [Lex carnis, quam Apostolus appellat peccatum, cũ ait, Non regnet peccatum in uestro mortali corpore: non sic manet in membris eorum qui ex aqua & spiritu sancto renati sunt, tanquam non sit eius facta remissio, ubi omnino plena fit remissio peccatorũ: sed manet in ueteſtate carnis tãquam superatum & peremptum, nisi illicito cõsensu quodammodo reuiuiscat, & in regnũ propriũ dominationẽq; reuocetur.] Hic aperte insinuatur, in baptismo concupiscentiam debilitari: ex quo & dicitur dimitti, non solum ideo quia reatus ibi soluitur. Quẽ remissionis modũ alijs pluribus testimonijs scriptura edocet. Ait in. Aug. contra Iulianum, [Lex quæ in membris est, vitiũ carnis est,] [quod ex pœna peccati, & ex traduce mortis prouenit.] Sed lex ista quæ est in membris, remissa est regeneratione spirituali, & manet in carne mortali. Remissa est, quia reatus solutus est sacramento quo renascuntur fideles. Manet autem, quia operatur

Ca. 39. l. 1 Rom. 6. a

2. Cor. 6. a.

Li. 2. ca. 28. Rom. 6. b

Li. 2 in pri cipio.

Lib. 1. cõtra duas epistolas Pelagia.

ratur desideria, cõtra quæ dimicant etiam fideles. Id in sermone quodam de concupiscentia carnis, [Pelagiam baptismatis & lauacrum regenerationis solutus est & ipse concupiscentiæ reatus cum quo eranatus, & quicquid antea consensisti malæ concupiscentiæ, siue cogitatione, siue locutione, siue actione

Ca. 13. quo ad sententiã.

Idem in lib. de nuptijs & concupiscentia, [Concupiscentia carnis, licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum, quæcunq; tamen proles nascitur, obligata est originali peccato. Item [Dimittitur concupiscentia carnis in baptismo, nõ vt nõ sit, sed vt non imputetur in peccatũ. Hoc est enim non habere peccatum, non esse reum peccati. Quomodo ergo alia

Lib. 1. de nuptijs & concu. cap. 25. 26. & 27.

peccata prætereunt actu, & remanent reatu, ut homicidium, & similia: ita econuerso fieri potest vt concupiscentia prætereat reatu, & remaneat actu.] Ex prædictis euidenter monstratur quomodo peccatum originale in baptismo remittatur.

De Fœditate quam caro ex libidine coitus contrahit, vtrùm in baptismo dilnatur.

C

Solet autẽ hic quæri, vtrùm & ipsa caro in baptismo ab illa fœditate purgetur, quam in conceptione ex concupiscentia libidinosa contraxit. Cui dubitãti dicendum, quòd sicut anima à reatu purificatur, ita & caro ab illa pollutione purgatur: vt sicut duobus completur mysterium baptismi, scilicet aqua & spiritu, ita ibi duo purgentur, anima scilicet à reatu, & caro ab illa contagione: quod quidem probabile est. Alij uerò putant tantùm animã ibi mundari, carnem uerò ab illa fœditate non purgari. Si uerò remanet illa fœditas vsque ad procreationem filiorum, quæ sit ipsa concupiscentia carnis, uidetur natura carnis magis corrupti: & magis corrupta uidetur caro prolis quàm parentis: quia de carne pollutionem quam habuit à conceptu retinente, trahitur pollutio, & in concupiscentia concipitur, unde & polluitur: & ita ex duplici causa contaminatur. Vnde

& maior videtur pollutio carnis in prole, quàm fuerit in parente. Ad quod illi dicunt, quia licet caro prolis ex carne fœda seminetur, & in concupiscentia concipiatur, non tamen maiorem fœditatem trahit, quã caro vnde seminatur habuit. Quamuis etiam si fœdior atque immundior sit caro prolis, & ideo magis corrupta quàm caro parentis: non tamen inde (vt aiunt) fit præiudicium veritati: quia nec absurdum est se dicũt, si carnis natura magis in posterioribus corrupta trahatur, neque ex ipsa magis corrupta anima amplius inficiatur.

D

Ex quo autore sit illa concupiscentia, Deo scilicet, vel alio.

Præterea quæri solet, vtrùm concupiscentia quæ post baptismum remanet, & tantùm pœnalitas est, ante baptismum verò pœna erat & culpa: ex Deo autore sit, vel ex alio. Ad quod breuiter respondentes dicimus, quia inquantum pœna est, Deum habet autorem: inquantum verò culpa est, diabolum siue hominem habet autorem.

E

Iustitia animæ mundæ ex creatione illud peccatum imputetur, cum non possit vitare.

Solet etiã quæri, qua iustitia teneatur illo pctõ anima innocens à Deo creata, cùm non sit in potestate sua illud vitare. Non enim per liberum arbitrium illud committitur: quia non prius est anima, q̃ illi peccato est obnoxia. Ad hoc quidam dicũt, ideo animam reã esse illius peccati, licet mũda à Deo sit creata, quia cũ infunditur corpori, condelectatur carni, ex quo peccatum contrahit. Quod si esset, iam non originale, sed actuale diceretur. Potius ergo ideo rectè potest dici imputari animæ illud peccatũ, quod ex corruptione corporis inculcabiliter trahit, quia, vt ait Augustinus libro de Ciuitate Dei, [Non fuit corruptio corporis quæ aggrauat animã, causa primi peccati, sed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit.] *Lib. 14. c. 6 tomo 3.*

Ee *Vtrum*

F *Verum illud peccatum sit voluntarium, vel necessarium.*

Illud etiam non immeritò quæri pòt, vtrum peccatum originale debeat dici voluntarium, vel necessarium. Et necessariò pòt dici: quia vitari non potest. Vnde & Psalm. 24. Propheta dicit, De necessitatibus meis eripe me. Et vo luntarium non incongruè appellatur, quia ex voluntate primi hominis processit, vt Aug. in 1. lib. Retract. Cap. 13. ostendit, dicens, Illud quod in paruulis dicitur originale peccatum, cùm adhuc non vtantur libero arbitrio voluntatis, non absurdè vocatur voluntarium: quia ex prima hominis mala voluntate contractum, factum est quodammodo hæreditarium.

Quare Deus animam corpori iungat, sciens eam inde

G *maculari, & ideo damnari.*

Si verò quæritur, Cur Deus qui fecit animã ipsam sine macula, & scit eam ex corporis coniunctione macula peccati cõtrahere, & aliquãdo ante baptismum seiungi ab ipso corpore, & sic damnari, eam corpori iungit: Respondemus, ex æquitudine iudiciorũ Dei id Rom. 11. d prouenire. & nec iniuste id à Deo fieri. Ipse enim non incongruè humanæ conditionis modũ, quem à principio sine vitio facta fingens, animasq; de nihilo creans, eorumq; coniunctione hominem perficiens. Cùm ergo vtraque hominis natura à Deo sine vitio sit instituta, licet à se peccato sit vitiata, non ideo immutabilis Deus humanæ cõditionis primariã lege mutare debuit, siue ab hoiuin multiplicatione desistere.

H *An anima sit talis qualis à Deo creatur.*

Hic à quibusdam quæri solet, vtrũ anima talis sit ante baptismum, qualis à Deo creatur. Quod non esse, probare conantur hoc modo. Anima in corpore creatur, in cuius cõiunctione peccato maculatur. Quã cito ergo est, peccatũ habet: nec prius fuit quã peccatũ habuit: non est ergo talis qualis à Deo creatur. Creatur enim à Deo innocès & sine vitio: & nunquã talis est. Ad

Ad quod dici potest, quia non omnino talis est, qualem eam Deus fecit. Deus enim bonam eam fecit, & bonitatem ei sine corruptione indidit. Et dicitur illa naturalis bonitas, quam in creatione à cõditore suscepit: quam bonitatem per peccatum penitus non amisit, sed vitiatam habuit: quam Deus tamen sine vitio fecit. Si enim res bona non esset anima, in ea maiũ esse nequiret, cũ non possit malum esse nisi in bono, vt post dicetur. Non ergo omnino talis est anima qualis est à Deo creata: sicut quis pollutas habens manus, non tale habuit pomum, quale ego dedi ei mũdis manibus: ego enim dedi mundum. *Dist. 34. lite ra D.*

I *An animæ ex creatione sint æquales in donis naturalibus.*

Illud quoq; non incongruè quæri solet, vtrũ omnes animæ ex creatione æquales sint, an aliæ alijs excellentiores. Pluribus non irrationabiliter videtur q ex ipsa creatione aliæ alijs excellant in naturalib. donis, vt in essentia alia alijs sit subtilior, & ad intelligendum memorandumq; habilior, vtpote acutiori ingenio, & perspicaciori intellectu prædita. Quod non improbabiliter dicitur, cùm in angelis ita fuisse constet. Et licet naturalibus donis aliæ præ alijs polleant, tamen ante baptismum à corpore discedentes, parè pœnam, & post baptismum statim æqualem coronã fortiuntur: quia ingenij acumen vel tarditas, præmium vel pœnam in futuro non collocat.

AN PECCATA OMNIVM PRAECEdentium patrum paruuli originaliter trahant, vt peccatum addat.

A DISTINCT. XXXIII.

PRAEDICTIS adiiciendum videtur, an peccata præcedentium patrum ad paruulos transeãt, sicut illud primi hominis delictum in omnes carnaliter genitos diximus redundasse: & si peccata parẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tũ transeant in paruulos, vtrùm omniũ qui fuerunt ab Adam vsque ad ipsos, an aliquorũ, & non omniũ.

B *Quid iuxta hoc Augustinus in Enchiridio asserere videatur.*

De hoc Augustinus in Enchiridio ambigue differit: videtur enim approbare, peccata parentum præcedentium imputari paruulis, non omnium tamen qui fuerunt ab Adam, ne importabili & nimia sarcina in pœna æterna grauarentur paruuli: sed tantũ eorum parentum, qui eos à quarta generatione præcesserũt. Quod confirmat his uerbis quibus in Exodo Dominus ait, Ego sum Deus visitans iniquitates patrum visque in tertiam & quartã generationem: quasi peccata parentum proximorum tantu paruulis imputẽtur, & nõ alia: qd est per moderationẽ diuinæ miserationis.

Cc. 47. to. 3.

Exod. 20. a

Eorum penit sententia, qui dicunt transire in

C *paruulos parentum delicta.*

Et q̃ non illud solum primi hominis delictum paruulos teneat, sed etiam alia, illi quibus ita uidetur eo confirmant, q̃ etiam paruuli, non modo maiores, dicuntur baptizari in remissionem peccatorum, per plurale numerum, non per singularem in remissionẽ peccati. Et Dauid de legitimo matrimonio, peccatus dicit, In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Non dicit in iniquitate uel peccato. Vnde putant, non tantu illud vnu peccatum originale, sed et plura, quæ in peccato Adæ reperiri possunt, & alia parentum peccata paruulis imputari.

Ibidem. cap. 44. & 46.

Psal 50.

D *Quod in illo uno primo peccato plura reperiantur.*

Quod verò in actuali peccato Adæ plura notari valeant peccata, Aug. in Enchiridio insinuat: Possunt, inquit, intelligi plura peccata in una transgressione Adæ, si in ea quasi membra diuidatur. Nam & superbia est illic: quia homo in sua potius esse, quam Dei potestate discessit: & sacrilegium, quia Deo non credidit: & homicidium, quia se in mortem præcipitauit: & fornicatio spiritualis, quia integritas mentis humanæ serpentina suasione corrupta est: & furtum, quia ea-

Cap. 45.

bus prohibitus vsurpatus est: & auaritia, quia plus quàm sufficere illi debuit, appetitus est: & si quid aliud in hoc vno peccato inueniri potest. Deinde de parentu præcedentium peccatis, vtrùm paruulis imputentur, magis opinando quàm asserendo disceptat, ita inquiens, Parentum peccatis paruulos obligari, non solum primorum hominum, sed etiam suorum de quibus ipsi nati sunt, nõ improbabiliter dicitur. Illa quippe diuina sententia, Reddam peccata patrum in filios, tenet eos ante regenerationem, vsque adeo, vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat, In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Non dixit, in iniquitates vel in peccato, cum & hoc rectè dici posset: sed iniquitates & peccata dicere uoluit: quia & in illo uno quod in omnes homines pertransiit, atq; tam magnum est ut in eo mutatetur in necessitatem mortis humana natura, reperiuntur, sicut supra diximus, plura peccata & alia parẽtum maiora: illi non ita possunt mutare naturam, reatu carnis obligãt filios, nisi gratia Dei subueniat. Sed de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adam vsque ad patrem suũ progeneratoribus suis quisq; succedit, non immerito disceptari potest, vtrùm malis omnibus actibus & multiplicatis delictis originalibus, qui nullis actibus & multiplicatis delictis originalibus, qui exterius implicetur: vt tanto peius, quanto posterius, quisque nascatur: an propterea Deus in tertiã & quartã generationem de peccatis parentum posteris eorũ communetur, quia tam sunt, quantum ad progeneratorum culpas, non excedit vlterius moderatione miserationis suæ: ne illi quibus regenerationis gratia nõ confertur, nimia sarcina in ipsa æterna damnatione premerentur, si cogerentur ab ipso initio generis humani omnium præcedentium parentum morum originaliter peccata contrahere, & pœnas pro eis debitas pendere: An aliquid aliud de re tanta, scripturis sãctis diligentius perscrutatis ac tractatis, valeat vel nõ valeat reperiri, temere affirmare nõ audeo. Ecce perspicuũ

Ibidẽ. c. 48.

Exod. 20. a

Psal. 50.

In enchiri. capite 47.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fit lectori, Augustinum superiora dixisse non asserendo, sed diuersorum opiniones referendo.

E *Ostendit Augustinum sibi ipsi contrarium si sic sentiret.*

Alioquin sibi ipsi contradicere ostenderetur, qui in eodem lib omnium mitissimam dicit esse pœnam

Enchiridy capite 93. paruulorū, qui originali tantum tenentur peccato, his verbis, Mitissima sane pœna eorū erit, qui præter peccatū quod originale contraxerūt, nullū insuper addiderūt: & in cæteris qui addiderunt, tanto quisq; tolerabiliorem ibi habebit damnationem, quanto hic minore habuerit iniquitatem. Ecce hic aperte dicit, paruulorum pœnam omnium aliarum pœnarum esse leuissimam. Quod si est, nō ergo peccatis parū præcedentū obligantur, nisi Adæ. Si enim pro peccatis parentū in actualibus æternaliter punirentur, & pro suo originali horum nunus, sed forte magis quā ipsorum parentes punirentur. Non ergo pro peccatis parentum actualibus, nec etiam pro actualibus primi parentis, sed pro originali quod à parentibus trahitur, paruuli damnabuntur: pro eō nullam aliā ignis materialis vel conscientiæ vermis pœnam sentient, nisi q; Dei visione carebunt in perpetuum. Vno ergo, & nō paruis peccatis, paruuli obligantur. Vnde etiā ea quibus ista opinio nimium videtur, scilicet q; peccata & iniquitates in paruulo aliquando scriptura esse significat, vtes p̄ uralī numero, ita determinat Aug. in eo

Cap. 44. dem lib. quia in scriptura per singularem numerum

Nume. 21. b pluralis numerus ipse significari solet: vt ibi, Ora ergo ad deū, vt auferat à nobis serpentē mō ait, serpetes,

Matth. 2. c quos patiebatur populus. Et econuerso per pluralem significatur singularis numerus: vt in Euāgelio, Mortui sunt enim qui quærebant animam pueri mō ait,

Exodi 32. a mortuus est, cum loqueret de Herode. Et in Exodo, Fecerunt deos aureos, cum unū fecerint vitulum de quo dixerunt, Isti sunt dii tui Israel. Ita & illud originale vnū plurali numero significat, cum dicimus, paruulos in peccatorum remissionem baptizari, & in peccatis vel iniquitatibus concipi.

F *An actuale peccatum Adæ sit grauius cæteris.*

Hic quæri solet, vtrum peccatū Adæ trāsgressionis, ex quo processit originale, & in quo plura superius notata sunt peccata, grauius fuerit cæteris peccatis. Quibusdam ita esse videtur: quia illud peccatū totā humanam naturā † mutauit: sicut Aug. dicit in Enchi ridio, Illud vnū peccatum in loco & habitu tantæ felicitatis admissum, tam magnum est vt in vno homine originaliter & (vt ita dixerim) radicaliter totū genus humanū damnaretur. Idē in lib. de ciuitate dei, (Tāto maiori iniustitia violatum est illud mandatū, quanto faciliori poterat obseruātia custodiri. Nondū enim ipsi voluntati cupiditas resistebat, quod de pœna transgressionis postea secutū est. His aliisque vtitur autoritatibus, qui illud peccatum cæteris aliorū hominum peccatis grauius esse dicūt. Quod etiā tatione ostendere laborāt hoc modo, Magis nocuit illud peccatum, quā aliquod aliorū: quia totum humanū genus vitiauit ac morti vtrique subdidit, quod nullo alio peccato factum est. Maiorem ergo effectū mali habuit illud peccatum, quām aliquod aliud.

† *vitiauit.* *Cap. 48.* *Li. 14. c. 12.* *& cap. 15.*

G *Responsio contra illos qui alia peccata ostendunt illo maiora.*

Ad quod dici pōt, quia licet illud peccatū humanā naturam mutauerit in necessitatē mortis, & in totum genus humanum reatum diffuderit: non est tamen putandum grauius fuisse peccato in spiritum sanctū, quod, neq; hic, neque in futuro (vt Veritas ait) dimittetur. Quod vero totam humanam naturā corrupit, nō ideo est, quia grauius fuerit cunctis aliis peccatis, sed quia ab homine commissum est, quando in vno homine tota humana natura constituebat: & ideo totam in eo corrupta est, maioreque effectū mali intulit, quantū ad multiplices defectus qui ex eo manauerunt, sed non quantum ad pœnam æternā, quā grauiorem non meruit, quām plures postea meruerunt per alia

Matt. 12. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccata: imò alios grauiorem pro meruisse credimus iram, quàm Adam meruerit.

An illud peccatum sit primis dimissum parentibus.

H Si verò quæritur, an illud peccatū fuerit dimissum primis parentibus: dicimus eos per pœnetentiā veniā
Lib.1.c.34. contecutos. Vnde Aug.in lib de baptismo paruulorū air, [Sicut illi primi parentes postea iustè viuendo ce
duntur per Domini sanguinem ab extremo liberati supplico, non tamen in illa vita meruerunt ad paradisum reuocari: sic& caro peccati, etiam remissis peccatis, si homo in ea iustè vixerit, non continuò meretur eam mortem non perpeti, quam traxit de propagine peccati.]

Quod peccata parentum uisitantur in filios, & quid non sint aduersa quæ Deus dicit in Exodo & in Ezechiele.

I Et licet peccatis parentum, nisi Adæ, paruuli non obligentur, non est tamen diffitendū, peccata parentū
Exodi 20.a in filios redudare, sicut Dominus in Exodo ad Moysen air, Ego sum Deus fortis, zelotes, vltians iniquitates patrum in filios vsq; in tertiā & quartā generationem, his qui oderūt me. His verbis aperiē insinuatur, quòd Deus reddit peccata patrum super filios ter
Ezech.18.a tios & quartos. Huic autem videtur aduersari qđ Dominus ait in Ezechiele, Quid est q̄ inter vos parabolam vertitis in prouerbium illud, dicentes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorū obstupescunt? Viuo ego, dicit Dominus, si erit vobis vltrò parabola hæc in prouerbium in Israel. Ecce omnes animæ meæ sunt: vt anima patris, ita anima filij mea est: & anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius nō portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eū erit, & impietas impij erit super eū. His verbis videtur Deus corrigere per Ezechielē, quòd malè dixerit in lege. Si enim peccata patrum reddit in tertiam & quartam generationem, in iustitia vī Dei esse, vt alius peccet & alius puniatur. Quomodo enim iustum est, alium peccare, & aliū peccata luere?

Determinatio, præmissarum auctoritatem conuenienter ostendens.

K Sed, vt ait Hieronymus, [ne lex & prophetæ, id est Exodus & Ezechiel, imò ipse Deus, qui & hic & ibi locutus est, in sententiis discrepare videantur, attendamus finē illius auctoritatis Exod. dicto n. Reddo iniquitates patrū in filios: addit, His qui oderūt me: per quod euidenter ostendit, non ideo puniri filios quia peccauerunt patres, sed quia eis similes quodam hæreditario malo deum oderūt.] Illud ergo quod in Exodo Dominus dicit, sicut Hiero. tradit, nō id sonat qđ multi existimant, nec est simile huic prouerbio, Patres comederunt vuam acerbam, &c. Illud enim Exodi Hieronymus super Ezech. & Augustinus super Psal. Deus laudem meam ne tacueris, [de filijs peccatis patrum imitantibus accipiendum censent: super quos dicitur Deus reddere peccata patrum, quia puniti eos eo quod imitantur peccata patrum, non quia patres peccauerunt. Non itaque corrigit Deus in propheta, quod ante dixerat in lege: sed quomodo intelligendum sit aperit.] Vnde & illos qui prauè intelligebant arguit, qui dicebant, Patres comederunt, &c.

Hieron.31. c.

Ad Psal. 108. in expositione versus, In memoriam redeat iniquitas patrum eius.

L *Cur patres tantum commemorauit.*

Veruntamen si de imitatoribus malorum illud accipitur, quare tertiam & quartam generationem tantum commemorauit, cum in qualibet generatione reperiantur qui peccata patrum imitantur? & quare patres commemorauit, cum & illi omnes mali sint, qui quorumlibet malorum peccata imitantur? Sed ideo patres specialiter nominauit, quia maxime patres filij imitari solent, quos præcipuè diligunt. Et tertiam & quartam generationem ideo commemorauit, quia solent parentes interdum tamdiu viuere, donec filios tertios & quartos habeant: qui patrum iniquitates videntes,

Greg.li.15. mor.ca.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentes, eorum impietatis hæredes per imitationem efficiuntur. Secundum hunc modum recte intelligitur ad literam, quod in Exodo dicitur.

Quomodo illud Exodi intelligi debeat secundum mysterium.

M

Quod etiam mystice intelligendum esse, ostendi tur ex eo quod parabola dicitur. ⁋ Si enim parabola est, (vt ait Hieronymus) aliud verbis sonat, aliud sensu continet. Vnde aliqui ita edisserunt patrem in nobis esse dicunt leuem punctum sensuum, scilicet primum motum suggestionis vel cogitationis: Filium verò, si cogitatio conceperit peccatum: in quo notatur consensus, & delectatio mulieris: Nepotem, si quod cogitaueris atq; conceperis, opere compleueris, vel complere decreueris: in quo notatur consensus vitiosiue patratio peccati: Pronepotem autem, si non solum feceris, sed in eo glorieris: & hæc est quarta generatio, non quia tres præcesserint, sed quarta dicitur, quia quarto loco à primo motu, qui est quasi pater, enumeratur. Deus ergo primos & secundos stimulos cogitationū, quos Græci προπαθείας vocant sine quibus nullus hominum esse potest, non punit æternaliter: sed si quis cogitata facere decreuerit, & quæ fecit corrigere voluerit, quæ sunt mortalia peccata, & tertia & quarta generatio.⁋

Loco prædicto.

Prouerb. 2.

Per quid probatur quod primi motus non puniantur æternaliter.

N

⁋ Ad probādum verò, vt ait Hieron. quod primus pulsus cogitationis nō puniatur æternaliter à Deo, illud de Genesi afferēdum est. Cham enim peccauit irridens nuditatem patris, & sententiam non ipse, sed filius eius Chanaan accepit: Maledictus Chanaan, seruus erit fratrum suorum. Quæ enim iustitia est, vt pater peccauerit, & filius puniatur sit? Sed in mysterio illud dictum est.

Idem, paulo inferius. Gene. 9.d

Qui

QVAE DE PECCATO ANIMADVERTENDA sint.

A

DISTINCT. XXXIIII.

POst prædicta, de peccato actuali diligenti indagine quædam considerāda sūt, scilicet quæ fuerit origo & causa primi peccati, vtrùm res bona, an res mala. Postea, in qua re sit peccatū: Deinde, quid sit peccatum, & quot modis fiat, & de differentia ipsorum peccatorum.

De causa peccati.

QVAE fuit origo & causa peccati primi.

Causa & origo † prima peccati res bona extitit: ante primum peccatum non erat aliquod malū unde oriretur. Cùm enim originem & causam habuit, aut ex bono, aut ex malo habuit. Sed malum antè non erat: ex bono ergo ortum est. Prius enim in angelo ortum est peccatum, & postea in homine. Et quid erat angelus, nisi bona natura dei? Non ex deo ortum est malum quod fuit in angelo: non ex alio quàm ex angelo: ex bono ergo ortū est. Vnde Aug. in reliquis libris contra Iulianum hæreticum, qui dicebat: Si ex natura peccatum est, tunc mala est natura, ait, Quæso vt si potest, respondeat. Manifestum est, ex voluntate mala tanquam ex arbore mala, fieri omnia opera mala tanquam fructus malos: sed ipsam malam voluntatem vnde dicit exortam, nisi ex bono? Si enim ex angelo, quid est angelus, nisi bonū opus Dei? Si ex homine, quid erat ipse homo, nisi bonum opus Dei? Ino quid erant hæc duo, antequam in eis oriretur mala voluntas, nisi bonum opus Dei, & bona & laudāda natura? Ergo ex bono oritur malum, nec fuit vnde oriri posset, nisi ex bono. Dico ergo quia voluntatem malam nullum malum præcessit, sed ex bono originem habuit. Hic apertè dicitur, primam causam & originem mali, bonum fuisse naturam.

† *primi.*

Id est, in 2. li. de nupt. et concupis. ad Valerii, ca. 23. 19. 7. & quo ad sensum li. 1. contra Iulia. c. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

turam. Et nihilominus ostenditur cuius peccati fuerit causa, scilicet malæ uoluntatis.

C *Quod mala voluntas secundaria causa fuit malorum.*

Mala autem voluntas illa angeli vel hominis, causa est etiam malorum subsequentium, scilicet malorum operum & malarum voluntatem. Vnde Augustinus in Ench. [Nequaquam dubitare debemus, ter-
Ca.23.10.3. bonarum quæ ad nos pertinent, causam non esse nisi bonitatem Dei: malarum vero, ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem, prius angeli, postea hominis. Hoc primum est creaturæ rationa-
Ca.24. ibidem lis malum, id est prima priuatio boni.]Ecce habes, primam uoluntatem boni mutabilis, id est angeli vel hominis, deficientem ab immutabili bono, id est à Deo, causam esse malarum rerum ad nos pertinentium: quia causa est tam peccatoris quàm pœnæ, quibus premitur humana natura. Prima ergo origo & causa peccati, bonũ fuit & secunda, malũ. Omne enim malum est ex bono.

In qua re sit peccatum, an in bona, an in mala: & dicitur
D *quòd in bona tantum.*

Ostensa origine mali, superest uidere in qua re sit malum, scilicet an in re bona, an in re mala. Qui recte acute q; sapit, nouerit in bono malum esse intelligit, id est in natura bona. Malum.n. est corruptio vel priuatio boni: vbi autem bonum non est, non potest esse corruptio vel priuatio boni. Peccatum ergo non potest esse nisi in re bona. [Sicut enim morbis ac vul-
Cap. 11. neribus corrumpuntur corpora: quæ (vt ait Augustinus in Ench.) sunt priuationes boni eius quod dicitur sanitas: & animorum quæcunque sunt vitia, naturalium sunt priuationes bonorum. [Quid est.n. aliud
Ibid.ca.12. quod malũ dicitur, nisi priuatio boni? bonum.n. nisi malũ est: quãuis, quantumcunque minuatur, necesse est vt aliquid remanear, si adhuc natura est. Nõ n. consumi potest bonũ quod est natura, nisi & ipsa consumatur. Cum vero corrumpitur, ideo malũ est eius corruptio, quia eam qualicunque priuat bono.

Nam si nullo bono priuat, non nocet. Nocet autem: tadimit ergo bonum. Quamdiu itaque natura corrũ- †*cùm admittit bonum.*
pitur, inest ei bonum quo priuetur. [Ac per hoc, nul- *Ibidẽ.c.13.*
lum est quod dicitur malum, si nullum sit bonũ: sed bonum omnino malo carens, integrum bonum est. Cui vero inest malum, uitiatum uel vitiosum bonũ est. nec malum unquam potest esse ullum, vbi est nullum bonum. Vnde res mira conficitur, vt quia omnis natura, inquantum natura est, bonum est: nihil aliud dici videatur, cùm vitiosa natura, mala natura esse dicitur, nisi malum esse quod bonum est, nec malum esse nisi quod bonum est.] Hac contexione euidenter insinuatur, malum non posse esse nisi in re bona. vbi etiam, licet absurdũ videatur, manifestè dicitur esse malum quod bonum est.

E *Quod ex præmissis sequitur, scilicet quòd cùm dicitur malus homo, dicitur malum bonum.*

Ex quo colligitur, nihil aliud significari cùm dicitur homo malus, nisi bonum malum. Vnde Augusti- *Capite. 13.*
nus in eodem subdit, [Quid est malus homo, nisi mala natura? quia homo natura est. Porrò si homo aliquod bonũ est, quia natura est: quid aliud est malus homo, nisi malum bonum? Tamen cùm duo ista discernimus, inuenimus, nec ideo malum, quia homo est, nec ideo bonum, quia iniquus est: sed bonũ quia homo, malum quia iniquus. Omnis itaque natura, etiam si uitiosa sit, inquantum natura est, bona est: in quantum vitiosa est, mala est.]

F *Quòd regula Dialecticorum de contrarijs fallit in his, scilicet bono & malo.*

[Ideoque in his contrariis quæ bona & mala no- *Ibidẽ,c.14.*
cantur, illa Dialecticorum regula deficit, qua dicunt, nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus enim potus est eius simul dulcis est & amarus: nullum corpus simul vbi album, ibi & nigrum: & hoc in multis, pene in omnibus reperitur contrariis, ut in vna re simul esse non possint: Cùm autem bona & mala nul-

lus

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus ambigat esse contraria, non solùm simul esse posse sunt, sed mala omnino sine bonis, & nisi in bonis esse non possunt. Et hæc duo contraria ita simul sunt, vt si bonum non esset, in quo esset malum, prorsus nec malum esse potuisset: quia non modo vbi consisteret, sed unde oriretur corruptio non haberet, nisi esset quod corrumperetur: quoniam nihil est aliud corruptio, quam boni exterminatio. Ex bonis ergo mala orta sunt, & nisi in bonis nō sunt: nec fuit prorsus unde oriretur ulla mali natura, nisi ex angeli & hominis natura bona, unde primitus orta est voluntas mala.

G *Epilogum facit, ad alia transiturus.*

Ex his aperitur, quod primò & secundò suprà inuestigandum diximus, scilicet quæ fuerit origo mali, & in qua re sit. Ex bona enim re ortum, & in re bona consistere, præmissis testimoniis comprobatur.

Sententia illa, qua dictum est bonum esse malum, reprobatur de prophetia, quæ ait, Væ his qui dicunt bonum malum.

Ad hoc autem quod dictum est, malum esse quod bonum est, quidam sic opponunt, Si bonum malum esse dicimus, incidimus in illam sententiam prophetiam, ubi legitur, Væ his qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Igitur si hanc maledictionem vitare uolumus, nullatenus dicere debemus, bonum esse malum, & econuerso. Hoc autem Augustinus in eodem libro determinat, dicens, Id quod dictum est in prophetia, intelligendum est de ipsis rebus quibus homines mali sunt, non de hominibus. Vnde qui adulterium dicit bonum, in eum cadit illa propheta detestatio, & in eum qui dicit malum esse homicidium, uel bonum esse iniquum. Qui enim dicit hominem, inquantum homo est, malum esse, & bonitatem esse iniquitatem, opus Dei culpat, quod est homo, & vitium hominis laudat, quod est iniquitas.]

Ibidē, c. 13. Esaiæ 5. c.

Enchir. dis. c. 13. & 19.

Quid

QVID SIT PECCATVM.

A DISTINCT. XXXV.

POST hæc videndum est quid sit peccatum est, vt ait Augustinus, [oē dictū, vel factum, vel concupitum, quod fit contra legem Dei.] Idem in lib. de duabus animabus, [Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat. In vtraque assignatione de actuali peccato agitur & mortali, non veniali. Ex prima descriptione ostenditur peccatum esse voluntas mala, siue locutio & operatio prauа, id est actus malus, tam interior, q̄ exterior: ex altera verò tantùm ostenditur esse actus interior. Voluntas enim, vt in superioribus dictum est, motus animi est: actus ergo interior est. Ambrosius quoque in libro de paradiso ait, [Quid est peccatum, nisi in legis diuinæ præuaricatio, & cœlestium inobedientia præceptorum? Ergo in præuaricāte peccatum est: sed in mandante culpa non est. Non enim consisteret peccatum, si interdictio non fuisset. Non consistente autem peccato, non solùm malitia, sed etiam virtus fortasse non esset: quæ, nisi aliqua mala fuissent semina, vel subsistere vel eminere non posset.] Ecce præuaricationem legis & inobedictiam definit Ambrosius esse peccatum.

Libro cōtra Faustū Manich. 22. c. 27. tom. 6. Ca. 11. to. 6. & retract. Lib. 1. c. 15.

Ca. 8. to. 4.

Diuersorum sententias de peccato ponit.

Quocirca de uerisimilitudinis † humus verborum occasione de peccato plurimi diuersa senserunt. Alii enim diuinæ uoluntatem malam tantum esse peccatum, & non actus exteriores: alij uoluntatem & actus: alij neutrum, dicentes omnes actus esse bonos, & à Deo & ex deo autore esse, malum autē nihil esse, vt ait Aug. super Ioan. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, id est, peccatum, quod nihil est: & ni

† Huiusmodi

hil

In 10. p. tra Elia. ad c. 1. Dist. 34. lit. D

hil fiunt homines, cùm peccant.] Suprà etiam dixit Aug. quod malum est priuatio boni, uel corruptio boni: quod etiam in libro 83. quæst. ait: [Summum malum nullum modum habet: caret enim omni bono. At modus aliquid boni est: nō igitur est, quæ a mala specie continetur: tantumq; hoc nomē mali de specie priuatione reperti est. [Ite in dogmatibus eccle siasticis dicitur: [malū vel malitiā non esse à Deo creatā, sed à diabolo inuētā: qui & ipse bonus creatus est.]

Quæst. 6. to mo 4. C. 5 7. to. 3.

Idem etiam in lib. contra Manichæos, quid sit peccare ostendit, dicens, [Peccare quid aliud est, nisi in uoluntate faciunt, peccatores iniustè iudicantur.] Quid ergo in hac tanta uarietate tenendum? quid dicendum?

Qui dicitur de fide cōtra Manichæos ca. 8. to. 6.

C *Vera sententia de peccato proponitur.*

Sanè dici potest, & liberè tradi debet, peccatum esse actum malum interiorem & exteriorem, scilicet malam cogitationem, locutionem, & operationem: præcipuè tamen in uoluntate consistit peccatum, ex qua, tanquam ex arbore mala, procedunt opera mala tanquam fructus mali.

Matth. 7. c.

Traditio quorundam, qui dicunt uoluntatem malam & actum, inquantum sunt, esse naturas, & ideo bona: inquantum uero mala sunt, esse peccata.

D Quidam autem diligenter attendentes uerba Augu. quibus suprà & in aliis scripturæ locis utitur, non indoctè tradunt, uoluntatem malam & actus malos, inquantum sunt, uel inquantum actus sunt, bona esse: inquantum verò mala sunt, peccata esse: qui uoluntatem & actum quemcunque bonam dei naturam esse dicunt, inquantum actus est uel uolūtas, & ex deo autore esse: inquantum uerò inordinate & contra legem Dei fit, & sine debito caret, peccatum esse: & inquantum peccatum est, nihil est. Nulla enim substantia est, nulla natura est.

Distinct. præcedente, lit. E. et præsenti, littera B.

Auctoritatibus probant uoluntates & actus omnes esse bona, inquantum sunt.

E Quòd autem voluntas omnis & actio bonum sit, inquantum est, ex eo probant quod ait Aug. in li. 83. quæstionum, [Deus boni tātummodo causa est quorum mali autor non est: quia omnium quæ sunt autor est: quæ inquantum sunt, intantum bona sunt.] Idē probant nihil casu fieri in mundo, ait in eodem. [Quicquid casu fit, temerè fit: quicquid temerè fit, nō fit prouidentia. Si ergo casu aliqua fiunt in mūdo, nō prouidentia vniuersus mundus administratur. Si nō prouidētia vniuersus mundus administratur, aliqua natura vel substātia est, quæ ad opus prouidentiæ nō pertinet. Omne aūt quod est, inquantum est, bonum est. Summum n. est illud bonū, cuius participatione sunt cætera bona: & omne quod mutabile est, non per se, sed boni illius participatione, inquantum est, bonum est: quod diuinam etiam prouidentiam vocamus. Nihil ergo casu fit in mundo.] His testimoniis innituntur ad ostendendum, omne quod est, inquantum est, bonū esse. Vnde idē Aug. in 1. lib. de doct. Christ. ait, [Ille summè ac primitus est, qui omnino incōmutabilis est: & cætera quæ sunt, nisi ab illo esse non possunt: & iurantum bona sunt, inquantum acceperunt vt sint.

Quæst. 21. tomo 4. & 1. Retra. c. 26.

Ibidē quæst. 24.

Ca. 32 to. 3.

F *Quid ex prædictis colligitur.*

Ex prædictis colligitur atque infertur, quia si mala voluntas, & mala actio est: inquantum est, bona est. Sed quis est qui diffitetur malā volūtatem esse, & malam actionem? Mala ergo voluntas siue actio, inquantum est, bonū est: & inquantū voluntas est vel actio, bonum similiter est: sed ex vitio mala est: quod vitiū a Deo non est, neque aliquid est. Quod Augustinus videtur in lib. 83. quæst. dicens, [Vitium est voluntatis quo est homo deterior: quod vitium longè abest à volūtate Dei, vt ratio docet.] Ex hoc loco probant, voluntatem, inquantum vitiosa est, non esse à

Quæst. 3. tomo 4.

Deo, & inquātū vitiosū est, peccatū esse. Et peccatū est (vt aiunt) inquantū non habet ordinem nec finem debitum. Ita & actio, in quantum ex malo procedit, & ordinem non habet, & ad malum tendit.

Alia probatio quod omnis actus, inquantum est, bonus est.

G Item & aliter probant omnem † actum interiorē vel exteriorem, in quātum est, esse bonum, quia non esset actus malus, nisi esset res bona: quia non est aliqua res mala, nisi eadem res bona sit. Vnde Augustinus in Ench. [Omnis natura bonū est: nec res aliquas mala esset, si res ipsa quæ mala est, natura nō esset. Nō ergo potest esse malum, nisi esset aliquod bonum. Quod cùm dici videatur absurdè, connexio tamen ratiocinationis nos compellit hoc dicere:] Ex præmissis testimoniis asserunt, omnes actus, inquantum sunt, esse res bonas, nec aliquid esse malum, id est peccatum, nisi idem quoque secundū aliquid bonum sit: & omnia quæ sunt, inquantum sunt, Deum autorem præ dicant: & eius uoluntate omnia esse quęcunque sunt, quæ inquantum sunt, naturæ sunt.

† *actū sine fine.*

Summa præcedentium perstringit.

Obiectio contra illos qui dicunt omnes actus, inquantum sunt, esse bonos.

H Quibus opponitur, Si omnia quæ sunt, inquātū sunt, bona sunt, & naturæ sunt: ergo adulterium, homicidium, & similia, inquantum sunt, bona sunt, & naturæ sunt, & Deo volente fiunt. Quod si est, tunc illi qui faciunt illa, bona agunt: quod penitus absurdū est. His verò sic illi respondent: dicunt equidem adulterium, homicidiū, & huiusmodi nō simpliciter actus denotare, sed actuum vitia: actutque ipsos adulterij & homicidij, inquantum sunt, vel inquantum actus sunt, à Deo esse, & bonas naturas esse: sed non inquantum adulterium & homicidium sunt. Et ideo non sequi dicunt, si actus qui homicidia & adulteria sunt, à Deo sunt, quod homicidia & adulteria à Deo sint.

I *Alia illorum oppositio contra eosdem.*

Item aliter eis opponitur, Si aliquid non est malū quod non sit natura vel res bona, quomodo ergo peccata sunt, non credere in Deum, non ire ad ecclesiam, & huiusmodi, cùm ista, nō sint naturæ, imò omnino non sint? Non est enim aliquid vel res aliqua, non ire ad ecclesiam, nec non credere in deum, & huiusmodi. Ad quod dicunt, his atque huiusmodi dictionibus quæ uidentur priuationes simpliciter notare, & nihil ponere, quia per negationē dicuntur, uere aliqua poni, actulque per eas significari. Non credere enim in Christum, incredulitatem dicunt, & nomine incredulitatis malum mentis actum significari. Ita etiam cū dicitur, Non ire ad ecclesiam malum est: non cuntis contemptus significatur, id est, uoluntas mala uel propositum malum: hoc est enim declinare à bono, & iō malum est: sicut econuerso declinare à malo, bonum est. Sicut ergo declinatio à malo aliquid ponit, scilicet uoluntatem, & propositum nitandi malū, (Nō enim potest esse bonum quod omnino nihil est,) ità declinatio à bono, aliquid quod est significat, scilicet uolūtatem, & propositum mali. Et secundum hoc uera est & generalis illa peccati mortalis descriptio, quā suprà posuit Augustinus, scilicet, Peccatum est dictum, &c.

In principiū distinctionis.

K *Vtrum malus actus, inquantum peccatum est, sit priuatio vel corruptio boni.*

Potest etiam quæri ab eisdem, cùm peccatū sit (ut suprà dictū est) priuatio uel corruptio boni, & omnis actus malus sit peccatum: utrùm sit priuatio uel corruptio boni, inquātum peccatū est, uel non. Si enim, inquantum peccatum est, corruptio boni est, cū corruptio uel priuatio boni pœna sit homini: inquātum ergo peccatum est, pœna est. Quod si est, tunc inquātum peccatum est, bonum esse uidetur, & à Deo esse. Si autem non, inquantum peccatum est, corruptio boni est: quærit ergo secundū quid corruptio sit.

Dist. præcedenti. n. d. & præsen. lit. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si enim corruptio est, & non inquantum peccatum est, cùm non sit nisi bonum, præterquam in eo quod peccatum est: ergo inquantum bonum est, corruptio vel priuatio boni est. Ad quod etiam ipsi dicunt, actū malum, non inquantum est, neque inquantum bonum est, esse priuationem vel corruptionē boni, sed inquantum peccatum est: non tamen inquantum peccatū est, pœna est, vel aliquid quod à Deo sit. Vt.n. ex verbis præmissis Augustini colligitur, peccatum dicitur corruptio vel priuatio actiuè, non passiuè. Nam ideo malum vel peccatū dicitur corruptio boni, quia naturam bonam qualicunq; priuat bono. Nam si nō

Idē habetur lib.26.cōtra Faustū, c.3.

priuat aliquo bono, nō nocet, vt suprà Augustin. ait. Nocet autem: adimitit ergo bonum. Non autē nocet, nisi inquantum peccatum est: ergo inquantum peccatum est, priuat bono. Itaque inquantum peccatum est, priuatio est vel corruptio boni.

Quomodo inquantum peccatum est, possit corrumpere bonum, cùm nihil sit.

1. Sed cùm nihil sit, inquantum peccatū est, quomodo potest bonum corrumpere vel adimere? Aug. te hoc docet in lib. de Natura & gratia contra Pelagianos, dicens, [Abstinere à cibo non est aliqua substantia: tamē substātia corporis, si omino abstineatur à cibo, langueſcit & frangitur: sic non est substantia peccatum: eo tamen natura animæ corrumpitur.]

Cap.20.

Quod peccatum proprie corruptio est animæ, & quomodo.

M Peccatum verò, id est culpa, proprie animæ corruptio est. Si autē quæritur, in quo possit corrumpi anima in parabola illius qui incidit in latrones, qui eum

Luc.10.c.f

dispoliauerunt & vulnerauerunt, elareſcit. Incidit.n. homo in latrones, quando per peccatum in potestatem diaboli † traditur: & tunc per peccatum expoliatur gratuitis bonis, id est virtutibus, & in naturalibus bonis vulneratur, q̄ sūt ratio, intellectus, memoria, & ingeniū, & huiusmodi, quę per peccatū obtenebrātur &

tradatur.

& vitiantur. Per peccatum etiam priuatur illo bono, cuius participatione cætera bona sunt: quo tantò magis priuatur, quanto magis se ab eo elongat.

Qualiter homo se elongat à Deo, scilicet per dissimilitudinem quam facit peccatum.

N Adeo autem se elongat homo per peccatum, non loci distantia: quia[vbique totus & præsens est omnibus, & cūa in ipso sunt, (vt ait Aug. in lib 83.q.) & ipse locus non est. Locus tamen Dei abusiuè dicitur tēplum Dei: non q̄ eo contineatur, sed q̄ ei præsens sit & inhabitans: id autem anima munda intelligitur.] Per peccātum ergo, non secundum locum aliquis longe fit à Deo: sed in eo longè fit, q̄ ab eius similitudine recedit, & tanto longius, quanto sit dissimilior. [Illa autem (ut Aug. ait in lib. 83.q.) quæ participatione similia sunt Deo, recipiunt dissimilitudinem. At ipsa si mutando nullo modo ex aliqua parte potest esse dissimilis. Vnde fit, vt cùm similitudo patris filius sit, ex nulla parte patri possit esse dissimilis, cuius participatione similia sunt quæcunq; Deo similia sunt,] & illa possunt recipere dissimilitudinem. Nihil est autem quod hominem adeo Deo dissimilem faciat quemadmodum peccatum. Cùm autem peccatum sit priuatio vel corruptio boni, quæ est in anima, est etiā priuatio vel corruptio boni corporis: sicut corpus hominis priuauit beneficio illius immortalitatis & impassibilitatis, quam habuit ante peccatum.

Quæst. 20. tomo 4.

Ibid. q.23.

An pœna sit priuatio boni.

O Quæri autem solet, vtrum & pœna sit priuatio vel corruptio boni. Ad quod facile responderi potest, si prædicta ad memoriā reuocentur. Diximus.n. suprà, priuationē vel corruptionē boni accipi actiuè vel passiuè, id est, secundum efficientiā vel effectum. Ideoq; priuatio vel corruptio boni dicitur & peccatum & pœna: sed peccatū secundum efficientiam, quia priuat vel corrumpit bonum: pœna autem secundum effectum, id est, secundum passionem, quæ est effectus

Lit.K.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccati. Aliud est enim culpa, aliud pœna: alterum est Dei, id est pœna, alterum diaboli vel hominis, id est culpa.

QVOD QVAEDAM SIMVL SVNT PECcata & pœna peccati, quædam peccata & causa peccati, alia uero peccata, & causa & pœna peccati.

A DISTINCT. XXXVI.

Prope finem enarrationis in illo Psal.

SCIENDVM est tamen quædam sic esse peccata, vt sint etiam pœnæ peccatorũ. Vnde Aug. super illum locum Psal. 57. Supercecidit ignis, & non viderunt solem; ait, [Ignis superbiæ, & concupiscentiæ, & iræ intelligitur. Istas pœnas pauci vident: ideo eas maximè cõmemorat Apostolus in epistola ad Romanos, & enumerat multa quæ peccata sunt & pœnæ peccati. Inter primum enim peccatum apostasiæ, & vltimam pœnam ignis æterni, media quæ sunt, & peccata sunt, & pœnæ peccati.] Gregorius quoque super Ezechiel. ait, [Contenti qui non vult pœnitere ponit Deus offendiculũ, vbi scilicet grauius impingat. Peccatũ enim quod per pœnitentiam citius non deletur, aut peccatum est & causa peccati, aut peccatum & pœna peccati, aut peccatum simul, & causa, & pœna peccati. Vnde Moyses, Nondum sunt completa peccata Amorrheorum. Et Dauid inquit, Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. Et alius Propheta, Sanguis sanguinẽ tetigit: peccatum peccato additum est. Paulus quoque ait, Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ, &c. Et item, Vt impleant peccata sua semper. Ioannem quoque per angelum dicitur, Qui in sordibus est, sordescat adhuc.] Ex his testimoniis colligitur, peccatum aliquod & peccatum esse, & pœnam peccati.

Rom. 1. d

Hauil. 11. circa illud, Sed & si cõtersus.

Gen. 15. d
Psal. 68.
Osee 4. a
Rom. 1. c
1. Thess. 2. c
Apoc. 22. c

Ex prædictis quæstio oritur, scilicet, an inquantum peccatum est, sit pœna peccati.

B Et ideo meritò quæritur, vtrùm inquantum peccatum est, sit pœna peccati. Quod nõ videtur, cùm omnis pœna peccati iusta sit. Vnde Aug. in lib. Retractationum, [Omnis pœna peccati iusta est, & suppliciũ nominatur.] Si ergo peccatum, quod est peccatum & pœna peccati, inquantum peccatum est, pœna peccati est, cùm omnis pœna iusta de iustitia Dei veniat, videtur inquantum peccatũ est, iustũ esse, & à Deo prouenire. Ad quod illi respondent, peccatum sic dici pœnam peccati, quia per peccatum, in quod merito præcedentis peccati homo labitur, deserente Deo, corrũpitur bona natura. Sicut ignis æternus dicitur pœna malorum, quia eo cruciantur: nec tamen ipse cruciatus malorũ ignis est, sed per ignem fit in homine: ita per peccatum corrumpitur natura, & imminuitur bonum naturæ: & est ipsa imminutio & corruptio boni, passio & pœna: & non est essentialiter ipsum peccatum, per quod fit: sed ideo peccatum dicitur, vt præmissum est, quia per peccatũ, illico ut peccat homo, fit in homine illa corruptio, q̃ tamen fit Deo autore. Illa enim pœna siue passio, quæ est boni corruptio, à Deo est. Illius tamen (vt sic dicam) materia & causa est peccatum, quod à Deo non est. Quod videtur Augustinus notasse, & iuxta hũc sensum intellexisse, cũ ait in libro de Prædestinatione sanctorum, [Prædestinatione Deus ea psciuit quæ fuerat ipse facturus. Sed præscisit Deus & quæ non est ipse facturus, id est, omnia mala: quia etsi sunt quædã quæ ita peccata sunt, ut etiam pœnæ sint peccati, secundum illud Apostoli, Tradidit illos Deus in passiones, &c. non tamen peccatum Dei est, sed iudicium,] scilicet pœna. In scriptura enim sæpe nomine iudicii pœna intelligitur. Hic diligenter intendentibus insinuare videtur, ea quæ peccata sunt & pœnæ peccati, non inquantũ peccata sunt, sed inquãtũ pœnæ, Dei esse. Nam cùm dixisset,

Lib. 1. ca. 9. ex 3. lib. de libero arbit. ca. 18. to. 1.

Ca. 10. to. 7.

Rom. 1. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum non esse facturum mala aliqua, id est peccata, quia posset ei obiici, quædam peccata esse etiã pœnã peccati, & pœna peccati eis iusta est, & ideo a Deo est: quasi determinando secundum quid faciat ea, uel secundum quid non faciat, addidit reliqua. Iuxta verò prædictam intelligentiã peccata sanè dicuntur pœnæ: vnde Apostolo appellat eas passiones ignominiæ: quia, vt ait auctoritas, licet quædam peccata sint quæ delectant, sunt tamen passiones naturæ non nominã dæ: quia per ea corrumpitur natura.

Quod cum omne peccatum possit dici pœna, non tamen
C *omne est pœna peccati*

Et licet ex hoc sensu omne peccatum mortale possit dici pœna, non tamen omne potest dici pœna peccati. Pœna enim peccati, vt prædictum est, est illud, cuius causa est aliud præcedens peccatum. Nam peccatum sic dicitur pœna peccati respectu præcedentis, sicut dicitur causa peccati respectu sequentis. Quo fit vt idem peccatum & causa sit, & pœna peccati: sed alterius peccati pœna, & alterius causa: ait enim Gregorius in moralibus ait. [Peccatum quod pœnitentia nõ diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit quippe culpa subseques oritur. Peccatum verò quod ex peccato oritur, non solùm peccatum, sed & pœna peccati est: quia iusto iudicio deus cor peccãtis obnubilat, vt præcedentis peccati merito etiã alia cadat. Quem enim liberare noluit, deserendo percutit.] [Proinde (vt Augustinus ait) præcedentis est hæc pœna peccati: & tamen etiam ipsa peccatũ est: Iudicio namque iustissimi dei traditi sunt (vt ait Apostolus de quibusdam) siue deserendo, siue alio modo explicabili uel inexplicabili, in passiones ignominiæ: vt crimina criminibus uindicarentur, & supplicia peccãtium non tantùm sint tormenta, sed & uitiorum incrementa. Illa ergo peccata quæ enumerat Apostolus, quia de superbia sunt, non solùm peccata, sed etiam supplicia sunt.]

Li. 25. c. 12 circa illud Iob 34. Nouit dominus opera eorum

Aug. contra Iulianũ, li. 5. c. 3. 10. 7. Rom. 1. d

sunt.] Ecce ex his iam fit perspicuum, quædam peccata etiam pœnas & causas peccati esse, & illud peccatũ esse pœnam peccati, quod causam præcedentem habet peccatum: atque illud peccatum esse causam peccati, quod est meritum sequentis culpæ.

Ex prædictis videtur significari, ipsa eadem quæ pecca-
D *ta sunt, esse & pœnas peccati.*

Sed cùm ait crimina criminibus vindicari, uidetur insinuare, ea ipsa quæ peccata sunt, essentialiter esse pœnas peccati, id est punitiones peccati. Ad hoc autem inquiunt illi, hæc & similia dicta esse secundũ rationem prædictam: & ideo intelligenda fore secundum præmissam expositionem. [Intelligentia enim dictorum ex causis est assumenda dicendi.]

Hilarius l. 4. de Tr. nõ longè à me dio.

Quod non obstat veritati, si quis dicat ipsa peccata esse
E *pœnas peccati essentialiter.*

In nullo tamen præiudicium fieri veritati putatur, si quis dicat ipsa eadem quæ peccata sunt, essentialiter (vt ita dicam) esse pœnas, id est punitiones peccatorũ præcedentiũ, quæ iustæ sunt, & à deo sunt. Nec tamen inquantũ peccata, à deo sunt, nec inquãtum peccata sunt, pœnæ peccati sunt: & tamen inquantũ peccata sunt, priuationes boni sunt: sed vt suprà dictũ est, causaliter & actiuè dicuntur priuationes.

Diſt. præc. litera K.

Aperte ostenditur peccata quædam esse pœnam peccati, &
F *pœnam ipsam iustam esse à Deo.*

Quòd autẽ quædam peccata pœnæ sint, & ipsa pœna iusta sit, & à Deo sit, euidenter tradit Augustinus in libro Retractationum, dicens quædam necessitate fieri ab homine quæ mala sunt: & eadem iusta pœna peccati sunt. [Sunt, inquit, quędam necessitate facta improbanda, vbi homo vult rectè facere, & non potest. Vnde & illud Apostoli, Non quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago. Et illud, Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem sibi aduersantur, vt non ea quæ uultis faciatis. Sed hęc omnia ex illa mortis dãnatione

Li. 1. c. 9. et li. de libero arbitrio 3. ca. 18. 19 mo 1. Ro. 7. d. Gal. 5. c.

tione sunt. Nam si non est ista pœna hominis, sed natura, nulla ista peccata sunt. Si enim non recedit ab eo modo, quo naturaliter factus est homo, cùm hæc facit, ea vtique facit quæ debet. Si aũt homo, quia ita est, nõ est bonus, nec habet in potestate vt sit bonus, siue non uidendo qualis esse debeat, siue uidendo & non ualendo esse qualem se debere esse videt, pœnã ille esse quis dubitet? Omnis aũt pœna, si peccati pœna est, iusta est, & supplicium nominatur. Si aũt iniusta est pœna, quoniam pœnam esse nemo ambigit, iusto aliquo dominante homini imposita est. Vnde quia de omnipotẽtia dei & iustitia dubitare demẽtis est, iusta est hæc pœna, & pro peccato aliquo impenditur. Non enim quisquã iniuste dominans, aut furi pere hominem potuit velut ignoranti deo, aut extorquere inuito tanquã inualidiori, ut homine iniusta pœna cruciaret. Relinquitur ergo, vt hæc pœna iusta de damnatione hominis ueniat.] His atque aliis pluribus testimoniis docetur, quædam esse peccata & pœnas peccati essentialiter.

De quibusdam quæ sine dubio peccata sunt & pœnæ.

G vt ira, inuidia.

Præterea nullatenus ambigendum est, quædam peccata absque vllo scrupulo pœnas esse: vt inuidia, quę est dolor alieni boni, & ira, quę etiam non inquãtum pœnæ sunt, peccata sunt: ita etiã de cupiditate, & timore, & alijs huiusmodi sentiendum est. Vnde Augustinus in libro 83. quæstionum ait, [Omnis perturbatio, passio: omnis cupiditas, perturbatio: omnis ergo cupiditas, passio. Eis vero passio cũ est in nobis, ita passionis patimur. Omnis igitur cupiditas cũ est in nobis, ipsã cupiditate patimur, & inquantum cupiditas est, patimur ea. Omnis autem passio, inquantũ ipsa patimur, non est peccatum: ita & de timore. Non enim consequens est, ut si patimur timorem, ideo non sit peccatum, quia multa sunt peccata quæ patimur, sed non inquantum patimur ea.] Quæst. 77. eorum. 4.

Quod verbis Augustini præmissis quædam sententia Hieronymi obuiare uidetur.

H Illud autem diligenter est annotandum, quòd suppositis verbis Augustini, dicentis quædam necessitate facta esse improbanda & mala, uidetur obuiare quod Hieronymus ait in explanatione fidei: quod licet supra sit positũ, tamen vt perfectius sciatur, iterare nõ piget. [Execramur inquit, eorũ blasphemiã, qui dicunt impossibile aliquid homini à deo esse præceptũ, & mãdata Dei nõ à singulis, sed ab omnibus in cõmune posse seruari. Et paulò pòst, Et tã illos errare dicimus, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatũ vitare non posse, quã illos qui cũ Iouiniano asserunt hominem nõ posse peccare.] Ecce Hieronymus dicit errorem esse, si quis dicat hominem uitare peccatum non posse. Qui autem dicit quædam necessitate fieri, quædã dicit non posse uitari. Cùm ergo id Augustinus dicat, uidetur aut erroris esse quod tradit, aut non esse uerum quod Hieronymus ait. Tomo 4. ad Damasum Papam. Dist. 28. huius, lit. H.

I *Determinatio contrarietatem submouens de sanctorum merito.*

Ad quod dici potest, quia Augustinus secundum statum huius miseriæ (ad quam pertinet ignorantia & difficultas, vt idem ait in lib. de libero arbitrio, quæ ex iusta dãnatione descenderũt) illud tradidit, vbi & uenialia peccata inclusit. Hieronymus verò tantùm de mortalibus peccatis loquitur, quæ vnusquisq; gratia illuminatus vitare valet: vel de homine secundũ statum liberi arbitrij ante peccatum illud ait. Lib. 3. de lib. arbitr. ca. 18. et 1. Retract. c. 9. et li. de præ dest. sanctorum. c. 11.

K *Epilogum facit, ad alia transiturus.*

Satis diligenter eorum posuimus sententiam, qui dicunt omnes actus naturas esse, & inquantum sunt, bonos esse. In quo tractatu quædam inter seruimus, quæ non ex eorum tantùm persona accipienda sunt: quia ab omnibus catholicè sapientibus absque hæsitatione tenentur; atque auctoritatum testimonijs & rationibus eorundem traditionem muniuimus, qui dicunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicunt omnes actus essentia sui, id est inquantũ sunt, esse bonos, quoldam verò inquãtum inordinate fiũt, peccata esse. Addunt quoque, quoldam non tantùm essentia, sed etiam genere bonos esse, vt reficere esurientem, qui actus est de genere operum misericordiæ. quoldam uero actus absolutè ac perfectè bonos dicunt, quos non solùm essentia vel genus, sed etiam causa & finis commendat: vt sunt illi qui ex bona uoluntate prouenium, & bonum finem merentur.

ALIORVM PONIT SENTENTIAM, qui dicunt malos actus nullo modo esse à deo, nec esse bonos, siue in eo quod sunt, siue alio modo.

A DISTINCT. XXXVII.

VNT autem & alij plurimi longè aliter de peccato & de actu sentientes: asserunt. n. uoluntatem malã & actum malũm peccata esse, & nulla ratione bona, nec secundum aliquam rationem ex deo autore esse, quia sine deo fiunt. Sine eo namque (vt ait Euangelista) factum est nihil: id est, peccatum, quod dicitur esse nihil: non quia non sit actio vel uoluntas mala, quæ aliquid est, sed quia à uero esse separat homines & ad malum trahit: & sic ad nõ esse deducit. Qui enim à summi boni participatione recedunt, quod solum uerè ac propriè est, meritò non esse dicuntur. Ideoque Augustinus dicit super Ioannem, [peccatum nihil esse, nihilque fieri cùm peccant homines.] Hac ergo ratione asseruerunt peccatum nihil esse, quia à vero esse bonum inem elõgat. Voluntatemq; malam, atq; actionem siue locutionem malam peccatum esse dicunt: quia præuaricatio & inobedientia hæc sunt, & contra legem dei fiunt: quæ tamen sunt, sed ab homine vel diabolo, non à deo. Nullatenus enim hæc à Deo esse dicunt, siue inquantum sunt, siue alio modo.

Ioan. 1. a

To. 9. trac. 1. ad 1. ca. Ioannis.

Qualiter

Qualiter verba Augustini præmissa determinent, quibus ait,

B *Omne quod est, inquantum est, bonum est.*

Illa quoque Augustini verba, quibus dicit, omne quod est, inquantum est, bonum esse, & deum habere autorem, de naturis siue de substantiis tantum accipienda fore tradunt. Substãtiæ verò nomine atq; naturę dicunt significari substantias ipsas, & ea quæ naturaliter habet, scilicet quæ †concreata sunt eis sicut anima naturaliter habet intellectũ, & ingeniũ, & uoluntatẽ, & huiusmodi: quæ ex verbis Aug. præmissis colligitur, vbi bonũ hominẽ appellat bonã naturã, & malũ homine malã naturã. Secũdũ hãc ergo assertionẽ vel acceptionẽ mali actus nõ sunt naturæ vel substãtiæ, nec etiã boni actus: quod vtiq; videtur Aug. īnuere in libro Retractationũ distinguens inter substantias siue naturas & bonas actiones siue malas. Aperiens. n. quomodo intelligendum sit quiddã in libro de vera religione ab eo trãditũ, ait, [Hoc de substãtiis atq; naturis dictũ est. Inde enim disputabatur, nõ de bonis actionibus atq; peccatis.] Aperte hic videtur dividere inter naturas siue substantias, & actiones siue peccata. Ideoque asserunt præfati doctores, actiones interiores vel exteriores nõ esse naturas vel substantias: quæ si malæ sunt, peccata sunt, neq; à deo sunt. Quod verò mali actus nõ sint naturæ, Aug. videtur aperire in prima responsione contra Pelagianos, ita dicens, [Opera diaboli, quæ vitia dicũtur, actus sunt, non res.] Idem in quarta responsione, [Omne malũ natura nõ est, sed actus accidẽs alicui ex defectu boni. Quamobrem quod natura nõ est, Deus nõ fecit: quia natura est omne quod fecit.] Itẽ, [Omne quod natura bonum est deus ex nihilo fecit, nõ diabolus.]

Dist. 34. l. E & 35. li. et.

†concreata.

L. 1. Retra. cap. 13. Cap. 30.

Li. 1. hypognost. in fine Lib. 4. in principio. Ibidem.

C *Secundum hoc res aliquæ sunt, quæ à Deo non sunt, quibus homines mali sunt.*

Ex quo colligitur, res aliquas esse quæ à Deo non sint, etiq; homines mali sũt. Q& nihilominus & ipsi con-

Supra, dist. 24. lit. H. Cap. 19. Esaiæ 5. c

concedunt, innitentes verbis Augustini superius positis, qui in Euch. determinans illa verba prophetæ, Væ his qui dicunt malum bonum, &c. dicit de ipsis rebus, qui bus homines mali sunt, de hominibus hoc esse intelligendum. Sunt ergo aliquæ res, quibus homines mali sunt. Id autem quo homo fit deterior à Deo non est: quia, vt ait Augustinus in libro 83. quæstionũ, [Deo autore non fit homo deterior.] Non est ergo deus autor rerum quibus homo deterior sit. At sunt aliquæ res, vt dictum est, quibus homines mali sunt ergo ab quæres quæ à Deo non sunt: quia peccata ipsæ sunt. Ideoq; scriptura in pluribus cõtestatur locis, Deũ nõ esse autorem malorũ, id est, eorum quæ peccata sunt.

Quæst. 3. 10 2ne q.

Genes. 1 Deut. 32. Sap. 1.

Ex parte eorum præmissæ opponitur sententia in illo verbo,

D *Deus autor malorum non est.*

In hoc autem verbo superiorum sententiæ recte opponitur, qui dicunt deum non esse autorem eorum quæ mala sunt, inquantum mala sunt, sed inquantũ sunt: & inquantum mala sunt, dicunt ea nihil esse. Quid ergo mirum, si Deus dicitur non esse autor eorum inquantum nihil sunt, cùm nihili nullus autor existere queat? Ideoq; cùm dicitur Deus esse autor omnium quæ sunt, bonorum isti subintelligi volunt. Bona autem illa esse dicunt, quæ naturaliter sunt. Ea verò naturaliter esse dicunt, non solùm quæ substantiæ sunt, vel † concreata substantiis, qualiter suprà accepérunt, sed & omnia quæ naturam nõ priuant bono'. Et ita secundum eosdem multiplex in scripturis fit intelligentia, vbi de natura siue de substantia, vel de his quæ naturaliter sunt, sermo occurrit. Sed super illum locum Psal. Non est substantia, ita Aug. de substantia differuit, vt præmissæ sententiæ videatur consentire, dicens, [Substantia intelligitur illud quod sumus, quicquid sumus, homo, pecus, terra, sol: omnia ista substantiæ sunt eo ipso quò sunt: naturæ ipsæ substantiæ dicuntur. Nam quod nulla est substantia, nihil oĩno est: substãtia ergo est aliquid esse. Deus fecit hominem

† *concreta.*

In psal. 68.

hominem substantiam: sed per iniquitatem lapsus est homo à substantia, in qua factus est: iniquitas quippe ipsa non est substantia. Non enim iniquitas est natura quam formauit Deus, sed iniquitas est peruersio quam fecit homo. Naturæ omnes per ipsum factæ sunt: iniquitas per ipsum facta non est: quia iniquitas non est substantia. In illo hymno trium puerorum uniuersa creatura laudans Deum commemoratur. Laudant enim omnia Deum, sed quæ fecit Deus. Laudat ibi serpens Deum, sed non auaritia. Omnia reptilia ibi nominata sunt, sed non aliqua vitia. Vitia.n. ex nobis & ex nostra voluntate habemus, & vitia nõ sunt substantia. Intendant diligenter his uerbis præmissarum assertores sententiarum, & percipere poterunt rationem & causam dictorum, vbi scriptura de natura vel substantia mentionem facit. Illarum verò sententiarum iudicium prudentis lectoris, cui ut iusque sententiæ nostriam plenariè dedimus, arbitrio relinquimus, ad ea quæ adhuc nobis supersunt tractanda festinantes.

Ibi. aliquà rò posi.

Ibidem.

Quod de peccato non de pœna intelligitur, cùm dicitur,

E *Deus non est autor mali.*

Cùm igitur in hoc omnes cõsentiant catholici tractatores, scp Deus non est autor malorum, cauendũ est tamen, ne malorum nomine pœnas sicut peccata generaliter includas. Pœnarum enim Deus autor est, sicut ipse per prophetam ait, Non est malum in ciuitate quod Dominus non fecerit. Item alibi ex persona sua ait, Ego fiam Deus creans malum, & faciens bonum. Ecce hic dicitur creasse & fecisse malum: sed malo nomine pœna intelligitur, non peccatum: sicut ecõuerso cùm dicitur Deus non esse autor malorum, nõ nisi mali peccata intelliguntur. Ideoq; Augustinus, qui diuersa in lib. 83. quæst. scp Deus autor mali non sit, in primo lib. Retractationum quomodo id intelligendum sit aperit, dicens, [Videndum est ne male intelligatur quod dixi, Deus autor mali non est, qui & omnium

Amos. 3. b Esa. 45. b

Quæst. 21. tomo 4 Lib. 1. c. 26

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium quæ sunt autor est: quia inquantum sunt, in-
tantum bona sunt: & ne hinc puterur non ab illo esse
pœnam malorum, quæ vtiq; malum est his qui punitu-
rur. Sed hoc ita dixi, sicut dictum est, Deus mortẽ nõ
Sap. 1.c fecit: cum alibi scriptum sit, Mors & vita à Domino
Eccle. 11. b est'. Malorum ergo pœna, quæ à Deo est, malum est
quidem malis, sed in bonis Dei operibus est: quoniã
iustum est vt mali puniantur: & vtique bonum est
omne quod iustum est.] Sic ergo dicitur deus non fe-
cisse mortem, quia non fecit illud pro quo mors insti-
gitur, id est peccatum. Audisti lector causãm dictorũ,
ex qua sana intelligentia formatur, cùm dicitur, Deus
non autor mali, & Deus mortem non fecit.

DE VOLVNTATE ET EIVS FINE, ex quo & ipsa iudicatur.

A DISTINCT. XXXVIII.

POst prædicta de volũtate eiusq; fine
disserendum est. Sciendum ergo est q;
ex fine suo (vt ait August.) voluntas
cognoscitur, vtrũm recta an prauasit.
Lib. de Tri. 11.c.6.10.3 Finis aũt bonæ voluntatis beatitudo
est, vita æterna, ipse deus. Malæ verò
finis est aliud, s. mala delectatio, vel aliquid aliud, in
quo non debet voluntas quiescere. Finem bonum in-
sinuat propheta dicens, Omnis consummationis vi-
Psal. 113 di finem, &c. Charitas ergo, cuius latum mandatum
est, finis omnis consummationis est, id est, omnis bo-
næ voluntatis & actionis, ad quam omne præceptum
referendum est. Vnde Aug. in Ench. [Omnia præ-
Cap. 121. cepta diuina referuntur ad charitatem. De qua di-
1. Tim. 1.a cit Apostolus, Finis præcepti est charitas de corde pu-
ro, & conscientia bona, & fide non ficta. Omnis ita-
que præcepti finis charitas est, id est, ad charitatem re-
fertur omne præceptum. Quod verò ita sit vel tum

re pœnę, vel aliqua intẽtione carnali, vt nõ referatur
ad charitatem, quæ est dilectiõ Dei & proximi, nõdũ
fit quemadmodum oportet fieri, quamuis fieri vi-
deatur. Tunc enim rectè fiunt quæ mandat Deus, &
quæ consilio monet, cùm referuntur ad dilectionem
Dei & proximi.] His verbis apertè insinuatur, quis sit
rectus finis voluntatis siue actionis, scilicet charitas,
quæ & Deus est: vt suprà ostendimus. Li. 1. dis. 17.

Quod Deus est finis omnis bonæ actionis, quia charitas est:
nec tantum spiritus sanctus, sed etiam Christus, et
pater: nec hi sunt tres fines, sed unus.

B Qui ergo charitatem sibi ponit finem, Deum sibi
ponit finem: vnde & Christum finem legis ad iustitiã
dicit Apostolus esse omni credenti. Et rectè dicitur Roma. 10.a
Christus finis legis ad iustitiã: quia, vt ait Aug. in lib.
sententiarũ Prosperi, [in Christo lex iustitiæ nõ con Sentẽ. 190.
sumitur, sed impletur. Omnis cum perfectio ex ipso
& in ipso est, ultrà quem non est quò spes se exten-
dat. Finis fidelium Christus est: ad quem cùm perue- Ib. sex 206.
nerit currentis intentio, non habet quod possit am-
plius inuenire: sed habet id in quo debeat manere.]
Finis ergo rectus atque supremus Deus pater est, &
filius, & spiritus sanctus: nec hi tres sunt tres fines, sed
unus finis: quia non tres dij, sed unus est Deus.

Quod omnes bonæ voluntates unum habent finem: & tamen
quædam bonæ diuersos fines sortiuntur.

C Sed quæritur, utrũm oẽs bonæ uoluntates unum Cap. 6.
tantum habeant finem. De hoc Aug. in 11. li. de Tri.
ait, [Aliæ atq; aliæ uoluntates suos proprios fines
habent: qui tamen referuntur ad finem illius uolun-
tatis, qua uolumus beatè uiuere, & ad eam peruenire
uitam, quæ non referatur ad aliud, sed amanti per
seipsam sufficiat, quemadmodum uoluntas uidendi,
finem habet uisionem, & uoluntas uidendi fenestrã,
fenestram habet uisionẽ. Altera uerò est uoluntas
per fenestram uidẽdi trãseuntes: cuius item finis est
uisio tranſeuntiu. Ad qđ etiã prædictæ referũtur volũ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem. rates.] Item, [Rectæ sunt voluntates omnes sibimet religatæ, si bona est illa ad quam cunctæ referuntur: si autem praua est, prauæ sunt omnes. Et ideo rectarum uoluntatum connexio iter quoddam est ascendentiũ ad beatitudinem, quod certis velut passibus agitur. Prauarum autem & distortarum uolũtatum implicatio vinculum est, quo alligabitur qui hoc agit vt proiiciatur in tenebras exteriores.] His autoritatum testimoniis euidenter monstratur, plures in singulis rectas esse voluntates proprios ac diuersos fines habentes, & tamen vnum eúdemq; quia omnes referuntur ad vnum, qui est finis finium: de quo paulo antè diximus: ita enumerato forte est & in malis.

Prouer. 5.d Matt. 22.b

D *Quædam bona per contrariũ indicantur adiuuari.*

Verũtamen huic sententiæ, qua dictum est fidelium quasdam rectas voluntates diuersos fines habere, & tamen ad vnum referri, videtur obuiare quod alibi Augustinus admonet, ne scilicet nobis duos fines constituamus, ita enquiens in lib. de sermone Domini in monte. [Non debemus ideo euangelizare ut manducemus, sed ideo mãducare vt euangelizemus: vt cibus non sit bonum quod appetitur, sed necessarium quod adijcitur.] [vt illud impleatur, Quærite primùm regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Non dixit, primùm quærite regnum Dei: & deinde, quærite ista, quamuis sint necessaria: sed ait, hæc omnia adijcientur vobis, id est, hæc consequẽtur si illa quæratis: ne cùm ista quæritis, illinc auertamini aut ne duos fines constituatis, vt & regnum propter se apperatis, & ista necessaria: sed hæc potius propter illud. Ergo propter regnum Dei tantu debemus operari omnia, nõ solam, vel cum regno Dei meredem temporalem meditari.] Ecce hic apertè dicit ne duos fines nobis constituamus, sed unum tantùm, id est, regnum Dei, cũ suprà dixerit bonas uoluntates alias & alias proprios habere fines.

Libr. 2. post medium, ca. 24. tom. 4.

Ibidé, c. 25. Matth. 6. a

Hic

E *Hic ostenditur quomodo, licet videantur, non tamen repugnent prædicta.*

Hæc autem sibi non repugnare animaduertit, qui verbis præmissis simplici oculo diligẽter intendit: qui enim dixit, ne duos fines nobis cõstituamus, sed omnia propter regnũ Dei faciamus, ipse præmisit quæ debemus mãducare vt euangelizemus. Cùm aũt hoc ipsa facimus actionis illius finem euangelium constituimus: sed & hãc finem ad regnum Dei referimus. Manducamus enim propter euangelium, & manducamus & euangelizamus propter regnum Dei. Duos igitur fines nobis in manducando constituimus? Sed ista facientes nunquid peccamus? absit. Nam & ipse sic facere suadet, si diligẽter eius verba inspiciamus. Cũ ergo ait, ne duos fines nobis constituamus, fines intellige rendentes intelligi voluit, quorum alter ad alterum non referatur: ita & cùm dicit, propter regnũ Dei tantùm omnia agenda, nec cum ipso mercedem temporalem meditandam, ita intelligendum est, ut non appetendo mednemur cum regno mercedem tẽ poscatem, ita q̃ non propter regnum, sed propter se, vt scilicet regnum propter se appetamus, & illa propter illud, sicut ipse docet. Si enim petimus vitam æternam: petimus etiã temporalia à deo: si ea petimus propter vitam æternam, non offendimus: nec; sinistra tunc scit quid faciat dextera: quia mercedem tẽporalem non propter se meditamus, sed propter regnum Dei: vt sit læua sub capite, & dextera in amplexu. Atquin si hæc temporalia propter se quærimus sicut æterna, miscetur dextera sinistra: ideoque cùm Dominus dixerit, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alibi ait, Sic luceant opera vestra bona coram hominibus, vt glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Propter Deum ergo omnia facienda sunt, vt omnia quæ facimus, omniumq; fines ad eũ referamus.

Matth. 6. a

Lant. 2. a

Matth. 6. a

Matth. 5. b

F *De differentia Voluntatis, Intentionis, & Finis.*

Solet etiam quæri, quid differat inter voluntatem, & intentionem, ac finem. Ad quod dici potest, inter voluntatem & finem certo atque euidenti modo distingui: quia voluntas est, qua volumus aliquid: Finis vero voluntatis est, vel illud quod volumus, per quod impletur ipsa volũtas: vel potius aliud, propter quod illud volumus. Intentio verò interdum pro voluntate, interdũ pro fine voluntatis accipitur: quæ diligens ac pius lector in scriptura, vbi hæc occurrerint, discernere studeat. Finis verò voluntatis est delectatio bona vel mala, ad quam nititur quisq; peruenire. Vnde Augustinus super illum locum Psal. Scrutans corda & renes Deus, sic ait, [Deus solus scrutatur corda, i. quid quisque cogitet: & renes, id est, quid quemq; delectet: quia finis curæ & cogitationis est delectatio, ad quã cura & cogitatione nititur quisq; peruenire.] Et paulo post, [Opera nostra quæ sunt in dictis & factis, possunt homines videre: sed quo animo fiant, & quo venire cupiant, solus Deus videt: qui cùm videt cor esse in cœlo, & non delectari nos in carne, sed in Domino, i. cum bonæ sunt cogitationes, & earum fines, dirigit in ipsum.] Idem super alterius Psalmi locum, illaqueati sunt pedes mei, ait, [In laqueo illo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum: dicit, [Pes animæ amor est: qui si prauus est, dicitur cupiditas vel libido: si rectus, dicitur charitas. Eo mouetur anima quasi ad locum quo tendit, i. ad delectationem bonam vel malam, quò se peruenisse per amorem lætatur. Finis ergo voluntatis, vt præmissum est, dicitur & illud quod volumus, & illud propter quod volumus, & intentio ad illud respicit propter quod volumus, & volũtas ad illud quod volumus: vt verbi gratia, si velim esurientem reficere vt habeam vitam æternam, voluntas est qua volo reficere esurientem, cuius finis refectio esurientis: intentio verò, qua sic ad vitam peruenire volo: finis verò supremus est ipsa vita: ad quã & alius finis refertur:

Super. Psal. 7. 3 medio enarrationis.

Ibidem.

Aug. in Psal. 9. post mediũ enarrationis.

An illa intentio sit voluntas.

Sed quæritur, vtrùm & intentio talis sit voluntas: & si voluntas est, an in hoc opere sit vna eadẽq; voluntas, qua volo reficere esurientem, & qua volo habere vitam æternam. Videtur nempe talis intẽtio voluntas esse: vt enim volũtas est quã volo reficere pauperem, ita & voluntas est qua per illud volo habere vitam. Et alia quidem videtur voluntas esse qua volo habere vitam, & alia qua pauperi subuenire volo: sed ista ad illam refertur. [Nam etsi hoc ita placeat, vt in eo cum aliqua delectatione voluntas acquiescat, nondum est tamen illud quò tenditur: sed hoc ad illud refert: vt illud deputetur tãquã patria ciuis, istud verò tanquã refectio vel mansio viatoris. Et sunt iste voluntates, affectus siue motus mentis, quibus quasi gressibus uel passibus tenditur ad patriã.] Sicut ergo altera est voluntas videndi fenestras, (vt suprà, docente Augustino, didicimus) altera quæ ex istã nectitur, voluntas. i. per fenestras uidendi transeuntes: ita non nullis alia videtur esse voluntas eleemosynas dandi pauperi, alia voluntas habendi vitam. Alij aũt putãt vna sit voluntas & hic & ibi, sed propter subiectorum multiplicitatẽ diuersitas memoratur volũtatũ. Cæterùm quodlibet horum uerum sit, illud nulli inambiguũ venit, quin uoluntas ex suo fine pensetur vtrũ recta sit an praua, peccatũ an gratia, & qui noie intentionis aliqũ finis, aliquãdo volũtas intelligatur.

Aug. lib. de trin. 11. c. 6.

Hæc distin. 11. C.

CVM VOLVNTAS SIT DE HIS QVÆ homo naturaliter habet, quæ re peccatum fore dicatur, cum nullum aliud naturale peccatum sit.

A

DISTINCT. XXXIX.

Hic autem oritur quæstio satis necessaria, ex superioribus cãm trahes: dictũ est. n. supra, voluntate inesse naturaliter homini, sicut intel-

G

lectus & memoria. Quæ autē homini naturalia sunt, quantumcunque vitientur, bona tamen esse non desinunt: quia non valet vitium bonitatem in qua Deus eā fecit, penitus cōsumere: vt verbi gratia, intellectus, vel ratio, & ingenium, ac memoria, etsi vitiis ac peccatis obnubilentur & corrūpantur, bona tamen sunt, nec peccata nominātur: sicut Augustinus de ratione, quæ est imago Dei, in qua facti sumus, euidenter ostēdit in 15. libro de Trinitate: [Hæc est, inquit, imago in qua homines sunt creati, qua cæteris animalibus præsunt: quæ creatura in rebus creatis excellentissima, cùm à Deo iustificatur, à deformi forma in formosam muratur formam. Erat enim etiam inter vitia natura bona.] Hæc autem imago ratio est vel intellectus. Cùm ergo voluntas de naturalibus sit, quare ipsa non semper bonum est, etsi aliquando vitijs subiaceat? Ad hoc facilè respondent, qui dicūt omnia quæ sunt inquantum sunt, bona esse: quia & ipsam voluntatem, inquantum est, vel inquantum voluntas est, vt supra posuimus, bonum esse asserunt: sed inquantum inordinata est, mala est & peccatum. Vbi potest ab eis rationabiliter quæri, Si voluntas, inquātum inordinata est peccatum est, quare ergo intellectus, ratio, & ingenium, & huiusmodi, cùm inordinata sunt, peccata non sunt? Inordinata vero sunt, sicut voluntas, cùm ad rectum finem non tendunt, eorumque actus prævaricationes existunt. Ad quod illi dicunt, voluntatis nomine aliquando vim, scilicet naturalem potentiam volendi, aliquando actum ipsius vis significari. Vis autem ipsa naturaliter animæ insita, nunquam peccatum est: sicut nec vis memorandi vel intelligendi: sed actus huius vis, qui & voluntas dicitur, tunc peccatum est, quando inordinatus est.

Cap. 2.

Dist. 35. litt. E

Quare actus voluntatis sit peccatum, si actus aliarum
B *potentiarum non sunt peccata.*

Sed adhuc quæritur, quare huius naturalis potentiæ actus peccatum sit si aliarum potentiarum actus

peccata non sunt. s. potentiæ memorandi, cuius actus est memorare: & potētiæ intelligendi, cuius actus est intelligere. Ad quod & ipsi dicunt, quia alterius generis est actus ille voluntatis, quām actus memoriæ vel intellectus. Hic enim actus est ad aliquid adipiscēdum, vel non amittendum: qui non potest esse de malis, quin sit malus. Velle enim mala, malum est: sed intelligere vel memorare mala, malum non est. Quamuis eorum quidam etiam hos actus malos esse interdum non improbè asserant. Memorat enim interdū quis malum vt faciat, & quærit intelligere verum ut sciat impugnare. Ecce qualiter soluntur præmissa quæstio, ab his qui tradunt omnia esse bona inquantum sunt. Qui verò dicunt voluntates malas peccata esse, & nullo modo bona, breuius respondent, dicentes, actum voluntatis non esse de naturalibus, sed vim ipsam & potentiam volendi: quæ semper bonum est, & in omnibus est, etiam in paruulis, in quibus nondū est eius actus.

Quomodo intelligendum sit illud. Et homo etiam qui
C *seruus est peccati, naturaliter vult bonum.*

Præterea quæri solet, quomodo intelligendum sit quod ait Ambrosius, exponens illud verbū Apostoli, Non enim quod volo illud ago, sed quod nolo, illud facio. Dicit enim, [q homo subiectus peccato facit q̄ non vult:] quia naturaliter vult bonum. Sed voluntas hæc semper caret effectu, nisi gratia Dei adiuuet & iuberet.]Si homo subiectus peccato est, vult quidē malum, & operatur: quia seruus est peccati, & eius voluntatem (sicut supra dixit Augustinus) libenter facit: quomodo ergo naturaliter vult bonū? An est eadem voluntas, i. idem motus, quo libenter peccato seruit, & quo naturaliter vult bonum? Si non est eadem voluntas, quæ ergo istarū est, qua cū homo iustificatur, à seruitute peccati liberatur? Vt. n. disseruimus supe-rius, gratia Dei voluntatem hominis liberat & adiu-

Tom. 4. ca. 15. con. vsq ad 7. ca. ad Rom.

Dist. 25. li. K

mat, quæ voluntatem hominis præparat adiuuandã, & adiuuat præparatam. Sed quæ est illa voluntas? an illa quæ naturaliter vult bonum? an illa quæ libenter seruit peccato? si tamen duæ sunt voluntates. Proposita est quæstio profunda, quæ varia à diuersis expositione determinatur. Alij enim dicunt duos esse motus: vnum, quo vult bonum naturaliter. Quare naturaliter, & quare naturalis dicitur? quia talis fuit motus naturæ humanæ in prima conditione, in qua creati sine vitio sumus, quæ propriè natura dicitur. Fuit enim homo creatus in voluntate rectus. Vnde in lib. de dogmatibus Ecclesiasticis scriptum est, [Firmissimè tene, primos homines bonos & rectos esse creatos cum libero arbitrio, quo possent, si vellẽt, propria voluntate peccare, eosq; non necessitate sed propria voluntate peccasse.] Rectè ergo dicitur homo naturaliter velle bonum: quia in recta & bona voluntate cõditus est. Superior enim scintilla rationis, quæ etiam (vt ait Hieronymus) in Cain non potuit extingui, bonum semper vult, & malum semper odit. Alium autẽ dicunt motum esse mentis, quo mens relicta superiorum lege subiecit se peccatis, eisq; oblectatur. Iste motus (vt aiunt) antequã adsit alicui gratia, dominatur, & regnat in homine, alterũq; deprimit motũ: vterq; tamen ex libero arbitrio est. Veniente autem gratia ille malus motus eliditur, & aliter naturaliter bonus liberatur, & adiuuatur, vt efficaciter bonum velit. Ante gratiam verò licet naturaliter homo velit bonum, non tamen absolutè concedi oportet bonam habere voluntatem, sed potius malam. Alij autem dicunt vnam esse voluntatem, id est, vnum motum, quo naturaliter vult homo bonum, & ex vitio vult homo malum, eoque delectatur: & inquantum vult bonũ, naturaliter bonus est: inquantum malum vult, malus est.

Fulgentius in li. de fide ad Petrum, ca. 15. to. 3. Aug.

To. 5. in 1. c. Ezec. super eu loco, Et scintilla quasi aspectus eris candentis,

AN

AN EX FINE OMNES ACTVS PENSARI debeant, vt simpliciter boni vel mali dicantur.

A

DISTINCT. XL.

POSTHAEC de actibus adiiciendũ videtur, vtrùm & ipsi ex fine, sicut voluntas, pensari debeant boni vel mali. Licet enim secundum quosdam, omnes boni sint, inquantũ sunt: non tamẽ absolutè dicẽdi sunt omnes boni, neq; oês remunerabiles: sed quidam simpliciter mali dicuntur, sicut & alij boni. Nam simpliciter ac verè sunt boni illi actus, qui bonam habent causam & intentionem, id est, qui voluntatem bonam comitantur, & ad bonum finem tendunt. Mali verò simpliciter dici debẽt, qui peruersam habent causam & intentionem. Vnde Ambrosius ait, [Affectus tuus operi tuo nomen imponit.] Et Aug. super Psalm. 31. [Nemo cõputet bona opera sua ante fidem. Ita enim videntur mihi esse, vt magnæ vires, & cursus celerrimus præter viam: quia vbi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum. n. opus intentio facit, intentionẽ fides dirigit. Non valde attendas quid homo faciat, sed quid cùm facit attẽdat, quo faciendo tendat, quo faciendo gubernationis dirigat.] His testimonijs insinuari videtur, ex affectu & hinc opera bona esse, vel mala. Quibus consonat quod Veritas in Euangelio ait, Non potest arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Nomine arboris nõ natura humanæ mentis, sed voluntas intelligitur: quæ si mala fuerit, nõ bona, sed mala opera facit: si verò bona fuerit, bona nõ mala opa facit.

Lib. Offic. 1. cap. 30.

In præfatione ad illum Psal.

Matth. 7. c

B *Vtrum omnia opera hominis ex affectu & fine, sint bona vel mala.*

Sed quæritur, Vtrũ oĩa opera hominis ex affectu & fine, sint bona vel mala. Quibusdã ita vr̃ esse, qui dicunt

dicunt omnes actus esse indifferentes: vt nec boni nec mali per se sint, sed ex intentione bona bonus, & ex mala, malus sit omnis actus. Secundum quos quilibet actus post esse bonus, si bona intentione geratur. Aliis autem videtur, quòd quidã actus in se mali sint, ita vt non possint esse nisi peccata, etiam si bonam habeant causam, & quidam in se boni ita, vt etsi malam habeant causam, non tamen boni esse desinant. Quod testimonio Augustini confirmãr, qui dicit bonum aliquando non benè fieri. Quod enim quis inanitus vel necessitate facit, non bene facit: quia non bona facit intentione, vt ait Augustinus super Ioannem: [Seruilis, inquit, timor non est in charitate: in quo quamuis credatur Deo, non tamen in Deum: & si bonum fat, non tamen bene. Nemo enim inuitus benè facit, etiam si bonum est quod facit.] Ecce habes quod aliquis non bene facit illud quod bonum est. Facit ergo quod bonum est intentione non bona. Ideo asserunt illi quædam opera esse talia, quæ sic bona sunt, quod mala esse non possunt, quocunque modo fiant: sicut e conuerso quædam sic sunt mala, vt non possint esse bona, quacunq; ex causa fiãt. Alia autem esse opera quæ ex fine vel ex causa bona sunt, vel mala: & ad illa referunt sanctorum testimonia: quibus ex affectu vel intentione iudicium operum pensari dicunt. Tripartitam ædunt isti differentiam actuum.

De spiritu et lit. c. 14. Ad libro 1. Ad. c. 12. Ad lib. sent. Prosp. sent. 172. 1. 10 ã. 4. d

Aliter Augustinus sentire videtur, qui dicit opera hominis de se bona uel mala ex intentione & causa, præter quædam quæ per se peccata sunt.

C

ca. 7. n. 4. Sed Augustinus euidentissimè docet in libro contra mendacium, omnes actus secundum intentionem & causam iudicandos bonos uel malos præter quosdam, qui ita sunt mali, vt nunquam possint esse boni, etiam si bonam videantur habere causam. [Interest, inquit, plurimum, qua causa, quo fine, qua intentione quid

ne quid fiat. Sed ea quæ constat esse peccata, nullo bono cause obtentu, nullo quasi bono fine, nulla uelut bona intentione facienda sunt. Ea quippe opera hominũ si causas habuerint bonas vel malas, nunc sunt bona, nunc mala, quæ non sunt per seipsa peccata: sicut victum præbere pauperibus, bonum est, si fit causa misericordiæ cum recta fide: & concubitus coniugalis, quando fit causa generandi, si ea fide fiat, vt gignantur regenerandi. Hæc rursus mala sunt, si malas habeant causas: velut si iactantiæ causa pascitur pauper, aut lasciuiæ causa cũ vxore concũbitur, aut filii generantur, non ut Deo, sed ut diabolo nutriantur. Cùm uerũ opera ipsa per se peccata sunt, ut furta stupra, blasphemiæ, quis dicat causis bonis esse facienda, uel peccata non esse, vel, quod est absurdius, iusta peccata esse? Quis dicat, Furemur diuitibus, vt habeamus quod demus pauperibus: aut, falsa testimonia proferamus, non vt inde innocentes lædantur, sed potius saluentur? Duo.n. bona hic sunt, vt inops alatur, & innocens non puniatur. Aut quis dicat adulterium esse faciendum, vt per illã, cum qua fit, homo de morte liberetur? Testamenta etiam vera cur non suppriminus, & falsa supponimus, ne hæreditates habeant qui nihil boni agunt, sed hi potius qui indigentes adiuuant? Cur non fiant illa mala propter hæc bona, si propter hæc bona nec illa sunt mala? Cur non ab immundis meretricibus, quas ditant stupratores, rapiat diuitias vir bonus, vt indigentibus eas largiatur, cùm nullũ malũ malũ sit, si pro bono fiat? Quis hoc dicat, nisi qui res humanas moresq; conatur & leges subuertere? Quod enim facinus non dicatur rectè fieri posse, nec impunè tantùm, verùm etiã gloriosè, vt in eo non timeatur supplicium, sed speretur & præmiũ, si semel cõcesserimus in malis actibus non quid fiat, sed quare fiat esse quærendum, vt quæcunq; pro bonis fiũt causis, Nec ipsa mala esse iudicentur? At iusta merito punit cũ qui dicit se subtraxisse superflua diuiti,

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuiti, ut præberet pauperi: & falsario. qui alienũ corrũpit testamentũ, vt is esset hæres qui faceret eleemosynas largas, nõ ille qui nullas: & eũ qui se fecisse aduersariũ ostendit, vt per illã, cum qua fecit, hominem de morte liberaret. Sed dicet aliquis, Ergo æquandus est fur quilibet ei furi q voluntate misericordiæ furatur: quis hoc dixerit? Sed horum duorum non ideo quidquam est bonus, quia peior est vnus. Peior, n. est qui concupiscendo, quam qui miserando furatur. Sed si furtũ omne peccatum est, ab omni furto abstinendũ est. Quis n. dicat esse peccãdũ, etiã si aliud sit grauius, aliud leuius peccatũ? Nũc autẽ quærimus, quis actus peccatũ sit, vel non, non quod grauius sit vel leuius. Intende Lector propositis verbis tota mentis confide ratione, quæ non inutilem habent exercitationem: & dignosces quis actus sit peccatum, qui scilicet malam habet causam, nec ille tãtũm: quia sunt nõnulli actus, qui etsi bonã habeant causam, tamen peccata sunt, vt suprà positum est. Ex quo consequi videtur, quia nõ semper ex fine iudicatur voluntas siue actio mala, sicut in illis quę per se peccata sunt. Illa. n. cum quis gesserit pro aliqua bona causa, bonũ videtur habere finem: nec ex fine voluntas est mala, nec ex voluntate actio fit mala, sed ex actione voluntas fit praua. In quibus aliqui ponut actũ Iudæorũ, qui crucifigendo Christũ arbitrabantur se obsequiũ præstare Deo: quia bonũ finẽ dicunt eos sibi posuisse. [Dei obsequiũ: & tamen voluntatẽ eorum & actionẽ peruersam fore asserũt. De bonis autẽ nulla fit, exceptio in præmissis verbis Augustini, quin omnis voluntas bona, ex fine sit bona. & ex fine & voluntate omnis actio bona bona est. Sed non omnis mala voluntas, ex fine mala est, nec omnis mala actio, ex fine & voluntate mala est: & omnis quæ habet malã causam, mala est: sed non omnis quæ bonã causam habet, bona est. Ideoq; cum ex affectu dẽ nomen imponi operi, in bonis operibus generaliter vera est hæc regula: sed in malis excipiun

Lib. eodem, cap. 8.

tur illa quæ per se mala sunt. Omnia ergo hominis opera secundum intentionem & causam iudicantur bona vel mala, exceptis his quæ per se mala sunt, id est, quæ sine præuaricatione fieri nequeunt.

Quidam dicunt præcepta non posse fieri bono fine.

Quæ tamen quidam contendunt nunquam habẽ re bonã causam. Qui. n. aliena furatur vt pauperibus tribuat, nõ pro bono (vt aiunt) furatur. Non. n. bonũ est aliena pauperibus erogare. Qui n. de rapina sacrificiũ Deo offert, idem facit, vt ait autoritas, acsi filiũ in conspectu patris victimet, vel sacrificium canis Deo offerat. Abominabilis nempe Deo est impiorũ oblatio. Ita etiã & hominẽ per adulterium à morte liberare, malũ esse dicunt. Etsi. n. bonũ sit hominẽ à morte liberare, tamẽ sic hominẽ liberare, malũ esse asserunt. Ideoq; Aug. in superioribus dicunt tẽperasse sermonẽ, cautecq; locutum, vbi ait, [Ea quæ constat esse peccata, nullo quasi bono fine, nulla velut bona intentione facienda.] Non. n. simpliciter dixit, bono fine, & bona intẽtione, sed addidit, quasi, & velut: quia talia non fiunt bono fine & bona intentione, sed intentione quæ videtur bona, & fine qui putatur bonus, sed nõ est. Nec ideo excepit Augustinus ista, vt aiunt, q n causas habeant malas: sed quia causas habent, quæ uidentur bonæ, sunt tamen malæ.

Ecclc. 34.

Pro. 21. d Ibi. 24. a

AN OMNIS INTENTIO VEL ACTIO eorum qui erant fide sine mala.

A DISTINCT. XLI.

OMNE quæ intẽtio (vt suprà dictũ est) bonũ opus faciat, & fides intentione diri gãtur nõ immerito quæri põt, Vtrũm oĩs intẽtio, omneq; illorũ opus malũ sit, q fidẽ nõ habẽt. Si. n. fides intẽtione dirigit, & intẽtio bonũ opus facit, vbi nõ ẽ fides, nec intẽtio bona, nec opus bonũ esse vr. Qđ à q busdã non irrationabiliter astruitur, q dicũt oes actiones & voluntates hoĩs sine fide malas: ẽ, q fide habita

bonæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonæ existunt. Vnde Apostolus ait, Omne quod nó
Rom. 14.d est ex fide peccatum est. Quod exponens Augu. ait,
In lib. Sent. Prosperi, [Omnis infidelium vita peccatum est, & nihil bonum
sen. 106 est sine summo bono, Vbi deest agnitio æternæ veri
Iacob. 2.b tatis, falsa virtus est, etiam in optimis moribus.] Et
Iacobus in epistola canon. ait, Qui offendit in vno,
scilicet in charitate, factus est omnium reus. Qui er-
go fidem & charitatem non habet, omnis eius actio
Di. 38. lit. a circa finem. peccatum est, quia ad charitatem non refertur. Quod
Rom. 13.e enim ad charitatem non refertur (vt supra meminit
Aug.) non fit quemadmodum fieri oportet, ideoque
malum est. Non ergo mandata custodit, qui charita-
In cap. 5. te caret. quia sine charitate nullum mandatorum cu-
stoditur. Vnde Aug. super epistolam ad Gal. ait, [Cu-
stoditionem legis dicit Apostolus, non inebriari, non
occidere, non mœchari, & alia huiusmodi ad bonos
mores pertinentia, quæ sine charitate, fide, & spe im-
pleri non possunt.] Nullum ergo mandatum implet,
nullum bonum opus facit, qui fidem & charitatē nō
Heb. 11.b habet. Impossibile est enim (vt ait Apost.) sine fide ali-
quid placere Deo. Quæ ergo sine fide fiunt, bona nō
sunt: quia omne bonum placet Deo.

Quæ præmissæ sententiæ obijciuntur ex verbis Augustini.

B

Li. Confess. 1. cap. 12. His autem obijcitur, quod supra dixit Augustinus, licet q'[in seruili timore, etsi bonum fiat, non tamen benè. Nemo iniustus benè facit, etiam si bonū est quod facit.] Hic enim dicit bonum fieri, sed non bene, ab illo qui charitatem non habet. Qui enim seruiliter timet, charitate vacuus est: de quo tamē hic dicit, quia bonum facit, sed non bene. Quj etiam super illū locum Psalm. Tuttur inuenit sibi nidum, vbi reponat
Super Psal. 83. post pri cap. enarrationis. pullos suos: dicit quòd [Iudæi, hæretici, & Pagani, opera bona faciunt, quia vestiunt nudos, & pascunt pauperes, & huiusmodi: sed non in nido ecclesiæ, id est, in fide: & ideo conculcantur pulli eorum.] Quibus illi respondent, dicentes bona opera appellari hu-

iusmodi, quæ sine charitate fiunt, non quia bona sint quando sic fiunt, (quod euidenter supra Augustinus docuit) sed quia bona essent, si aliter fierent: quæ etiā Di. 38. li. a sui genere sunt bona, sed ex affectu fiunt mala.

Aliqua enarratia de præmissa quæstione, quæ quærebatur, Si omnis actio eorum mala sit, qui fidem non habent.

C

Alij verò quitrifariā distinctionem actuū faciunt, opera cuncta, quæ ad nostrum subsidium fiunt, semper bona esse astruunt. Sed quòd Aug. mala esse dicit, si malas habeant causas, non ita accipiendum est, quasi ipsa mala sint: sed quia peccant & mali sunt, qui ea malo fine agunt. Item & illud aliud, scilicet, [Bonū opus intentio facit, & intentione fides dirigit, determinat, dicentes ibi bonum vocatum quod remunerabile est ad vitam: non quòd illud sit solum bonum opus, imò etiam alia plura, licet non ea ratione qua illud, sint bona. Si enim multipliciter accipitur, scilicet pro vtili pro remunerabili, pro signo boni, pro specie boni, pro Aug. in p. fatione ad Ps. 31. to. 8. lucro, & aliis forte modis. Solaque illa intentio remunerabilis est ad vitam, quam fides dirigit: sed non illa sola bona est, vt aiunt. Nam si quis Iudeus, vel malus Christianus necessitate proximi releuauerit naturali fortare ductus, bonum fecit, & bona fuit voluntas qua illud fecit.

Vbi ponuntur quædam Augustini capitula quæ vera etiam, non quasi prave dicta, sed quo sensu dixerit insinuans.

D

Post hæc inquirendum est, qualiter intelligendū sit, quod ait Augustinus in lib. de vera Religione: Vsquè adeo, inquit, peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium.] Huius Ca. 14. to. 1 sententiæ rationem Augustinus aperiens in lib. Retracta- Li. 2. c. 12. tionum dicit, Poterit videri falsa hæc definitio: sed si diligenter discutiatur, inuenietur esse verissima. Peccatum quippe illud cogitandum est, quod tantùmodo peccatum est, non quod est etiā pœna peccati, scilicet

licet peccatum primum hominis, quod fuit peccatum & causa peccati, sed non pœna. Quamuis & illa quæ non voluntaria peccata non immeritò dicuntur, quia vel à nescientibus vel à coactis perpetrantur, nō omni modo possunt sine voluntate committi: quoniam & ille qui peccat ignorans, volūtate vtiq; facit. quod cùm faciendum non sit, putat esse faciēdum: & ille qui, concupiscente aduersus spiritum carne, non ea quæ vult facit, concupiscit quidem nolens, & in eo non facit quod vult: sed si vincitur, cōcupiscentiæ cō sentit volens, & in eo nō facit nisi quod uult: & illud quod in paruulus est originale peccatum (cùm adhuc non vtantur voluntatis libero arbitrio) non absurdè vocatur uoluntarium: quia ex †prima hominis uoluntate mala contractum est. Non itaque fallum est quod dixi, Vsque adeo peccatum uoluntarium est, &c. Hæc qualiter accipiendum sit illud (uel de primo peccato hominis, vel de omnibus generaliter peccatis moueris: quorum licet quædam dicatur nō voluntaria, quæ scilicet per ignorantiam uel per infirmitatem fiunt, eadem tamen ea ratione possunt dici uoluntaria, quia sine voluntate non committuntur.

Ad Gal 5.c
Rom 7.d
† primi.

E *Aliud capitulum.*

Illius etiam intelligentia perquirenda est, quod in li. de duabus animabus ædidit, inquiens, [Nusquam nisi in voluntate peccatum est.] Quod etiam in li. Retract. planè determinat, dicens, [Potest putari ista falsa esse sententia, qua diximus, Nusquā nisi in voluntate esse peccatū, cùm Apostolus dicat, Quod nolo, hoc facio, &c. sed peccatum quod nusquam est nisi in uoluntate, illud præcipuè intelligendum est, quod ista damnatio consecuta est, id est, primum hominis peccatum. In eodem quoq; lib. de duabus animabus aliud tradidit cōsiderationē dignum: ait enim, [Nō nisi uoluntate peccatur.] Simplamq; uoluntatem definit, dicēs, [Volūtas est animi motus, cogēte nullo, ad aliquid vel nō amittēdū, vel adipiscēdū.] Huius diffi-

Ca. 10. to. 6.
Li. 1. c. 16.
Rom. 7. d
Cap. 10.

cultatis causam aperiens & intelligentiam pandens, in libro Retractā. ait, [Hoc propterea dictum est, vt hac definitione volens à nolente discerneretur, & sic ad illos referretur intentio, qui in paradiso fecerunt originem malii, nullo cogente, peccando, id est, libera voluntate: quia & scientes contra præceptum fecerunt: & ille tentator suasit vt hoc fieret, non coegit. Nam qui nesciens peccauit, non incongruenter nolens peccasse dici potest: quamuis & ipse quod nesciens fecit, volens tamen fecit. Ita nec tale peccatū sine voluntate esse potuit: sed voluntas facti ibi fuit, non peccati voluntas: quod tamen factum fuit peccatum: hoc enim factum est, quod fieri non debuit. Quisquis autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere, nec tamen facit, vtique volens peccat: quia qui potest resistere, non cogitur cedere: quapropter peccatum sine voluntate esse non posse, verissimum est.] Ex his liquet qualiter superiora accipienda sint.

Lib. 1. c. 15. Retract.

F *Quod mala voluntas est voluntarium peccatum.*

Si autem omne peccatum mortale voluntarium est, cùm voluntas mala peccatum sit mortale, conflatur ipsam esse uoluntarium peccatum. [Quid enim (ut ait Aug.) tam in uoluntate, quàm ipsa uoluntas si mala est?] Voluntas itaque mala rectè uoluntarium dicitur peccatum: quia in uoluntate consistit. [Voluntas quippe (ut ait Augustin. in eodem) est prima causa peccandi: aut nullum peccatū est prima causa peccandi, nec est cui rectè imputetur peccatum, nisi peccanti. Non ergo est cui rectè imputetur, nisi uoluntati.] Hoc autem de peccato actuali & mortali intelligendum est. Neque his uerbis aliud uoluit ostendere Augustin. ut ipse ait in Retract. nisi [quia uoluntas est qua peccatur, & qua rectè uiuitur.]

Lib. 3. de li. arbi. c. 17.
Li. 1. Retra. cap. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AN VOLVNTAS ET ACTIO MALA IN eodem homine & circa eandem rem sint vnum peccatum, an plura.

A DISTINCT. XLII.

VM autem voluntas mala & operatio sit peccatum, quæri solet, utrùm in eodem homine & circa eandem rem hæc duo unum sint peccatum, an diuersa: ut si quis uoluntate furatur, uoluntatē habuit malam, quæ peccatum est, & actum malum, qui item peccatū est. Hæc autem duo diuersa sunt, scilicet uoluntas & actio. Sed nunquid diuersa sunt peccata, an unum? Quidam dicunt unū esse peccatum, alij uerò dicunt diuersa esse peccata: quia cùm cōstet hæc duo esse diuersa, aut diuersa duo peccata dicuntur, aut duo diuersa non peccata. Quibus alij respondent, hæc duo diuersa esse non peccata. Non enim plura peccata sunt, sed peccatum unum: quia una prænaricatio uel inobedientia in utroq; admittitur, siue quando uult, siue quando agit: & unus est ibi conreptus, sed minor cùm in uoluntate solum peccatum continetur, maior uero cū uoluntati etiam operatio additur: & ideo maius fit peccatum, sed non plura, cū uoluntas operi mancipatur.

Responsio.

B *Alia contra eosdem oppositio.*

Sed adhuc eisdem obiicitur, Si unum tantum illa duo peccatum sunt, cū quis uoluntate † mali prius cepta, deinde opus patrauerit, nō pro aliquo reus est, nisi pro quo ante opus reus erat, cùm adhuc in sola uoluntate peccatum consistebat. Nullus enim reus est æternæ mortis, nisi pro peccato: sed peccatum aliud nō est admissum actione, quàm prius admissum erat uoluntate. Nō ergo pro aliquo alio iste fit damnabilis actu peccando, quàm antè fuerat, cùm sola uoluntate delinquebat. Ad hoc etiā & illi respondent, dicētes peccatum

† *mala.*

Responsio.

peccatum quidem tantùm illū furem reum constituī: & quamuis eius uoluntas & actio unum sint peccatū, pro alio tamē reus factus est actu peccando, quā prius erat sola uoluntate delinquēdo: quia pro actu, qui est aliud quàm uoluntas, licet non aliud peccatum.

C *Alia aduersus eosdem obiectio.*

Item & adhuc quæstioni instant, dicētes hæc duo ideo diuersa esse peccata, quia diuersorum legis mandatorum prænaricationes sunt. Alio enim mandato legis prohibetur actio furri, scilicet, Nō furaberis: alio furandi uoluntas, scilicet, Non concupisces rem proximi tui. Cùm autem hæc duo diuersa mandata sint, quibus illa duo prohibentur, patet illa duo diuersas esse prænaricationes, diuersa igitur peccata. Ad quod etiā illi dicunt, diuersa quidem esse mandata, quibus illa duo distinctim prohibentur, vt Aug. docet super Exod. uerūtamē in illis non obseruatis unā tantū prænaricatio incurritur, unumque contrahitur peccatū, licet duo diuersa illis prohibeantur. Sicut econuerso duo sunt mandata charitatis, quibus duo præcipiūtur diligere: una tamen in eis nobis commendatur charitas.

lib. 2 q. 71. tomo 4. Exod. 20. c.

D *An peccatum ab aliquo admissum in eo sit quousque pœniteat.*

Præterea solet quæri, cùm ab aliquo perpetrato uoluntate peccato, uoluntas id agendi & actio trāsierint, utrūdū uera habita pœnitentia, utrùm illud peccatū usquequo pœniteat, sit in eo. Quod non esse uī: quia uoluntas illa quę prius fuit, nō est, neq; actio: quia ne non est ignorandum, peccatū duobus modis dici esse in aliquo, & transire, scilicet actu & reatu. Actu est in aliquo, dum ipsum quod peccatum est, ut actio uel uoluntas, in peccante est. Reatu uerò, cū pro eo, siue trāsierit, siue adsit, mens hominis polluta est & corrupta, totusque homo supplicijs obligatus perpetuis. Nec unquam est in aliquo peccatum actu præter ori-

Responsio ad obiectionem determinans.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ginale, quin sit etiã reatu: sed est reatu interdum, post quam tranſierit actu.

E *Quibus modis dicitur in ſcriptura reatus.*

Reatus autem in ſcriptura multipliciter accipitur, ſcilicet pro culpa, pro pœna, pro obligatione pœnæ tẽ poralis vel æternæ. Si enim mortale eſt, obligat nos pœnæ æternæ: ſi veniale, obligat nos pœnæ tempora li. Duo enim ſunt genera peccatorum, mortalium ſcilicet, & uenialiũ. Mortale eſt, per quod homo mortem æternã meretur. [Crimen enim (vt ait Aug.) eſt, quod eſt dignum acculatione & damnatione.] Veniale autem, quod hominem vſque in reatum perpetuæ mortis non grauat, veruntamen pœnam meretur, ſed facile indulgetur.

Quid ſit mortale peccatũ, et quid ueniale.

Super Ioan. tract. 41.

F *De modis peccatorum, qui multipliciter aſſignantur.*

Modi autem peccatorum, varias in ſcriptura habet diſtinctiones: in qua dicitur peccatum duobus modis committi, ſcilicet cupiditate & timore, vt Aug. tradit ſuper illum locum Pſal. Incenſa igni & ſuffoſſa. [His enim duobus modis dicit omnia peccata mortalia includi. Et incẽſa igni ea dicit, quę ex cupiditate malè in cendente oriuntur. Suffoſſa vero, quę ex timore malè humiliante proueniũt:] quod eſt, quãdo quis cupit nõ cupienda, vel timet non timenda. Alibi verò dicitur peccatum fieri tribus modis, ſcilicet cogitatu, verbo, & opere. Vnde Hieronym. ſuper Ezech. [Tria generalia delicta sũt, quibus humanũ ſubiacet genus. Aut enim cogitatione, aut ſermone, aut opere peccamus.] His aliquando etiam additur quartus modus, ſcilicet conſuetudinis: quod in quatriduano Lazaro ſignificatum eſt. Dicitur quoque homo peccare in Deum, in ſe, & in proximũ. In Deum, cùm de Deo malè ſentit, vt hęreticus: vel quę Dei ſunt vſurpate præſumit, indignè participando ſacramentis: vel quando nomẽ Dei peierando contemptibile facit. In proximum peccat, cùm proximum iniuſtè lædit: In ſe verò, cùm ſibi & non alij nocet.

Prima diſt. Poſt medium enarrationis pſal. 79.

Secũda diſt. Super c. 43.

Aug. tract. 49. ſuper Io.

Tertia diſt.

Quomodo

G *Quomodo differant Delictum & Peccatum.*

Variam quoque appellationẽ habet: dicitur enim peccatum etiam delictum. [Et delictum fortaſſe eſt (vt ait Auguſtin. in quæſtionibus Leuitici) declinare à bono. Peccatum eſt facere malum. Aliud eſt enim declinare à bono, aliud eſt facere malum. Peccatum ergo eſt perpetratio mali, delictum deſertio boni: quod & ipſum oſtendit nomen. Quid enim aliud ſonat delictum, niſi derelictum? Et qui delinquit, quid derelinquit, niſi bonum? Vel delictum eſt, quod ignoranter fit: peccatum quod ſcienter committitur. Indifferẽter tamen & peccatum nomine delicti, & delictum nomine peccati appellatur.]

Li. 3. q. 20.

H *De ſeptem principalibus uitijs.*

Præterea ſciendum eſt, ſeptem eſſe vitia capitalia vel principalia, vt Gregor. ſuper Exod. ait, ſcilicet Inanem gloriam, Iram, Inuidiam, Accidiam vel triſtitiã, Auaritiã, Gaſtrimargiam, Luxuriam: quę, vt ait Ioã. Chry. ſignificata ſunt in ſepe populis, qui terram promiſſionis Iſraeli promiſſam tenebant. De his quaſi ſepe fontibus cunctę animarũ mortiferæ corruptelę emanãt. Et dicuntur hęc capitalia, quia ex eis oriũtur omnia mala. Nullum enim malum eſt, quod non ab aliquo horum originem trahat.

In gl. ordin. ad 23. cap. Exodi, circa illud, Inimicus ero inimicis tuis.

Ex lib. 31. Moral. c. 31.

I *De ſuperbia, quæ eſt radix omnium malorum.*

Ex ſuperbia tamen omnia mala oriuntur, & hæc, & alia quæ, vt ait Gregorius, [Radix cunctι mali eſt ſuperbia. De qua dicitur, Initium omnis peccati eſt ſuperbia (quæ eſt amor propriæ excellentiæ.)] Cuius quatuor ſunt ſpecies, vt Gergo. ait: Prima eſt, cũ bonũ quę habet quis, ſibi tribuit: Secunda, cũ credit à Deo cẽ ſuis meritis: Tertia, cũ ſe iactat habere quod non habet: Quarta, cum cæteris deſpectis ſingulariter nulli uideri.] Merito ergo radix omnis mali dicitur ſuperbia. Huic aũt uidetur obuiare qđ Apoſt. ait, Radix omniũ malorũ eſt cupiditas: quia ſi radix,

Li. 31. Moral. c. 31. Eccle. 10. b Aug. li. 11. de Gen. c. 14 Lib. 23. Moral. c. 9. ſequen tur Aug. li. 10. Confeſ. c. 39. Vide Aug. ſup Gen. lib. 11. c. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Tim.ult.c omnium malorum est cupiditas, ergo superbię. Quo modo ergo superbia radix est & initiū omnis peccati?

Quo sensu utrumque radix dicatur omnium malorum, scilicet & superbia, & cupiditas.

K Sed vtrunque rectè dictum esse intelligitur, si genera peccatorum singulorum, non singula generum vtraque locutione includi intelligantur: nullum quippe genus peccati est, quod interdum ex superbia non proueniat, nullum etiam quod ex cupiditate aliquando non descendat. Sunt enim nonnulli hominū, qui ex cupiditate fiunt superbi: & aliqui ex superbia fiunt

Ibidē, c.15. cupidi. [Est enim (vt ait Augu.) homo qui non esset amator pecuniæ, nisi per hoc putaret se excellentiorē esse: ideoque vt excellat, diuitias cupit.] Tali hominī ex superbia oboritur cupiditas. Et est aliquis qui non amaret excellere, nisi putaret per hoc diuitias maiores habere. Ideo ergo excellere laborat, quia diuitias habere amat. Huic innascitur superbia, id est amor excellentiæ, ex cupiditate. Patet ergo quod ex superbia aliquando cupiditas, & ex cupiditate aliquando superbia oritur: & ideo de vtraque rectè dicitur quod sit radix omnis mali.

DE PECCATO IN SPIRITVM SANCTVM, *quod dicitur etiam peccatum ad mortem.*

A DISTINCT. XLIII.

Luce 12.b

Est præterea quoddam peccati genus ceteris grauius & abominabilius, quod dicitur peccatū in spiritū sanctum: de quo in Euangelio Veritas ait, Qui peccauerit in spiritum sanctū, non remittetur ei neque hic, neque in futuro.

1.Ioan.5.d Et Ioannes in epistola canonica, Est peccatū ad mortem: non pro eo dico vt quis oret. Qui.n. peccat in patrē, remittetur ei: & qui peccat in filium, remittetur ei: qui aūt blasphemauerit in spiritum sanctum, non remittetur

mittetur ei neque hic, neque in futuro. Sed quæritur quid sit illud peccatum in spiritū sanctum, vel ad mortem. Quidā dicunt illud peccatum esse desperationis vel obstinationis. Obstinatio est induratæ mentis in malitia pertinacia, per quā homo fit impœnitens. Desperatio est, qua quis diffidit penitus de bonitate dei, æstimans suam malitiā diuinæ bonitatis magnitudinē excedere: sicut Cain, qui dixit, Maior est iniquitas Gen.4.b mea, quàm vt veniam mereat. Vtrunque verò dr̄ peccatū in spiritū sanctum: quia spiritus sanctus est amor patris & filij, & benignitas, qua se inuicem & nos diligunt: quæ tanta est: cuius finis non est. Rectè ergo in spiritum sanctū delinquere dicuntur, qui suā malitiā dei bonitatem superare putant, & ideo pœnitentiam non assumunt: & qui iniquitati tam pertinaci mente inhærent, vt eam nunquam relinquere proponant, & ad bonitatem spiritus sancti nunquam redire, patientia Dei abutentes, & de misericordia Dei nimis presumentes: quibus placet malitia propter se, sicut pijs bonitas. [Isti nimia pertinacia & præsumptione peccāt, Aug. ho. 33 autumantes deum non esse iustum. Illi desperatione super Ioan. deum non bonum existimant, tollentes in hoc turbulentissimo iniquitatum mari portum diuinæ indulgentiæ, quo se recipiant fluctuantes: atque ipsa desperatione addunt peccata peccatis, dicentes misericordiam nullam esse, & quod super peccatores necessaria damnatio debetur.]

B *Vtrum omnis obstinatio vel desperatio sit peccatum in spiritum sanctum.*

Sed quæritur vtrùm omnis obstinatio mētis in malitia obdurate, omnisque desperatio sit peccatum in spiritum sanctum. Quidā dicunt omnem obstinationē & desperationem esse peccatū in spiritum sanctū. Quod si est, aliquando illud peccatum remittitur: ita Pasf. medijn multi etiam obstinatissimi & desperatissimi conuertū enarrationis tur, vt Augu. ait super illū locum psal. Conuertam in pſal.67. profundum maris, id est, eos qui erant desperatissimi

Universidad de Deusto
Biblioteca

In fine enarrationis ad ps. 147. & ibi, Mittit crystallum suũ sicut buccellas, i. obstinatos facit aliorum doctores. Talium conuersio ibi etiã
Psal. 67. euidenter ostenditur, vbi ait, Qui educit vinctos in fortitudine, similiter & eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris. Secundum istos illud peccatum dicitur irremissibile, non quin aliquando remittatur, sed qa vix, & raro, & difficulter dimittitur. Non n. solũ
Serm. de bla. spũ. in spũm sanctũ, qui est 11. de uerbis Dñi. Et de uera et falsa pœnit. c. 4. Et ad Eustach. epist. 50 Super Marci cap. 3. 1. Ioan. 5. Iob. 41. uitur crystallus, nisi vehementi spiritus impetu. Alij verò tradunt nõ quamlibet obstinationem vel desperationem appellari peccatũ in spiritum sanctum, sed illam tantùm quam comitatur impœnitentia: qui etiã impœnitentiam dicunt esse peccatum in spiritum sanctum. Sed quia Aug. dicit impœnitentiam esse peccatum in spiritũ sanctũ, sed cùm sic obstinatus est aliquis, vt non pœniteat: discuti oportet, an aliud obstinatio, aliud impœnitentia sit in eo peccatum: an idem, sed diuersis modis commissum. Secundum istos peccatum illud dicitur irremissibile, eo quod nunquã dimittatur. Vnde Aug. etiam dicit, qꝫ hoc solum peccatum veniam mereri non potest: & Hier. qꝫ taliter peccans, dignè pœnitere non potest. Et ideo rectè Ioãnes dicit vt non pro eo oret quis. quia qui sic peccat, ora tionibus ecclesiæ hic vel in futuro iuuari non potest, habens cor induratum tanquam lapis, sicut de diabolo legitur: quia post hanc vitam qui valde mali sunt, meritis ecclesiæ iuuari non possunt.

C. *Quod aliter accipiatur peccatum in spiritum sanctum.*

Est etiam alia huius peccati assignatio. Hoc enim
In li. 1. c. 43 sum. 4. peccatum Aug. definiens in lib. de sermone Domini in monte, ait, [Peccatũ ad mortem est, cùm post agnitionem dei per gratiam Christi oppugnat aliquis fraternitatẽ, & aduersus ipsam gratiã qua reconciliatus
Ibidẽ, c. 44. est deo, inuidentiæ facibus agitatur: quod fortasse est peccare in spiritum sanctum: quod peccatum dicitur
Ibidem. non remitti, non quòd non sit agnoscendum peccanti si pœniteat: sed quia tanta est labes peccati illius, vt deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si

peccatum

peccatum suum mala conscientia agnoscere & enunciare cogatur: vt Iudas cùm dixit, Peccaui, facilius de
Matt. 27. a sperans cucurrit ad laqueum, quàm humilitate veniam peteret: quod propter magnitudinem peccati, iã ex damnatione peccati tales habere credẽdum est.]

Ecce quedam assignatio peccati in spiritum sanctum
Lib. 1. c. 19 uel ad mortem hic posita est, qua illud peccatum est fe traditur oppugnario fraternitatis post agnitionẽ, & inuidentia gratiæ post reconciliationem: quod species quædam obstinationis intelligi potest. Illam tamen definitionem Augu. in libro Retract. rememorans, aliquid adiiciendum ibi fore, nec asserendo se dixisse aperit, ita dicens, [Quod quidem non confirmauit: quoniam hoc putare me dixi. Sed tamen addẽdum fuit, si in hac fœlarara mentis peruersitate finierit hanc uitam: quoniam de quocunque pessimo in hac uita constituto non est desperandum: nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur.] His verbis insinuatur, peccatum præmissa definitione de spiritum sanctum nunc solum debere dici ad mortem uel in spiritum sanctum, cùm non habet comitem pœnitentiam: nec de aliquo peccatore desperandũ esse in hac
2. Ioan. 5. d uita, & ideo pro omni esse orandum. Vnde illud Ioã. Non pro eo dico vt quis oret, sic accipiendum uidetur, vt pro aliquo peccante ad mortem, uel in spiritum sanctum, postquam fuerit hanc uitam, non oremus. Dum autem in hac uita est, nec peccatum illius iudicare, nec de illo desperare, sed pro illo orare debemus. Vnde Augustinus de uerbis Domini, de impœnitentia quæ est blasphemia in spiritum sanctum, sic
Ser. 11. post mediũ eiusdem, to. 10 ait, [Ista impœnitentia vel cor impœnitens, quãdiu quisque in hac carne uiuit, non potest iudicari. De nullo enim desperandum est, quamdiu ad pœnitentiam patientia dei adducit. Paganus est hodie, Iudæus est hodie, hæreticus est hodie, schismaticus est hodie: quid si eras amplectatur catholicam pacẽ, & sequatur catholicam veritatem? Quid si isti quos

in

in quocunque genere erroris notas, & tanquam desperatissimos dānas, antequam finiant istam vitam, agant pœnitentiam, & inueniant ueram requiem & uitam in futuro? Nolite ergo ante tempus iudicare
1.Cor.4.a quicquam.] Ex his ostenditur, pro singulis peccatoribus in hac uita esse orandum, nec de aliquo esse diffidēdum: quia cōuerti potest dum in hac uita est: quia non potest sciri de aliquo vtrùm peccauerit ad mortem uel in spiritum sanctum, nisi cùm ab hac uita discesserit: nisi fortè alicui per spiritum sanctum mirabiliter reuelatum fuerit. Ex prædictis aliquatenus capi potest, quomodo accipiatur peccatum in spiritum sanctum, scilicet inuidentia gratiæ fraternitatem impœnitenter oppugnans: quæ vtique obstinatio esse uidetur: & omnis impœnitentis obstinatio atque desperatio. Notandum uerò est, quòd non omnis qui non pœnitet, impœnitens dici potest: quia impœnitentia propriè obstinati est, &, vt quidam uolunt, etiam desperati.

D *Alia assignatio peccati in spiritum sanctum.*

De hoc quoque peccato in spiritum sanctum Ambro. in lib. de spiritu sancto differens, definitam assi-
Lib.1.ca.3. in fine, to.2. gnationē tradit, dicens, [Cur Dominus dixerit, Qui blasphemauerit in filiū hominis, remittetur ei: qui autē blasphemauerit in spiritum sanctum, neq; hic neq;
Matt. 12. in futuro remittetur ei, diligenter aduerte. Nunquid alia est offensio filij, alia spiritus sancti? Sicut vna diuinitas, sic una iniuria. Sed si quis corporis speciē decerptus humani, remissis aliquid sentit de Christi carne, quàm dignum est, habet culpam: non est tamen excluſus à uenia. Si quis uerò sancti spiritus dignitatē, maiestatem, & potestatem abneget sempiternam, &
Matt.12.b † exhortatio. putet non in spiritu dei eijci dæmonia, sed in Beelzebub, non potest ibi esse exoratio veniæ, ubi sacrilegij plenitudo est.] Satis hic apertè explicatur quid sit peccatum in spiritum sanctum. Quod illi Aug. deferi
tur esse inuidentia gratiæ oppugnans fraternitatem: Qui enim post cognitionem veritatis sancti spiritus † virtutem negat, eiusq; opera dicit esse Beelzebub, potestati, bonitati, & gratiæ Dei inuidere non dubitatur. Non itaque distinctio illa uerborum sic accipienda est, quasi trium personarum diuisæ sint offen- † veritatē.
ſes: sed ibi peccatorum genera distincta sunt. Peccatum enim in patrem id intelligitur, quod fit per infirmitatem: quia patri scriptura frequenter attribuit potentiam: Peccatum in filium, quod fit per ignorantiam: quia sapientia filio attribuitur. Tertium expositum est. Qui ergo peccat per infirmitatem uel per ignorantiam, facilè veniam adipiscitur: sed non ille qui peccat in spiritum sanctum. Cùm autem vna sit L.1.dist.34.
potentia, sapientia, bonitas trium: quare patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas sæpius assignetur, superius dictum est.

DE POTENTIA PECCANDI, AN SIT *homini vel diabolo à Deo.*

A DISTINCT. XLIIII.

POST prædicta consideratione dignū occurrit, utrùm peccandi potentia sit nobis à deo vel à nobis. Putat aut quidam potentiam rectè agendi nobis esse à deo, potentiam verò peccandi nō *Vnde habeatur potentia peccandi.*
cur mala uoluntas non à deo nobis est, sed à nobis & à diabolo: bona autem, à deo tantùm nobis est. [Bonæ namque uoluntatis & cogitationis initium non *Fulgē li. de fide ad Petrū, ca.3. ad medium ca.*
hominī ex ipso nascit, sed diuinitus parari & tribui in eo deus euidenter ostendit, quia nec diabolus, nec aliquis angelorum eius, ex quo in hanc caliginem fuit detrusi, bonam potuit uel potest resumere uoluntatem: quia si possibile foret ut humana natura,

post

Universidad de Deusto
Biblioteca

post quàm à deo auersa bonitatem perdidit uoluntatis, ex seipsa rursus eam habere potuisset, multò possibilius hoc natura haberet angelica: quæ quanto minus grauatur terreni corporis pondere, tanto magis hac esset prædita facultate.] Non ergo homo vel angelus à se uoluntatem bonam habere potest, sed malam. Similiter & de potentia inquiunt, per similitudinem uoluntatis de potentia boni vel mali differentes, quod illa sit à deo, non ista.

Autoritatibus astruit potentiam peccandi esse à deo.

B

Sed pluribus sanctorum testimonijs indubitanter monstratur quòd potestas mali à deo est: à quo est omnis potestas. Ait enim Apostolus, Non est potestas nisi à deo. Quod non de potestate boni tantùm, sed & mali intelligi oportet: cùm Pilato etiam Veritas dicat, Non haberes in me potestatem, nisi datum esset tibi desuper. [Malitia nempe hominum (vt ait Augustinus) cupiditatem nocendi per se habet: potestatem autem si ille non dat, non habet. Ideoque diabolus antequam aliquid tolleret Iob, dicebat Domino: Mitte manum tuam, id est, da potestatem.] [quia etiam nocentium potestas non est nisi à deo: sicut ia pientia ait, Per me reges regnant, & tyranni per me terram tenent. Vnde Iob de Domino ait, Qui facit regnare hypocritam propter peccata populi. Et de populo Israel dicit deus, Dedi eis regem in ira mea.] [Nocendi enim uoluntas potest esse ab hominis animo: potestas autem non est nisi à Deo, & hoc abdita atraque iustitia.] nam per potestatem diabolo datam iustos Deus facit suos. De hoc etiam Gregorius in Moralibus ait, [Tumoris elatio, non ordo in crimine est. Potentiam deus tribuit: elationem uerò potentiæ malitia nostræ mentis inuenit. Tollamus ergo quod de nostro est: quia non potentia iusta, sed actio praua damnatur.] His autoritatibus aliisque plu-

Rom. 13. a
Ioan. 19. b
Super psal. 32. conci. 2.
Iob. 1. c
Aug. lib. de natura boni, c. 32. 10. 6. prouerb. 8. a
Iob. 34. c.
Osee 13. d
Li. de Gen. ad li. 11. c. 3.
Li. 26. Moral. ca. 24.

pluribus euidenter ostenditur, quòd non est potestas boni vel mali cuiuncunque, nisi à deo æquo, etsi te lateat æquitas.

C

An aliquando resistendum sit potestati.

Hic oritur quæstio non transilienda silentio: dictum est enim supra, quòd potestas peccandi & nocendi non est homini vel diabolo nisi à deo. Apostolus autem dicit, quòd qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Cùm ergo diabolo sit potestas mali dei ordinatione, eius potestati non esse resistendum uideretur. Sed sciendum est, Apostolum ibi loqui de seculari potestate, scilicet rege, & principe, & huiusmodi: quibus non est resistendum in his quæ iuber deus eis exhiberi, scilicet in tributis, & huiusmodi. Si uero princeps aliquis, uel diabolus aliquid iusserit vel suaserit contra deum, tunc resistendum est. Vnde Augustinus determinans quando resistendum sit potestati, ait, [Si illud iubeat potestas, quod non debeas facere, hic sanè contemne potestatem, timèdo maiorem potestatem. Ipsos humanarum rerum gradus aduerte. Si quid iusserit Procurator, nunquid faciendum est, si contra Proconsulem iubeat? Rursus si quid ipse Proconsul iubeat, & aliud Imperator, nunquid dubitatur illo contempto illi esse seruiendum? Ergo si aliud Imperator, aliud iubeat Deus, contempto illo, obtemperandum est Deo.] Potestati ergo diaboli vel hominis tunc resistamus, cùm aliquid contra Deum suggesserit: in quo Dei ordinationi non resistimus, sed obtemperamus. Sic enim Deus præcepit, vt in malis nulli potestati obediamus.

Rom. 13. a
Matt. 23. & 22.
Serm. 6. de verbis Domini.
Act. 5. c

FINIS LIBRI SECVNDI.

VOLVMINIS HVIVS COMPENDIOSA perstrictio, & ad sequentia transitio.

IAM nunc his intelligendis atque pertractandis quæ ad Verbi incarnationis mysterium pertinent, integra mentis consideratione intendamus: ut de ineffabilibus vel modicū aliquid fari, Deo reuelante, ualeamus. Sic.n. rationis ordo postulat, ut qui in 1.lib. de inexplicabili mysterio sumę Trin. arrefragabili sanctorum attestatione aliquid diximus, ac deinde in secundo libro conditionis rerum ordinem, hominisque lapsum sub certis autoritatis regulis insinuauimus de eius reparatione per gratiā mediatoris Dei & hominum præstita, atque humanæ redemptionis sacramentis, quibus contritiones hominis alligantur, ac vulnera peccatorum curantur, cōsequenter in tertio & quarto libro differamus: vt Samaritanus ad vulneratum, medicus ad infirmum, gratia ad miserum accedat.

PETRI LOMBARDI EPISC. PARISIENSIS, SENTENTIARVM.

LIBER III.

DE INCARNATIONE VERBI *Aliisq; ad hoc spectantibus.*

A

DISTINCT. I.

CVM venit igitur plenitudo temporis (vt ait Apos.) misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus. Tempus autem plenitudinis dicitur tēpus gratiæ, quod ab aduentu Saluatoris exordium sumpsit. Hoc est tempus misericordiæ, & annus benignitatis, in quo gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Gratia, quia per charitatē impletur, quod in lege præcipiebatur: veritas, quia per Christi aduentum exhibetur atque perficitur humanæ redemptionis sponsio facta ab antiquo. Filij verò missio est ipsa incarnatio. Eo enim missus est, qui in forma hominis mūdo visibilis apparuit: de quo supra sufficienter dictum est. *Gal. 4. a*

Esaiæ 61.

Ioan. 1. b.

Philip. 2.

B *Quare filius carnem assumpsit, non pater, uel spiritus sanctus.*

Diligenter verò annotandum est, quare filius, nō pater, vel spiritus sanctus, est incarnatus. Solus namq; filius hominem assumpsit. Quod vtiq; congruo ordine, atq; alto Dei sapientia fecit consilio: vt Deus, qui in sapientia sua mundum condiderat, secundum illud, *Prima vō.*

Psal. 103. lud, Omnia in sapientia fecisti Domine, quæ in cœlis
Eph. 1. b sunt & quæ in terris, restauraret in eadem: Hæc est
Luc. 15. b mulier euangelica quæ accendit lucernam, & drachmam decimam, quæ perdita fuerat, reperit: sapientia scilicet patris: quæ testam humanæ † infirmitatis lumine suæ diuinitatis accendit, perditumque hominem reparauit, nomine regis & imagine insignitum. Ideo etiam filius missus est, & non pater, quia congruentius mitti debebat, qui est ab alio, quam qui à nullo est: filius autem à patre est: pater verò à nullo est: vt ait Augustin. in libro de Trin. [Non enim habet de quo sit. Sicut ergo pater genuit, filius genitus est: ita congruè pater misit, filius missus est. Ab illo enim conuenienter mittitur Dei verbum, cuius est Verbum. Ab illo mittitur, de quo natum est. Mittitur quod genitú est. Pater verò qui misit, à nullo est.] Ideoq; pater missus nõ est: ne si mitteretur, ab alio esse putaretur. Missus est ergo primò filius, qui à solo patre est: deinde & spiritus sanctus, qui est à patre & filio. Sed filius solus in carne missus est, non spiritus sanctus: sicut nec pater, sed filius, si Deus pater de homine nasceretur.

† fragilitatis.

Secunda ratio.

Li. 4. c. 20. tom. 3.

Tertia rõ.

Gennadius, cap. 2. to. 3. apud Aug.

Vnde in Ecclesiasticis dogmatibus, [Non pater carnem assumpsit, neque spiritus, sed filius tantùm: vt qui erat in diuinitate dei filius, ipse fieret in homine hominis filius: ne filij nomen ad alterum trãsiret, qui non esset æterna natiuitate filius. Dei ergo filius hominis factus est filius, natus secundùm veritatem naturæ ex Deo Dei filius, & secundum veritatem naturæ, ex homine hominis filius: vt veritas genuí nõ adoptione, non appellatione, sed in vtraque natiuitate filij nomen nascendo haberet, & esset verus Deus & verus homo vnus filius. Nõ ergo duos Christos, neque duos filios, sed Deum & hominem vnum filiúmque propterea

propterea & vnigenitum dicimus, manentem in duabus subsistentijs, sicut ei naturæ veritas contulit, non confusis naturis neque immixtis, sicut Timotheani volunt, sed societate vnitis.] Ecce habes quare filius, non pater, vel spiritus sanctus, carnem assumpserit.

C *Vtrum pater vel spiritus sanctus potuerit incarnari, vel possit.*

Si verò quæritur, vtrum pater vel spiritus sanctus incarnari potuerit, vel etiam modò possit: sanè respõderi potest, & potuisse olim, & posse nunc carnem sumere & hominem fieri, tam patrem quàm spiritum sanctum. Sicut enim filius homo factus est, ita pater vel spiritus sanctus potuit & potest.

D *An filius, qui tantùm carnem accepit, aliquid fecerit quod non pater vel spiritus sanctus.*

Sed fortè aliqui dicent, Cùm indiuisa sint opera trinitatis, si filius carnem assumpsit, tunc pater & spiritus sanctus: quia si filius carnem assumpsit, nec hoc fecit pater, vel spiritus sanctus, non omne quod facit filius, facit & pater & spiritus sanctus. [At omnia simul pater & filius, & amborum spiritus, pariter & concorditer operantur.] Ad quod dicimus, quia nihil operatur filius sine patre & spiritu sancto, sed vna est horũm operatio indiuisa & indissimilis: & tamen filius, non pater vel spiritus sanctus, carnẽ assumpsit. Ipsum tamen carnis assumptionem trinitas operata est, sicut Aug. dicit in lib. de fide ad Petrum. [Reconciliari summus per solum filium secundum carnem, sed nõ soli filio secundum deitatem. Trinitas enim nos sibi reconciliauit per hoc, quod solum Verbũ carnem ipsa trinitas fecit.] Trinitas ergo carnis assumptionem fecit, sed Verbo, nõ patri vel spiritui sancto. Si enim pater sibi, & filius sibi, vel pater filio, & filius patri carnis assumptionem operatus esset, iam nõ eadem esset operatio vtriusq;, sed diuisa. [Sed sicut inseparabilis & indiuisa est vnitas substantiæ trij, (vt ait Aug. in lib. de Trin.) ita & operatio: nõ tamen eandẽ trinitatem natam de

Aug. de tri. li. 13. c. 11. Responsio.

Ca. 2. in fine tomo 3.

li. 1. c. de Trí. cap. 4.

Virgine, crucifixam & sepultam catholici tractatores docuerunt, sed tantummodo filium: nec eandem trinitatem in specie columbæ descendisse super Iesum, sed tantum spiritum sanctum, nec eandem dixisse de cœlo, Tu es filius meus: sed tantùm patris uocem fuisse ad filium factam: quamuis pater & filius & spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt, ita & inseparabiliter operentur. Hæc & mea fides est: quoniam quidem hæc est catholica fides.] Licet ergo solus filius carnē assumpserit, ipsam tamen incarnationem cum patre & spiritu sancto operatus est.

Matth. 4. d & 17. a Marci 1. b

QVARE TOTAM HVMANAM NATVram accepit, & quid nomine humanitatis uel humanæ naturæ intelligendum sit.

A DISTINCT. 13.

ET quia in homine tota humana natura uitio corrupta erat, totā assumpsit, id est animam & carnem, ut totam curaret & sanctificaret. Quòd autem humanæ naturæ siue humanitatis nomine subsistantiarum, id est naturarum, est intelligendum, anima & caro intelligi debeant, apertè docet Hieronymus in expositione catholicæ fidei, dicens, [Sic confitemur in Christo vnam filij esse personam, ut dicamus duas perfectas & integras esse substantias, id est, deitatis & humanitatis: quæ ex anima & corpore continetur & corpore.] Ecce apertè ostendit humanitatis nomine animam & corpus intelligi: quæ duo assumpsisse Dei filius intelligitur, ubi hominem, siue humanitatem, uel humanam naturam accepisse legitur. Errant ergo qui nomine humanitatis non substantiam, sed proprietatem quandam, à qua homo nominatur, significari contendunt ubicunque humanitas Christi memoratur. Ait enim Ioannes Damascenus. [Sciendum quidem est, quòd deitatis & humanitatis

Ad Damas. Pa. in explanatione symboli, tom. 4.

Lib. 3. de Orthodox. fide, cap. 4.

nomen substantiarum, id est naturarum, est repræsentatiuum.] Natura enim non sic accipitur in Christo, ut cùm dicitur una natura esse omnium hominum: quod euidenter idem Ioannes ostendit, dissentem rationem dicti assignans, cùm natura humana in Christo nominatur, & cùm una dicitur natura omnium hominum. Aut enim, [Cum unam hominū naturam dicimus, sciendum ꝙ non considerantes ad animæ & corporis rationem, hoc dicimus: Impossibile enim est unius naturæ dicere corpus & animam, ad inuicem cōparata. Sed quia plurimæ personæ hominum sunt, omnes aut eandem suscipiūt rationem naturæ, (oēs enim ex anima & corpore compositi sunt, & omnes naturam animæ participant, & substātiam corporis possident) communem speciem plurimarū & differentium personarum, unā naturam dicimus, uniuersitatisque scilicet personæ duas naturas habentis, & in duabus perfectè naturis, animæ scilicet & corporis existentis. In domino autem Iesu Christo non est communem speciem accipere: neque enim factus esse, nec est, nec aliquando fuit alius Christus ex deitate & humanitate, in deitate & humanitate Deus perfectus, idem & homo perfectus.] Totam ergo hominis naturam, id est animam & carnem, & horum proprietates siue accidentia, assumpsit Deus, nō carnem sine anima, nec animam sine carne, ut hæretici uolue runt: sed & carnem, & animam cum sensibus suis. Vn de Ioannes Damascē. ait, [Omnia quæ in naturā nostra plantauit Deus Verbum, assumpsit, scilicet corpus & animam intellectualem, & eorum proprietates. Totus enim totum assumpsit me, ut totī mihi sanctum gratificaret. Quod enim inassumptibile est, incurabile est.]

Lib. 3. de orthodox. fide, c. 6.

De unione Verbi & carnis mediante anima.

Assumpsit ergo Dei filius carnem & animam, sed carnē mediante anima. [Vnitum est carni per mediū intellectū Verbū Dei.] Tantæ enim subtilitatis atque

Damas. li. 3 Orthodox. fidei, cap. 6.

simplicitatis est diuina essentia, vt corpori de limo terræ formato vniri non congruerit, nisi mediante rationali essentia. Illa autē vnio inexplicabilis est adeò, vt etiam Ioannes ab vtero sanctificatus, se non esse dignum fateatur soluere corrigiā calceamenti Iesu: ga illius vnionis modum inuestigare, aliisque explicare non erat sufficiens. [Non sunt ergo audiendi, qui non verum hominem filium Dei susceptisse dicunt, neque natum de fœmina: sed falsam carnem, & imaginē corporis simulatam ostendisse videntibus. In quem errorem prorumpunt, quia timent quod fieri non possit, scilicet ne humana carne veritas & substantia Dei inquinetur: & tamen prædicant istum visibilem solem radios suos per omnes fœces & sordes corporum spargere, & eos mundos & sinceros seruare. Si ergo visibilia munda visibilibus immundis contingi possunt, & non conquinari, quanto magis incommutabilis & inuisibilis ueritas per spiritum animam, & per animā corpus suscipiens, totum hominem sine sui contaminatione assumpsit, & ab omnibus infirmitatibus liberauit?] Ecce hic dicit Dei sapientiam per spiritum assumpsisse animam, & per animam corpus. Spiritus scilicet pars animæ superior, maiori similitudine Deo propinquat, quàm anima scilicet ipsa eadem secundū inferiorem partem: & anima magis quàm corpus: & ideo non incongruè anima dicitur assumpta per spiritum, & corpus per animam.

Ioan. 1. d

Aug. lib. de agone Christiano, c. 18. tom. 3.

Hæc materia diffuse tractatur ab Aug. lib. de spiritu et anima, c. 9. & 10.

Quod Verbum simul assumpsit carnem & animam: neque caro prius est concepta quàm assumpta.

C Si autem quæritur, vtrùm Verbum carnem simul & animam assumpserit, an prius animam quàm carnem, vel carnem quàm animam: & vtrùm caro illa prius fuerit in utero Virginis concepta, & postea assumpta: Verissimè & absq; vlla ambiguitate dicitur, quia ex quo Deus hominem assumpsit, totum assumpsit, simulq; sibi unuit animam & carnem, nec caro prius

prius fuit concepta, &, postmodum assumpta: sed in conceptione assumpta, & in assumptione concepta. Vnde Augu. in lib. de fide ad Petrum, [Firmissimè tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi sine diuinitate conceptam in utero Virginis, priusquam susciperetur à Verbo: sed ipsum Verbum Deum suæ carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem Verbi incarnatione conceptam.] Idem in lib. de Tri. Non est dei hominumque mediator, nisi esset idem Deus, idem homo in utroque unus & uerus: quam seruilem formam à solo filio susceptam, tota trinitas (cuius una est uoluntas & operatio) fecit. Non aūt in utero Virginis prius caro susceptа est, & postmodum diuinitas uenit in carnem: sed mox ut Verbum uenit in uterū, seruata ueritate propriæ naturæ factum est caro & perfectus homo, id est, in ueritate carnis & animæ natus est. De hoc etiam Gregor. in Moralibus ait, [Angelo nunciante, & spiritu aduenīēte, mox Verbum in utero, mox intra uterum Verbum caro.]

Cap. 18.

Li. 1. c. ul. et in Glo. ordi. ad Rom. 1. circa illud, Qui factus est ei, &c.

Lib. 18. c. 35 uel secundū alias additiones, 36. circa illud Iob 28. Nō adæquabitur ei topazius.

DE CARNE QUAM VERBVM ASSVMPSIT, qualis ante fuerit, & qualis assumpta sit.

A

DISTINCT. III.

QVAERITVR etiam de carne Verbi, an priusquam conciperetur obligata fuerit peccato, & an talis assumpta fuerit à Verbo. Sanè dicipotest, & credi oportet, iuxta sanctorum attestationis conuenientiam, ipsam prius peccato fuisse obnoxiam, sicut reliqua Virginis caro: sed spiritus sancti operatione ita mūdatā, ut ab omni peccati cōtagione immunis uniretur Verbo, pœna † tātum nō necessitate, sed uoluntate assumentis remanente. Ma quoniā ita spiritus sanctus in eā præueniens, à peccato prorsus purgauit, & à fomite peccati ēt liberauit,

† tamen

vel fomitem ipsum penitus euacuando (vt quibusdã placet) vel sic debilitando & extenuando, vt ei postmodum peccandi occasio nullatenus extiterit. Potentiam quoq; generandi absq; viri semine Virgini præparauit. Ita.n. verba Euangelij docent, ubi angelus Virginem alloquens ait, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: Et, Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Cui sacra virgo respondit, Ecce ancilla Domini: fiat mihi secũdum verbum tuum. Quod exponens Ioannes Damasc. ait, [Post consentum autem sanctæ virginis spiritus sanctus superuenit in eam, secundum verbum Domini quod dixit angelus, purgans ipsam, & potentiam deitatis verbi receptiuam præparans, simul autem & generatiuam. Et tunc obumbrauit ipsam Dei altissimi per se existens sapientia, & virtus filius Dei, patri consubstantialis, sicut diuinum semen: & copulauit sibiipsi ex sanctissimis & purissimis ipsius Virginis sanguinibus, nostræ antiquæ conspersionis carnẽ animatam anima rationali & intellectiua, non seminans, sed per spiritum sanctum creãs. quare simul carnem.s. verbi simul conceptam & assumptã, candeq; imò totam virginem, spiritu sancto præueniente, ab omni labe peccati eathificatam. [Cui collata est potentia nouo more generandi, vt sine coitu viri, sine libidine concipientis in vtero Virginis celebraretur ceptus Dei & hominis. Illa enim caro quam deus ex Virgine sibi vnire dignatus est, sine vitio concepta, sine peccato nata est. Hanc tamen carnem non coelestis, non aereæ, non ãlterius cuiusquã putes esse naturæ, sed eius cuius est omnium hominum caro.]

Luc. 1.d

Lib. 3. de orthodox. fide, cap. 2.

Aug. lib de fide ad Pet. cap. 2. in medio cap.

Auctoritate confirmat ex tunc fuisse Virginem

B *immunem à peccato.*

Quòd autem sacra virgo ex tunc ab omni peccato immunis extiterit, Aug. euidenter ostendit in libro de

de natura & gratia, inquiens, [Excepta sancta virgine Maria, de qua propter honore Domini, nullam prorsus, cùm de peccatis agitur, haberi volo quæstionem. Inde.n. scimus q̃ ei plus sit gratiæ collatum ad vincẽdum ex omni parte peccatum, q̃ concipere ac parere meruit quem constat nullum habuisse peccatũ. Hac ergo virgine excepta, si omnes sancti & sanctæ cõgregari possent, & quæreretur ab eis an peccatum haberent, quid responderetur, nisi quod Ioan. ait. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus:] Illa aũt virgo singulari gratia prærepta est atq; repleta, ut ipsum haberet ventris sui fructum, quẽ ex initio habuit uniuersitas dominum:] [vt illud quod nascebatur ex propagine primi hominis, tantùmodo generis, non ẽt criminis originem duceret.] Ca. 36. to. 7

I. Ioan. 1. d

Li. de fid. ad Petrum, c. 2

Lib. 13. de Tri. cap. 18

Quare non fuit Christus decimatus in Abraham, sicut Leui,

C *cùm caro quam accepit in eo, fuerit peccato obnoxia.*

Cũ autem illa caro, cuius excellentia singularis verbis explicari non valet, antequam esset verbo vnita, obnoxia fuerit peccato in Maria, & in aliis à quibus propagatione traducta est; non immeritò videri põt in Abraham peccato subiacuisse, cuius vniuersa caro peccato subiacebat. Vnde quæri solet, quare Leui decimatus dicatur in Abraham, & non Christus, cũ in lumbis Abrahæ vterq; fuerit secundum materialem rationem, quando Abraham decimatus est, id est, decimas dedit Melchisedech. Tunc.n. Apost. Leui decimatum dicit in Abraham tanquam in materiali causa. Quia ea decimatione sicut Abraham minor Melchisedech ostenditur, cui personaliter decimas soluit, & Leuiticus ordo, qui in Abraham secundum rationem seminalem erat, & ex eo per concupiscentiam carnis descendit. Christus autem non est decimatus: quia licet ibi fuerit secundum carnẽ, non tamen inde descendit secundum legem communem, s. per carnis libidinem: sicut etiam in Adam omnes peccauerũt, Genes. 14. d

Heb. 7. b

Rom. 5. e

In Glo. ordi. ad 7. cap. ad Hebr. circa illud, Adhuc.n. in lumbis erat, decimati sunt. ex Aug. lib. 10. de Gen. c. 19. & 20.

sed non Christus. Vnde Augustinus super Gen. [sicut Adam peccante, qui in lumbis eius erant peccaue runt: sic Abraham dante decimas, qui in lumbis eius erant, decimati sunt. Sed hoc non sequitur in Christo, licet in lumbis Adæ & Abrahæ fuerit: quia non secundum concupiscentiam carnis inde descendit. Cùm ergo Leui & Christus secundum carnẽ essent in lumbis Abrahæ, quando decimatus est, ideo pariter decimati nõ sunt: quia secundum aliquem modum nõ erat ibi Christus, quõ erat ibi Leui. Secundum rationem quippe illam seminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus erat in matrem. secundum quam rationem non erat ibi Christi caro: quamuis secundũ ipsam ibi fuerit Mariæ caro. Illeergo decimatus est in Abraham, qui sic fuit in lumbis Abrahæ, sicut ille fuit in lumbis patris sui, id est, qui sic est natus de patre Abraham, sicut ille de patre suo natus est, scilicet per legem carnis, & inuisibilem concupiscentiam.]

Qua ratione caro Christi dicta est in scriptura non fuisse peccatrix, sed similis: quo aperitur quare obligata peccato non fuit in Christo.

D

Ex Damasc. lib. 3. orthod. fidei, c. 2. Rom. 8. a

Quocirca [primitias nostræ massæ rectè assumpsit se dicitur Christus:] quia nõ carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit enim Deus filium suum (vt ait Apostolus) in similitudinem carnis peccati. Assumpsit enim Verbum carnem peccatrici similem in pœna, & non in culpa, & ideo non peccatrici carnem. Cætera vero hominum omnis caro peccati caro est. Sola illius non est caro peccati: quia non eum mater concupiscentia, sed gratia concepit: habet tamen similitudinem carnis peccati per passibilitatem & mortalitatem: quia esurijt, sitijt, & huiusmodi. Licet ergo eadem caro sit eius quæ & nostra, non tamen ita facta est in vtero sicut nostra. Est enim sanctificata in vtero, & nata sine peccato: & nec ipse in illa vnquam peccauit. In pœna ergo similis est nostræ,

Matth. 4. a Ioan. 19. f

stræ, non in qualitate peccati: quia pollutionem, quæ ex concupiscẽtiæ motu cõcepta est, oĩno nõ habuit, nec ex carnali delectatione nata est. Venit ergo ad corpus imaculatũ, quod præter libidinis cõcupiscẽtiã fuit conceptũ: nec illud in se habuit vitium, quod in alios est causa peccati, nec in eo peccauit. Ideoque verè dicitur Verbi caro non fuisse in Christo obligata peccato.

Quidam uidentur aduersari illi sententiæ, qua dictum est, carnem Christi non prius conceptam quam assumptam.

E

Illi autem sententiæ, qua suprà diximus carnẽ Verbi non antè fuisse conceptam quàm assumptam, videtur obuiare quod Aug. ait super Ioan. vbi legitur, Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est hoc tẽplum, & in tribus diebus excitabis illud? Hic, inquit, numerus perfectioni dominici corporis conuenit: quia, vt dicunt Physici, tot diebus formatur humani corporis perficitur. Horũ occasione verborum quidam dicere præsumpserunt, dominici corporis formã tot diebus ad modũ aliorũ corporũ perfectam, & membrorũ lineamentis distinctam, & mox verbum Dei unisse sibi carnem & animã: & hoc modo dicunt illum numerum perfectioni dominici corporis cõuenire. Sed alia ratio illius dicti extitit, ex qua sana oritur intelligentia verbi Non. n. ideo illud dixit Aug. quin mox, vt caro illa opere spiritus sancti sanctificata & à reliqua separata fuit, verbo Dei cũ aĩa vnitum homo: sed quia membrorum illius dominici corporis distinctio in ipso momẽto cõceptionis & vnionis Dei & hois adeò tenuis erat & parua, vt humano vidul vix posset subiici: diebus aũt illis quos Aug. memorat, perfecta est & notabilis facta. Incarnatũ est er go Verbũ, (vt ait Ioan. Damascen.) & à propria incorporalitate nõ recessit: & totum incarnatum est, & totum

In Glo. ordi na. ad illud Ioan. cap. 2 Aug. lib. de Trin. 4. c. 5 to. 3. & lib. 83. quæst. quæst. 56.

Lib. de orthodox. fide 3 c. 5. in fi

cum est incircumscriptum. Minoratur corporaliter & contrahitur: & diuinè est incircumscriptum, non coextesa carne eius cum incircūscripta diuinitate. In oibus igitur & super oia erat, qui in utero sanctę genitricis existebat, sed in ipsa per actum incarnationis.]

Ibidem, in initio.

QVARE IN SCRIPTVRA SAEPIVS *Tribuatur incarnatio, quæ est opus trinitatis, spiritui sancto, & de ipso etiam conceptus & natus Christus dicatur.*

A DISTINCT. IIII.

Dist. 1. lit. D

VM verò incarnatio Verbi, sicut in superioribus tractatum est, operatio verè sit patris & filij & spiritus sancti, inuestigatione dignum nobis videtur, quare in scriptura spiritui sancto hoc opus sæpius tribuatur, & de ipso Christus conceptus & natus memoretur. Non enim ideo operatio incarnationis spiritui sancto sæpius tribuitur, q̄ eā ipse solus siue patre ac filio fecerit: sed quia spiritus sanctus est charitas & donum patris & filij: & ineffabili dei charitate Verbū caro factum est, & inæstimabili Dei dono filius Dei sibi vnijt formā serui.

Ioan. 1. b

Phil. 2. a

Nō ergo frequēs denominatio spūs sancti, ab illo opere patrem vel filiū secludit: sed potius vno nominato tres intelligūtur, sicut fit sæpe in aliis operibus. Vnde Aug. super hoc mouens quæstionē, in hunc modum eandē determinat, in Ench. ita inquiens, [Cū illā ea turā quā Virgo concepit & peperit, quāuis ad solam personā filij pertinentem, tota trinitas fecerit, (neq; inseparabilia sunt opera Trin.) cur in ea facienda spiritus sanctus solus nominatus est? An † etiam quando vnus trium in aliquo opere nominatur, vniuersa operari trinitas intelligitur: ita verè est, & exemplis docere potest.] Audistis propositam quæstionem, eiusdēq; solutionem vel expositionem.

Solutio.

Ca. 38. to. 3.

† *ideo, quia cum unus.*

Quę

B *Quo sensu dicatur Christus conceptus & natus de spiritu sancto.*

[Sed non est in hoc diutius immorandum. Illud enim mouet, quomodo dictus est Christus natus de spiritu sancto, cùm filius nullo modo sit spiritus sancti. Nunquid dicturi sumus patrem hominis Christi esse spiritū sanctū, vt Deus pater verbum genuerit, spiritus sanctus hominē: ex qua vtraq; substantia Christus unus esset, & Dei patris filius secundū verbū, & spūs sancti filius secundum hominem, q̄ eum spūs sāctus tanquam pater eius de matre virgine genuisset. Quis hoc dicere audebit, cū hoc ita sit absurdum, vt nullæ fidelium aures id valeant sustinere? Proinde cū fateamur Christum natum, de spiritu sancto ex Maria virgine, qūo nō sit filius spiritus sancti, & sit filius virginis, cū & de illo & de illa sit natus, explicare difficile est. Procul dubio non sic de illo, vt de patre: sic autem de illa, vt de matre natus est. Non est autem concedendum, quicquid de aliqua re nascitur, continuò eiusdem rei filium nuncupandum. Vt. n. omittam alios de homine nasci filium, aliter capillum, aliter pedi culum & lumbricum, quorum nihil est filius. Vt ergo hæc omittam, quoniam rantæ rei deformiter comparantur, certè qui nascuntur ex aqua & spiritu sancto, non aquæ filios eos rectè quispiam dixerit: sed diuinæ filij Dei patris, & matris ecclesiæ. Sic ergo de spū sancto natus est Christus: nec tamen filius est spiritus sancti. Sicut econuerso non omnes qui dicūtur alicuius filij, consequens est vt de illo etiam nati esse dicantur: vt illi qui adoptantur. Dicuntur etiam filij gehennæ, non ex illa nati, sed in illam præparati. Cū itaq; de aliquo nascatur aliquid, & nō ita vt sit filius, nec rursus omnis qui dicitur filius, de illo sit natus, cur non dicitur filius: profecto modus iste quo natus est Christus de Maria sicut filius, & de spiritu sancto nō sicut filius, insinuat nobis gratiā Dei, qua homo, nullis meritis præcedentibus, in ipso exordio naturæ suæ

Lib. & cap. eisdem.

Matth. 1. a

Ibidem, in prine. cap.

Ibid. ca. 39.

Ioan. 3. a

Matt. 23. b

Ibidē, c. 40.

quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo esse cœpit, verbo Dei copularetur in tantam per sonæ vnitatẽ, vt idem esset filius Dei, qui filius hominis, & filius hominis, qui filius Dei: & sic in natura humanæ susceptione fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, qua nullum posset admittere peccatũ. Quæ gratia ideo per spiritum sanctum est significata, quia ipse proprie sic est Deus, vt sit Dei donũ. Per hoc ergo quod de spiritu sancto esse natiuitas Christi dicitur, quid aliud quã ipsa gratia Dei demonstratur, qua homo mirabili & ineffabili modo verbo Dei est adiunctus atque † connexus, & diuina gratia corporaliter repletus?]

Ibidẽ, c. 37.
Cap. 41.
† concretus.
Ad col. 2. b

Alia ratio quare dicatur conceptus & natus de spiritu sancto.

C

Verba sunt Aug. c. 38. Ench.
Rom. 1. a
Hier. ad Damasiũ papã, in explanatione symboli,
Matth. 1. c

Potest etiam dici [Christus secundum hominem ideo natus de spiritu sancto, quia eum secit. In quantum enim homo est, & ipse factus est, vt ait Apostolus.] [Conceptus ergo & natus de spiritu sancto esse dicitur, non quòd spiritus sanctus fuerit Virgini pro semine: non enim de substantia spiritus sancti semen partus accepit: sed quia per gratiam dei & operationem spiritus sancti de carne Virginis est assumptum, quod Verbo est vnitum.] Et in Euangelio secundum hanc intelligentiam legitur de Maria, quòd inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Cuius dicti rationem Ambrosius insinuans, in 2. lib. de

Cap. 5. to. 2.

spiritu sancto ait, [Quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est. Ex substantia, sicut filius, qui à patre vel ex patre: & spiritus sanctus, qui à patre & filio procedit. Ex potestate autem, sicut ex Deo omnia. Quomodo ergo in utero habuit Maria ex spiritu sancto? Si quasi ex substantia, ergo spiritus in carnem & ossa conuersus est. Non vtique. Si verò quasi ex operatione & potestate eius virgo concepit, quis neget spiritum sanctum dominicæ incarnationis autorem?]

Quare

D

Quare Apostolus dicat Christum factum, cùm nos eum esse fateamur natum.

Sed quæri potest, cùm nos Saluatorem natum profiteamur, cur Apostolus eum factum dicat ex semine Dauid, & alio loco, factum ex muliere: cũ aliud sit fieri, & aliud nasci. [Aliquid ergo significauit hoc dicto. Quia. n. non ex humano semine cõcreta est caro domini in vtero virginis, & corpus effecta, sed effectu & virtute spiritus sancti, ideo Apostolus dicit factũ, non natum. Aliud est enim semine admixto, & † sanguine coagulato generare. Aliud est nõ permixtione, sed virtute procreare: possunt enim homines generare filios, sed non facere.] Ecce quare dicit Apostolus factum, & non natum: ne eius scilicet natiuitas, quæ fuit sine virili semine, nostræ similis putaretur, quæ conficitur seminum commixtione. [Ideo autẽ cùm factum diceret Apostolus, addidit, ex semine Dauid, quia etsi non intercessit semen hominis in conceptione Virginis, tamen quia ex ea carne Christus formatus est, quæ constat ex semine, rectè dicitur quia factus est.]

Roma. 1. a
Gala. 4. a
Glo. ordina in 1. cap. ad Roma.
† sanguinis coagulo.
Gloss. ibidẽ.

Si PERSONA VEL NATVRA PERSONAM VEL naturam assumpsit, & si natura Dei incarnata sit.

A

DISTINCT. V.

PRAETEREA inquiri oportet, cùm ex præmissis constet, Verbum Dei carnem & animam simul assumpsisse in vnitatem personæ, quid horum potius concedendum sit, scilicet quòd persona personã, vel natura naturã, vel per personã naturã, vel natura personã assumpserit: & an ita eleganter dici diuinã naturã esse incarnatã, sicut Deus incarnatus, & Verbũ incarnatũ sanè dicitur. Hæc inquisitio siue querendi ratio, iuxta sacratũ autoritatũ testi-

De modo vniendi diuinã & humanam naturã à Christo.

testimonia, partim implicita atque perplexa, partim verò explicita & aperta. Certum est enim, & sine ambiguitate uerum, quòd non natura personam, nec persona personam, sed persona naturam assumpsit: quod sanctorum subditis comprobatur testimoniis, & astruitur documentis. Ait.n. Aug.in lib.de fide ad Petrum, [Deus vnigenitus dum cõciperetur, veritatem carnis accepit ex Virgine: & cùm nasceretur, integritatem virginitatis seruauit in matre.] Et paulò post, [Hic Deus humanâ naturâ in vnitatẽ personæ suscepit, qui se humiliãs per misericordiam incorruptæ virginis vterum ex ea nasciturus impleuit. Formam ergo serui, id est naturam serui in suâ accepit ille deus personâ.] Itẽ, [Deus verbum non accepit personã hominis, sed naturam.] Item, [Dei filius vnigenitus, vt carnem hominis animamque mundaret, susceptione carnis animæque rationalis incarnatus est.] His alijsq; pluribus autoritatibus euidenter ostenditur, nõ naturam personam, nec personam personã, sed personam naturã accepisse. De quarto verò quæstionis articulo, vtrum scilicet natura naturam assumpserit, scrupulosa ẽt inter doctos quæstio est. Quia & à plurimum dissentire uidentur, qui autoritate præcedentium alijsque doctiores in sacra pagina extiterunt: nec tãm alij ab alijs, verum etiam idem à seipsis dissonare uidentur, sicut subiecta capitula docẽt. Legitur.n. in cõcilio Tolet.6. traditum sic, [Solum Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Et cũ tota trinitas operata sit formatione susceptæ hominis, quoniã inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tũ filius accepit hominẽ in singularitate personæ, non in unitate diuinæ naturæ, id est, id quod est proprium filij, nõ quod commune est trinitati.] Item in cõcilio 11. Toletano, [Vnius substantiæ credimus Deum patrẽ, & filiũ, & spiritum sanctum: non tamen dicimus, quod huius trinitatis vnitatem Maria uirgo genuerit, sed tantùm filium: qui solus naturam nostram in vnitatem personæ suæ assumpsit. Incarnationem quoque huius filij Dei tota Trinitas operata esse credenda est. Solus tamen filius formam serui accepit in singularitatẽ personæ.] His insinuari videtur, quòd persona tantùm naturam, non natura naturam assumpserit. Si enim quod commune est Trinitati, non accepit hominẽ, ergo non natura diuina, quæ communis est tribus personis. Cui uidetur obuiare quod Augustin. ait in libro de fide ad Petrum, [Nec diuinitas, inquit, Christi aliena est à natura patris: secundum illud, In principio erat verbũ: nec humanitas eius aliena est a natura matris: secundũ id, quòd uerbum caro factũ est. Illa enim natura, quę semper genita manet ex patre, naturam nostram sine peccato suscepit, vt nasceretur ex virgine.] Hac autoritate uidetur tradi, ꝙ diuina natura humanã susceperit. Vbi vehementer moueri possumus, ꝙ eam genitam ęternaliter ex patre dicit, nisi forte natura pro persona hic accipiatur: alioquin si dixerimus naturã tribus personis cõmunem genitam esse, occurrũt nobis ex aduerso, quæ in tractu de Trinitate differuimus: vbi diximus nõ naturã naturam, sed personam personam genuisse. Quia si natura genuisse naturã, cũ vna eademque sit natura Trinitatis, eadem res seipsam genuisse: quod Aug. fieri posse negat. Sed alibi certum reperimus documentũ, quo natura naturam assumpsisse monstratur. Ait.n. Augustin. in primo libro de Trinitate, [Etiam seipso Christus factus est minor, formã serui accipiẽs. Neq; enim sic accepit formã serui, vt amitteret formã Dei, in qua erat æqualis patri: vt & in forma serui & in forma dei idem ipse sit vnigenitus filius patris: quia forma Dei accepit formã serui. Si autem forma Dei, formam serui accepit: sine dubio natura naturam accepit. Formæ enim nomine natura significatur, ut Augustin. euidenter docet in libro de fide ad Petrum: [Ch, inquit, de Christo audis, quia in forma Dei erat, oportet te agnoscere firmissimeque tenere, in illo formę

Cap.2. post medium.

Ibidẽ, paulo post.

Philip.2.a

Ibidẽ, c.17.

Eodẽ l.4.2.

Cap.1. Ioann.1.b

In cõfessione fidei, ante canones.

Philip. 2.a

Cap.2. ante medium c. Ioan.1.a

l.1.de Trl. cap.1. ante medium, Cap.7. & 11.

Ca.2. post med.um.

Universidad de Deusto Biblioteca

mæ nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma dei ergo erat, quia in natura Dei patris semper erat, de quo natus erat.] Hilarius quoq; in 12. lib. de Trin. ait, [Esse in forma Dei non alia intelligentia est, quàm in Dei manere natura.] Didicisti nomine formæ intelligentiã fieri naturæ, & audisti q̃ forma Dei, formam serui suscepit. Vnde consequens est, q̃ natura diuina naturam humanã susceperit. Quod etiam Hieronymus in explanatione fidei euidenter insinuat, inquiens, [Passus est filius Dei nõ putatiuè, sed verè: secũdum illud passus est, quod pati poterat, id est, non secundum illam substantiam quæ assumpsit, sed secundum illam quæ assumpta est.] Ex quo apparet diuinam substãtiam assumpsisse humanam. Ex verbis autem Aug. superius positis, adhibita diligentia innui videtur, solum Verbum carnem factũ, & naturam solũ susceperisse humanam; & diuinã naturam, eandem accepisse. Ait enim, [Trinitas nos sibi reconciliauit per hoc, q̃ solũ Verbum carnem ipsa trinitas fecit. In quo sic veritas incommutabilis manet diuinæ humanæque naturæ, vt sicut vera semper est eius diuinitas, quam de patre habet, ita verè semper & incommutabilis eius sit humanitas, quam sibi vnitam summa diuinitas gerit.] Ecce & solum Verbum dixit carnem factum, & humanitatem diuinitati vnitam. Idem quoq; superius dixit seruilem formam à solo filio susceptam, quam tota Trinitas fecit. Iam facilè est agnoscere, quã diuersa & multiplicia super quæstione proposita autores tradiderunt. Ideoq; posteriores ea legentes, varias atq; contrarias, ex prædictis occasionem sumentes, promunt sententias.

Non lẽge à principio.

Tomo 4. in explanatione symboli ad Damasum.

Dist. 1. lit. d

Aug. de fide ad Petrũ c. 2. in fine.

Dist. 2. lit. c

B *Quid de hoc tenendum sit.*

Nos autem omnis mendacij & contradictionis notam à sacris paginis secludere cupientes, orthodoxis patribus atque catholicis doctoribus nullã præbere intelligentiæ suspicione notatis, consentimus, dicentes & personã filij assumpsisse naturam humanã, & naturam

naturam diuinam humanæ naturæ in filio vnitam, eamq; sibi vnisse vel assumpsisse. Vnde & verè incarnata dicitur. Quod verò dicitur solus filius formam serui accepisse, per hoc non excluditur diuina natura ab acceptione seruilis formæ; sed aliæ duæ personæ, pater, s. & spiritus sanctus. Item & illud aliud, scilicet, Id quod est proprium filii, nõ quod commune est tribus, natum, hominem accepit, sic oportet intelligi, i. propriè in hypostasi filii, nõ in tribus communiter personis, diuina natura humanam naturam sibi vniuit. Qui sensus ex verbis Ioannis Damasceni cõfirmatur, qui totam diuinam naturam in vna hypostasi incarnatã esse, euidenter asserit, dicens, [In humanatione Dei verbi animus omnem & perfectam naturam deitatis in vna eius hypostaseon incarnatam esse, id est, vnitã humanæ naturę, & non partem parti. Omni. n. humanæ naturæ aimus esse vnitam omnem deitatis naturam vel substantiam.] Item, [Eadẽ est natura in singula hypostaseon, i. personarum. Et quando dicimus naturam Verbi incarnatã esse secundũ beatos Athanasium & Cyrillum, deitatem dicimus esse vnitã carni.] [& vnam naturam Dei verbi incarnatam confitemur.] [Verbum autem & quod commune est substantiæ possidet, & qđ proprietatis est hypostaseos, i. personæ.] Ex his manifestè ostenditur, q̃ natura diuina incarnata est. Vnde & eadem verè dicitur suscepisse humanam naturam.

Li. de ortho. fide 3. ca. 6.

Libr. & cap. eisdem paulò inferius.

Ibidẽ, ca. 7.

Ibidẽ, ca. 6. in fine.

C *An diuina natura debeat dici caro facta.*

Sed quæritur, vtrùm eadem diuina natura debeat dici caro facta, sicut Verbum dicitur caro factum. Si enim idẽ est incarnari, quod est carnẽ fieri, videri põt ea debere dici quod sit caro facta, sicut dicitur incarnata. Ad quod dicimus, quia si illud dictum in sacra scriptura reperiretur, ex eadẽ intelligentia acciperetur, qua cùm dicitur incarnata. Sed quia illud autoritas sicut, atq; locutionis modus nimiam videretur facere expressionẽ, si natura diuina diceret caro facta,

Ioan. 1. b

Responsio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

melius silere hoc puto, vel negare, quàm temerè asserere, ne si illud dicatur, conuertibilitas naturæ in naturam significari putetur. Ex præmissis indubitabiliter constat, quod persona verbi siue natura, hominis naturam, scilicet carnem & animam assumpsit, sed non personam hominis. Si autem natura diuina naturâ hominis accepit, quare non dicitur facta homo, vel esse homo, sicut verbũ Dei? Ad quod dici potest, quòd Dei filius dicitur factus homo, vel esse hõ, non solùm quia hominẽ assumpsit, sed quia ipsum in vnitatem & singularitatem sui, ideſt personę, accepit. Natura autem diuina hominem quidem accepit, id est, hominis formam sibi vniuit, sed non in singularitatẽ & vnitatem sui. Seruata enim proprietate ac diuersitate duarum naturarum, personæ singularitas extitit. Ideoq; non sic dicitur diuina natura esse homo, vel facta homo, sicut Dei filius. Quidam tamen indifferenter vtrunque concedunt.

Quare non accepit personam hominis, cùm hominem acceperit.

D Ideo verò non personam hominis assumpsit, quia caro illa & anima illa non erant vnita in vnã persona, quã † assumpsit: quia non ex illis constabat persona, quando illis vnitum Verbum est. Nam illa sibi inuicem vnita sunt simul cum Verbo. Altera tamen vnione inuicem vnita sunt illa duo, s. anima & caro: alia vnione Verbo vnita sunt. Quia alia est vnio animæ illius ad carnem, & alia est vnio Verbi ad animam illam & carnem. Non ergo accepit Verbum Dei personam hominis, sed naturam: quia non erat ex carne illa & anima illa vna composita persona, quã Verbũ † accepit, sed accipiendo vniuit, & vniendo accepit.

† *assumpserit*

† *acceperit.*

Contra hoc oppositio, quã probare quidam uolunt, personam accepisse personam.

E Hic à quibusdam opponitur, quòd persona assumpsit personam. [Persona enim est substantia individua rationalis naturæ.] hoc autem est anima. Ergo si animam assumpsit, & personam. Quod ideo nõ sequitur, quia anima non est persona, quando alij rei vnita est personaliter, sed quando per se est: absoluta enim à corpore persona est, sicuti angelus. Illa autem anima nunquam fuit, quin esset alij rei coniuncta, Ideoq; non ea assumpta, persona est assumpta. Aliter quoq; nitũtur probare Verbum Dei assumpsisse personã, quia assumpsit aliquem hominem. Assumpsit enim hominem Iesum Christum: ergo aliquem hominem. Quod autem hominẽ Iesum Christũ assumpserit, Augus. in expositione symboli sub anathemate tradit, dicens [Si quis dixerit atq; crediderit hominẽ Iesum Christum à filio dei assumptũ non fuisse, anathema sit.] Qui etiã in pluribus scripturæ locis hmõi vtitur locutionibus, [Ille hõ à Verbo Dei est assumptus, Ille hõ factus est Christus.] Et Propheta de hominẽ Christo loquens, Deo ait, Beatus quem elegisti & assumpsisti, &c. Ex quibus consequi uidetur quòd aliquis homo assumpta sit à Verbo, & ita persona à persona sit assumpta. Sed quia hoc nefas est dicere aut sentire, præmissæ locutiones eisq; similes secundum hanc intelligentiam sanè accipi debẽt: vt homo Christus, siue homo ille, siue quidam homo dicatur assumptus à Verbo, siue vnitus Verbo, non quia hominis persona sit assumpta vel vnita Verbo, sed quia illa anima & caro ita assumpta sunt & vnita Verbo, in quibus subsistit persona Dei & hominis: vt ad hominis naturam, non ad personam respicias, cùm assumptũ vel vnitum, vel quendam vel aliquem in huiusmodi locutionibus scriptura commemorat. Quocirca cùm quæritur sine prouisita autoritate, an aliquis uel quidam homo sit assumptus à Verbo, vel vnitus Verbo, sine distinctione intelligentiæ non est hic reddenda responsio: quoniam multiplex præmissa est quæstio: Sed instantiam quærentis ita determinato. Si de homine persona quæris, respondeo, non: si de hominis natura, dico, est.

Ex Boethio, contra Eutychen &

Nestorii de duabus naturis in una p sona Christi.

De prædesti. sanct. lib. 1. cap. 15. Psal. 64.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE INTELLIGENTIA HARVM LOCVTIONVM, *Deus factus est homo, Deus est homo, an his locutionibus dicatur Deus factus esse aliquid, vel esse aliquid, vel non esse aliquid.*

A DISTINCT. VI.

EX præmissis autē emergit quæstio plurimum continens vtilitatis, sed nimiū difficultatis atq; perplexitatis. Cūm.n. constet ex prædictis & aliis pluribus testimoniis, omnesq; catholici vnanimiter fateātur, Deum factū esse hoiem, & Christum verum Deum esse, & verum hominē, quæritur, an his locutionibus, Deus factus est homo, Filius Dei factus est filius hominis, Deus est homo, & homo est Deus, dicatur Deus factus esse aliquid, vel esse aliquid, vel aliquid dicatur esse Deus, & an ita eō ueniat dici, Homo factus est Deus, & filius hominis factus est filius Dei: sicut econuerso dicitur: & si his locutionibus nō dicitur Deus factus esse aliquid, vel esse aliquid, quæ sit intelligentia harum locutionum & similium. In huius profunditatis reseratione, & scrupulosæ quæstionis expositione, plurimùm differe inueniuntur sapientes.

B *Quorundam sententiam refert.*

Alij enim dicūt, in ipsa Verbi incarnatione hominem quendam ex anima rationali & humana carne constitutum: ex quibus duobus omnis verus hō constituitur & q; ille homo cœpit esse Deus: nō quidem naturam Dei, sed persona verbi: & Deus cœpit esse homo ille. Concedunt etiam hominem illum assumptum à verbo, & vnitum verbo, & tamen esse verbum: & ea ratione tradunt dictum esse Deum factum hominem, vel esse hominem, quia Deus factus est, incepit esse quædam substantia ex anima rationali & humana carne subsistens: & illa substantia facta est, incepit esse Deus: non tamen demigratione naturæ in naturam, sed vtriusq; naturæ seruata proprietate factū est, vt Deus esset in illa substantia, & illa substantia esset Deus. Vnde verè dicitur Deus factus est homo, & homo factus est Deus; & Deus est homo, & hō Deus; & filius dei, filius hominis, & econuerso. Cumque dicant illum hominem ex anima rationali & humana carne subsistere, non tamen fatentur ex duabus naturis esse compositum, diuina scilicet & humana, nec illius patres esse duas naturas, sed animam tantūm & carnem.

C *Autoritates ponit quibus muniunt suam sententiam.*

Et ne de suo sensu tantùm loqui putētur, hanc sententiam pluribus muniunt testimoniis. Ait enim Augustinus in libro de Trinitate, Cùm legitur, Verbum caro factum est, in verbo intelligo verum Dei filiū, in carne agnosco verum hominis filiū, & vtrunq; simul vnam personam Deum & hominem ineffabilis gratiæ largitate coniunctum. Idem in Enchi. [Christus Iesus Deus de Deo est: homo autem natus est de spū sancto ex Maria virgine. Vtraq; substantia, diuina, s. & humana, filius est vnicus Dei patris omnipotētis: de quo procedit spiritus sanctus:] vtrumq; vnus, sed aliud propter verbum, & aliud propter hominē; non duo filii Deus & homo, sed vnus Dei filius: Deus sine initio, homo à certo initio. Idem in eodem, [Quid natura humana in Christo homine meruit, vt in vnitatem personæ vnici filii Dei singulariter assumpta esset? Quæ bona voluntas, quæ bona opera præcesserūt, quibus mereretur ille homo vna fieri persona cū Deo? Nunquid antea fuit homo, & hoc ei singulare beneficium præstitum est, ut singulariter promereretur Deum? Nempe ex quo homo esse cœpit, nō aliud cœpit esse q; Dei filius, & hoc vnicus: & propter Deū verbum, quod illo suscepto caro factum est, vtique Deus: vt quemadmodū vna est persona quilibet hō, anima scilicet rationalis & caro, ita sit Christus vna

Li. 13. c. 19.

Cap. 38.

Ibid. ca. 35.

Ibid. ca. 36.

persona, verbum & homo.] Idem super Ioannem. [Agnoscamus geminam substantiam Christi, diuinã scilicet, qua æqualis est patri: & humanã, qua minor est patre: vtrunque autem simul non duo, sed vnus est Christus, ne sit quaternitas, non trinitas Deus: Ac per hoc Christus est Deus, anima rationalis, & caro.]

To. 9. tract. 77. circa il. Ioã. 19. *Pater maior me est.*

Ca. 15. to. 7. Idem quoq; in libr. de Prædest. sanct. [Ille homo vtã verbo patri coæterno in vnitatẽ personæ assumptus, filius Dei vnigenitus esset, unde hoc meruit? quod bonum eius præcessit, vt ad hanc ineffabilem excellentiam peruenire? Facientẽ ac suscipiente Deo verbo, ipse homo ex quo esse cœpit, filius Dei vnicus ec cepit.] Item, [Homo quisquis ita gratia fit Christianus, sicut gratia homo ille ab initio factus est Christus.]

Ibidem, paulo post.

Cap. 17. Idem in lib. 13. de Trin. [Gratia Dei nobis in homine Christo commẽdatur: Quia nec ipse vt tanta vnitate Deo vero coniunctus. Vna cum illo persona fieret, vllis est præcedentibus meritis assecutus sed ex quo hõ esse cœpit, ex illo est & Deus. Vnde dictum est, Verbũ caro factum est.] Hilarius quoq; in 10. libr. de Trin. ait, [Christum non ambigimus esse Deum verbum: neq; rursus filium hois ex anima & corpore constitisse ignoramus.] His alijsq; autoritatibus vtuntur, qui hominem quendam ex anima rõnali & carne compositum dicunt Deum factum, sed gratia, non natura. Sola enim gratia habuit ille hõ, non meritis vel natura, vt esset Deus siue Dei filius, vt haberet omnem scientiam & potentiam quam habet verbum, cũ quo est una persona. Nec tantum in superioribus legitur, q̃ homo ille sit vna cum verbo, & ipse sum verbum, sed etiam quod anima rationalis & caro eadem persona sit, & Christus sit, & Deus.

Ioan. 1. b Multo post medium libri.

D *Aliorum sententia.*

Sunt autem & alij qui istis in parte cõsentiunt: sed dicunt hominem illũ nõ ex anima rationali & carne tantùm, sed ex humana & diuina natura, id est ex rebus subsistentijs, diuinitate, carne, & anima cõstare: hunc

hunc Iesum Christum fatentur, & vnam personam tantùm esse: ante incarnationẽ solùmodo simplicẽ, sed in incarnatione factam compositã ex diuinitate & humanitate. Nec est ideo alia persona quã prius, sed cùm prius esset Dei tantùm persona, in incarnatione facta est etiã hominis persona, non vt duæ essent personæ, sed vt vna & eadẽ esset persona Dei & hominis. Persona ergo quæ prius erat simplex, & in vna tantũ natura existens, in duabus & ex duabus subsistit natura, & persona quæ tantùm Deus erat, facta est etiam verus homo, subsistens non tantùm ex anima & carne, sed etiam ex diuinitate. nec tamen persona] illa debet dici facta persona, quamuis dicatur facta persona hominis. Facta est igitur illa persona (vt quibusdã placet) quiddam subsistens ex anima & carne: sed nõ est facta persona, vel substantia, vel natura: & inquantũ est illud subsistens, composita est. inquantum autem Verbum est, simplex est.

E *Autoritates etiam ponit quæ hanc probant sententiam.*

De hoc Aug. in lib. sententiarum Prosperi ait, [Mo disomnibus approbare contendimus, sacrificium ecclesiæ duobus constare, duobus cõsici, visibili elemẽtorum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, sacramento, & re sacramenti. i. corpore Christi: sicut Christi persona constat & conficitur ex Deo & hoie, cùm ipse Christus verus sit Deus, & verus homo. Quia omnis res illarum rerum naturam & veritatẽ in se cõtinet, ex quibus cõficitur.] De hoc code Io. Damas. [In Domino nostro Iesu Christo duas quidẽ naturas cognoscimus, vnã aũt hypostasim ex vtriusq; cõpositã. Incarnatus est ergo Christus, ex virgine assumens primitias nostræ massæ: † vt ipsa exiterit in carne hypostasis, quæ Dei verbi hypostasis & cõposita facta fuerit, q̃ prius simplex erat verbi hypostasis: cõposita verò ex duab. perfectis naturis, deitate & humanitate: vt & ipsa ferat diuinæ verbi Dei filiationis characteristicũ & determinatiũ idiõma:

Habet idẽ frãcus mul. to ante medium lib. & sequitur. de cõsec. dist. 2. ca. Hoc est quod dicimus.

Lib. 3. de orthodoxa fide cap. 5.

Ibid. ca. 7.

† *Fabri versio sic habet, vt ea eadem esset carni hypostasis, q̃ Dei, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma: secundum quod diuisa est à patre & spiritu sancto: & carnis characteristica & determinatiua idiomata: secundum quæ differat à matre & reliquis hominib.]

Lib eod. ca. 3. in medio. Item. [Vnam hypostasim filij Dei cõfitemur in duabus naturis perfectis, & eandem hypostasim dicemus deitatis & humanitatis esse, & has duas naturas custoditi & manere in ipso post unionem, non seorsum & secundũ partes ponentes singulas, sed unitas inuicem in unam compositam hypostasim. Substantialẽ enim inquimus unionem, non secundum phantasiam substantialem autem, non duabus naturis perficientibus aliam, scilicet unam compositam naturã, sed unitas inuicem in unam hypostasim compositã filij Dei: & manere earum substantialem differentiam determinamus. Quod ergo creabile, manſit creabile: & quod increabile, increabile: & mortale, mortale; & non mortale, immortale; & circunscriptibile, circunscriptibile; & incircunscriptibile, incircunscriptibile: & hoc quidem refulget miraculis.] De hoc etiam Augustinus in lib. de Trin. ait. [Quemadmodum secundum deitatem vna est patris filiiq; natura, ita etiam in eadem humanitate eadem est matris & filij natura. Ex vtraque autem substantia & diuinitatis & humanitatis vnus atque idem est Deus, Dei & hominis filius Iesus Christus: vt verus Deus, ita etiam homo uerus.]

Sermo. 193. de tempore, quæst. 5. de festo Trinit.

Cap. 17. Idem etiã in lib. 13. de Tri. [sic Deo conjungi potuit humana natura, vt ex duabus substantijs fieret una persona. Ac per hoc iam est ex tribus, Deo, anima, & carne.] His aliisq; plurib. auctoritatib. se muniũt, qui dicunt personam Christi compositam esse vel factã, siue conitanẽ ex duab. naturis, siue ex trib. substãtijs.

F *Tertia aliorum sententia.*

Sunt etiam alij, qui in incarnatione Verbi non solũm personã ex naturis compositã negant, verũ etiã hominem aliquem siue etiam aliquam substantiam ibi ex anima & carne compositam vel factam diffitentur. Sed sic illa duo, scilicet animam & carnem, Verbi personæ

personæ vel naturæ unita esse aiunt, ut non ex illis duobus, uel ex his tribus aliqua natura uel persona fieret, siue componeretur, sed illis duobus uelut indumento verbum Dei vestiretur, vt mortalium oculis cõgruenter appareret. Qui ideo dicitur factus homo, quia ueritatem carnis & animæ accepit. Quæ duo ẽt in singularitatem uel unitatem suæ personæ accepisse legitur: non quia illa duo, vel aliqua res ex illis composita sit vna persona cum verbo, vel sit verbum: sed quia illis duobus accedentibus verbo, non est personarũ numerus auctus, vt fieret quaternitas in trinitate: & quia ipsa persona verbi, quæ prius erat sine indumento, assumptione indumenti non est diuisa vel mutata, sed vna eademque immutata permãsit. Quia secundũ habitum, deũ hominẽ factum dicunt. Accipiendo enim hominẽ dictus est deus factus homo: & propter acceptũ hominẽ dicitur deus verè esse homo: & propter assumentẽ deum dicitur homo esse Deus. Nam si essentialiter, inquiũt illi, Deus esse homo, uel homo esse Deus intelligeretur: tũc si Deus assumpsisset hominem in sexu muliebri, & mulier essentialiter Deus esset, & econuerso. At potuit Deus assumpsisse hominem in sexu muliebri: potuit ergo mulier esse Deus, & econuerso.

Greg. super Ezechielẽ, hom. 8. post medium.

G *Auctoritates inducit quibus hæc sententia roboratur.*

Ne autem & isti de suo sensu influere uideantur, testimonijs in medium productis quod dicunt confirmant. Ait. n. Aug. in li. de gratia noui testamenti, [Sicut non augetur numerus personarũ, cum caro accedit aiæ, vt sit unus homo: sic nõ augetur numerus personarũ, cũ homo accedit uerbo, ut sit unus Christus. Legitur itaq; Deus homo, ut intelligamus huius personæ singularitatẽ, non ut suspicemur in carnẽ mutatam diuinitatem.] Idem quoq; tractans illud uerbũ Apostoli, Habitu inuentus est ut homo, manifestẽ ostendit Deũ dici factũ esse hoiem, uel esse hominem secundum

Epist. 120. ad Honoratum, ca. 4. tom. 2.

Phil. 2. Quæst. 73. tom. 4.

secundum habitum, in lib. 83. quæstionū ita inquiēs. [Multis modis habitum dicimus: vel habitum animi, sicut disciplinæ perceptionē vsu firmatam: vel habitū corporis, sicut dicimus aliū alio validiorem: vel habitum eorum, quæ membris accommodantur extrinsecus: vt cùm dicimus aliquem vestitum vel calceatū, & huiusmodi. In quibus omnibus generibus manifestum est in ea re dici habitum, quæ accidit vel accedit alicui, ita vt eam possit etiam nō hfe. Hoc aūt nomen ductū est ab illo verbo quod est hre. Habitus ergo in ea re dicitur, quæ nobis vt habeatur, vel accidit vel accedit. Veruntamen hoc interest, quia quædam eorum quæ accidunt vel accedunt, vt habitum faciāt, non mutantur, sed ipsa nos mutant, in se integra & inconcussa manentia: sicut sapientia accedens homini, non ipsa mutatur, sed hominem mutat, quem de stulto sapientē facit. Quædā verò sic accedūt vel accidunt, vt mutent & mutentur: vt cibus, qui amittens speciē suā in corpus vertitur: & nos cibo refecti, ab exilitate atq; languore in robur atq; valentiā mutamur. Tertium genus est, cùm ea quę accidunt vel accedūt nec mutant ea quibus accidunt, nec ab eis ipsa mutantur: sicut annulus positus in digito: quod genus rarissime reperitur. Quartū genus est, cū ea quæ accidunt vel accedunt, mutātur nō à sua natura, sed aliā speciē & formam accipiunt: vt est uestis, quæ deiecta atq; deposita non habet eam formam quā sumit induta. Induta.n. membris accipit formā, quā non habebat exuta: quod genus congruit huic comparationi. Deus filius semetipsum exinaniuit, non formam suam mutans, sed formam serui accipiens: neq; conuersus aut transmutatus in hominem, amissa incōmutabili sua biuitate, sed in similitudine hominum factus est ipse susceptor: verum hominem suscipiendo, habitu inuentus est vt homo. 2. habendo hominem, inuentus est vt homo, non sibi, sed eis quibus in homine apparuit. Quòd autem dicit, ut homo, veritatē exprimit. Nam

Ibidem. Quatuor habitūs genera.

Philip. 2. a

mine ergo habitus satis significauit Apostolus, quali ter dixerit, In similitudinem hominum factus: quia non transfiguratione in hominem, sed habitu factus est, cùm indutus est hominem, quem sibi vniens quodammodo atq; conformans immortalitati æternitatiq; sociaret. Non ergo oportet intelligi mutatum esse verbum susceptione hominis: sicut nec membra vestibus induta mutantur: quamuis illa susceptio ineffabiliter susceptum suscipienti copularet.] His uerbis aperte innuere uidetur Aug. Deum dici factum hominem secundum habitum. Qui etiam ipsius incarnationis modum uolens exprimere, quærentibus in 4. lib. de Trin. ait, [Si quæritur, ipsa incarnatio quomodo facta sit ipsum uerbum Dei dico carnem factum, hominem factum, non tamen in hoc quod factum est, conuersum atq; mutatum, sed carne, ut carnalib. congruenter appareret, indutum. Ita sanè factum, ut ibi sit non tantum uerbum Dei & hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima: atq; hoc totum & Deus dicatur propter Deum, & homo propter hominem. Quod si difficilè intelligitur, mens fide purgetur à peccatis abstinendo, & bona operando: difficilia enim iam hæc.] Idem in libro de fide ad Petrū, [Dei filius, cùm sit Deus æternus & uerus, pro nobis factus est homo uerus & plenus. In eo uerus, quia ueram habet Deus ille humanam naturam: in eo uero plenus, quia & carnem humanam suscepit & animam rationalem.] Item, [Nō aliud fuit illa Dei summi exinanitio, nisi formæ seruilis, i. naturæ humanæ susceptio. Vtraque ergo est in Christo forma: quia utraq; uera & plena est in Christo substantia,] diuina scilicet & humana natura. Idem in libro secundo contra Maximinum, [Cùm esset per seipsum inuisibilis, uisibilis in homine apparuit, quem de fœmina suscipere dignatus est.] Item in eodem, [Nos Christum Dominem uerum hominem suscepisse credimus, & in ipso uisibiliter inuisibilem hominibus apparuisse: in ip-

De modo incarnationis Ca. 21. fine ultimo.

Ibidem, sed inferius.

Cap. 2. non longe à principio.

Ibidē, penè ad finē c. 2.

Ca. 19. quoad finem, sed 3 formæ li. de fide cōtra Manic. capite 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 16. Baruch 3. Ante medium libri decimi.

so inter homines conuersatum fuisse, in ipso ab hominibus humana pertulisse, in ipso homines docuisse.] Hilarius quoque in decimo libro de Trinitate ait, [Quomodo Dei filius natus est ex Maria, nisi quòd Verbum caro factum est, scilicet quòd filius Dei, cùm in forma Dei esset, formam serui accepit? Vnum tamen eundemq; non Dei defectione, sed hominis assumptione profitemur: & in forma Dei per naturam diuinã, & in forma serui ex conceptione spiritus sancti secundum hominis habitum repertum fuisse. Nõ fuit habitus ille tantùm hominis, sed vt hominis: nec caro illa caro peccati, sed in similitudine carnis peccati.] Auditis tres secundum diuersos positas sententias, & pro singulis inducta testimonia.

Ibidem, paulo inferius. Ad Ro. 8. a

POSITIS SENTENTIIS PROLATISQVE testimoniis, intelligentiæ propositarum locutionum existit secundum singulas sententias, & primo secundum primam.

A DISTINC. VII.

SECVNDVM primam verò dicitur Deus factus homo, & homo factus Deus: quia deus cœpit esse quædã substantia rationalis, quæ antè nõ fuerat: & illa substantia cœpit esse Deus: & hoc gratia, non natura vel merito habuit. Vnde rectè dicitur Christus, inquantum homo, prædestinatus esse filius Dei. Huic autem sententiæ opponitur, Si illa substantia cœpit esse deus, & deus ipsa: quædam ergo substantia est deus, quæ non fuerat deus: & quædam substantia est deus, quæ nõ est diuina substantia: & deus est aliquid, quod nõ fuerat. Quod & illi concedunt, Origenis testimonio innitẽtes, qui ait, [Factus est sine dubio id quod prius non erat: sed addidit, secundum carnem. Secundum deum

In ca. 1. epist. ad Rom. tom. 3.

Deum verò erat prius, & non erat quando non erat.] Aliis quoque pluribus modis illi sententiæ potest opponi: quibus supersedemus, exercitationis studium lectori relinquentes, & ad alia properantes.

B *Hic explanat secundam sententiam, & earundem locutionem sensus.*

In secunda verò sententia huius distinctionis talis videtur ratio, vt cum dicitur, Deus factus est homo, intelligatur cœpisse esse subsistens ex duabus naturis, vel tribus substantijs: & econuerso, Homo factus est deus: quia subsistens in duabus naturis cœpit esse Deus, vel potius homo factus est deus: & ecõuerso dicitur, quia deus assumpsit hominem, & homo assumptus est à deo. Vnde Aug. dicit in libro de Trini. [Tantus fuit illa susceptio quæ hominem faceret deum, & deum hominẽ.] Variatur autem intelligentia cùm dicitur, Deus est homo, & homo est deus. Dicitur enim deus esse persona subsistens in duabus & ex duabus naturis: & persona subsistens in duabus, & ex duabus naturis dicitur esse deus, id est verbum vel natura diuina. Põt. n prædicari persona simplex, vel natura de persona composita. [Non est autem (vt ait Ioan. Damasc.) idem dicere naturam vel personam.]

Li. 1. c. 13. in principio.

Li. 3. ortho. fidei c. 3. circa medium.

C *Ex quo sensu dicunt Christum prædestinatum.*

Isti dicunt Christum prædestinatum esse inquantum est homo, id est, inquãtum est subsistens ex duabus substantijs, scilicet anima & carne. Nam quantũ ad naturã diuinitatis, non est ipse prædestinatus. Non ergo inquantum in ea vel ex ea subsistit, prædestinatus est, sed inquantum subsistit in alijs duabus substãtijs, id est, anima & carne, hoc est, inquãtũ est homo.

D *Qualiter exponuntur auctoritates primæ, quæ illi videntur obuiare sententiæ.*

Determinant etiam autoritates quæ primæ connumerant sententiæ, & huic videntur cõtradicere: vt cùm legitur, Homo ille assumptus est à verbo in singulari tãtæ personæ, vel factus vna persona cũ verbo, de natura humana

ra humana intelligatur, quæ verbo vnita est in singularitate personæ, ita quòd eadem persona quæ prius erat, & simplex erat, siue incremento numeri personarum etiam immutata permansit, licet composita. Cõpositionis uerò huius aliam dicũt esse rationẽ quam sit in alijs hominibus: quia huius ex tribus, aliorũ ex duabus substantijs est compositio. Negãt quoque naturam humanam esse personam vel dei filium: & sicut vnum eundemq; dicunt esse hominem & deum, & filium hominis, & filium dei: ita vnum & idem, nõ aliud & aliud, sicut nec alium & alium.

E *Quædam posita quæ præmissis uidentur aduersari.*

Sed his videntur aduersari quæ subditis cõtinẽtur capitulis: ait enim Aug. super Ioan. [Aliud est Verbũ deꝛ, aliud homo: sed Verbum caro factum est, id est homo: non itaque alia Verbi, alia est hominis persona: quoniam vtrunque Christus, & vna persona.] Idem contra Felicianum, [Aliud dei filius, aliud hominis filius, sed non alius.] Item, [Dei filius, aliud de patre, aliud de matre. [Idem in lib. 1. de Trin. [Cùm filius sit & deus & homo, alia substantia Deus, alia homo.]

Tract. 69. in ioan. 9. Li. contra Felicianum c. 11. & 12. to. 6. ca. 10. ante medium

F *Qualiter his respondeant.*

Hæc autem in hunc modum determinant, quia cùm dicitur, aliud verbum Dei, aliud homo, siue alia substantia deus, alia homo; alterius naturæ significatur Christus esse, inquantum est homo, & alterius, inquãtum est deus: & aliud natura qua est homo, aliud natura qua est deus. Vt enim ait Ioan. Damas. [incommutabiliter & inalterabiliter vnitæ sunt ad inuicem naturæ; neque diuina discedente à propria simplicitate, neque humana, aut conuersa in deitatis naturam, aut in non existentiam diuisa: neque ex duabus vna facta composita natura. Composita enim natura neutrorum, ex quibus componitur naturis, homousio, id est consubstantialis esse potest, ex alteris perficiens alterum: vt corpus ex quatuor elementis compositũ ex igne

Li. de orth. fide 3. c. 3. initio capitis.

ignis nominatur, nec aer, nec terra, nec aqua, nec horum alicui homousion dicitur. Si ergo, secundum hæreticos, Christus vnius compositæ naturæ post vnionem exierit, ex simplici natura conuersus est in compositam: & neque patri simplicis naturæ existenti, neque matri est homousios, neque Deus, neque homo denominabitur, sed Christus solum: & erit hoc nomen, scilicet Christus, non personæ ipsius nomen, sed unius, secundum ipsos, compositæ naturæ. Nos autẽ Christum non unius compositæ naturæ dogmatizamus: & hoc nomẽ, scilicet Christus, personæ dicimus, non monotropos, id est, vno modo dictum, sed duarum naturarum esse significatiuum, scilicet deitatis & humanitatis. Ex deitate autem & humanitate Deũ perfectum, & hominem perfectum, eundem & esse, & dici ex duabus & in duabus naturis confitemur.] Sic ergo dicitur aliud esse filius Dei, aliud filius hominis, quia alterius est substantiæ vel naturæ inquantum est filius Dei, alterius inquantum est filius hominis: non quod ipse filius Dei & hominis sit duo illa diuersa, id est, duæ diuersæ naturæ.

Nestoriũ & Eutychen.

G *Autoritate confirmat determinationem.*

In medio.

Apertè enim Hilarius in nono lib. de Trin. ait, [Cùm non aliud sit filios hominis, neque aliud filius Dei, verbum enim caro factum est, & cùm ille qui filius Dei est, ipse & hominis sit filius: requiro quis in suo filio hominis clarificatus sit.] Eundem dicit non aliud esse filium dei, & aliud filium hominis. Ex quo præmissa roboratur & approbatur determinatio.

H *Alia etiam uerba autoritatum annotatus determinet.*

Quod etiam dictum est, Vtrunque Christus est, & vna persona, mouere potest lectorem, sicut & illud quod Augu. dicit in libro 1. de Trinitate, [Quia formam dei formam serui accepit, vtrunque deus, vtrunque homo. Sed utrunque deus propter accipiẽtem deum, & utrunque homo propter acceptum hominem.]

Cap. 7.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ca.24. fine ultimo,10.7

Et illud quod idem ait in libro de bono perseueran-
tiæ,[Qui fidelis est,in eo veram naturam humanam
credit suscipientes deo Verbo ita sublimatam, vt qua
suscepit & quod suscepit, vna esset in trinitate perso-
na, assumptione illa ineffabiliter faciente personæ
vnius in Deo & in homine veritatem.] Si autem qua
suscepit & quod suscepit vna est persona,ergo natura
humana cum verbo est vna persona. Sed hæc omnia
ex tali sensu dicta fore traduntur, vt vtrunque dicatur
esse Christus & vna persona: quia in vtroq; vnus
Christus & vna persona subsistit. Ita etiam susceptus
cum suscipiente dicitur vna persona: quia susceptum
suscipienti est sociatum in vnitate personæ,id est, ita
quod vnitas personæ permansit, nō ita vt caro & hu-
ma sint vnus deus:quia,vt ait Hieronymus,[Verbum
est Deus,non caro assumpta.]Et Ambrosius in libro
de dominica incarnatione,[Aliud est quod assum-
psit,& aliud quod assumptum est.]

Ser. de assūptione Mariæ post medium. Ca.6 in fine.

Hic quandam ponit auctoritatem, quæ multum videtur
1 *huic sententiæ apposita.*

Cap.10.

Est autem & aliud quod huic sententiæ plurimum
videtur obuiare. Ait enim Augustinus in libro 3. con
tra Maximinum,[Christus vna persona est gemina
substantiæ: quia & Deus est, & homo est:nec tamen
Deus vel homo pars huius personæ dici potest: alio-
quin filius Dei deus, antequam susciperet formā ser-
ui, non erat totus, & creuit cū homo diuinitati ejus
accessit.]Ecce Deum dicit non esse partem illius per-
sonæ. Vnde videtur illa persona non cōstare ex Deo
& homine. Ad quod etiam illi dicūt,illam personam
non ita constare ex deo & homine,quasi totū ex par-
tibus. Ita enim partes alicuius totius conueniunt, vt
ex illis quod non erat constituatur. Non autem sic
humana & diuina natura in Christo vniuntur. Inex-
plicabilis enim est istius vnionis,quæ non est pars
ratio. Quidam tamen nomine Dei ibi personam si-
gnificari putāt:quia de tribus agebat personis, quarū

nullam trinitatis partem esse dicebant,sicut pars istius
personæ non est Deus. Quod si de persona intelliga-
tur,manifestū est,quia persona non est pars personæ.
Posita est diligenter sententia secunda, & eius expla-
natio: cui in nullo vel in modico obuiāt auctoritates
in tertia sententia inductæ,quæ iam considerandæ est.

In tertia sententia quæ sit præmissarum propo-
K *sitionum intelligentia.*

In hac ergo sentētia sic dicitur Deus factus homo,
quia hominem accepit:& sic dicitur esse homo, quia
hominē habet, uel quia est habens hominē: & homo
factus Deus, quia assumptus est à Deo: & homo esse
Deus, quia habens hominem est Deus.Cùm ergo di-
catur Deus est homo,uel habitus prædicatur,uel per-
sona,sed humanata. Et quod persona humanata præ-
dicetur,Cassiodorus ostēdere uidetur dicens,[Factus
est ut ita dixerim,humanatus Deus: qui et in assum-
ptione carnis,Deus esse non desitit.]Quod tamen ua
rie accipi pōt,vt dicatur Deus factus humanatus, uel
Christus factus Deus humanatus: utrumq; n.sanè di
ci pōt.Cùm ergo dicitur,factus est Deus homo,mul-
tiplex secundos istos fit intelligentia:ut natura huma
nam accepisse,uel humanatū uerbū esse incepisse in
telligatur. Nec tamē si incepit esse humanatū uerbū,
ideo sequitur & inceperit esse uerbum,nec si Deus fa
ctus est humanatum uerbū, sequitur & factus sit uer-
bum,sicut de aliquo dicitur, Hodie iste cœpit esse ho
nus homo,uel factus est bonus homo,nec tamen ho
die cœpit esse homo,uel factus est homo.

Quo sensu secundum istos dicatur Christus
L *prædestinatus.*

Secūdum istos dicitur Christus,secundū & homo,
prædestinatus esse filius Dei,quia est prædestinatum
à Deo ab æterno,& in tēpore collatum est ei per gra-
tiam,ut ipse ens homo sit filius Dei:hoc enim nō sem
per habuit,sed in tempore per gratiam accepit.quod
uidetur Aug. notasse in lib.ad Prosperum & Hilar.

In li. qui a-lias dicitur de prædesti-natione san-ctorũ, c. 14. Cap. 7. to. 3.

dicẽs, [Prædestinatus ẽ Iesus, vt qui futurus erat secũ dum carnem filius Dauid, esset in virtute filius dei.] Hi etiam cùm dicitur Christus minor patre secundũ quod homo, secundum habitum hoc intelligunt di-ctum, inquantum habet sibi hominem vnitum. Va-tura est æqualis, habitu minor. In forma enim serui, minor est patre: in forma Dei æqualis est patri.] Et de Aug. in 1. libro de Trin.

Li. de ortho-doxa fide 3. cap. 2. circa finem.

quia secundum habitum accipienda est incarnationis ratio, ideo Deum humanarum, non hominem deifi-cari dicit traduut. Vnde Ioannes Damascenus, [Non hominẽ deificatum dicimus, sed Deũ hominẽ factũ.]

Quod non debet dici homo dominicus.

M

Lib. 1. c. 19. circa finem. 1. Tim. 2. b

Et licet dicatur homo Deus, non tamen congruè dicitur homo dominicus. Vnde Augustinus in libro Retractationum, [Nõ video vtrum rectè dicatur homo dominicus, qui est mediator Dei & hominum Christus Iesus, cum se vriq; Dominus. & hoc quidẽ vt dicerem, apud quosdã legi catholicos tractatores. Sed vbicunq; hoc dixi, dixisse me nollẽ. Postea quip-pe vidi non esse dicendum, quamuis nonnulla possit ratione defendi. Secundum istos etiam dicitur per-na filii in duabus & ex duabus existere naturis, secun-dum ad hærentiam ‡ vel inhærentiam. Altera enim inhæret ei, altera inest.

†&

Quod prædicta non sufficiunt ad cognoscendam hanc quæstionem.

N

Satis diligenter iuxta diuersorum sententiam, suprà positam absq; assertione & præiudicio tractauimus quæstionem. Veruntamen nolo in tanta re, tamque ad cognoscendum difficili, putare lectorem istã hui nostram debere sufficere disputationem, sed legat & alia fortè melius considerata atq; tractata: & ea quæ hic moueri possunt, vigiliantiore atq; intelligétiore,

De ecclesiasti-cis dogmati-bus, cap. 2.

si poterit, mẽte discutiat, hoc firmiter tenens, q̃ Deus hominẽ assumpsit, homo in Deum transiuit, non na-turæ versibilitate, sed Dei dignatione: vt nec Deus mutare-

mutaretur in humanam substantiam, assumẽdo ho-minem: nec homo in diuinam, glorificatus in Deũ, quia mutatio vel versibilitas naturæ diminutionem & abolitionem substantiæ facit.]

AN DIVINA NATVRA DEBEAT DICI nata de Virgine.

A

DISTINCT. VIII.

POST prædicta inquiri debet, vtrùm de natura diuina concedendum sit, quòd de virgine sit nata, sicut dicitur in vir-gine incarnata. Et videtur vtique non debere dici nata de virgine, cùm nõ sit de patre. Quæ enim res non est de patre genita, non uidetur de matre nata, ne res aliqua filiationis nomẽ habeat in humanitate, quę illud nõ ueneat in diuinitate. Videtur tamen posse probari, q̃ sit nata de uirgine: quia si hoc est nasci deum de vir-gine, scilicet, hominem assumere in vtero virginis, cũ natura diuina imperius dicta sit hominem assumpsis-se, uidetur debere dici nata. De hoc Aug. in libro de fi de ad Petrum sic ait, [Natura æterna atque diuina nõ posset tempore aliter concipi & nasci ex natura huma-na, nisi secundum susceptionẽ veritatis humanæ ve-ram temporaliter conceptionem & natiuitatem inef fabilis in se diuinitas accepisset. Sic est Deus æternus ex virgine.] Ista autoritate videtur insinuari, quod na-tura diuina sit nata & concepta de virgine. Sed si dili genter notentur verba, potius de persona agi intelligi tur, quæ sine dubitatione & de patre & de matre nata esse dici debet.

Quòd ratione uiolentiæ non debeat dici nata de uirgine.

Qualiter per unionem di uersarũ na-turarum in Christo fias de uirgine nata.

Cap. 2. ante medium.

De gemina Christi natiuitate, qua bis natus est.

Quæri etiam solet, vtrùm debeat dici Christus bis natus, vt dicitur Dei & hominis filius. Ad q̃d dici põt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ca. 2. non lõge ab initio capit.

Christum bis natum esse, duasq; natiuitates habuisse. Vnde Aug. in lib. de fide ad Petrũ, [Pater Deus de sua natura genuit filium Deum sibi coæqualẽ & coæternum. Idem quoq; vnigenitus Deus secũdo natus est, ex patre semel, ex matre semel. Natus est.n. de patre Dei verbum: natus est de matre verbum caro factũ. Vnus ergo atq; idem Dei filius natus est ante secula, & natus in seculo: & vtraq; natiuitas vnitus est filij Dei, diuina scilicet & humana.] De hoc et Ioãnes Damascenus ait, [Duas Christi natiuitates veneramur, vnam ex patre ante secula, quæ est super causã & rationem, & tempus, & naturam: & vnam quæ in vltimis temporibus propter nos, & secundum nos, & super nos facta est: propter nos, quia propter nostram salutem: secundam nos, quia natus est homo ex muliere, & tempore conceptionis, scilicet nouem mensium: super nos, quia non ex semine, sed ex spiritu sancto & sancta virgine supra legem conceptionis.] Ex his manifestẽ apparet, Christi duas esse natiuitates, eundemq; bis natum fore.

Li. 3. c. 7. in medio capit.

DE ADORATIONE HVMANITATIS *Christi, an eadem sit adoratio humanitati & deitati exhibenda.*

A DISTINC. IX.

PRAETEREA inuestigari oportet, vtrũm caro Christi & anima vna eademque cum verbo debeant adoratione adorari, illa scilicet quæ latria dicitur. Si enim animæ vel carni exhibetur latria, quæ intelligitur seruitus siue cultus soli creatori debitus: cùm anima Christi vel caro creatura tantũ sit, creaturæ exhibetur, quod soli creatori debetur: quod facientes in idololatriam deputantur. Ideo quibusdam videtur non illa adoratione quæ latria est, carnem Christi vel animam esse adorãdam, sed illa quæ est dulia: cuius duas species vel modo esse dicunt. Est enim cuiusdam modi dulia, quæ creaturæ cuilibet exhiberi potest: & est quædam soli humanitati Christi exhibenda, non alij creaturæ: quia Christi humanitas super omnem creaturam est veneranda & diligenda. Non tamen adeò, vt cultus diuinitati debitus ei exhibeatur: qui cultus in dilectione & sacrificij exhibitione, atque reuerentia consistit: qui latinè dicitur pietas, græcè autem theosebia, id est, Dei cultus, vel eusebia, id est, bonus cultus.

B *Aliorum sententia, qui vnam adorationem utriq; exhibendam tradunt.*

Aliis autem placet Christi humanitatem vna adoratione cum Verbo esse adorandam, non propter se, sed propter illum cuius seabeliũ est, cui est vnita. Neque ipsa humanitas sola vel nuda, sed cũ Verbo cui est vnita: nec propter se, sed propter illum cui est vnita, est adoranda. Nec qui hoc facit, idololatriæ reus iudicari potest: quia nec soli creaturæ, nec propter ipsam, sed creatori cum humanitate & in humanitate ipsa seruit. De hoc Io. Damascẽ ita ait, [Duæ sunt naturæ Christi, ratione & modo † differentiæ, vnitæ vero secũdũ hypostasim. Vnus ergo Christus est Deus perfectus, & homo perfectus: quem adoramus cum patre & spiritu vna adoratione, cum incontaminata carne eius: non inadorabilem carnem dicentes. Adoratur enim in vna vejbi hypostasi: quę hypostasis ei facta est. Non creaturæ veneratione præbentes. Non enim vt nudam carnẽ adoramus, sed vt vnitam deitati, in vnam hypostasim dei verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonem tangere propter ligno coniunctum ignem. Adoro Christi dei mei simũl vtrãq; naturam, propter carni vnitam deitatem. Nõ.n. quasi duas appono personam in trinitate, sed vnã personã confiteor verbi & carnis eius.] His verbis insinuari videtur, Christi humanitatẽ vna adoratione cũ verbo

Lib. de orth. fide 3. ca. 8.

† *differẽtiæ*

Ibidem, paulo inferius.

esse adorandam. De hoc etiam Augustinus ex ser-
mone Domini, vbi dicit, Nō turbetur cor vestrum, ita dicit,
Ioan. 14. a [Dicunt hæretici filium non natura esse deum, sed
Serm. 58. de verbis Domini, in fine. creatam. Quibus respondendum est, quia si filius nō
est Deus natura, sed creatura; nec colendus est omni
no, nec vt Deus adorandus: dicente Apostolo, Co-
luerunt & seruierunt potius creaturę quàm creatori.
Sed illi ad hoc replicabunt, & dicent, Quid est ꝙ eat
nem eius, quam creaturam esse nō negas, simul cum
diuinitate adoras, & ei non minus quàm diuinitati
de seruis? Ego dominicam carnem, imo perfectam in
Christo humanitatem ideo adoro, quòd à diuinitate
suscepta & deinde vnita est, ut nō alium, & alium, sed
vnum eundemq; Deum & hominem filium Dei esse
confitear. Denique si hominem seperaueris à Deo il
li nunquam credo nec seruio: veluti si quis purpurā
vel diadema regale iacens inueniat, nunquid ea cona
bitur adorare? Cum verò ea rex fuerit indutus, pericu
lum mortis incurrit, si ea cum rege adorare quis con
tempserit. Ita & in Christo Domino humanitatem
non solam vel nudam, sed diuinitati vnitam, scilicet
vnum filium Deum verum, & hominem verum, si
quis adorare contempserit, æternaliter morietur. Idē
In tomo. 3. i medio enarrationis. super Psal. 98. vbi dicitur, Adorate scabellum pedum
dum eius, quōniam sanctum est, [Sciendum quia in
Christo terra est, id est, caro, quæ sine impietate ado-
ratur. Susc epit enim de terra terram: quia caro de ter
ra est, & de carne Mariæ carnem accepit: hæc sine im
pietate à verbo Dei assumpta adoratur à nobis: quia
nemo carnem eius manducat, nisi prius adoret: sed
qui adorat, non terram intuetur, sed illum potius cu-
ius scabellum est, propter quem adorat.] His autorita
tibus præmissę inuestigationis absolutio explicatur.

AN CHRISTVS SECVNDVM QVOD homo, sit persona vel aliquid.

A

DISTINCT. X.

SOLET etiam à quibusdā inquiri, vtrū Christus secūdum quòd homo, sit persona, uel etiam sit aliquid. Ex vtraque parte huius quæstionis argumenta cō currūt. Quòd enim persona sit, his edisserunt rationibus. Si secundum quòd homo, aliquid est, vel persona vel substātia, vel aliud est. Sed aliud non, ergo persona uel substantia: si substantia est, uel rationalis vel irrationalis: sed non est irrationalis substantia, ergo rationalis. Si verò secundum quòd homo, est rationalis substantia, ergo persona: quia hæc est definitio personæ, substantia rationalis individuæ naturæ. Si ergo secundum ꝙ homo, est aliquid, & secundum ꝙ homo, persona est. Sed econtrario, si secundum quòd homo, persona est, vel tertia in trinitate, vel alia: sed alia non: ergo tertia in trinitate persona. At si secundū ꝙ homo, persona est tertia in trinitate, ergo Deus. Propter hæc inconuenientia & alia quidam dicūt Christum secūdū hominem nō esse personā, nec aliquid: nisi forte secūdū sit expressiuum vnitatis personæ. Secundum enim habet multiplicem rationē: aliquādo enim exprimit conditionem vel proprietatē diuinæ naturæ vel humanę, aliquando vnitatem personæ: aliquādo notat habitum, aliquando causam. Cuius distinctionis ratio nem diligenter lector animaduertat, atq; in sinu memoriæ recondat, ne eius confundatur sensus, cùm de Christo sermo occurrerit.

Ipse Christus secundum quòd homo, dicatur substantia rationalis, non inde tamen sequitur quòd persona sit secundum quòd homo.

Illud tamen non sequitur, quod in argumentatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

superiori inductum est, quòd si Christus secundum q̃ homo, est substãria rationalis, ergo persona. Nam & modo anima Christi est substantia rationalis, non tamen persona: quia non est per se sonans, imò alij ꝛa coniuncta. Illa tamen personæ descriptio non est data pro illis tribus personis.

Alia probatio quòd Christus sit persona
C *secundum quòd homo.*

Sed adhuc aliter niuntur probare Christum secũdum hominem esse personã, quia Christus secũdum q̃ homo, prædestinatus est vt sit Dei filius: sed illud
Rom.1.a est, quod vt sit, prædestinatus est: ergo si prædestinatus est secundũ q̃ homo, vt sit filius Dei, & secundũ q̃ homo, est filius Dei. Ad quod dici potest, Christũ esse id, quod vt sit, prædestinatus est. Est enim prædestinatus vt sit filius Dei: & ipse vere est filius Dei: sed secundum hominẽ prædestinatus est vt sit filius Dei: quia per gratiam habet hoc: secundum hominem nec tamen secundum hominẽ est filius Dei: nisi forte secundum vnitatis personæ sit expressium: vt sit Iesus, Ipse qui est homo, est Dei filius: vt autẽ ipse homo sit Dei filius, per gratiã habet: sed sic cauta notetur, falsũ est. Non enim quo homo est, eo Dei filius est.

An Christus sit adoptiuus filius secundum quod
D *homo, vel alio modo.*

Si verò quæritur, an Christus sit adoptiuus filius secundũ q̃ homo, siue alio modo: respõdemus Christũ non esse adoptiuũ filiũ aliquo modo, sed tantum naturalem: quia natura filius Dei est, nõ adoptione gratia. Nõ aut sic dr filius natura, vt dicitur Deus natura. Non enim eo modo est quo Deus est: quia proprietate naturalis filius, natura diuinitatis Deus est: & tamen dr natura vel naturæ filius: quia naturaliter est filius eandem habens naturam, quã ille qui genuit. Adoptiuus autem filius non est: quia non prius fuit, & postmodum adoptatus est in filium: sicut nos dicimur adoptiui filij, quia cum nati fuerimus iræ filij,
Ephe.1.a per

per gratiã facti sumus filij Dei. Christus verò nunquã fuit non filius Dei: & ideo non est adoptiuus filius.
E

Oppositio, quid sit adoptiuus filius?

Sed ad hoc opponitur sic, Christus filius hominis est, i. virginis, aut gratia, aut natura, vel vtroq; modo. Si verò natura, aut diuina, aut humana: sed diuina nõ: ergo aut humana natura, aut nõ natura est filius hominis. Si non natura, ergo gratia tũ: & si et natura humana, non ideo minus per gratiã. Si ergo gratia filius virginis est, adoptiuus filius esse vr: vt idem sit naturalis filius patris, & adoptiuus filius virginis. Ad
Solutio. quod dici põt, Christum filium virginis esse & natura, vel naturaliter, & gratia: nec tñ adoptiuus filius virginis est: quia nõ per adoptionẽ, sed per unionem filius virginis esse dicitur. Filius enim virginis dicitur, eo q̃ in virgine hominem accepit in unitatem personę: & hoc fuit gratiæ, & non naturæ. Vnde Augu. super
Tract. 74. circa finẽ. Ioan. ait, [Quod vnigenitus est æqualis patri, nõ est gratiæ, sed naturæ. Quod aut in vnitatem personæ vnigeniti assũptus est homo, gratiæ est, nõ naturæ.] Christus ergo nec dei nec hois est adoptiuus filius, sed Dei naturaliter, & hominis naturaliter, & gratia filius. Quod verò naturaliter sit hominis filius, Aug. osecadit in lib. de fide ad Petrum, [Ille s. Deus factus
Cap. 2. non longè à medio capitis. est naturaliter hominis filius, qui est naturaliter filius vnigenitus Dei patris.] Quòd autem non sit adoptiuus filius, & tamen gratia sit filius, ex subditis probatur testimonijs. Hieron. super epistolam ad Ephesios ait, [De Christo Iesu scriptũ est: ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ: quia semper cum patre fuit, & nunquam vt esset, voluntas paterna præcessit. Et ille quidem natura filius est, nos verò adoptione. Ille nunquã non fuit filius: nos ante quam essemus, prædestinati sumus: & tunc spiritum adoptionis accepimus, quando credidimus in filium Dei.] Hilarius quoq; in lib. 3. de Trini. ait, [Dominus
In illud s. Io charitate prædestinans, &c. tom. 9. dicens, Clarifica filium tuum, non solo nomine confitiatus est se esse filium Dei, sed et proprietate. Nos
Longè post principiũ, Ioan. 17. sumus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumus filij dei: sed non talis hic filius. Hic enim verus & proprius est filius origine, non adoptione: veritate, non nuncupatione: natiuitate, non creatione:] Aug. Tract. 82. etiam super Ioan. ait, [Nos sumus filij dei gratia, non natura: vnigenitus autem natura non gratia, an hoc etiam in ipso filio ad hominē referendū est? Ita sanē.] Ambrosius quoque in 1. lib. de Trinit. ait, [Christus Li. 1. de fide ca. 9. & ultimo. filius est non per adoptionem, sed per naturam: per adoptionem nos filij dicimur: ille per veritatē naturæ est.] Ex his euidenter ostenditur, ꝙ Christus non sit filius gratia adoptionis. Illa enim: gratia intelligitur, cùm Augustinus eum non esse gratia filium asserit: gratia enim, sed nō adoptionis, imò vnionis filius dei est filius hominis, & econuerso.

F *Virum persona uel natura prædestinata sit.*

Deinde, si quæritur, vtrùm prædest natio illa, quā Rom. 1. a cōmemorat Apostolus, sit de persona, an de natura: sanè dici potest, & personam filij, quæ semper fuit, esse prædestinatā secūdum hominē assūptum, vt ipsa. i. ens homo, esset Dei filius: & naturam humanam esse prædestinatam, vt verbo patris personaliter uniretur.

VTRVM CHRISTVS SIT CREATVRA, *siue creatus, vel factus.*

A DISTINCT. XI.

SOLET etiam quæri, vtrùm debeat simpliciter dici atque concedi Christum esse factum, vel creatum, vel creaturā. Ad quod dici potest, hoc simpliciter, & absque determinatione minus congruenter dici. Et si quādoq; breuitatis causa simpliciter denuncietur, nunquam tamen simpliciter deber intelligi. Quia, vt Aug. in 1. lib. de Trin. Cap. 13. ait, cùm de Christo loquimur, [quid secundū quid & propter quid dicatur, prudens & diligens ac pius Lector intelligere debet.] Qui Christum vel dei filium non esse factum, vel creaturam, in 1. lib. de Trin. ostendit, ita inquiens, [In principio erat Verbum: & Verbum caro factum est: & omnia per ipsum facta sunt. Neq; dicit omnia, nisi quæ facta sunt. i. omnem creaturam. Vnde liquidò apparet, ipsum factum non esse, per quem omnia facta sunt: & si factus non est, creatura non est. Si autem creatura non est, eiusdem cū patre substantiæ est. Omnis enim substātia quæ Deus non est, creatura est: & quæ creatura non est, Deus est. Sed si filius non est eiusdem substantiæ cuius pater, ergo facta substantia est: & si facta substantia est, nō omnia per ipsum facta sunt. At omnia per ipsum facta sunt: facta ergo substantia non est, sed una cum patre infecta substantia est.] Item in eodem, [Si uel filium fecit pater, quem non fecit ipse filius, non omnia per filium facta sunt: At omnia per filium facta sunt: Ipse ergo factus nō est, ut cum patre faceret omnia quæ facta sunt.] Idem in li. 83. quæst. [Dicitur creatura quicquid fecit Deus pater per filium: qui non potest appellari creatura: quoniam per ipsum facta sunt omnia.] Ambr. in 1. lib. de Trini. [Probemus, inquit, creaturam non esse, Dei filium. Audiuimus enim in Euangelio Dominum mandasse discipulis, Prædicate Euangelium uniuersæ creaturæ. Qui vniuersam creaturā dicit, nullam excipit: & vbi sunt qui creaturā Christū appellāt? Nam si creatura esset, sibi mādaret euangeliū prædicari, & subiectus esset vanitati: quia, testante Apostolo, Omnis creatura vanitati subiecta est. Non ergo Christus creatura est, sed creator, qui docendæ creaturæ discipulis mandat officium.]

Creat. sinē quæst. 67. tom. 4.

Cap. 6. li. 1. de fide, in princ. in tomo 2.

Marc. vlt.

Rom. 6. d

De perfidia & pœna Arrij.

Arrij hæc fuisse perfidia legitur, vt Christum creaturam puram fateretur. Ideo effusa sunt Arrij viscera atque crepuit medius, prostratus in faciem, ea quibus Christum negauerat, fœda ora pollurus.] His aliisque diuinis testimoniis instruimur, nō debere fateri simpliciter

Amb. li. 1. de fide, c. 9. in princip.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pliciter. Christum esse factum, vel creaturam: sed addita determinatione recte dici potest: vt si dicatur factus secundum carnem, vel secundum hominem, vt factura humanitati, nō Deo attribuatur. Vt enim ait Ambrosius in 1. lib. de Trin. [Non deus factus est, sed deus Dei filius natus est postea verò secundum carnem homo factus ex Maria est. Misit enim Deus filiū suum factum ex muliere, factum sub lege: filium, inquit, suum. s. non vnum de multis. Cùm dicit suum, generationis æternæ proprietatem signauit. Postea, factum ex muliere asseruit, vt factura non diuinitati, sed assumptioni corporis adscriberetur. Factum ergo ex muliere dicit, propter carnis susceptionem: sub lege, propter obseruantiam legis.] [Generatio generationi non præiudicat, nec caro diuinitati. Deus enim æternus incarnationis sacramentum suscepit, non diuidens, sed vnus: de in vtroque vnus, scilicet, diuinitate & corpore. Non enim aliter ex patre, aliter ex virgine nec ideo aliter ex patre, aliter ex virgine: qui factus est secundum nostræ susceptionem naturæ, non secundum æternæ substantiam vitæ:] [quem legimus primogenitum & vnigenitum. Primogenitum, quia nemo ante ipsum: vnigenitum, quia nemo post ipsum:] Ex his euidenter traditur, qua intelligentia accipiendum sit, cùm dicitur Christus factus, vel simpliciter, vel cum additamento: vt factura. Et vel creatura non ad assumentem Deum, sed ad assumptum hominem referatur. In Deo.n. creatura esse non potest, vt Ambrosius ait in 1. lib. de Trini. [Numquid dicēdo factus est Christus? nunquid mādato creatus est Christus? Quo modo autē creatura esse in Deo potest? Eternum Deus naturæ simplicis est, nō comunicæ atq; copolitæ, cui nihil accidat, sed totum quod diuinū est in natura habeat sua.] Etsi ergo Christus secundum hominē dicitur creatura, non tamen simpliciter prædicandus est creatura. Nec ex eo quòd Christus secundū hominē dicitur esse creatura, potest quis progredi sic argumē-

Eiusdem li. ca. 6. in fin. Gal. 4. a

Idē de ieiunatione rec bi, c. 3. saalo post prin cipium.

Ex li. de fide 1. cap. 6.

Eiusdem li. ca. 7. in medio cap.

tando, Si secundū q̄ homo Christus est creatura, vel rationalis, vel non: vel quæ est Deus, vel non: nitens per hoc probare Christū esse aliquid nō diuinū, quia quod ipse est secundū hominē, ipse est. Et ideo si secūdum hominem est aliqua substantia non diuina, est vtique aliquid non diuinum. Sed ex tropicis locutionibus non est recta argumentationis processio. Illa autem locutio tropica est, qua Christus dicitur creatura, vel simpliciter, vel cum adiunctione.

AN HOMO ILLE SEMPER FUERIT, *uel cœperit esse.*

A

DISTINCT. XII.

POST prædicta queritur, vtrùm homo ille cœperit esse, vel semper fuerit: sicut simpliciter enunciamus Christum vel Dei filium semper fuisse, nec cœpisse. De hoc Augustinus inquit super Ioan. [Habuit aliquādo Dei filius quod nō habuit idem ipse homo Dei filius: quia nondum erat homo.] Item idē in eodē. [Priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator Dei & hominum homo Christus Iesus.] Idem super Psal. [Christus noster etsi forte homo recens est, tamen est æternus Deus.] Alibi verò legitur, quòd puer ille creauit Adam. Et Christus dicit se esse principium, & esse ante Abraham. His ergo aliisq; autoritatibus in nullo resistentes dicimus hominem illum inquantum homo est, cœpisse, inquantum verbum est, semper fuisse. Hic.n. absq; distinctione nō est ferēda responsio. Nā & ipse Aug. huiusmodi vtitur distinctione in pluribus locis, dicens per Christum omnia esse facta, inquantum verbum est: secundum illud verò quòd homo est, ipsum esse factum & glorificatum. Si ergo ad

Tract. 106. circa medium Tract. 105. circa finē. 2. Tim. 2. b Tract. 80. in medio enarrationis ad eundem, in 8.

Glos. in 2. c. Matth.

Ioan. 8. d. 5 Homil. 1. et 105. super Ioannem.

personam

Universidad de Deusto
Biblioteca

personam respicias, confidenter dic hominem illum semper fuisse: si vero ad naturam hominis, concede eum cœpisse.

Si Deus aliunde hominem assumere potuit, vel aliunde quàm de genere Adæ.

B Solet etiam quæri, Vtrùm alium hominem, vel aliunde quàm de genere illius Adam Deus assumere potuerit. Ad quod fanè dici potest, ipsum & aliâ animam & aliam carnem potuisse assumere: quia gratia tantùm assumpta est anima illa & caro à verbo Dei. Vt enim Augustinus, [in rebus per tempus ortis illa summa gratia est, quod homo in unitate personæ cõiunctus est Deo.] Potuit ergo Deus aliam animam & aliam carnem assumere: & carnem vtique aliunde quàm de genere Adam. Vnde Augu. in lib. 13. de Trinitate, [Poterat vtique deus hominem aliunde suscipere in quo esset mediator Dei & hominum, non de genere illius Adam, qui peccato suo obligauit genus humanum: sicut ipsum quem primò creauit, non de genere alicuius creauit. Poterat ergo vel sic, vel alio quo vellet modo creare vnum alium, de quo vinceretur victor prioris. Sed melius iudicant, & de ipso quod victum fuerat genere assumere hominem, per quem hominis vinceret inimicum. Et tamen ex virginecuius, conceptum spiritus non caro, fides non libido præuenit, nec interfuit carnis cõcupiscentia qua cæteri concipiuntur, qui originale trahũt peccatum: sed credendo, non concumbendo facta est fœcundata virginitas.] Ex his apertè ostenditur, & alium, & aliunde hominem Deum assumere potuisse.

Responsio.

Li. de Trin. 13 c. 19. in medio.

Cap. 18. in principio.

Matth. 1. d

Luca 1. c

C *Vtrum homo ille potuit peccare, vel non esse Deus.*

Ideo non immerito quæritur, vtrùm homo ille potuerit peccare, vel non esse Deus. Si. n. potuit peccare, etiã potuit damnari. Si potuit damnari, potuit non esse Deus: ergo si potuit peccare, potuit non esse Deus: qa esse Deũ, & posse velle iniquitatem, simul esse nequeũt. Hic distinctione opus est, vtrũ de persona, an de natura agatur. Si. n. de persona agitur, manifestum est quia peccare non potuit, nec Deus nõ esse potuit. Si verò de natura, discutiendũ est, vtrũ agat de ea vt Verbo vnita, an de ea tanquã non unita Verbo, & tamen enti, id est, an de ea secundum qꝰ fuit vnita Verbo, an de ea secundum quod esse potuit, & non vnita Verbo. Non est enim ambiguum, animam illam eam vnitam Verbo, peccare non posse: & est sine ambiguitate verum, eandem, si esset, & non vnita Verbo, posse peccare.

Psal. 5.

D *Quorundam opposicio, quòd potuerit etiam unita deo peccare.*

Quidam tamen probare conantur, etiam eam vnitam Verbo posse peccare: quia liberum arbitrium habet, & ita potest flecti in vtranq; partem. Quod frustra dicit: cum & angeli liberum arbitrium habeant: & tamen gratia adeo iuuante confirmati, vt peccare nequeãt. Quanto magis ergo ille homo cui spiritus est datus sine mensura? Inducunt quoq; autoritatẽ ad probandum idem, Scriptum est. n. in libro Sapient. Qui potuit transgredi, & non est transgressus: & facere malum, & non fecit. Sed hoc accipiendum est secundum mẽbra, vel partim de capite, partim de membris. De capite. Non est transgressus, & nõ fecit malum. De membris, Potuit transgredi, & facere malum.

De hoc li. 2. dist. 7.

Ioan. 3. d

Eccle. 31. b

E *Si Deus potuerit assumere hominem in sexu muliebri.*

Solet etiam quæri, quamuis curiosè, à nonnullis, Si deus humanam naturam potuit assumere secundum muliebrem sexum. Quidam arbitrantur eum potuisse assumere hominem in fœmineo sexu, vt assumpsit in viriis. Sed oportunius atque cõuenientius habũ est, vt de fœmina nasceretur, & virum assumeret: ita vtriusque sexus liberatio ostenderetur. Vnde Augustinus in lib. 83. quæst. [Hominis liberatio in utroque sexu debuit apparere. Ergo quia virum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, consequens erat vt fœminei sexus liberatio hinc apparere, quod

Quæst. 11. 19. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd ille vir de fœmina natus est. Sapiētia ergo Dei quæ dicitur unigenitus filius, homine susceptо in vtero & de vtero virginis, liberationem hois iudicauit.

SI CHRISTVS SECVNDVM NATVram hominis in sapientiæ & gratia proficere potuerit, vel profecit.

A DISTINCT. XIII.

PRAETEREA sciendū est, Christū secundum hominem ab ipsa conceptione gratiæ plenitudine recepisse, cui spiritus datus est nō ad mensurā, & in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Ioan. 3. d. Ad col. 2. b. In epist. 57. ad Dardanū in fine. [Ita verò habitat, (vt ait Aug. ad Dardanū) q̄ omni gratia plenus est. Non ita habitat in sanctis. Vt etiam in nostro corpore ineſt sensus singulis mēbris, sed nō quātus in capite: ibi. n. & vilius est, & auditus, & olfactus, & gustus, & tactus, ī cæteris autē solus est tactus. Ita & in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis, q̄a ille est caput, in quo sunt oēs sensus. In sanctis vero quasi solus est tactus, q̄bus datus est spiritus ad mensurā, cūm de illius plenitudine acceperunt. Acceperunt autē de illius plenitudine non secundū essentiā, sed secūdū finitudinē, quia nunquā illā eandē essentialiter, sed finitē acceperunt gratiā: Puer ergo ille plenus sapientia & gratia fuit ab ipsa conceptione. Vnde Hiere. dicit, Nouum faciet dominus super terrā, mulier circundabit uirum: quia in utero uirginis perfectus vir extitit, nō solùm propter animam & carnem, sed etiā propter sapientiam & gratiam, qua plenus erat. Ioan. 1. b. Hier. 31. d.

B *Auctoritatem ponit quæ videtur obuiare.*

Huic autem sententiæ videtur obuiare quod in Lucæ Euāgelio legitur, Iesus ꝓficiebat sapiētia & ætate, & gratia apud Deum & hoīes. Si. n. proficiebat sapientia & gratia, non vt à conceptione habuisse plenitudinē gratiæ sine mensura. Ad qđ sanè dici pōt, ipsum secundū hominem tantā à conceptione accepisse sapientiæ & gratiæ plenitudinē, vt Deus ei plenius cōferre non potuerit: & tñ verè dicitur profeciſſe sapientia & gratia, non quidem in sē, sed in alijs qui de eius sapientia & gratia proficiebāt, dū eis sapientiæ & gratiæ munera secundum processum ætatis magis ac magis patefaciebat. Vnde Greg. in quadam homil. ait, [Iuxta hominis naturam proficiebat sapientia: non q̄ ipse sapientior esset ex tempore, qui à prima cōceptionis hora spiritu sapientiæ plenus permanebat: sed eandē, qua plenus erat, sapientiā, cæteris ex tempore paulatim demonstrabat. Iuxta hominis naturam proficiebat gratia, non quod ipse non habebat per accessum temporis accipiendo, sed pandendo donum gratiæ quod habebat. Apud Deum & homines proficiebat: quia quantum proficiente ætate patefaciebat hominibus dona gratiæ quæ sibi ineranter & sapientiæ, tantum eos ad laudem Dei excitabat: & sic Deo pares ad laudem Dei, & hominibus ad salutē proficiebat. [In alijs ergo non in se proficiebat sapientia & gratia. Vnde in eodem Euāgelio puer ille sapiētia plenus & gratia perhibetur. Sic ergo dicitur proficere sapientia & gratia, vt aliquis rector ecclesiasticus dicitur proficere in cura sibi † tradita, cùm per exercitium industriam alij proficiunt. Lucæ 2. g. *In glossa citatur nomine Greg. sed est Bedæ homil. 11. sup Lucā, circa illud Luc. 2. Iesus proficiebat ætate et sapiētia.* † credita.

C *Prædicta videtur aduersari quod Ambrosius ait.*

Alibi tamen scriptum reperitur, quòd secundū sensum hominis profecerit, sicut ætate hominis profecit. Ait enim Ambrosius in lib. 3. de Spiri. sanct. sic, Dicens perfectionem naturæ susceptæ humanæ: susceptum hominis; sed non sensu carnis fuit inflatio. sensu hominis animam dixit esse turbatam: sensu hominis esuriuit & rogauit: sensu hominis ꝓfecit, sicut *Li. de incarnatio. dominicæ sacramen. c. 7. in medio. c. tomo 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Colo. 2. Ioan. 12. et. 15. Lucæ 2. g

sicut scriptum est, Iesus proficiebat ætate & sapientia & gratia. Quomodo proficebat sapientia Dei? Profectus ætatis & profectus sapientiæ, non diuinæ sed humanæ est. Ideo ætatem commemorauit, vt secundū hominem crederes dictū. Aetas enim nō diuinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat ætate hominis, proficiebat sapientia hominis. Sensus autem proficit: & quia sensus, ideo sapientia. Quis sensus proficiebat? Si humanus, ergo ipse † susceptus est. Si diuinus, ergo mutabilis per profectum. Quod enim proficit, mutatur in melius: sed quod diuinum est, nō mutatur. Quod ergo mutatur non est diuinum. Sensus ergo proficiebat humanus. Sensum ergo suscepit humanum. Nec poterat confortari virtus dei nec crescere deus, nec altitudo sapientiæ Dei impleri. Quæ ergo implebatur, erat non dei, sed nostra sapientia: nam quomodo implebatur, qui vt omnia impleret descendit? Per quem aūt sensum dixit Esaias, ℣ patrem nesciebat puer aut matrem? Scriptum est. n. Prinsquam sciat puer patrē aut matrem, accipiet spolia Samariæ. Sapientia enim dei futura & occulta non fallunt. Expers autem agnitionis infantia, per humanam vtiq; imprudentiam, quod adhuc non didicit, ignorat. Sed verēdum est, ne quam, ne, si duos principales sensus aut geminā sapiētiam Christo tribuimus, Christum diuidamus. Nunquid cùm & diuinitatem eius & carnem adoramus, Christum diuidimus? nunquid cùm in eo imaginem Dei crucēq; veneramur, diuidimus eum? Apostolus certè qui de eo dixit, Quoniam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, viuit tamen ex virtute Dei: ipse dixit, Quia non diuisus est Christus. Nunquid et cùm dicimus quia animam rationalem & intellectus nostri suscepit capacem, diuidimus eum? Non enim ipse Deus Verbum pro anima rationali & intellectus capaci in carne sua fuit: sed animam rationalē & intellectus nostri capacem, & ipsam humanam, & eiusdem substantiæ cuius nostræ sunt animæ, & carnem nostræ

† p incremē tū susceptus est.

Esaiæ 8. a

2. Cor. 13. a
1. Cor. 1. b

strę similem, eiusdemq; cuius caro est nostra, substantiæ suscipiens, perfectus etiam homo fuit.

D

De intelligentia præmissorum uerborum.

Hæc verba Ambrosij pia diligentia inspicienda sunt, quæ ex parte hominis ignorantiam instruunt & illuminant, ex parte errandi fomitem malè intellecta ministrāt. His etenim euidenter traditur, duos in Christo esse principales sensus, siue geminam sapientiam. Neq; ideo vnitas & singularitas personæ diuidi tur: sed iuxta duas naturas, duas habet sapientias: vnā non creatam, sed genitam, quæ ipse est: alteram non genitam, sed creatam, & per gratiam ei collatā. Nam Esaias de eo protestatur, Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, &c. Spiritu ergo sapientiæ & intellectus, id est sapientia & intelligentia per spiritum sanctum gratis data, Christus erat sapiens secundum animam. Secundum deum verò sapiens erat sapientia æterna, quæ Deus est. Et sicut, inquantū Deus est, bonus est bonitate naturali, quæ ipse est, & iustus iustitia naturali, quæ ipse est: ita sapiens sapientia naturali, quæ ipse est. Anima verò eius sicut bona est & iusta bonitate vel iustitia gratis data, quæ ipse vel ipsa non est: ita est sapiens sapientia gratis data, quæ ipsa non est. Et licet gemina in Christo sit sapientia, vna tamen eademque persona est: quæ inquantum deus est, vel inquantum natura diuina est, sapiens est sapientia æterna, scilicet genita, id est seipsa: & sapientia quæ non est genita, quæ communis est tribus personis: non tamen gemina sapientia: quia non est alia & alia sapientia genita quę tantùm filius est, & sapientia quæ communiter pater est & filius & spiritus sanctus. Inquantum verò eadem persona est homo, idest secundum hominem acceptum, vel inquantum est subsistens ex anima & carne, sapiens est sapientia gratiæ. Sapiens ergo est humano sensu & diuino.

De gemina Christi sapiē tia, genita. s. & creata.

Esaiæ 11. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo intelligendum sit illud, Sensus proficiebat humanus.

B Sed ex qua causa illius dicti intelligentia, scilicet, Sensus proficiebat humanus, assumenda est? Aperte enim videtur Ambrosius innuere, quod secundū humanū sensum Christus profecerit, & quòd infantia eius expers cognitionis fuerit, & patrem & matrem ignorauerit: quod nec ecclesia recipit, nec præmissæ autoritates patiuntur sic intelligi. Sed ita sanè potest accipi, vt quantum ad visum hominum & sui sensus ostensionem, Christus profecisse dicatur. Proficiebat ergo humanus sensus in eo secundum ostensionem & aliorum hominum opinionem. Ita etiam patrem & matrem dicitur ignorasse in infantia: quia ita se habebat & gerebat, acsi agnitionis expers esset.

SI ANIMA CHRISTI HABVERIT SAPientiam parem cum deo, & si omnia scit quæ Deus.

A DISTINCT. XIIII.

Hic quæri opus est, cùm anima Christi esset sapiens sapientia gratuita, vtrū habuerit sapientiam æqualem Deo, siue omnium rerum scientiam habuerit vel habeat, id est vtrùm oia sciat quæ Deus scit. Quibusdam placet, quòd nec pares cū Deo habeat scientiam, nec omnia sciat quæ Deus: quia in nullo creatura æquatur creatori. Cùm ergo anima illa creatura sit, in nullo æquatur creatori: ergo nec in sapientia. Non ergo habet æqualem cum Deo sapientiam, nec scit omnia quę deus. Item. Si anima illa æqualem habet cum deo sapientiam, nō ergo Deus in omni bono maiorem habet sufficientiam, quàm eius creatura. Inducūt etiam autoritates ad idē probandum. Ait enim propheta ex persona hominis assumpti, Mirabilis facta est scientia tua ex me, & nō potero ad eam. Quod exponens Cassiodor. ait, [Veritas humanæ conditionis ostenditur: quia assumptus homo diuinæ substantiæ non potest æquari vel in scientia vel in alio.] Apostolus etiam ait, Nemo nouit quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei, qui solus scrutatur omnia, etiam profunda Dei. His aliisque pluribus rationibus & autoritatibus nituntur, qui animā Christi asserunt nec parem cum deo habere scientiam, nec omnia scire quę Deus scit. Quia si oia scit quæ Deus, scit ergo creare mundum, scit etiam creare seipsam.

Psalm. 138.

Cōmēt. super illū versicu. lum psal.

1. Cor. 2.

B *Responsio quæstionis definitiuam continens sententiam.*

Quibus respondētes dicimus animam Christi per sapientiam gratis datā in verbo Dei, cui vnita est, qđ etiam perfectè intelligit, omnia scire quæ Deus scit, sed non omnia posse quę potest Deus, nec ita clarè & perspicuè omnia capit vt deus: & ideo non æquatur creatori suo in scientia, etsi omnia sciat quæ & ipse: nec est eius sapientia æqualis sapientiæ Dei, quia illa multò est dignior, digniusq; & perfectius omnia capit quàm illius animę sapientia. ergo & in scientia maiorem habet sufficientiam Deus quàm anima illa, quæ dignior est omni creatura. Illud vero Apostoli quod inducunt, Nemo nouit quæ dei sunt, nisi spiritus dei, qui solus scrutatur omnia: pro nobis facit. Mox enim addat Apostolus, Nos autem spiritum dei habemus: vt per spiritum quem habebat, Dei profunda se scire ostenderet. Sed anima illa præ omnibus spiritum Dei habuit, cui spiritus non est datus ad mensuram, vt ait Ioannes Euangelistas. Dona ergo spiritus sancti sine mensura habuit: ergo & sapientiam. Omnia ergo sciuit anima illa. Si enim quædam sciuit, quædam non: tunc non sine mensura scientiam habuit. Sed sine mensura scientiam habuit: scit ergo omnia. Fulgentius etiam in sermone quodam multa inducit, quibus asserit animam illam rerum omnium scię tiam habere: vtens autoritate Apostoli dicentis, In

1. Cor. 2.

Ioan. 3.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Quod etiam ratione potest probari sic, Nihil scit aliquis quod eius anima ignorat. Sed Christus secundum omnium concessionem, omnia scit: ergo anima eius omnia scit. Ad id verò quod dicit, Si omnia scit: ergo scit creare mundum vel seipsam: respondemus, q̃ scientiam habet mundum creandi, sed non potentiam, & creandi animam, & scit quomodo Deus seipsam creauerit: habet ergo scientiam sui creatæ, sed nõ sui creandæ: quia non est creanda, sed creata.

Quare deus non dedit ei potentiam omnium, ut scientiam.

C Si verò quæritur, quare deus non dederit ei potentiam faciendi omnia, vt scientiam: respondeti potest, quia naturaliter capax est scientiæ. & ideo id congruè ei datũ est sine mensura, cuius ipsa naturaliter capax est. Non est autem ei datum posse omnia facere quæ Deus facit, ne omnipotẽs, & per hoc Deus putaretur. Veruntamen fortè nec potentiam faciendi omnia ei deus præstare potuit, etsi potentiam faciendi aliqua quæ nõ facere potest. Scit ergo anima Christi ofa quæ deus scit in verbo dei: quod liquidius & præsentius ofa creatura cõtemplatur, vt ei vnita: in quo etiam angeli & quę dei sunt, & quę futura sunt cognoscunt.

Quomodo intelligenda sint quædam verba Ambrosij super Lucam.

D Sed si illa anima non habet tantam potentiã quantam & deus, nec hõ assumptus tantã potentiam quantam & deus: quomodo ergo intelligitur illud Ambr. super Lucam, vbi angelus de nascituro filio virginis ait, Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur? Nõ ideo, inquit, erit magnus, quòd ante partum virginis magnus non fuerit: sed quia potentiam quam Dei filius naturaliter habet, homo erat ex tempore acceptus, vt vna sit persona homo & Deus. ¶ Ecce apertè dicit, quod homo erat acceptus ex tempore potentiam quam Dei filius habuit naturaliter. Sed si homo

Ita circa illud Lucæ 1. Hic erit magnus, hom. 3 In glo. tamen ordina. vnde hæc Magist. transsumpsit, citatur nomine Ambr.

homo acceptarus erat illam potentiam: ergo vel persona, vel natura hominis. Sed persona non, quia semper habuit, & habet: ergo natura. Si natura: ergo anima. Nam de carne constat quòd accipere non posset. Ad quod dicimus, illud esse accipiendum de persona, sed non inquantum est Dei, imo inquantum est persona hominis. Vna est enim persona Dei & hominis, filii dei & filii hominis, quæ inquantum dei persona est, semper & naturaliter omnipotentiam habuit: sed inquantum est hominis, non semper habuit. Illa ergo persona quæ semper fuerat dei, futura erat hominis persona, & secũdũ hoc q̃ futura erat hominis persona, acceptura erat ex tempore potentiã, quam naturaliter & semper habuerat inquantum dei persona. Secundũ hanc distinctionẽ illud & similia sanè possunt accipi. Quæ distinctio, in pluribus quæstionum articulis est necessaria aduersus quorundam perplexam verbositatem. Sed cùm de rebus constat, in verbis frustra habetur controuersia.

DE HOMINIS DEFECTIBVS QVOS ASSUMPSIT CHRISTVS IN HUMANA NATURA.

A

DISTINCT. XV.

ILLVD quoque prætermittendum nõ est, q̃ Dei filius naturam hominis accepit passibilem, animam passibilem, & carnem passibilem & mortalem. Vt. n. probaretur verũ corpus habere, suscepit huiusmodi defectus corporis, famẽ, sitim, & hu defectus animæ, s. tristitiã, timorẽ, dolorẽ, & hu. Omnis autẽ sensus, animæ est: Non enim caro sentit, sed anima vtens corpore uelut instrumento. Vn de Augustin. super Genesi in lib. 12. [Non corpus sentit, sed anima per corpus: quo velut † nuncio vtitur ad

Ca. 24. 10. 8 † instrumento.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur ad formandum in seipsa, quod extrinsecus nũciatur.]Sicut ergo anima qđ foris est per corpus tanquã per instrumentũ videt vel audit, ita ẽt per corpus quẽdam sentit mala, quæ sine corpore non sentiret, vt famem & sitim, & hmõi. Vnde non immeritò defectus corporis dicuntur. Quædam aũt nõ per corpus, imò etiam sine corpore sentit, vt est timor & huiusmodi. Sentit ergo anima dolores, sed quosdam per instrumentum corporis, quosdã verò non. Suscepit autem Christus sicut veram naturam hominis, ita & veros defectus hominis; sed non oẽs. Assumpsit.n. defectus pœnæ, sed non culpæ: nec tamen omnes defectus pœnæ, sed eos oẽs quos homini cum assumere expediebat, & suæ dignitati non derogabat. Sicut enim propter hoĩem homo factus est, ita propter eũ hominis defectus suscepit. Suscepit enim de nostro, vt de suo nobis tribueret, vt nostrum tolleret defectum. Suscepit enim nostram vetustatem, vt suam nobis infunderet nouitatem. Simplam ille accepit vetustatem, id est pœnæ, vt nostram duplam consumeret, id est, pœnæ & culpæ.

Hier. 2. et 4

S *Qualiter accipiendum sit illud quod dicit ex Papa.*

Leo Papa epist. ad Flauianũ Episcopũ, 10. et 1 sermone 2. de natiuitate dominica. et Damasce. li. 4. ortho. fidei. cap. 20. Ca. 18. Et li. Retrac. 1. c. 9. in fine. Et lib. de bono

Tradit autoritas [qꝫ Dominus noster in se suscepit omnia infirmitatis nostræ, præter peccatũ.] Quod si accipiatur de illis tantũ quæ eũ sumere pro nobis oportuit nec dedecuit, falsum esse probabitur. Non.n. assumpsit ignorantiam aliquã, cũ sit ignorantia quædam quæ defectus est, nec peccatũ est. I. ignorantia invincibilis: nam vincibilis peccatũ est: si tamen de his est quæ nobis expedit scire. Sunt.n. quædam quorum scientia nõ affert, vel ignorantia non impedit salutẽ: & fortè talium rerum ignorãtia defectus non est. Cõstat aũt in nobis esse ignorantiam atq; difficultatem volendi vel faciẽdi bonum: quæ ad miseriam nostrã pertinent. Vnde Aug. in lib. 3. de libero arbit. [Apparebare, inquit, falsa pro veris, vt erret inuitus, & retinente atq; torquente dolore carnalis vinculi non posset à libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. Ex qua miseria peccantibus iustissimè inflicta, liberat Dei gratia: quia sponte homo libero arbitrio cadere potuit, non etiam resurgere: ad quam miseriam pertinet ignorantia & difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio naturalis fragilitatis suæ: nec ab isto malo quisquã nisi gratia Dei liberatur.] Ecce euidẽter dicit hic Aug. ignorantiã qua quis inuitus falsa pro veris approbat, & difficultatem qua non potest se temperare à malo, ad miseriam nostram pertinere, & pœnam esse hominis. Hæc autem Christus non habuit. Non ergo accepit omnes defectus nostræ infirmitatis præter peccatum.

perseuerantiæ, c. 11. to mo 7. Et de natura & gratia contra Pelag. capite 67.

C *Quod ignorantia talis & difficultas non sit peccatum.*

Sed fortè aliquis dicet illa esse peccatũ. Cui obuiat illud quod Aug. tradere uidetur, hoc. s. Deum inculpabiliter ante peccatum in exordio conditionis homini potuisse indere, vt essent ei naturalia: ita in lib. Retra. inquiens, [Ignorantia & difficultas etiamsi essent hominis primordia naturalia, nec sic esset culpandus Deus, sed laudãdus.] Sed si hæc homo in primordio naturaliter habuisset, nũquid essent in eo defectus & pœnæ? Si defectus vel pœna ei indita fuisset ante peccatũ, iniustè cũ eo agi videretur, [si ante culpã sentiret pœnam. Ob hoc fanè dicimus illa non fuisse defectus vel pœnas, si naturaliter homini insuissent sicut non sunt homini ante peccatũ nondũ gratiam adepto defectus siue pœna, nõ posse proficere. Sed postquã gratiam recepit, per quã proficere potuit, & ad repus profecit, eamq; culpa sua post amisit, simulq; proficiendi facultatem perdidit, defectus fuit ei & pœna nõ posse proficere. i. malum declinare, & bonum facere. Omnes ergo defectus nostros suscepit Christus preter peccatum, quos ei conueniebat suscipere, & nobis expediebat. Sunt enim plura ægritudinem genera & corporis uitia, à quibus omnino immunis exiuit.

Lib. 1. c. 9. in fi. Et lib. de lib. arbi. cap. 20. & 21. Et lib. de bono perseuerãtiæ, c. 11. et 12. to mo 7.

Quos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quos enim defectus habuit, vel ad ostensionē veræ humanitatis, vt timorē & tristitiam: vel ad implerionē operis ad qđ venerat, vt passibilitatem & mortalitatem: vel ad erigendā spem nostram ab immortalitatis desperatione, vt mortē, suscepit. Hos aūt defectus nō conditionis suæ necessitate, sed miserationis voluntate suscepit. Veros quidē habuit defectus, sicut & nos, sed non eadē ex causa. Nos.n. ex peccato originali hos defectus contrahimus, sicut Apostolus insinuat, dicens, Corpus quidem propter peccatum mortuū est, *Rom.8.b* i. necessitatem moriendi habet in se. Christus autem non ex peccato huiusmodi habuit defectus, quia sine *Baruch. 3.* peccato est conceptus, & natus, & in terris conuersatus. Sed ex sola miserationis uoluntate de nostro in se transtulit veram infirmitatem, sicut accepit veram carnem: quā sine omni infirmitate assumere potuit, sicut absque culpa eandem suscepit.

Auctoritatibus probat Christum secundum hominem verè dolores sensisse & timuisse, contra quosdam hoc negantes.

D Sed quia nonnulli de suo sensu in passione humanitatis Christi malè sensisse inueniūtur, asserēres similitudinē atq; imaginē passionis & doloris Christū hominē pertulisse, sed nullū oīno dolorē vel passionem sensisse; autoritatū testimonijs eos cōuincentes, indubitabile faciamus quod supra diximus. Propheta Esa. dicit, Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et Veritas ipsa in Euangelio ait, Tristis est anima mea vsq; ad mortē: vbi et legitur, Cœpit Iesus pauere & tædere. Prophera etiā ex persona Christi ait, Repleta est malis anima mea. Quod exponens Aug. inquit, [Non viriis & peccatis, sed humanis malis, id est doloribus repleta fuit anima Christi, quibus ipsa compatit carni. Non enim dolor corporis potest esse sine anima. Dolere autē anima, etiam non dolente corpore, potest. Hos autem humanæ infirmitatis affectus, sicut ipsam carnem ac mortem, non con-

Cerdomani: de quibus Aug. lib. de hære. para. 21. et Mani. de quib. ibidem par. 46.
Esaiæ 53.b
Mat. 26. d
Mar. 14. d
Psal. 87.
Ser. 8. enarrat. ad eunde uersum.

conditionis necessitate, sed miserationis voluntate suscepit.] Ambro. etiam in lib. 3. de Trin. ait, [Scriptū est, Pater, si possibile est, trāseat à me calix iste. Timet ergo Christus: & dum Petrus non timet, Christus timet. Petrus dixit, Animam meā ponam pro te: Christus dicit, Anima mea turbatur: vtrunq; verum est & rationis plenum, cp & ille qui est inferior, non timet, & ille qui superior est, gerit timentis affectum.] Idem in eodē, [Vt homo turbatur, vt homo fleat, vt homo crucifigatur, per naturam hominis & tædiauit & resurrexit. Non turbatur eius virtus, non turbatur eius diuinitas sed turbatur anima, secundum humanæ fragilitatis assumptionem. Nam qui suscepit animā, suscepit et aiæ passionem. Non.n. eo cp Deus erat, aut turbari aut mori posset.] Idem in eodē, [Suscepit tristitiā meam. Confidenter tristitiam nomino, qui crucem predico. Vt homo habuit tristitiā, quā meo fuscepit affectu: mihi compatitur, mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me & in me doluit, qui pro se nihil habuit qđ doleret. Doles igitur domine Iesu vulnera met, non rua: quia tu non pro te, sed pro me doles.] Hieron. quoque in explanatione fidei ait, [Nos ita dicimus hominem passibilem à Dei filio susceptum, ut deitas impassibilis permaneret. Passus est enim filius Dei non putatiue, sed verè, omnia quę scriptura testatur, secundum illud quod pati poterat. s. secundum humanam assumptam. Licet ergo persona filij susceperit passibilem hominem, ita tamen eius habitatione secundum substantiā suam nil passa est, vt tota trinitas, quā impassibilem necesse est confiteri.] His ijsdē autoritatibus perspicuū fit, Christū verē passibilem assumpsisse hominem, atque in eo defectus & affectus nostræ infirmitatis suscepisse, sed uoluntate, non necessitatis conditione.

Id hēt Ambro. lib. 2. de fide, cap. 3. tom. 2.
Matt. 26. d
Ioan. 13. d
Ioan. 12. d
Ca. 3. in fi.
Ca. 3. pænūltimo super ius, & super illud Luc. 22. Pater si possibile est.
Ad Dam. in medio, tomo 4.

Hic ponit quæ prædictis aduersari uidentur.

Quędā tamen reperiuntur in sanctorū tractatibus quæ præmissis aduersari videtur. Nam super illū locū

Psal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Expositione 2. ad Ps. 21.

Psal. Clamabo, & non exaudies, Aug. tradere videtur, Christum nec verè timuisse, nec uerè tristarum esse, dicens sic, [Quomodo hoc dicit, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius? sed de nobis corpore suo hoc dicit. Corporis enim sui, id est ecclesiæ gerebat personam: sicut & alibi, cùm dixit, Transeat à me calix iste, pro nobis loquitur: nisi fortè putet timuisse mori: sed non verè timebat dominus pati, tertia die resurrecturus, cùm arderet Paulus dissolui, & esse cum Christo. Non enim fortior est miles, quàm imperator. Miles autem coronandus gaudet mori, & dominus coronaturus timet mortem? Sed infirmitatem nostram repræsentans, pro suis infirmis qui timent mori, hæc dixit. Vox illorum erat, non capitis.] Hieron. etiam ait, [Erubescant qui putant saluatorem timuisse mortem, & passionis pauore dixisse, Tranteat à me calix iste.]

1. Petri 2. d.
Esaiæ. 53.
Matt. 26. d
Philip. 1. d
In 26. cap. Matth.
Matt. 26. d

F *Determinatio auctoritatum.*

Ne autem in sacris literis aliqua aduersa diuersas esse putetur, harum autoritatum verba in hunc modum accipienda dicimus: vt nō veritatem timoris & tristitiæ uel propassionem, sed timoris & tristitiæ necessitatē & passione à Christo remouisse intelligamur. Habuit.n. Christus verum timorem & tristitiam in natura hominis: sed non sicut nos, qui sumus mēbra eius. Nos.n. causa peccati nostri his defectibus necessitatis subiacemus, & in nobis sunt isti defectus secundum propassionem & passionem: sed in Christo non nisi secundum propassionem. Sicut.n. in peccatis gradus quidam notantur propassio & passio, ita & in his pœnalibus affectibus. Afficitur.n. quis interdum timore vel tristitia, ita ut mentis intellectus non inde mouetur à rectitudine vel dei contemplatione: & tunc propassio est. Aliquādo verò mouetur & turbatur: & tūc passio est. Christus verò non fuit ita turbatus in animo timore vel tristitia, vt à rectitudine vel dei contemplatione aliquatenus declinaret: secundum quem modum

De passione & propassione timoris & tristitiæ.
Supra li. 2. dist. 33. lit. M.

dum intelligitur, cùm dicitur non timuisse vel tristis fuisse. Vnde Hieronymus super Matthæum, vbi legitur. [Cœpit contristari & mœstus esse. Vt veritatem, inquit, probaret assumpti hominis, verè contristatus est, sed non passio eius dominatur animo, verùm propassio est. Vnde ait, Cœpit contristari. Aliud est.n. cō tristari, aliud incipere contristari: quod est, aliter cō tristatur quis per propassionē, aliter p passionē. Ideoque secundum hanc distinctionem aliquando dicitur Christus non verè timuisse, aliquādo verè timuisse: quia uerum timorē habuit & tristitiam, sed non secundum passionem, neq; ex necessitate conditionis. Vnde Augustinus ex his causis volens assumi dictorū intelligentiā, dicit Christum non verè timuisse vel tristarum esse, & incontinenti verā tristitiam habuisse his verbis, [Infirmos in se præsignās Dominus ait, Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Non.n. uere timebat Dominus pati, tertia die resurrecturus, cū arderet Paulus dissolui, & esse cum Christo. Iste gauderet coronandus, & tristis est dominus coronaturus?] Fecit hic videtur tristitiam & timorē à Christo remouere. Continuò autem subiunxit, [Sed tristitiā sic assumpsit, quomodo carnem. Fuit enim tristis, sicut Euangelium dicit. Si enim tristis non fuit, cùm Euangelium dicat, Tristis est anima mea, &c. ergo & quando dicit, Dormiuit Iesus, nō dormiuit: uel quando dicit manducasse, non manducauit: & ita nihil sanum relinquitur, ut dicatur etiam quia corpus eius non erat uerum. Quicquid ergo de illo scriptum est, uerum est, & factum est. Ergo & tristis fuit: sed uoluntate tristitiam suscepit ueram, quomodo uoluntate carnem ueram.] Aperiè noscis eundem sibi in his uerbis contradicere, nisi uarias dictorum discerneret causas, ex quibus intelligentia uerborum assumenda est. Si enim discernatur intelligentiæ causa prædicta uerborum, nihil occurrit contradictionis.

In 26. cap. Matth.
Enarratione in psalmū 93. post medium.
Matt. 26. d
Philip. 1. d
Marci 14. d.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De quibusdam Hilarij capitulis valde obscuris, quæ videntur communi sententiæ obuiare.

G

Veruntamen magis mouent ac difficiliorem asserunt quæstionem verba Hilarij, quibus videtur tradere, ictus, & vulnera, & huiusmodi, sic in Christum incidisse, vt passionis dolorem non incuterent. Sicut telum tractum per aquam, vel ignem, vel aera, ea facit quæ & cùm trahitur per corpora animata: quia perforat & compungit: non tamen dolorē ingerit: quia non sunt illæ res doloris capaces. Ita & corpus Christi sine sensu pœnæ vim pœnæ excepisse dicit: quia sicut corpus nostrum non habet talē naturā, vt valeat calcare vndas: ita corpus Christi dicit non habuisse naturā nostri doloris, quia non habuit naturā ad dolendū. Ait.n. sic in 10. libro de Trinitate, [Vnigenitus Deus hominē verū secundū similitudinē nostri hominis, non deficiens à se Deo assumpsit. In quo quāuis aut ictus inciderer, aut vulnus descenderet, aut nodi concurrerent, aut suspensio eleuaret, afferrent quidē hæc imperū passionis, non tamen passionis dolorē inferrent: vt telū aliquod aquam perforans, vel ignē cōpūgens, vel aera vulnerās, omnes quidē has passiones naturæ suæ infert, vt perforet, vt compungat, vt vulneret: sed naturam suam in hoc passio illata nō retinet, dum in natura non est vel aquam forari, vel pūgi ignē, vel aera vulnerari: quamuis naturæ teli sit & vulnerare, & compungere, & perforare. Passus quidem Christus est dum cæditur, dum suspenditur, dūmoritur: sed in corpus irruens passio, nec nō fuit passio, non tamen naturam passions exercuit, dum &. pœnali ministerio pœna de sæuit, & uirtus corporis sine sentu pœnæ vim pœnæ in se de sæuientis excepit. Habuit sanē illud Domini corpus doloris nostri naturam, si corpus nostrum id naturæ habet, vt caleet vndas, & fluctus desuper eat, nec clausæ domus obstaculis arceatur. At verò si dominici corporis solùm ista natura sit, vt feratur in humidis, & siſtat in liquidis, & structa trāscurrat: quid per naturā humani corporis carnē ex spiritu sancto conceptā iudicamus? Caro illa de cælis est, & homo ille de Deo est, habens ad patiendū corpus: & passus est, sed naturā non habens ad dolendum.] Idem in eodem, [Videamus an ille passionis ordo infirmitatem in Domino doloris permittat intelligi: dilatis enim causis, ex quibus metum domino hæresis asscribit, res ipsas vt gestæ sunt conferamus. Nec enim fieri potest, vt timor eius significetur in verbis, cuius fiducia contineatur in factis. Timuisse ergo hæretico passionem videtur. Sed ob ignorantiæ huius errorem Perrus & satanas & scandalū est. An ne timuit, qui armatis obuius prodiit? & in corpore eius infirmitas fuit, ad cuius occursum consternata persequentium agmina supinatis corporibus conciderunt? Quam ergo infirmitatem dominatā huius corporis credis, cuius tantam habuit natura virtutē? Sed fortè dolorē vulnerum timuit. Quē, rogo, ò tu domini cæ infirmitatis assertor, penetrantis cārnem clauī habuit terrorem, qui exciſam aurem solo restituit attactu? Producēs hæc aurem manus, clauum dolet? & sentit vulnus qui alteri dolorem uulneris non reliquit? Pungedæ carnis metu tristis est, cuius attactu caro post eædem sanatur?] Idem, [Collatis ergo dictorū gestorūq; virtutibus demonstrari non est ambiguū, in natura corporis eius infirmitatē corporeæ naturę non fuisse: & passionē illam, licet corpori illata sit, nō tamen naturam dolendi corpori intulisse: quia licet forma corporis nostri esset in domino, non tamen vis infirmitatis nostræ forma erat in corpore, quæ ex conceptu spiritus sancti virgo progenuit.] Audi, lī Lector verba Hilarii, quibus dolorem excludere videtur. Sed si excussa sensus & impietatis hebetudine, præmissis diligenter intendas, atque ipsius scripturæ circunstantiam inspicis, dictorum rationem atq; virtutem percipere vtcunque poteris: & intellectum assequere non attentabis. Intelligitur enim ea ratione dixisse

Hilarius, longe satis à principio li. sed aute medium.

Ibidē, paulò inferius.

Matt. 16. d Ioan. 18. a

Eodē li. 10. paulò inferius.

dixisse dolorem passionis in Christū non incidisse,& virtutem corporis Christi excepisse vim pœnæ sine sensu pœnæ,quia doloris causam & meritū in se non habuit.Quod uidetur notasse,vbi ait, Nō habēs naturā ad dolendū. Et ideo non iudicanda est caro illius secundū naturam nostri corporis:nec in eo etiā domiuit habuit passio:ita etiā nō habuit naturā ad timendū vel tristandū,quia non habuit talē naturā, in qua esset causa timoris vel tristitiæ:itaque necessitas timēdi non fuit in eo, sicut est in nobis. Nec natura doloris fuit in eo sicut est in nobis. Tristitiā tamen in eo fuisse consequenter asserit, sed causam eius extitisse non suam mortē,sed defectū Petri & aliorū Apostolorū. Dicit.n.Christū non propter mortē, sed vsq; ad mortē tristē fuisse, his verbis,[Interrogo quid sit Christū tristē esse vsq; ad mortē. Non.n.cuiusdē significationis est,tristem esse propter mortem,& usq; ad mortem.Quia vbi propter mortem tristitia est, illic mors causa tristitiæ est: ubi uerò tristitia usque ad mortem est,mors non tristitiæ est causa,sed finis.Adeò autem non propter mortē suscepta est tristitia,ut sit destituta per mortem.] Non ergo sibi tristis est, sed illis qui in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri: quos monet orare,ne inducantur in tentationem:qui antē polliciti erant se non scandalizari.

Li.10.Pan lo infra præcedētia.

Ibidē,paulo inferius.

AN IN CHRISTO FUERIT NECESSItas patiendi & moriendi,quæ est defectus generalis.

A DISTINCT. XVI.

HIC oritur quæstio ex prædictis ducens originem. Dictum est enim supra, quod Christus in se nostros defectus suscepit, præter peccatum. Est autem hominis quidam generalis defectus qui peccatum non est, scilicet necessitas patiendi, uel moriendi. Vnde corpus nostrum non tantùm mortale, sed etiam mortuum dici *Rom.8.b* turiquia non tantum aptitudinē moriendi, sed etiam necessitatem habet.Ideo quæritur, utrum necessitas talis in Christi carne fuerit. De aptitudine enim moriendi q̄ in eo fuerit, ambiguū non est:quæ etiā ante peccatum in homine fuit,quando aliquis in eo nō fuit defectus: nec ergo mortalitas illā tunc in eo fuit defectus:quia naturæ eius erat. Vnde etiam quidam talem mortalitatem in nobis non esse defectū non improbē tradunt, sed necessitatem moriendi uel patiendi:quæ etiam mortalitas dicitur uel passibilitas. Dicitur enim homo nunc passibilis uel mortalis, nō modo propter infirmitatem,sed etiam propter necessitatem.Sed nunquid hic defectus fuit in Christi carne? Anima quoq; eius etiam passibilis extiterit ante mortē, nunquid necessitatem patiendi habuit? Si enim necessitas patiēdi uel moriendi fuit in Christo,nō uidetur sola uolūtate suā dispensationis defectus nostros accepisse. Ad quod dici potest, Christū uolūtate non necessitate suæ naturæ suos defectus sicut alios suscepisse,scilicet necessitatem patiendi in anima, simul autem patiendi & moriendi in carne. Veniam hanc necessitatem non habuit ex ne *Psal.18.* cessitate suæ conditionis:quia à peccato immunis.sed ex sola uoluntate accepit: de nostra infirmitate posuit tabernaculum suum in sole, scilicet sub temporali mutabilitate & labore. Vnde super epistolam ad *Glo.ordina.* Hebræos autoritas dicit,[quòd sicut hominibus alios *sup illud c.9* iure & lege naturæ statutū est semel morituis & Christ *ad Heb.Statu.* sua cāde necessitate & iure naturæ semel oblatus est, *tuum est* & non sæpe.] Nec ideo dicit iure naturæ,q̄ ex natura *omnibus.* suæ conditionis hunc defectum traxerit:qui etiam nō peccauit, sed ex ea peccato uitiata:& ideo dicitur hic defectus naturalis, quia quasi pro natura inoleuit in omnibus diffusus.

De statibus hominis,et qd de singulis Christus accepit.

Et est hic notandū,Christū de omni statu hominis

aliquid accepisse, qui omnes venit saluare. Sunt enim quatuor status hominis: primus ante peccatum: secundus post peccatum, & ante gratiam: tertius, sub gratia: quartus, in gloria. De primo statu accepit immunitatem peccati. Vnde Augustinus illud Ioan. Euangelistæ

Sup Ioã. 3. d citantur verba in glossa super hũc locum.

exponens, Qui desursum venit, super omnes est: dicit Christũ venisse desursum, id est, de altitudine humanæ naturæ ante peccatũ: quia de illa altitudine assumpsit verbum Dei humanam naturam, dum nõ assumpsit culpã, cuius assumpsit pœnam.] Sed pœnã assumpsit de statu secundo, & alios defectus: de tertio verò gratiæ plenitudinem: de quarto, non posse peccare, & Dei perfectam contemplationem. Habuit enim simul bona viæ quædam, & bona patriæ, sicut & quædam mala viæ.

SI OMNIS CHRISTI ORATIO VEL voluntas expleta sit.

A DISTINCT. XVII.

An Christi voluntas semper impleta sit.

Matt. 26. d

POST prædicta considerari oportet, vtrùm Christus aliquid voluerit vel orauerit quod factum non fit. Hoc autem existimari põt per hoc quod ipse ait, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: verumtamen non quod ego uolo, sed quod tu uis. Hic namque voluntatem suam à patris voluntate discernere videtur.

B *De voluntatibus Christi secundum duas naturas.*

Quocirca ambigendum non est, diuersas in Christo fuisse voluntates iuxta duas naturas, diuinam scilicet uoluntatem & humanam. Humana voluntas est affectus rationis vel affectus sensualitatis: alius est affectus animæ secundum rationem, alius secundum sensualitatem: vterque tamen dicitur humana voluntas. Affectu autem rationis id volebat, quod voluntate diuina, s. pati & mori: sed affectu sensualitatis nõ volebat, imò refugiebat: nec tamen in eo caro contra spiritum vel Deum concupiscebat: quia, vt ait Aug. [nõ nullum est vitium cùm caro concupiscit aduersus spiritum.] Caro autem dicta est concupiscere, quia hoc secundum ipsam agit anima: sicut anima per aurem audit, & per oculum videt. Caro enim nihil nisi per animam concupiscit. Sed concupiscere dicitur, cùm anima carnalit concupiscentia spiritui reluctatur, habens carnalem delectationem de carne & à carne aduersus delectationem quam spiritus habet. Ipsius aũt carnalis concupiscentiæ causa non est in anima sola, nec in carne sola: ex vtroque enim fit: quia sine vtroque delectatio talis non sentitur.] Talis ergo rixa, talisque concertatio in anima Christi nullatenus esse potuit, quia carnalis concupiscentia ibi esse nequiuit. Dei etiam uoluntas erat, & rationi placebat, vt illud secundum carnem vellet, quatenus ueritas humanitatis in eo probaretur. Nã qui hominis naturã susceperit, quæ ipsius sunt subire debuit. Ideoq; sicut in nobis duplex est affectus, mentis scilicet & sensualitatis, ita & in eo debuit esse geminus affectus, vt mentis affectu vellet mori, & sensualitatis affectu nollet: sicut in viris sanctis fit. Petro enim ipsa Veritas dicit, Cũ senueris, extendes manus tuas, & alius præcinget te, & ducet te quo tu non vis, scilicet ad mortẽ. Quod exponens Aug. dicit [quod Petrus ad illam molestiam nolens est ductus, nolẽs ad eam venit, sed volens eam vicit, & reliquit affectum infirmitatis: quo nemo vult mori quia adeo est naturalis, vt eum Petro nec senectus abstulerit. Vnde etiam Dominus ait, Transeat à me calix iste, sed vicit tũ vis amoris.] Ergo & in Christo secundum humanitatem, & in membris eius gemina est affectus: vnus rationis charitate informatus, quo propter deũ quis mori vult: alter sensualitatis infirmitati propinquus, & ei cõiunctus, quo mori refugitur. Vt. n. Aug. ait, [Pius homo mens rationi

Lib. 19. de Ciuita. Dei, cap. 4.

Lib. 10. de Gen. ad lit. cap. 12.

Gala. 5. c

Ioan. vlt. f

Tom. 9 trac. 123. in fine.

Matt. 26. d

Aug. epist. 120. quæ est

Universidad de Deusto
Biblioteca

de gratia no ui testa. ad Honoratũ, cap. 6.

tione cupit dissolui & esse cũ Christo: sensit aũ carnis refugit & recusat.] Hoc habet humanus affectus, quo nũ diligit vnam, odit mortem. Secundum istũ affectũ

Philip. 1.c

Christus mori noluit, nec obtinuit quod secundum istum affectum petiit.

C *Auctoritas sanctorum probat diuersas in Christo uoluntates.*

Bed. comme. super lib. 4. circa hũc locum Marci 14.d Matt. 26.d Ioan. 6.d

Ex affectu ergo humano quem de virgine traxit, volebat non mori, & calicem transire orabat. Vnde Beda. [Orat trãsire calicẽ, quia homo est, dicens, Pater trãseat à me calix iste. Ecce habes volũtatem humanã expressam. Vide iam rectum cor: Sed non quod ego volo, sed quod tu vis. Vnde alibi, Nõ veni facere voluntatem meã, quã scilicet reporaliter sumpsi ex virgine, sed voluntatem eius qui misit me, quã scilicet æternus habui cũ patre.] Hic aperte dicit duas in Christo fuisse voluntates, secundum quas diuersa volunt. Hieronymus quoq; super illum locum, Spiritus prompta est, caro autem infirma, dans intelligi hic duas voluntates exprimi, ita ait, [Hoc contra Eutychianos, qui dicunt in Christo vnam tantum voluntatem.] Hic autem ostendit humanam, quæ propter infirmitatem carnis recusat passionem: & diuinam, quæ prõpta est perficere dispensationem. Augustinus etiam duas in Christo asserit voluntates dicens, [Quantum distat Deus ab homine, tantum voluntas Dei a voluntate hominis. Vnde homine Christus gerens ostendit pietatem quãdam hominis uoluntatem, in qua & suum & nostram figurauit, qui caput nostrum est, & ad eũ sicut membra pertinemus: Pater, inquit, si fieri potest, transeat a me calix iste. Hæc humana uoluntas erat, proprium aliquid & tanquam priuatam uolens. Sed quia rectum uult esse hominem, & ad Deum dirigi, subdit, Non quod ego uolo, sed quod tu uis. Ac si diceret, Vide te in me quia potes aliquid proprium uelle, ut Deus aliud uelit. Conceditur hoc humanæ fragilitati tc.] Idem alibi, [Christus in passione duas expetiit uoluntates in se, secundum duas naturas. Ait enim, Pater,

Super ps. 93 post mediũ

enarra. cir-

Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Ecce habes hominis voluntatem: quam ad diuinam continuò dirigẽs ait, Veruntamen nõ sicut ego volo, sed sicut tu.] Ambrosius ita etiam in lib. 3. de Trin. [Scriptum est, Pater, si fieri potest, transfer à me calice hũc. Verba Christi sunt: sed quo modo & in qua forma dicitur audiente. Hominis substantiã gerit, hominis assumpsit affectum. Non ergo quasi Deus, sed quasi homo loquitur. Suscepit quidem uoluntatem meam. Mea est uoluntas, quam suam dixit, cùm ait, Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Cum autem dixit, Omnia quæ habet pater, mea sunt, quia nihil excipitur, sine dubio quam pater habet, eandem & filius habet uoluntatem. Eadem est Christi uoluntas, quæ paterna. Vna ergo voluntas est patris & filij. Sed alia uoluntas hominis, alia Dei: ut scias uitã in uolũtate esse hominis, passionem autẽ Christi in uolũtate diuina, vt posset uti pro nobis.] His testimoniis euidenter docemur in Christo duas fuisse uoluntates: quod quia negauit Macarius archiepiscopus, in † metropolitana sy nodo cõdemnatus est. Et ex affectu humano sẽsualitatis quidẽ nõ rationis, illud voluit & petiit, quod non impetrauit. Nec ideo petiit vt impetraret, quia ferebat Deum non esse facturum illud: nec illud fieri uoluit hac affectu rationis vel voluntate diuinitatis. Ad quod ergo petiit? Vt membris formam præberet immutabilitatis in horione clamandi ad Dominũ, & subiicien do uoluntatem suam diuinæ uoluntati: vt si pulsante † turbantur mortis afflictionum, pro eiusdẽ amotione orẽt: sed si reportent vtare, dicant quod ipse Christus. Nõ ergo insufficienter fuit, quod Christus clamans nõ exaudiebatur ad salutem corporalem. Bonum quidem petiit, quia scit vt non moriatur: sed melius erat vt moreretur, quod & factum est.

Ca illud, Quomodo dixit conuert. ẽ in die. Amb. id. habetur. 2. de fide, sed par ca. 3. tom. 2. Marc. 14.d

Ioan 16.b & 17.d

† *Constantinopolitana.*

† *turbantur*

De eo quod Ambros. dicit Christum dubitasse affectu humano.

Cæterũ nõ parũ nos mouent verba Ambr. quibus

significare videtur, Christum secundū humanum affectum de patris potentia dubitasse: sic dicens in lib.

Habet id Amb. lib. 2. de fide, c. 3.

3. de Trini. [De quo dubitat, de se, an de patre? De eo vtique cui dicit, Transfer, dubitat hominis affectu. Nā deus nō de patre dubitat, nec de morte formidat. Prophera etiam non dubitat, qui nihil Deo esse impossibile asserit: Omnia quæcunque voluit fecit. Num infra homines constitues Deum? Prophera non dubitat, & filiū dubitare tu credis? Vt homo ergo dubitat, vt homo locutus est.] His verbis innui videtur, quod Christus non inquātum Deus est vel Dei filius, sed inquātum homo dubitauerit affectu humano. Quod ea ratione dictū accipi potest, nō quia ipse dubitauerit, sed quia modū gessit dubitantis, & hominibus dubitare videbatur.

Psal. 134.

Verba Hilarij longè diuersam exprimentia sententiam à præmissa.

Lib. 10. de Trin. longe satis abinitio lib. sed ante medium.

E Illud etiam ignorandū nō est, quòd Hilarius asserere videtur Christū non sibi sed suis orasse, cùm dixit, Transfer à me calicem hunc: sicut nec sibi sed suis timuit: nec eū voluisse vt sibi non esset passio, sed vt à suis trāsiret calix passionis: ita inquiens, [Si passio honorificatura eum erat, sicut Iuda exeunte ait, Nunc honorificatus est filius hominis: quomodo tristē eū metus passionis effecerat? nisi fortè tam irrationabilis fuerit, vt pati mortem timuerit, quæ patientem se glorificatura esset. Sed fortè timuisse vtique eō existimabitur, vt transferrià se calicem deprecatus sit, dicens,

Ioan. 13. d

Marci 14. d

Pater transfer calicē hunc à me. Quomodo enim per patiendi metū transferri deprecaretur à se, quod per dispensationis studiū festinaret implere? Non enim cōuenit vt pati nolit, qui pati venit: & cum pāti eū vel le cognosceres, religiosius fuerat hoc confiteri, quàm ad id impiæ stultitiæ prorumpere, vt eum affectus ne pateretur orasse, quē pati velle cognosceres. Nō ergo sibi tristis fuit, neque tibi orat transire calicem, sed discipulis, ne in eos calix passionis incumbat, quem à se

à se transire orat, ne in his scilicet maneat. Non enim rogat ne secū sit, sed vt à se transeat. Deinde ait, Non sicut ego volo, sed sicut tu vis: humanæ in se solicitudinis significans comfortiū, sed non discernēs sententiam sibi communis cum patre voluntatis. Pro hominibus ergo vult transire calicem: per quem omnes discipuli erant tentandi: & ideo pro Petro rogat, ne deficeret fides eius. Sciēs ergo hæc omnia post mortem suam defutura, vsq; ad mortem tristis est, & ideo hunc calicem non posse transire, nisi biberit: ideo ait, Pater mi, si non potest trānsire calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua: sciens in se consummata passione metum calicis transiturum: qui nisi eum bibisset, transire non posset, nec finis terroris, nisi consummata passione, terroris succederet: quia post mortem eius per virtutum gloriam apostolicæ infirmitatis scanda lum pelleretur.] Intende lector his verbis pia diligētia, ne sint tibi vasa mortis.

Ibidē, multis interpositis

Paulo infra.

Luc. 22. c

Matt. 26. d

SI CHRISTVS MERVIT SIBI ET NOBIS, ET QVID SIBI, ET QVID NOBIS.

A

DISTINCTIO XVIII.

De merito Christi.

DE merito etiam Christi prætermittendū non est: de quo quidam dicere solent, quòd non sibi, sed membris tātùm meruerit. Meruit quidem membris redēptionem à diabolo, à peccato, à pœna, & regni reserationem: vt amota ignea rhomphæa, liberè pateret introitus: sed & sibi meruit impassibilitatis & immortalitatis gloriam: sicut ait Apostolus, Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortē, mortem autem crucis: propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. A pertè dicit Apostolus, Christum propterea exaltatum per impassibilitatis gloriam, quia

Ad Philip. 2. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tract. 104 super 17 c. Ioan. circa illud, Glorifica filium tuum.

est humiliatus per passionis obedientiã. Humilitas ergo passionis, meritu fuit exaltationis, & exaltatio præmiũ humilitatis. Vnde Aug. exponens præmissum capitulũ ait, [Vt Christus resurrectione clarificaretur, prius humiliatus est passione. Humilitas claritatis est meritum: claritas humilitatis est præmium. Sed hoc totum factum est in forma serui. In forma.n. dei semper fuit & erit claritas.] Item Ambr. idem capitulum

Ad illud. 2 ad Phi. Propter qd & deus illum superexaltauit. 9. 4.

tractans ait, [Quid & quantam humilitas mereatur, hic ostenditur.] His testimoniis euidens fit, q̃ Christus per humilitatem & obedientiam passionis meruit clarificationem corporis, nec id solum, sed etiam impassibilitatem animæ. Anima.n. ipsius ante mortẽ erat passibilis, sicut caro mortalis: sed post mortẽ merito humilitatis & animæ impassibilis facta est, & caro immortalis. Vtrũm autem anima sit facta impassibilis, quando caro facta est immortalis, i. ipso resurrectionis momento, de autoritate nobis certum nõ est. Sed vel mox post carnis separationem anima impassibilitate donata est, aut in resurrectione, quando caro resloruit.

Quod a conceptu meruit sibi Christus hoc quod per passionem.

B Nec solũm hoc meruit Christus quando patri obediens crucem subiit: sed etiam ab ipsa conceptione: ex quo homo factus est, per charitatem & iustitiam, & alias virtutes, in quarũ plenitudine fuit secundum hominem conditus, sibi tantum meruit, quantum pòst per martyrij tolerantiam. Tanta enim plenitudo spiritualium charismatum in eo fuit, q̃ in eis proficere non potuit: & ideo melior ipsius anima fieri non potuit, quam ab initio suę conditionis extitit: quia proficere in meritis nõ valuit. Vnde Greg. ait: [Nõ habuit omnino Christus iuxta animæ meritum, quo potuisset proficere: in membris autem, quæ nos sumus, quotidie proficit.] Non ergo plus meruit sibi p̃ crucis passionẽ, q̃ à conceptione meruit per gratiam virtutum.

Super Eze. l. b. 1. ho. 6. paulo post principiũ, vbi exponit

Non ergo profecit secundum animæ meritum, quam ad virtutem meriti: profecit tamen quantum ad numerũ meritorũ. Plura.n. habuit merita i passione, quã in cõceptione: sed maioris virtutis non extiterũt ea meritẽdo plura, quam antè fuerant pauciora: meruit ergo à conceptione non modò gloriam impassibilitatis & immortalitatis corporis, sed etiã impassibilitatẽ animæ. Per quid? Per obedientiam & uoluntatem perfectam: quam nõ tunc primò habuit, nec maiorem cũ pati cœpit & mori. Obediens.n. † perfectus, & bonus extitit secundum hominem, ex quo fuit homo. Habuit ergo anima illa aliquod bonum in se post mortem, quod nõ habuit ante. Num ergo beatior vel melior fuit quàm antè? Absit q̃ melior fuerit: quia nec sanctior, nec gratia cumulatior. Nec etiã beatior fuit in dei cõtemplatione: in quo præcipuè beatitudo cõsistit. Põtes tũ dicere in hoc beatior fuisse, q̃a ab oĩ miseria immunis. Ex quo nequit inferri simpliciter, q̃ beatior fuerit.

myſticè illud Exod. 25. Facies & candelabrũ ducilo.

† *perfectè*

De eo quod scriptum est, Donauit illi nomen, quod est super omne nomen.

C Nec tantùm gloriam impassibilitatis & immortalitatis meruit, sed etiam meruit donari sibi nomen, qd̃ est super omne nomen, s. honorificentiam q̃ vocatur deus. Hoc tamen nomen ante mortem habuit. Habuit.n. hoc nomen de filius, inquantum deus est, ab æterno per naturam: inquantum verò homo factus est, habuit ex tempore per gratiã. Verumtamen Aug. dicit, hominĩ donatum esse illud nomẽ, nõ deo: quia illud nomen habuit, cùm in forma dei tm erat. Sed cũ dicit, Propter quod illũ exaltauit, & donauit illi nomẽ, q̃d est, supra omne nomen satis apparet, pp qd exaltauerit, s. ex obedientiã, & in qua forma exaltatus sit. In qua etiam forma crucifixus est, in ea exaltatus est, & in ea donatum est ei nomen, vt cum ipsa forma serui nomen eius vnigeniti filii dei.][Hoc illi donatum est ab hominĩ, quod iam habebat idem ipse Deus.] Hoc ergo per gratiã accepit, ut ipse ens hõ, vel subsistens in forma

Ad Phi. 2. b

In lib. 2. cõtra Max.

cap. 5. tract. 3. c. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

forma serui, id est in anima & carne, nominetur, & sit deus. Sed nunquid hoc meruit? supra enim dictum est quia hoc tantum bonū homo ille non meruit. Quomodo ergo hic dicitur, Propter obedientiam donatū est ei hoc nomen? Secūdum tropum illum in scriptura creberrimum hoc accipiendum est, quo dicitur res fieri quando innotescit. Post resurrectionem vero, quod antè erat obscurum, in euidenti positum est, ut sciant homines & dæmones. Manifestationem ergo illius nominis donauit ei deus post resurrectionē: sed illam meruit per obedientiam passionis, qui eō ipso diuitē patiendo, exaltatus est & resurgēdo: & per hoc manifestatum est nomen. Hoc eodem tropo vsus est & Dominus post resurrectionem, dicens, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: non ip tunc primo acceperit, sed quam antè habebat, tūc manifestata est potestas. Cæterum Ambr. dicit nomē illud donatum esse deo, nō homini: & videtur secundum verborum superficiem oppositus Augustī. sed intelligentia non obuiat, licet diuersum sapiat. Nam Ambr. de naturali donatione id dictum intelligit, qua æternaliter pater genera do dedit filio nomen, quod est super omne nomen, scilicet deum per naturam: quia genuit ab æterno filium plenum & sibi æqualem deum. Quod tamen nomen Apostolus propter passionis obedientiā Christo donatum dicit. Sed præmissa locutionis modo accipiendum est.

Dist. 5. lit. F

Matt. 28. d

Amb. ad c. 2. ad Phil. in medio cō mentary, in vno. q.

D *Si Christus sine omni merito illa habere potuit.*

Si verò quæritur, utrùm Christus illam immortalitatis & impassibilitatis gloriam, & nominis dei manifestationem, sine omni merito habere potuit: sine dici potest quia humanam naturam ita gloriosam facere potuit, sicut in resurrectione exuit, nomenque suum etiam aliter hominibus manifestare potuit, sed homo passibilis esse non potuit sicut fuit, & ad illam gloriam sine merito peruenire. Potuit quidem peruenire ad illam sine merito passionis, quia potuit consumpta mortalitate immortalitatis gloria vestiri: sed non sine merito iustitiæ & charitatis, aliarumque virtutum. Non .n. Christus homo esse potuit, in quo plenitudo virtutum & gratiæ non fuerit. Nec virtutes ei inesse potuerunt cilicio mortalitatis induto, quin per eas mereretur. Habens ergo has virtutes secundum hominem passibilem ac mortalē, non potuit non mereri gloriam immortalitatis. Non ergo potuit factus mortalis, sine merito gloriā impassibilitatis & immortalitatis, ac manifestationem dei nominis consequi. Potuit ramen hæc assequi sine merito passionis: quia per passionem nil sibi meruit, quod non antè per virtutes meruerit.

E *De causa meriti & passionis Christi.*

Ad quid ergo voluit pati & mori, si ei virtutes ad merendum illa sufficiebant? Pro te, non pro se. Quō pro me? Vt ipsius passio & mors tibi esset forma & cō- *Matt. 11. d*
Vorma virtutis & humilitatis: causa gloriæ & liberta- *Ioan. 8. d*
tis, forma, deo vsque ad mortem obediendi: & causa *Phil. 2. b*
huius liberationis ac beatitudinis. Meruit enim nobis p *Ad Heb. 5. c*
mortis ac passionis tolerantiam, quod per præceden-
tia non meruerat, scilicet aditum paradisi, & redemptionē
à peccato, à pœna, à diabolo: & per mortem eius hæc
non adepti sumus, scilicet redemptionem, & filiorum
gloriæ adoptionem. Ipse enim moriendo fecit hostiā nostræ liberationis. Sed quomodo per mortem
nos à diabolo & à peccato redemit, & aditum gloriæ
aperuit? Decreuerat deus in mysterio (ait Amb.) *In cō. super 5. c. ad Ro. circa illud, Qui est forma futuri.*
propter primum peccatum nō intromitti hominem
in paradisum, id est, ad dei contemplationem non ad-
mitti, nisi in uno homine tanta exstiterit humilitas, *Apoc. 5. c*
quæ omnibus suis profuerit & potentiam in primo ho- *Rom. 5. b*
mine data fuit superiora, quæ omnibus suis nocuit. Nō *Matth. 3. d*
erat ait inuentus inter hoies aliquis, quo id posset im-
pleri, nisi ex de tribu Iuda, qui aperuit librum, & sol-
uit signacula eius, impiendo in se omnem iustitiā, cōsū-
mātissimam humilitate qua maior esse non potest.

Nam

Nam omnes alij homines debitores erant, & vix vni cuique sua vitus sufficiebat & humilitas. Nullus ergo eorum hostiam poterat offerre sufficientem reconciliationi nostræ. Sed Christus homo sufficiens & perfecta fuit hostia: qui multò amplius est humilitatis, amaritudinem mortis gustando, quàm ille Adã superbijt, per esum ligni vetiti noxia delectatione perfruendo. Si ergo illius superbia omnium extitit ruina, ipsum de paradiso mittens foras, aditusque occludens ianuam: multo magis Christi humilitas, qua mortem gustauit, ingressum regni cœlestis omnibus suis impleto dei decreto aperire valuit, atq; decreti de lere chirographum. Vt enim ait Ambro. [tantum fuit peccatum nostrum, vt saluari non possemus, nisi unigenitus dei filius pro nobis moreretur debitoribus mortis: sed sic dignos nos fecit testamenti & promisse hæreditatis.] Quod nõ ita est intelligẽdũ, quasi no alio modo saluare nos potuerit, quàm per mortem suã: sed quia per aliam hostiam nõ potuit nobis aperiri regni aditus, & fieri salus, nisi per mortẽ vnigeniti: enim tanta fuit (vt dictum est) humilitas & patientia, vt eius merito pateret credentibus in eum aditus regni. Magna ergo in morte vnigeniti præstita sunt nobis, vt liceat nobis redire in patriam: sicut olim in morte summi pontificis, his qui ad ciuitatem refugii confugerant, tecurè ad propria remeare. Ecce aliquà tenus ostensum est, qualiter per Christi mortem aditus regni sit nobis paratus.

Gen. 3. b

Ad Col. 2. c

In gl. ordinaria super 9. cap. epist. ad Hebr. circa illud. Ideo noui testamenti

Num. 35. d et Iosue 20. c. b

HIC QVALITER A DIABOLO ET A PECCATO NOS REDEMIT PER MORTEM.

De modo nostræ redemptionis.

A DISTINCT. XIX.

VNC ergo quæramus quomodo per mortem ipsius à diabolo, & a peccato, & a pœna redempti sumus. A diabolo ergo & a peccato per Christi mortem liberati sumus, quia, vt ait Apostolus, in sanguine ipsius iustificati sumus

mus: & in eo quod sumus iustificati, id est à peccatis soluti, à diabolo sumus liberati, qui nos vinculis peccatorum tenebat. Sed quomodo à peccatis per eius mortem soluti sumus? Quia per eius mortem, vt ait Apostolus, commendatur nobis charitas dei, id est, apparet eximia & commendabilis charitas dei erga nos, in hoc, quod filium suum tradidit in mortem pro nobis peccatoribus. Exhibita autem tantæ erga nos dilectionis arra, & nos mouemur accedimusque ad diligendum deum; qui pro nobis tanta fecit: & per hoc iustificamur, id est soluti à peccatis insti efficimur. Mors ergo Christi nos iustificat, dum per eã charitas excitatur in cordibus nostris. Dicimur quoque & aliter per mortem Christi iustificari, quia per fidem mortis eius à peccatis mundamur. Vnde Apostolus, Iustitia dei est per fidem Iesu Christi. Et iterum, Quem Deus proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, id est, per fidem passionis: vt olim aspicientes in serpentem æneum in ligno erectum, à morsibus serpentum sanabantur. Si ergo rectæ fidei intuitu in illum respiciamus qui pro nobis pependit in ligno, à vinculis diaboli soluimur, id est à peccatis, & ita à diabolo liberamur, vt nec post hãc viram in nobis inuentat quod puniat. [Morte quippe sua, vno verissimo sacrificio, quicquid culparum erat, vnde nos diabolus ad luenda supplicia detinebat, Christus extinxit,] vt in hac vita tentando nobis non prævaleat. Licet enim nos tenter post Christi mortẽ, quibus modis antè tentabat, nõ tamẽ vincere potest, sicut ante vincebat. Nã Petrus, qui ante Christi mortem voce ancillæ territus negauit, post mortẽ ante reges & præsides ductus non cessit. Quare quia fortior, id est Christus, venies in domum fortis, id est in corda nostra, vbi diabolus habitabat, alligauit fortem, id est, à seductione compescuit fidelium, vt tentationem, quæ ei adhuc permittitur, nõ sequatur seductio. Itaq; in Christi sanguine, qui soluit q̃ nõ rapuit, redem-

Rom. 3. d et Rom. 5. b

Ad Ro. 8. f

Actu. 15. b

Rom. 3. c

Ibidem, d

Num. 21. a

Aug. li. 4. de Tr. c. 13.

Luce 22 f.

Actu. 4.

Luce 11. e

Psalm. 67.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In li. de ego Christus cap. 2. in fine.

redempti sumus à peccato, & per hoc à diabolo. Nã vrait Aug. [in ipso vincuntur inimicæ nobis inuisibiles potestates, vbi vincuntur inuisibiles cupiditates.] [Fuso enim sanguine sine culpa, omnium culparum chirographa deleta sunt, quibus debitores qui eum credunt, à diabolo antè tenebantur. Vnde ait, Quipro multis effundetur.] Per illum ergo redempti sumus, in quo princeps mundi nihil inuenit. Vnde Aug. causam & modum nostræ redemptionis insinuans, ait, [. Nihil inuenit diabolus in Christo vt moreretur: sed pro voluntate patris mori Christus voluit, non habens mortis causam de peccato: sed de obedientia & iustitia mortem gustauit: per quã nos redemit à seruitute diaboli. Ineideramus enim in principem huius seculi, qui seduxit Adam, & seruum fecit, eccpitq; nos quasi vernaculos possidere: sed venit redemptor, & victus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori nostro? Tendit ei muscipulam crucem suam: posuit ibi quasi escam, sanguinem suũ. Ille autem sanguinem illum fudit, non debitoris, per quod recessit à debitoribus. Ille quippe ad hoc sanguinem suum fudit, vt peccata nostra deleret. Vnde ergo nos diabolus tenebat, delerum est sanguine redemptoris. Non enim tenebat nos nisi vinculis peccatorum nostrorum: illæ erant catenæ captiuorum. Venit ille, alligauit fortem vinculis passionis suæ: intrauit in domum eius, id est, in corda eorum vbi ipse habitabat, & vasa eius, scilicet nos, eripuit: quæ ille impleuerat amaritudine sua: Deus autem noster vasa eius eripiens & sua faciens, fudit amaritudinem, & impleuit dulcedine, per mortem suam à peccatis redimens, & adoptionem gloriæ filiorum largiens.]

Ibid. c. 31. & 13. & 14. Beda quoq; super illud ad Heb. 2. vi per mortẽ destrueret: & gloss. ibidem.

Matt. 12. c et Mar. 3. d

Rom. 8. c. et ad Ephesios 1. a

B *Cur deus factus est homo mortalis.*

Factus est ergo homo mortalis, vt moriendo diabolũ uinceret. Nisi enim homo esset qui diabolum uinceret, non iuste sed uiolenter homo ei tolli uideretur, qui se illi sponte subiecit. Sed si eũ homo uicit, iure

iure manifesto hominem perdidit: & vt homo uinceat, necesse est vt Deus in eo sit, qui eum à peccatis immunem faciat. Si enim per se homo esset, uel angelus in homine, facilè peccaret, cum veraciter naturam per se constet cecidisse. Ideo dei filius hominem passibilem sumpsit: in quo & mortem gustauit: quo cœlum nobis aperuit, & à seruitute diaboli; id est à peccato (seruitus enim diaboli peccatum est) & à pœna redemit.

Ad Col. 3.

C *Quomodo & à qua pœna Christus nos redemit per mortem.*

Aqua pœna temporali, & æterna. Ab æterna quidem, relaxando debitum: à temporali verò penitus nos liberabit in futuro, quando nouissima mors inimica destruetur. Adhuc enim expectamus redemptionem corporis: secundum animas verò iam redempti sumus ex parte, non ex toto, a culpa non à pœna, nec omnino à culpa. Non enim ab ea sic redempti sumus vt non sit, sed vt non dominetur.

1. Cor. 15. d

Rom. 6. b

D *Quomodo pœnam nostram portauit.*

Peccata quoque nostra, id est pœnam peccatorum nostrorum dicitur in corpore suo super lignum portasse: quia per ipsius pœnam, quam in cruce tulit, omnis pœna temporalis quæ pro peccato conuersis debetur, in baptismo penitus relaxatur, vt nulla à baptizato exigatur, & in pœnitentia minoratur. Non n. sufficeret illa pœna qua pœnitentes ligat Ecclesia, ni si pœna Christi cooperaretur, qui pro nobis soluit. Vnde peccata iustorum qui fuerunt ante aduentum, in sustentatione Dei fuisse vsque ad Christi mortem dicit Apostolus, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore. Ecce apertè expositum est, quomodo & qd Christus per mortẽ nobis meruit & impetrauit.

1. Pet. 2. d & Es. 13. d

Rom. 3. d

E *Si solus Christus debet dic. redemptor, vt solus dicitur mediator.*

Vnde ipse verè dicitur mundi redemptor, & Dei hominumque mediator. Sed mediator in scriptura dicitur

1. Tim. 2. b Galat. 3. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa.41.d dicitur solus filius: redemptor verò aliquando etiam pater vel spiritus sanctus. Sed hoc propter vsum potestatis, non propter exhibitionem humilitatis & obedientiæ. Nam secundum potestatis simul & obedientiæ vsum filius propriè dicitur redemptor: quia & in se expleuit per quæ iustificari sumus, & ipsam iustificationem est operatus potentia deitatis cum patre & spiritu sancto. Est ergo redemptor inquantum est Deus, potestatis vsu: inquantum homo, humilitatis effectu. Et sæpius dicitur redemptor secundum humanitatem: quia secundum eam & in ea suscepit & impleuit illa sacramenta, quæ sunt causa nostræ redemptionis. Propriè ergo filius dicitur redemptor.

F *De mediatore.*

Aug. super psal.103.cõcione 4. circa illud, Draco iste. 1.Tim.2.b Iob 31.b Aug.tract. 110. circa illud Ioan. 17. Et dilexisti eos Rom.5.b Sap.11.d

Qui solus dicitur mediator, non pater vel spiritus sanctus. [De quo Apostol. Vnus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, id est, per hominem quasi in medio arbiter est ad componendam pacem, id est, ad reconciliandum homines Deo. Hic est arbiter quem Iob desiderat, Vtinam esset nobis arbiter.] [Reconciliati enim sumus Deo (vt ait Apostolus) per mortem Christi. Quod non sic intelligendũ est, quasi nos ei sic reconciliauerit Christus, vt inciperet amare quos oderat: sicut reconciliatur inimico, vt deinde sint amici qui antè se oderât: sed iã nos diligenti Deo reconciliati sumus. Non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem filij, nos cœpit diligere: sed ante mundum, priusquam nos aliquid essemus. Quomodo ergo nos diligenti Deo sumus reconciliati? Propter peccatum cum eo habebamus inimicitias, qui habebat erga nos charitatem,

Augusti. li. de Tri. 13. cap.16.

etiam cùm inimicitias exercebamus aduersus eum, operando iniquitatem.] [Ita ergo inimici eramus Deo, sicut iustitiæ sunt inimica peccata: & ideo remissis peccatis tales inimicitiæ finiuntur, & reconciliantur iusto, quos ipse iustificat.] Christus ergo dicitur mediator, eo quod medius inter Deum & homines, ipsos

ipsos recõciliat Deo. Recõciliat autem, dum offendicula hominum tollit ab oculis Dei, id est, dum peccata delet, quibus Deus offendebatur, & nos inimici eius eramus. Sed cùm peccata deleat non solus filius, sed & pater, & spiritus sanctus, quorum deletio est nostra ad Deum reconciliatio, quare solus filius dicitur mediator? Nam de patre legitur quòd reconciliauerit sibi mundum. Ait enim Apost. Deus erat in Christo, mundum sibi reconcilians. Cùm ergo reconciliet quare non dicitur mediator? Quia nec medius est inter Deum & homines, nec in se habuit illa sacramenta, quorum fide & imitatione iustificamur, id est, reconciliamur Deo. Recõciliauit ergo nos tota Trinitas virtutis vsu, scilicet dum peccata delet, sed filius solus impletione obedientiæ: in quo patrata sunt secundũ humanam naturam ea, per quæ credentes & imitantes iustificantur.

Quæstio.

2. Cor. 5.d

Responsio.

Secundum quam naturam sit mediator.

Aug. in expositione 32 cap. ad Gal. post med.

Vnde & mediator dicitur secundũ humanitatem, non secundũ diuinitatem: [nõ enim est mediator inter deũ & deum: quia tantùm vnus est deus: sed inter Deum & hominem,] quasi inter duo extrema: quia medius esse non potest nisi inter aliqua. Mediator est ergo inquãtum homo. Nam inquãtum Deus, nõ mediator, sed equalis patri est: hoc idem quod pater, cũ patre vnus Deus. Mediat ergo inter homines & Deũ Trinitatẽ secundum hominis naturam, in qua suscẽpti filij per quæ reconciliamur Deo Trinitati: [& secundum eandem habet aliquid simile Deos, & aliquid simile hominibus, quod mediatori congruebat: ne per omnia similis hominibus, longè esset à Deo, aut per omnia deo similis, longè esset ab hominibus, & sic mediator nõ esset.] [Verus ergo mediator Christus inter mortales peccatores, & immortalem iustum apparuit, mortalis cum hominibus, iustus cum Deo, per infirmitatem propinquans nobis, per iu-

Aug. in lib Confes. 10. c.42.to 1.

Ibi c.43.

Lib.1.de consensu Euan. cap.35.

inter Deum immortalem & hominem mortalem
Lib.10.Cen. est Deus & homo, reconcilians hominem Deo.]
ſſ.cap.43. [Intantum mediator, inquantum est homo. In-
quantum autem verbum, non est medius: quia vnus
cum patre Deus.] Si ergo Christus secundum vos, ô
hæretici, vnam tantùm habet naturam vnde medius
erit: nisi ira si medius, vt Deus sit propter diuinitatis
naturã, & homo propter humanitatis naturam: quo
modo humana in eo reconciliantur diuinis? Nã ipse
Verbũ prius in se humana sociauit diuinis per veriuſ-
que naturæ coniunctionem in vna persona. Deinde
omnes fideles per mortẽ recõciliauit Deo, dum sana-
ti sunt ab impietate, quicunque humilitatem Christi
credendo dixerunt, & diligendo imitati sunt. Ecce hic
aliquatenus insinuatur quare Christus solus media-
tor Dei dicitur & hominum, & secundum quam na-
turam mediet, scilicet humana, & cui mediet, scilicet
Deo Trinitati. Trinitati enim nos reconciliauit per
mortem: per quam etiam nos redemit à seruitute dia
1.Pet.1.d boli. Nam, vt Petrus ait, Non corruptibilibus auro &
argento redempti sumus, sed precioso sanguine agni
immaculati.

QVOD ALIO MODO POTVIT LIBERARE hominem, & quare potius isto.

A DISTINCT. XX.

Augu.lib. 13.de Trin. cap.13.

SI [verò quærit, vtrùm alio modo posset deus hominẽ liberare, quàm per mortem Christi: dicimus & alium modum fuisse possibilẽ Deo: cuius potestati cũcta subiacent: sed nostræ miseriæ sanãdæ cõuenientiorem modũ alium non fuisse, nec esse oportuisse. Quid enim mentes nostras tantũ erigit, & ab ĩmortalitatis desperatione liberat, quàm quod tanti nos fecit Deus, vt Dei filius immutabiliter bonus, in se manens quod erat, & à nobis accipiens quod non erat, dignatus nostrum subire consortium, mala nostra moriendo perferret?] Est & alia ratio quare isto potius modo quã alio liberare voluit: quia sic & iustitia superatur diabolus, nõ potẽtia. [Et quomodo id factũ sit explicabo vt potero. Quadã iustitia Dei in potestatẽ diabolo traditũ est genus humanũ, peccato primi hominis in oẽs originaliter trãseunte, & illius debito oẽs obligãte: vnde omnes homines ab origine sunt sub principe diabolo. Vnde Apostolus, Eramus natura filij iræ, natura scilicet vt est deprauata peccato, non vt est recta creata ab initio.] [Modus autem ille quo traditus est homo in diaboli potestatem, nõ ita debet intelligi tanquam Deus hoc fecerit, aut fieri iusserit, sed quod tantũ permiserit, iuſte tamen. Illo enim deserẽte peccantẽ, peccati autor illico inuasit: nec tamen deus continuit in ira sua miserationes suas, nec hominem à lege suæ potestatis amisit, cùm in diaboli potestate esse permisit: quia nec diabolus à potestate Dei est alienus, sicut nec à bonitate. Nam qualicunque vita diabolus vel homo non subsisteret nisi per eum qui viuificat omnia. Non ergo Deus hominem deseruit, vt non se illi exhiberet Deum: sed inter mala pœnalia etiam malis multa præ
Heb.2.d Ibidẽ, ca.18 Ibidẽ, ca.14 Ibidẽ, ca.13 fluit bona, & tandem hominem, quem commissio peccatorum diabolo subdidit, remissio peccatorum p sanguinem Christi data à diabolo eruit:] [vt sic iustitia vinceretur diabolus, non potentia.] [Sed qua iustitia? Iesu Christi. Et quomodo victus est ea? Quia in eo nihil dignum morte inueniens, occidit eum tamẽ. Et vtique iustum est, vt debitores quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine vllo debito occidit.] [Ideo autem potentia vincere voluit, quia diabolus vitio peruersitatis suæ amator est potentiæ, & defensor oppugnatorque iustitiæ: in quo homines magis eum imitantur, qui neglecta vel etiam perosa iustitia, potentiæ magis studeant, eiusque vel ade-

Aguſt. lib. prædicto, ca. 11. in fine, & 12. initio.
Ephes.2.a
Ibid.ca.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptione lætantur, vel cupiditate inflammantur. Ideoq; placuit deo, vt non potentia sed iustitia vinces, homi-
nem cruciet, in quo homo eum imitari disceret.]

Ibidē, c. 14. [Post verò in resurrectione secuta est potentia, quia
Rom. 6. b reuixit mortuus, nunquā postea moriturus. Sed non-
Ibidē, alibi quāvis supervius. ne iure æquissimo uinceretur diabolus, si potentia tā-
tùm Christus cum illo agere voluisset; vtiq; sed post-
posuit Christus quod potuit, vt prius ageret quod
oportuit. Iustitia ergo humilitatis hominē liberauit,
quem sola potentia æquissimè liberare potuit.

B *De causa inter deum, & hominem, & diabolum.*

Si.n. tres illi in causam venirent, s. deus, diabolus, & hō; diabolus & hō. quid aduersus deum dicerent non haberent. Diabolus enim de iniuria Dei conuincere-
tur: quia seruum eius, scilicet hominem & fraudulen-
ter abduxit, & violenter tenuit. Homo etiam iniurius
Gen. 3. a Deo conuinceretur: quia præcepta eius contempsit, &
† dominio se alieno † domino mancipauit. De hominis etiam
iniuria conuinceretur diabolus: quia illum & prius
[fallaci promissione decepit, & post mala inferendo
læsit. Iniustè ergo diabolus, quantum ad se, tene-
bat hominem: sed homo iniustè tenebatur: quia dia-
bolus nunquam meruit potestatem habere super ho-
minem: sed homo meruit p culpā pati diaboli tyran-
nidem. Si ergo Deus, qui vtrique præerat, potentia ho-
minem liberare vellet, sola iussionis virtute homi-
nē poterat rectissimè liberare: Sed ob causam præmissum
Aug. in lib. de Tri. 13. c. 14. in fine. Dist. præce. littera A. iustitia humilitatis vti voluit. [Qui dū in carne mor-
tali crucifixus est, iustificati sumus, id est, per remis-
sionem peccatorum eruti de potestate diaboli: & nō à
Christo iustitia diabolus victus est, nō potētia. Quo
modo autem in eius sanguine nobis peccata sint di-
missa, suprà expositum est.

De traditione Christi quæ facta dicitur à patre
C *& à filio, à Iuda & à Iudæis.*

Christus ergo est sacerdos, idemque hostia & pre-
dium nostræ reconciliationis: qui se in ara crucis non

diabolo, sed Deo Trinitati obtulit pro omnibus, quā-
tum ad pretij sufficientiam, sed pro electis tantùm, *Psal. 109.*
quantum ad efficaciam: quia prædestinatis tantùm *Ad Heb. 9.*
salutem effecit. De quo & legitur quòd sit traditus à *Esaiæ 53. b*
patre, & quòd seipsum tradidit, & quòd Iudas eum *Rom. 8. f*
tradidit & Iudæi. Ipse se tradidit, quia sponte ad pas- *Ephe. 5. a*
sionem accessit. Et pater eum tradidit, quia voluntate *Matt. 26. c*
patris, imo totius Trinitatis passus est. Iudas tradidit *Lucæ 24. c*
prodendo, & Iudæi instigando: & fuit actus Iudæ & *De hoc Aug.*
Iudæorū malus, & actus Christi & patris bonus, opus *in psal. 93.*
Christi & patris bonū: quia bona patris & filij volun- *enarratione,*
tas, malum fuit opus Iudæ & Iudæorū, qa mala fuit *non longè à*
intētio. Diuersa fuerunt ibi facta siue opera, id est di- *fine, tomo 8.*
uersi actus, & vna res siue factum, scilicet passio ipsa.
Ideoq; doctores aliquādo vniunt in facto illo patrē, fi-
lium, Iudam, Iudæos; aliquando distinguunt. Respi-
cientes.n. ad passionem, vnū opus illorū dicunt, attē-
dentes intentiones & actus, facta diuersa discernunt.
Vnde Aug. [Facta est, inquit, traditio à patre, facta est *Super epist. 1*
traditio à filio, facta est traditio à Iuda: vna res facta *Ioan. trac. 7.*
est. Quid ergo discernit iter eos? Quia hoc fecit pater *circa illud*
& filius in charitate, Iudas verò in ꝓditione. Videtis *capitis 4.*
quia nō quid faciat homo, sed qua voluntate, conside- *Quia filium*
randum est. In eodem facto inuenimus Deum, quo *suum unige-*
Iudam: Deum benedicimus, Iudam detestamur: quia *nitum.*
Deus cogitauit salutem nostram, Iudas cogitauit pre-
tium, quo vendidit dominum: filius pretium, quod
dedit pro nobis. Diuersa ergo intentio, diuersa facta sa-
cit, cum tamen sit vna res ex diuersis intentionibus.]
Ecce vnam rem dicit ibi fuisse, & diuersa facta, quia
vna ibi fuit passio, sed diuersi actus. Et actus quidem
fuere Iudæorum mali, quibus operati sunt Christi
passionem, quæ bonum est, & opus Dei est.

D *Quod Christi passio dicitur opus Dei &*
Iudæorum, & quomodo.

Passio ergo Christi & opus dicitur Iudęorū, quia ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

actibus eorum prouenit: & opus Dei, quia eo autore, id est eo volente fuit. Vnde Aug. [Nemo aufert animam Christi ab eo: quia potestatem habet ponēdi & sumendi eam. Ecce habes autorem operis. Ponet animam. Ecce habes opus autoris. Et vt generaliter cōcludam, quoties in carne Christus aliquid patitur, opus autoris est: quia enim sua voluntate, non alio cogente perpetitur, ipse autor est operis.] Cùm autem passio Christi opus Dei sit, & ideo bonum, eamque operati sint Iudas & Iudæi, quæritur an concedendum sit eos operatos ibi esse bonum. Hic distinguendum est. Pōt enim dici quòd operati sunt bonum, quia ex actibus eorum bonum prouenit, id est passio Christi: & item quòd operati non sunt bonum, sed malum, quia actio eorum non fuit bona, sed mala.

In Iudam traditorem, & Arrianos, ad Opatum cōtra Pelicianum, c. 14. to. 6. Ioan. 10. d

SI IN MORTE CHRISTI DIVISIO fuit animæ vel carnis à Verbo.

A DISTINCT. XXI.

POST prædicta cōsiderandum est, vtrū in morte Christi à Verbo sit separata anima vel caro. Quidam putauerunt carnem sicut ab anima, ita à diuinitate in morte fuisse diuisam. Si enim, inquiunt, anima media, diuinitas sibi carnem vniuit, sicut superius pretaxatum est, ergo quando diuisa est caro ab anima, diuisa est etiam à diuinitate: quia non potuit ab anima seiungi, per quam vero erat vnita, quin à verbo diuideretur. Fuit autem diuisa ab anima in morte: alioquin vera mors ibi non fuisset: quia, vt ait Aug. [Mors quam timent homines, separatio est animæ à carne: mors autem quā nō timent, separatio est animæ à Deo. Vtraque vero diaboli suasu homini ,ppinata est. Si ergo in Christo homine vera mors fuit, diuisa est ibi anima à carne, sic g hoc

Sup psal. 48 conc. 2. super eo uersu, Sicut

hoc diuinitas à carne. Huic suæ probabilitati addunt autoritatis testimoniū. Ambr. enim tractans de Christi derelictione, qui in cruce voce magna clamans dixit, Deus, deus meus, vt quid me dereliquisti? ait, [Clamat homo separatione diuinitatis moriturus. Nam cum diuinitas mortis libera sit, vtique mors ibi esse non poterat, nisi vita discederet: quia vita diuinitas est.] Hic videtur tradi, quòd diuinitas separata sit in morte ab homine: quæ nisi discessisset, homo ille mori non posset. Quod illi ad carnem referunt, quam diuinitas à Deo separatam. Quibus respondemus, illam separationem sic esse accipiendam, sicut intelligitur derelictio, quæ illis verbis significatur, Vt quid me dereliquisti? Quomodo ergo Christus derelictus erat à patre, cū in cruce derelictū se clamabat? Nō recesserat Deus ab homine, ita q̄ esset soluta vnio Dei & hominis. Alioquin fuit quoddam tēpus, qū Christus adhuc viuus homo erat, & nō Deus: qa adhuc viuus se derelictū clamabat, non derelinquēdū. Si ergo illa derelictio, vnionis intelligatur solutio, antè facta fuit solutio Dei & hominis, quā Christus mortuus esset. Sed quis hoc dicat? Fateamur ergo Deū quodāmodo illū hominē in morte deseruisse, quia potestati persequentiū eū exposuit ad tempus, non suā potentiā exercendo illū defendit ut non moreretur. Separauit se diuinitas, quia subtraxit protectionē, sed non soluit unionem. Separauit se foris, vt non adesset ad defensionē: sed non intus defuit ad vnionem. Si non ibi cohibuisset potentiā, sed exercuisset, non moreretur Christus. Mortuus est Christus diuinitate recedente, id est, esse cum potentiæ, defendendo, non exhibente. Hic est hircus ἀποπομπαῖος, qui altero hirco immolato in solitudinem mittebatur, vt legitur in Leuitic. Duo. n. hirci, humanitas & diuinitas Christi intelligitur. Humanitate ergo immolata, diuinitas Christi in solitudinē abiit. i. in cœlum. Vnde Hesychius, [In solitudinē, id est in cœlum tempore passionis diuinitas abiisse dicitur,

ones in infer no positæ. in tom. 8. Cōmentario ad cap. Lucæ 23. in illud, Pater in manus tuas cōmendo. to. 4.

Leui. 16. c

Sup Leui. c. 16. sig. ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur, nō locum mutans, sed quodammodo virtutem cohibens, vt possent impii consummare passionem.

Esa. 53. b. et 1. Pet. 2. d Deut. 4. d. et Heb. 12. g

Abiit ergo, id est, virtutem cohibuit, & portauit iniquitates nostras, non vt haberet, sed vt consumeret. Deus enim ignis consumens est.] Ex his satis ostenditur, præmissa uerba Ambrosij sic esse accipienda vt prædiximus.

B *Alij ad idem inducunt autoritatem.*

Alij quoque autoritati innituntur, qui asserunt diuinitatem in morte recessisse ab homine secundū carnem. Ait enim Athanasius, [Maledictus qui totū hominem, quem assumpsit Dei filius, denuo assumptū vel liberatum, tertia die à mortuis resurrexisse nō cōfiretur. Fiat, fiat.] Si, inquiunt, denuo assumptus est homo in resurrectione, quem assumpserat in incarnatione, deposuit ergo eum in morte: separata ergo fuit diuinitas in morte ab humanitate. Quibus respondemus, quòd si in his uerbis assumptio talis intelligatur, quæ fit secundū vnionem, non carnē tantùm, sed totum hominem, id est animā & carnem denuo sibi vnit in resurrectione: quia non simpliciter hominem, sed totum hominem assumptum dicit. Totum ergo hominem in morte deposuit, id est, animam & carnē. Sed quis, nisi hostis ueritatis, dicat animam à uerbo depositam? Et tamē nisi hoc fateantur, quod totus homo sit assumptus, non pro eis facit illa autoritas, quæ totum dicit assumptum. Sciendum est ergo Athanasium id dixisse contra illorum perfidiam, qui resurrectionem Christi negabant, putantes in morte derinqui eum, qui solus inter mortuos liber est. Ideo illū maledicit, qui non confiretur totum hominem denuo assumptum resurrexisse, id est, Christum animam denuò corpori coniunxisse: & in illis duobus denuo cōiunctis in resurrectione, uerè secundum hominem uixisse, sicut ante mortē. Nam in morte separata est anima à carne: vnde verè dicitur Christus mortuus: sed neutrum separatum est à verbo Dei.

Lib. 6. qui de beatitudine filij Dei &c. ad Theophilum.

Responsio.

Determinatio autoritatis.

Psal. 87.

C *Autoritatibus asserit, à Verbo carnem in morte non esse diuisam.*

Sicut Aug. super Ioannē docet, tractans illud Domini verbum, Ego pono animam meam, vt iterum sumam eam: [Nemo tollit eam à me, sed ego pono eā à me ipso: potestatem habeo ponendi eam, & iterum sumendi eam.] Hic animā dicit emissam. A quo emissa est? à seipsa non est emissa: quia seipsam nō posuit: nec verbum animā posuit, nec caruē. Caro ergo animā posuit, sed potestate in se manentis deitatis. Potentia ergo deitatis anima diuisa est à carne, sed neutrū à verbo Dei. Vnde Aug. [Verbum ex quo suscepit hominem, & carnem & animam, nunquam deposuit animam, vt esset anima à verbo separata: sed caro posuit animam, quando expirauit, qua redeunte resurrexit. Mors ergo ad tempus carnem & animam separauit, sed neutrum à verbo Dei. Caro ergo ponit & sumit animam, non potestate sua, sed potestate inhabitātis carnem deitatis.] Hic euidenter traditur, nec animā, nec carnem à uerbo Dei in morte esse diuisam, vt aliquo modo soluta fuerit vnio. Vnde Aug. contra Felicianum, [Absit vt Christus sic senserit mortē, vt quantum in se est, vita vitam perdiderit: si.n. hoc ita esset, vitæ fons aruisset. Sensit ergo mortem participatione humanæ affectus, quem sponte susceperat: non naturę suæ perdidit potentiam, per quam cuncta viuificat. Sic in sepulchro carnem suam commoriendo nō deseruit, sicut in utero virginis connascendo formauit. Mortuus est ergo non discedente uita, sicut passus est non pereunte potentia. Nemo tollit animam eius ab eo, quia potestatem habet ponendi & sumendi.] Ecce & hic habes, Christum non deseruisse carnem in morte, & vitam non discessisse à mortuo: & ꝙ sponte tradidit spiritum, non alius extorsit. Vnde Ambr. [Emisit Christus spiritū: & tamen quasi arbiter exuendi & suscipiendi, corporis, emisit spiritum, non amisit: præsidebat in cruce, & omnia commouebat.] Sed vnde

Ad ca. 10. 2. 10. tra. 47 post medium tomo 9.

Ibidē, paulò inferius. Citatur & in Glo. ord. circa eundē locum.

In lib. de Vnitate Tri. ad Optatū, c. 14. tom. 6

Ibid. paulò post. 10. 10. d In li. de incarn. domi nicæ sacramento, ca. 5 in medio, to mo 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de emisit? ex carne. Quò emisit? ad patrem.

D *Qua ratione Christus dicitur mortuus & passus.*

Recedente verò anima, mortua est Christi caro: & quia caro mortua est, mortuus est Christus. Sicut. n. mortuus dicitur Deus, quādo mortuus est homo, ita mortuus homo dicitur, quando mortua est caro. Separatio animæ mors carnis fuit. Propter carnem ergo vnitā verbo, quæ mortua est, dicitur Deus mortuus: & propter carnem & animam, quæ vtraq; dolorē sentit, dicitur Deus passus: cùm diuinitas omnis doloris exors existeret. Vnde Aug. [Verbū caro factum est, vt per carnem panis cœlestis ad infantes transiret: & secundum hoc ipsum verbum crucifixum est, sed nō est mutatum in hominē: homo in illo mutatus est, vt melior fieret quā erat. Per illud ergo ꝙ homo erat, mortuus est deus: & per illud ꝙ Deus erat, homo exaltatus est & resurrexit. Quicquid passus est homo, nō potest dici non passus Deus: quia Deus erat homo. Quomodo non potes dicere, te non passum iniuriā, si vestis tua conscindatur, quamuis vestis tua nō sis tu: multo magis ergo quicquid patitur caro unita verbo', debet dici Deus pati: licet verbum nec mori, nec corrumpi, nec mutari potuerit. Sed quicquid horum passum est, in carne passum est.] De hoc etiam Ambrosius in libro 3. de Spiritu sancto ait. [Quod verbi caro patiebatur, manens in carne verbū in se pro corpore assumptione referebat, ut pati diceretur, quia caro patiebatur: sicut scriptum est, Christo in carne passo.] Hic docetur qua ratione Deus vel Dei filius passus vel mortuus dicitur, non quia mortem senserit in quantum Deus est, sed quia caro ei vnita mortua est. Secundum quam rationem dicit Aug. [Si quis dixerit atq; crediderit filium Dei Deum passum, anathema sit.] Cuius dicti causam ex qua intelligentia sumè da sit, aperiens, in eodem subdit. [Si quis dixerit, ꝙ in passione dolorem sentiebat filius Dei Deus, & non caro tātùm cum anima quam sibi acceperat, anathema sit.] Sanè ergo dici potest, ꝙ mortuus est Deus & non mortuus, passus est Dei filius, & non passus, passa est tertia persona, & non passa, crucifixum est verbum, & non crucifixum, sed secundum alteram naturam passus est, secundum alteram impassibilis. Vnde Amb. [Generalis ista est fides, quia Christus est dei filius, & natus ex virgine: quem quasi gigantem propheta describit: eò ꝙ biformis geminæque naturæ, vnus sit consors diuinitatis & corporis. Idem ergo patiebatur, & non patiebatur; moriebatur, & non moriebatur: sepeliebatur, & non sepeliebatur; resurgebat, & non resurgebat. Resurgebat secundum carnē quæ mortua fuerat, non secundum verbum, quod apud Deum semper manebat.]

Super Psal. 130. circa illud, Sicut ablactatus est in quoad principium autoritatis Lib. Sentē. Prosperi, c. 262.

Hēc id Ambro. li. de in carn. dom. sacra. ca. 5. in fine.

1. Pet. 4. a

In sermone de fide, et ē 3. in ser. 5. cœna dom.

In li. de In car. dom. sacram. cap. 5 in principio Psa. 18. Ibi dem, paulò inferius.

SI CHRISTVS IN MORTE FVIT HOMO.

A

DISTINCT. XXII.

De cōsequē sibus mortem Christi

HIc quæritur, vtrùm in illo triduo mortis Christus fuerit homo. Quod non videtur quibusdā: quia mortuus erat: & homo mortuus nō est homo. Addunt etiam, ꝙ si tunc erat homo, uel mortalis vel immortalis: sed mortalis non, quia mortuus: nec immortalis, quia tātùm post resurrectionem. Quibus respondemus, quia licet homo mortuus fuerit, erat tamē in morte Deus homo, nec mortalis quidem, nec immortalis: & tamen verè erat homo. Illæ enim & huiusmodi argutię in creatoris locum habent: sed fidei sacramentum à philosophicis argumentis est liberum. Vnde Ambro. [Auferantur argumenta vbi fides quæritur. In ipsis gymnasiis suis sibi dialectica taceat: piscatoribus creditur, non dialecticis.] Dicimus ergo in morte Christi Deum verè fuisse hominem, & tamen mortuum: & hominē quidem nec mortalem, nec imortalem: quia vnitus erat animæ

Non recipiuntur hæc magistri sent. Li. 1. de Fide, c. 5. in fine, 10. 2.

animæ & carni seiunctis. Alia enim ratione dicitur Deus homo, vel homo Deus, quã Martinus vel Ioannes. Homo enim dicitur Deus, & econuerso, propter susceptionem hominis, id est, animæ, & carnis. Vnde
Lib 1. de tr. cap. 13. Augustin. [Talis erat susceptio illa, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum.] Cum ergo illa susceptio per mortem non defecerit, sed Deus homo & homo Deo, sicut antè, vnitus erat verè, & tũc Deus erat homo, & econuerso, quia vnitus animæ & carni & homo mortuus erat, quia anima à carne diuisã erat. Propter separationem animæ à carne mortuus: sed propter vtriusque secum unionem, homo. Non autem sic erat homo, ut ex anima & carne simul inuicem subsisteret. Ex qua ratione dicitur aliquis alius homo, & ipse fortè ante mortem, hoc etiam modo erat homo, & post resurrectionem fuit. In morte uerò homo erat tantùm propter animæ & carnis secum unionem, & mortuus propter inter illa duo diuisionem.

Si Christus in morte erat homo alicubi, & si ubicunque est, homo sit.

B

Hic quæritur, si Christus in morte alicubi erat homo, & si vbicunq; est, homo sit. Ad quod dicimus, quia non ubicunque erat, homo erat: nec modò vbicunque est, homo est: quia ubique est secundum deitatem: nec ubiq; homo, quia non ubiq; hominẽ unitus: sed vbicũque est secundum hominem, ibi homo est. [Tempore autem mortis & vbique erat secundũ
Aug. de essentia Dei, ad Dard. est epist. 57. non lege à principio. Deum, & in sepulchro secundum hominem: & in inferno secundum hominem: sed in inferno secundum animam tantùm, & in sepulchro secundum carnem tantùm.] In sepulchro ergo erat homo; quia humanati vnitus erat, etsi non toti, quia carni tantùm: & in inferno erat homo; quia humanati vnitus, sed non toti, quia animæ tantùm. Sed si in inferno animæ tantùm, & in sepulchro carni tantùm vnitus erat: ergo
Oppositio. nec in inferno vnitus erat animæ & carni, nec in sepulchro

pulchro. Quomodo ergo ibi vel hic homo esse dicitur? Quæ est ratio dicti? Quia una eademque vnione vnitus erat animæ in inferno, & carni in sepulchro. Et sic erat illis duobus tunc separatis vnitus, sicut ante separationem, id est, ante mortem. *Responsio.*

Oppositio. Ad hoc autem opponitur, Si Christus animam tantum, uel carnem tantũ assumpsisset, non fuisset verus homo: sed propter vtriusque assumptionem verus homo fuit. Sic ergo vbi carnem & animam sibi unitam non habebat, verus homo ibi non erat. Sed tempore motis nusquam illa duo verè vnita habebat: quia nec in sepulchro, nec in inferno, nec alibi: nusquam ergo erat homo. Ad quod dicimus, *Responsio.* quia nec Christus vtique verus homo non fuisset, si carnem & animam non assumpsisset. Sed tamen quia ex quo assumpsit, neutrum deposuit, sed cum vtroque eadem unionem indesinenter tenuit, quam assumendo contraxit: ideo non incongruè, vbicunq; animã uel caro, vel vtrique vnitus est, ibi homo esse dicitur, quia ibi humanatus est. [Ergo & in sepulchro *Aug. lib. de Fide ad Pe. c. 2. non long à princi pio.* erat homo, & in inferno erat homo: quia vtrobique humanatus erat Christus, & vnam eandemq; cũ anima & carne, licet separaris, habebat vnionem: & vno eodemq; tempore in sepulchro iacuit Christus, & ad infernum descendit: sed in sepulchro iacuit secũdum solam carnem, & in infernum descendit secundũ solam animam.] Vnde Aug. [Quis non est detectus *Super Ioã. trac. 48. in fine tom. 9. Psal 15. et Act. 13.* in inferno? Christus, sed in anima sola. Quis iacuit in sepulchro? Christus, sed in carne sola: quia in his singulis Christus est. Christus in his omnibus confitemur, & singulis.] Ex his euidenter ostenditur, q̃ carni iacẽ in sepulchro vnitus erat Christus, sicut animæ in inferno. Alioquin si carni mortuæ non esset vnitus, nõ in ea dicerentur iacuisse in sepulchro. Anima ergo ad infernum descendit, caro in sepulchro iacuit, sapiẽ tia cum vtroque permansit: [quę in inferno positis (ut ait Ambr.) lumen vitæ fundebat æternæ. Radiabat illic

Universidad de Deusto
Biblioteca

In li. de incarn. dom. sacra. ca. 5. In medio. Ieb 28. b

illic lux vera sapientiæ, illuminabat infernum: sed in inferno non claudebatur. Quis enim locus est sapientiæ? de qua scriptum est, Nescit homo viam eius, nec inuenta est inter homines. De qua abyssus dicit, Non est in me: mare dicit, Non est mecum. Ergo nec in tempore, nec in loco sapientia est: cui nec mors tribuenda est.] In ligno enim caro, non illa operatrix omnium substantia diuina pendebat. Confitemur tamen Christum pependisse in ligno, & iacuisse in sepulchro, sed in carne sola, & fuisse in inferno, sed in anima sola.

Quod Christus vbique totus est, sed non totum: vt totus est homo, vel Deus, sed non totum.

C Et vtique totus eodem tempore erat in inferno, in cœlo totus, vbique totus. Persona enim illa æterna non maior erat, vbi carnem & animam simul vnitã sibi habebat, quã vbi alterũ tantũ: nec maior erat vbi vtrunque simul vel alterum tantum vnitum habebat, quàm vbi erat neutrum habens vnitum. Totus ergo Christus & perfectus vbique erat. Vnde Augustinus, [Non dimisit patrem Christus cùm uenit in virginem, vbique totus, vbique perfectus. Vno ergo eodemq; tempore totus erat in inferno, totus in cœlo. Erat apud inferos resurrectio mortuorum: erat super cœlos vita viuentiũ: vere mortuus, verè viuus: in quo & morte suscepto mortalitatis excepit, & vitam diuinitas non perdidit. Mortem ergo Dei filius & in anima non pertulit, & in maiestate non sentit: sed † tamen participatione infirmitatis rex gloriæ crucifixus est.] Ex his apparet, quòd Christus eodem tempore totus erat in sepulchro, totus in inferno, totus vbiq; sicut & modo totus est vbicunq; est, sed nõ totum. Nec in sepulchro, nec in inferno totũ erat, etsi totus sicut Christus totus est Deus, totus homo, sed non totum: quia non solùm est Deus vel homo, sed & deus & homo. Totum enim ad naturam refertur. Totus autem ad hypostasin: sicut aliud & aliquid ad naturam,

Aug. cõtra Felicianũ, de Vnitate Trinit. ad Optatum. c. 14. tom. 6. Ibid. c. 16.

† tantum

naturam, alius verò & aliquis ad personam referuntur. Vnde Ioãnes Damasc. [Totus Christus est Deus perfectus: non autem totum Deus est. Non enim solùm Deus est, sed & homo, & totus homo perfectus. Non autem totum homo: non solùm enim homo, sed & Deus. Totum enim naturæ est repræsentatiuum, Totus autem hypostaseos: sicut aliud quidem est naturæ, alius autẽ hypostaseos:] sic & huiusmodi.

Lib. de fide 3. c. 7. in fine.

Si ea quæ dicuntur de Deo vel de filio Dei, possunt dici de homine illo, vel de filio hominis.

D Solet etiam quæri, si congruenter dici possit filius hominis vel ille homo descendisse de cœlo, vel vbiq; esse: sicut dicitur filius dei vel deus de cœlo venisse & vbique esse. Ad quod dicimus, si ad vnitatem personæ referatur dicti intelligentia, sanè dici potest: si verò ad distinctionem naturarum, nullatenus concedendum est. Vnde Augu. [Vna persona est Christus Deus & homo. Ideo dicitur, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, &c. Si ergo attendas distinctionem substantiarum, filius Dei descendit, & filius hominis crucifixus est: si verò vnitatem personæ, & filius hominis descendit, & filius dei est crucifixus. Propter hanc vnitatem personæ non solùm filium hominis descendisse de cœlo, sed etiam dixit esse in cœlo, cùm loqueretur in terra. Propter hanc eã dem dicitur Deus gloriæ crucifixus: qui tamẽ ex forma serui tantùm crucifixus est: non secundum hoc quod deus glorię est, & secundum quòd glorificat suos: & tamen dicitur Deus gloriæ crucifixus. Rectè quidem, non ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis. Quid ergo propter quid, & quid secundum quid dicatur, prudens, & diligens, & pius lector intelligat.] Hæc de corrigia calceamenti dominici dicta sufficiant: ne ossa regis Idumææ consumantur aliquæ in cinerem.

Ioan 3. b
Lib. de Præsentia Dei, ad Dard. & lib. 3. cõtra Maximinum, ca. 20.
Ioan. 3 b.
Lib. 1. de Tri. ca. 13. in initio ca patr.
1. Cor. 2. b
Ioan. 1. d
Amos 2. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

SI CHRISTVS HABVERIT FIDEM ET spem, vt charitatem.

A DISTINCT. XXIII.

Dist. 13. & 28. Ioan. 1.

CVm verò suprà perhibitum sit, Christum plenum gratia fuisse, non est superuacuum inquirere, vtrùm fide & spem sicut charitatem habuerit. Si autem his caruit, non videtur plenitudinem gratiarū habuisse. Vt autem hæc quæstio valeat apertius explicari, de his singulis aliqua in medium proferenda sunt, & primùm de fide secundum mensuram cuius præcipit Apostolus vnicuique sapere.

Rom. 12. a

B *Quid sit fides.*

Aug. li. 2. quæstionū. c. 29. In Enc. c. 9.

[Fides est virtus, qua creduntur quæ non videntur.] Quod tamen non de omnibus quæ non videntur, accipiendum est: sed de his tantùm, quæ credere, vt ait Augustinus ad religionem pertinet. Multa enim sunt, quę si Christianus ignoret, nihil metuendum est: quia non ideo à religione deuiat.

C *Quot modis dicitur fides.*

Li. de Trin. 13. cap. 2.

Accipitur autem fides tribus modis, scilicet pro eo quo creditur, & est virtus: & pro eo quo creditur, & non est virtus: & pro eo quod creditur, quod aliud est ab eo quo creditur. Vñ Aug. inquit. [Aliud sunt ea quæ creduntur, aliud fides qua creduntur. Illa enim in rebus sunt, quæ vel esse, vel fuisse, vel futura esse dicuntur: hæc autē in animo credentis est, ei tantum conspicua cuius est.] Et tamen nomine fidei censetur vtrunque, & illud scilicet quod creditur, & id quo creditur. Id quod creditur, dicitur fides,

In symbolo Athanasij. Super epist. ad Rom.

sicut ibi. [Hæc est fides catholica: quam nisi quisque firmiter fideliterque crediderit, saluus esse non poterit.] Fides aūt qua creditur, si cum charitate sit, virtus est: quia charitas, vt ait Ambr. mater est omnium virtutum: quæ omnes informat: sine qua nulla vera virtus est. Fides ergo operans p dilectione, virtus est qua nō vilia creduntur. Hæc est fundamentum quod mutari nō potest, vt ait Apost. quæ posita in fundamento nec minē perire sinit. Vnde Augu. [Fundamētū est Christus Iesus, id est Christi fides, scilicet quæ p dilectionē operatur: per quam Christus habitat in cordibus nostris: quæ neminem perire sinit. Alia uero non est fundamentum.] [Fides enim sine dilectione inanis est. Fides cū dilectione, Christiani est: alia dæmonis est, Nā & dæmones credunt & contremiscunt.] [Sed multum interest, vtrùm quis credat Christū, vel Christo, vel in Christum. Nam ipsum esse Christū dæmones crediderunt, nec tamen in Christum crediderunt.]

Galat. 5. b
1. Cor. 3. c
De fide & operibus, ca. 16.
Sermo. 1. de vigilia pentec. c. 1.
Iacobi 2. d
Aug. de verbis Domini, sermone 61. tomo 10.

D *Quid sit credere in Deum, vel Deo, vel Deum.*

Trac. 29. super Ioan. cir. illud, Si quis voluerit voluntatem. Et Aug. enar. vationē 1. ps. 77. tomo 8. Gal. 5. b Trac. 10. super cap. 5. epist. Ioan.

[Aliud est enim credere in Deū, aliud credere Deo, aliud credere Deum. Credere Deo, est credere vera ei quę loquitur: quod & mali faciunt: & nos credimus homini, sed non in hominem. Credere Deum, est credere quod ipse sit Deus: quod etiam mali faciunt. Credere in Deum, est credendo amare, credendo in eum ire, credēdo ei adhærere, & eius membris incorporari. Per hanc fidē iustificatur impius, vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari.] [Ea enim sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectionē Dei. Ipsa enim dilectio opus fidei dicitur.] Fides ergo quā dæmones & falsi Christiani habent, qualitas mentis est, sed informis: quia sine charitate est. Nū & malos fidem habere, cùm tamen charitate careant, Apostolo testante dicis. Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, &cæt. Quæ fides etiam bona Dei dici potest: quia & in malis quædam Dei dona sunt.

1. Cor. 13. d

E *An illa informis qualitas mentis, quæ in malo Christiano est, sit virtus cùm sit bona.*

Si verò quęritur, vtrū illa informis qualitas qua ma-

lus Christianus vniuersa credit quæ bonus Christianus, accedente charitate remaneat, & fiat virtus, an ipsa eliminetur, & alia qualitas succedat, q̃ virtus sit: Vtrumlibet sine periculo dici potest. Mihi tamen videtur, quòd illa qualitas quæ prius erat, remaneat, & accessu charitatis virtus fiat.

F *Ex quo sensu dicatur vna fides.*

Ephes.4.b Cumque diuersis modis dicatur fides, fatẽdum est tamẽ vnam esse fidem, vt ait Apost. Vnus dominus, vna fides. Siue enim fides accipiatur pro eo quod creditur, siue pro eo quo creditur, rectè dicitur fides vna. Si enim pro eo quod creditur accipiatur, ex hac intelligentia dicitur vna fides, quia idẽ iubemur credere, & vnum idemque est quod creditur à cunctis fidelibus. Vnde fides catholica dicitur, id est vniuersalis. Si verò accipiatur fides pro eo quo creditur, ea ratione vna dicitur esse fides, non quia sit vna numero in omnibus, sed genere, i. similitudine. Vnde Augusti. in lib. 14. de *Cap. 2. in principio.* Trin. [Fides (quam qui habent fideles vocãtur, & qui nõ habent, infideles) cõmunis est omnibus fidelibus: sicut pluribus hominibus facies communis esse dicitur, cũ tamen singuli suas habent. Non enim fides numero est vna, sed genere: quæ cũ sit in vno, est & in *Ibidẽ, paulò inferius.* aliis, nõ ipsa, sed similis: & propter similitudinem magis vnam dicimus esse, quàm multas. Sicut idẽ volentium dicitur vna voluntas, cùm tamen cuique sit sua *Ibidem.* voluntas: & duorum simillimorũ dicitur facies vna.

Quod fides est de his quæ non videntur proprie: quæ tamen videntur ab eo in quo est.

G Notandum quoque est, quòd fides propriè de non apparentibus tantùm est. Vnde Gregor. [Apparentia non habent fidem, sed agnitionem.] Idem, [Cùm Paulus dicat, Fides est substantia rerum sperandarũ argumentum non apparentium; hoc veraciter dicitur credi, quod non valet videri. Nam credi iam non potest, quod videri potest. Thomas aliud vidit, & aliud credidit: hominem vidit, & deum confessus est, dicens Dominus

Dominus meus & Deus meus.] De hoc etiam Aug. ait, [Fidem ipsam videt quisque in corde suo esse, si credit: vel non esse, si non credit. Non sicut corpora, quæ videmus oculis corporeis, & per ipsorum imagines quas memoria tenemus, etiã absentia cogitamus: nec sicut ea quę non vidimus, & ex his quæ vidimus cogitationem vtcunque formamus, & memoriæ cõmendamus: nec sicut hominem, cuius animam etsi nõ videmus, ex nostra coniicimus, & ex motibus corporis hominem viuum sicut videndo didicimus, intuemur etiam cogitando: non sic videtur fides in corde in quo est, ab eo cuius est, sed eam tenet certissima scientia. Cùm ergo ideo credere iubeamur, quia id qđ credere iubemur, videre non possumus: ipsam tamen fidem quando est in nobis, videmus in nobis: quia & rerum absentium præsens est fides, & rerum quæ foris sunt intus est fides: & rerum quæ non videntur, videtur fides: & ipsa temporaliter fit in cordibus hominum: & si ex fidelibus infideles fiant, perit ab eis.] His verbis euidenter traditur, fidem ipsam in corde hominis ab ipso homine videri non corporaliter, non imaginariè, sed intellectualiter: & ipsam tamen absentiũ & eorum quæ non videntur, esse. Vt enim Aug. alibi ait, [Credimus vt cognoscamus, nõ cognoscimus vt credamus. Quid enim est fides nisi credere quod non vides? Fides ergo est, quod non vides credere, veritas, quod credidisti videre.] Vnde rectè fides dicitur argumentum vel conuictio rerum non apparentium: qa fides est, ex eo conuincitur & probatur aliqua esse non apparentia, cùm fides non sit nisi de non apparentibus.

Ibidem.

Super Ioan. 27. tract. 10. 9. circa illud ca. 6. Et non cred. & cognō. & expressius tract. 40.

Descriptio Fidei.

Heb. 11. a Ait enim Apostolus, Fides est substantia rerũ sperandarum, argumentum vel conuictio non apparentium: quia per fidem subsistunt in nobis etiam modò speranda, & subsistent in futuro per experientiã. Et ipsa est probatio & conuictio non apparentium: quia si

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis de his dubiter, per fidem probantur: vt adhuc probatur futura resurrectio, quia ita crediderunt patriarchæ & alij sancti. Vel probatio est & certitudo, quòd sint aliqua non apparentia, vt suprà dictum est. Propriè autem fides dicitur substantia rerum sperandarum, quia sperādis substat: & quia fundamentum est bonorum, quod nemo mutare potest.

I *Si illa descriptio Spei conueniat.*

Si verò quæritur, an hęc descriptio Spei conueniat: sanè concedi potest vtrunlibet. Si autem dicatur conuenire, sunt & alia plura quibus differūt fides & spes: sed non improbè dici potest, soli fidei cōuenire, non spei: quia fides fundamentum dicitur, non quia fides virtus possit esse sine spe & charitate. Vnde Augustinus dicens, [Nisi ea, inquit, quæ audis credideris, ad amandum ea quæ audis non inflammaberis:] quæ tā nō potest, nec amor sine spe, nec sine amore spes, nec vtrumq; sine fide: & fides sine amore nihil prodest.] Potest tamen credi aliquid quod non speratur: nihil autem potest sperari quod non creditur. Ideoque credere, quod est actus fidei, naturaliter precedit sperare, quod est actus spei: quia nisi aliquid credatur, non potest sperari: creditur autem quod non speratur. Inde est quod in scriptura plerumque reperitur, quòd fides præcedit spem, & spes sequitur fidem: non quòd virtus fidei precedat virtutem spei tempore vel causa, sed quia actus fidei naturaliter precedit actum spei: quod etiam quidam concedunt de ipsa virtute fidei, vt naturaliter præcedat spem, non tempore. Vnde & rectè ea sola dicitur fundamentum omnium virtutum & bonorum operum: nō autem fundamentum est charitatis: quia non ipsa charitatis, sed charitas ipsius virtutis fidei causa est. [Charitas enim causa est & mater omnium virtutum: quæ si desit, frustra habentur cætera: si autē adsit, habentur omnia.] Charitas enim spiritus sanctus est: vt in superioribus prętaxatum est. Ipsa est ergo causa omnium virtutum, non ipsius aliqua virtutum causa est: quia omnia munera excellit.

In Enchi. c. 8. in fine.

1. Cor. 13. a

Trac. de Ioan. dilect. chari. in princ.

Lib. 1. Sent. dist. 17.

Vnde Aug. [Respice ad munera ecclesiæ, & vniuersis excellētius charitatis munus cognosces: quæ, vt oleū, non potest premi in imo, sed superexilit.] Non ergo eius causa vel fundamentum fides est. Greg. tamē super Ezech. dicit, [Quia nisi prius fides teneatur, nullatenus ad spiritualem amorem attingitur. Non enim charitas fidem, sed fides charitatem præcedit: quia nec amare potest quod non crediderit, sicut nec spe rare. Sed hoc accipi potest esse dictum de fide, quæ vita non est: ipsa enim spem & charitatem frequenter præcedit: vel de actu fidei, qui forte naturaliter actum charitatis præcedit, sicut actum spei: quod verba præmissa diligenter notata innuunt, & ea etiam quæ addit, dicens, [Nisi ea, inquit, quæ audis credideris, ad amandum ea quæ audis non inflammaberis:] quæ tā vana de nō visis est, vt antè diximus. Vnde Chrysostomus, [Fides in anima nostra facit subsistere ea quæ non videntur:] de quibus propriè fides est: de visis enim non est fides, sed agnitio.

Aug. ibidē, immediatè supra præallegata, to. 9. Homil. 16. post mediū.

Ibidem.

Super epist. ad Heb. homil. 21. in fine, circa illud cap. 11. Fides est sperandū.

QVOMODO INTELLIGITVR QVOD SCRIPTVM EST, *Vt cùm factum fuerit, credatis.*

A

DISTINCT. XXIIII.

Hic quæritur, si fides tantùm de non visis est, quomodo Veritas Apostolis ait, Nunc dico vobis priusquam fiat, vt cùm factum fuerit, credatis. Vbi innui videtur, quòd fides illis fuerit de factis & visis. Super quo Augu. mouet quæstionē, & absoluit, ita inquiens, [Quid sibi vult, Vt cùm factum fuerit, credatis? Hæc est laus fidei, si quod creditur non videtur. Nam & Thomas, cui dictum est, Quia vidisti me, credidisti; non hoc credidit quod vidit. Cernebat enim & tangebat carnem viuentem, quā viderat morientem, & credebat

Ioan. 14.

Augu. super Ioan. tract. 79. a initio.

Ioan. 20. g

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod nō videbat, per hoc quod sensibus corporis apparebat. Si verò dicuntur credi quæ videntur, sicut dicit vnusquisq; oculis suis credidisse: nō ipsa est quæ in nobis ædificatur fides, sed ex rebus quæ videntur, agitur in nobis, vt ea credantur quæ non videntur.] Ex his apertè intelligitur, q̄ propriè fides non apparentiū est. Nec illa est fides qua in Christo ædificamur, qua dicimus vsitata locutione nos ea credere quæ videmus. Alibi tamen dicit Aug. fidē esse de rebus præsentibus: quod erit in futuro, cùm per speciem Deū præsentem contēplabimur: quæ tamen non propriè dicitur fides, sed veritas. [Est, inquit, fides qua creduntur ea quæ non videntur. Sed tamen est etiam fides rerū, quando non verbis, sed rebus ipsis præsentibus creditur: quod erit, cùm per speciem manifestam se contēplandam sanctis præbebit Dei sapientia.] Sed nō propriè hæc dicitur fides, imò fidei merces, ad quam credendo peruenitur: vt ex fide verborum transeat iustus in fidem rerum.

Aug. lib. 2 quæst. euāg. ca. 39. to. 4.

Si Petrus habuit fidem passionis, quando vidit hominem illum pati.

B

Si verò quæritur, vtrùm Petrus fidem passionis habuerit, cùm hominem Christū oculis pati cernebat: dicimus eum fidem passionis habuisse, non in eo q̄ credebat hominem pati, quia hoc videbat: sed in eo q̄ credebat Deum esse qui patiebatur. Non.n. vitrus fidei erat, q̄ credebatur homo pati & mori: quod Iudæus cernes credebat, sed q̄ credebatur Deus esse qui patiebatur. Vnde Aug. super illum Psalmi locum, Respondit et in via uirtutis suæ, [Laus fidei est, nō quia credit hominem illum mortuum, quod & Pagani credit, sed quia credit eum glorificatū, & verū deū.] Credit ergo fides Deum mortuum, & hominem glorificatum. Non ergo fuit Petro fides credere hominē illum mori, quod oculis cernebat: sed credere Deum esse qui moriebatur. Nec nobis etiam fides in hoc metetur,

Enarratione in Psal. 101. cōc. 2. iem. 8.

tetur, quòd credimus hominē illum mortuum, quod & Iudæus credit, sed quia credimus hominem Deum mortuum esse.

C

Si aliqua sciuntur quæ creduntur.

Post hoc quæri solet, cùm fides sit de non apparētibus & non uisis, vtrùm ēt sit de incognitis tantū. Si.n. de incognitis tantùm est, de his videtur esse tantùm, quę ignorantur. Sed sciendum est, q̄ cū visio alia sit interior, alia exterior, non est fides de subiectis exteriori visioni: est tamen de his quę visu interiori vtcunque capiuntur. Et quædam utiq; sic capiuntur, ut intelligātur, etsi non ut in futuro: quædam autē non: quā eū fides sit ex auditu non mō exteriori, sed interio ri, nō potest esse de eo quod omnino ignoratur, quæ ipsa ad sensum corporis non pertinet, ut ait Aug. dicens, Quamuis ex auditu fides in nobis sit, non tamē ad eum sensum corporis pertinet, qui dicitur auditus: quia non est sonus: nec ad vllum sensum corporis: quoniam cordis est res ista, non corporis.] Quædam ergo fide creduntur, quę intelligūtur naturali ratione: quædā verò, quæ nō intelliguntur. Vnde propheta, Nisi credideritis, non intelligetis. Quod Aug. apertè distinguit. [Alia sunt, inquit, quæ nisi intelligamus, non credimus: alia quæ nisi credamus, non intelligemus. Nemo tamen pōt credere in deum, nisi aliqd intelligat, cū fides sit ex auditu prædicationis.] Idem in lib. de Trin. [Certa fides utcunq; inchoat cognitionem. Cognitio verò certa non perficitur nisi post hāc vitā.] Amb. quoq; ait, [Vbi fides, nō statim cognitio: vbi cognitio est, fides præcedit.] Ex his apparet, aliqua credi quæ non intelliguntur uel sciuntur, nisi prius credantur: quædam verò intelligi aliquando etiā antequā credantur. Nec tamen sic intelliguntur modò, vt in futuro scientur: & nunc etiam per fidem, qua mundantur corda, amplius intelliguntur: quia nisi per fidem diligatur Deus, mundatur cor ad sciendum

Rom. 10. d

Lib. 13. de Trin. cap. 2

Esaiæ 7. b iuxta 70. interpretes. Aug. super psa. 118. sermone 15. Lib. 9. c. 1. Super psal. 118. ser. 10. circa illum uersum, Agnouit Dominus quia. Actu. 15. a

Li.8.de Tri. cap.4.

eum. Vnde Aug.] Quid est deum scire, nisi cū mente conspicere, firmeque percipere? Sed & prius quàm valeamus perspicere & percipere Deum, sicut percipitur à mundis cordibus, nisi per fidem diligatur, non poterit cor mundari, quò ad eum videndum sit aptum.] Ecce hic apertè habes quia non potest sciri Deus, nisi prius

† diligendo credatur.

† credendo diligatur. Suprà autem dictum est, quod nemo potest credere in Deum, nisi aliquid intelligatur. Vnde colligitur, non posse sciri & intelligi credenda quædam, nisi prius credantur: & quædam nō credi, nisi prius intelligantur, & ipsa per fidem amplius intelligi. Nec ea quæ prius creduntur quàm intelligantur, penitus ignorantur, cùm fides sit ex auditu: ignorantur tamen ex parte, quia nō sciuntur. Creditur ergo quod ignoratur, sed non penitus: sicut etiam amatur quod ignoratur. Vnde Augu. [Scirī aliquid, & nō

Ibidē, eodē 4.cap.

diligi potest. Diligi verò quod nescitur, quæro utrùm possit? Si non potest, nemo diligit Deum antequam sciat. Vbi autem sunt illa tria, fides, spes, charitas, nisi

Ibidem paulò post.

in animo credente quod nondum scit, & sperante & amante quod credit? Amatur ergo & quod ignoratur, sed tamen creditur.]

DE FIDE ANTIQVORVM.

A DISTINCT. XXV.

Quid ad salutem necesse sit credere.

RAEDICTIS adiiciēdum est de sufficientia fidei ad salutē. Illis enim qui præcesserunt aduentum Christi, & qui sequuntur, uidetur profecisse fides secūdum temporis processum, sicut profecit cognitio. Fides quippe magna dicitur, cognitione, & articulorum quantitate, uel constantia, & deuotione. Est autem quædam fidei mensura: sine qua nunquam potuit esse salus. Vnde Apo-

Heb.11.b

stolus, Oportet accedentem credere quia Deus est, & quòd remunerator est sperantium in se. Sed quæritur verùm hoc credere sante aduētum & ante legem, ad salutem sufficerit. Nam tempore gratiæ constat certissime, hoc non sufficere: oportet enim vniuersa credi quę in symbolis continētur. Sed nec ante aduentum, nec ante legem videtur hoc sufficisse: quia sine fide mediatoris nullum hominem vel ante vel post fuisse saluum, sanctorū autoritates contestantur. Vnde Aug. ad Optarū, [Illa fides sana est, quia credimus nullum hominem, siue maioris siue minoris ætatis, liberari à contagione mortis, & obligatione peccati quod prima natiuitate contraxit, nisi per vnū mediatorē dei & hominū Iesū Christū: cuius hominis eiusdemq; dei saluberrima fide ēt illi iusti salui facti sūt, qui priusquā veniret in carnē, crediderunt in carnem venturū. Eadē. n. fides est & illorum & nostra. Proinde cùm omnes iusti, siue ante incarnatione siue post, nec vixerint nec viuāt, nisi ex fide icarnationis Christi, profectò quod scriptum est, Nō esse aliud nomen sub cælo, in quo oporteat saluari nos: ex illo tempore valet ad saluandū genus humanū, ex quo in Adā viuātum est.] Idem, [Nemo liberatur à damnatione quæ per Adam facta est, nisi per fidem Iesu Christi.] Idem. [Eade fides mediatoris quæ nos saluat, saluos faciebat antiquos, pusillos cum magnis: quia sicut credimus Christum in carne venisse, ita illi venturum: & sicut nos mortuum, ita illi moriturū: & sicut nos resurrexisse, ita illi resurrecturum: & nos & illi ad iudiciū viuorū & mortuorū venturū.] Greg. super Ezech. [Et qui præibant, & qui sequebātur, clamabant dicentes, O sanna filio Dauid: quia oēs electi qui in Iudæa esse potuerunt, siue qui nunc in ecclesia sunt, in mediatorem dei & hominum crediderunt & credunt.] His aliisq; pluribus testimoniis perspicuè docetur, nulli vnquam salutem esse factam nisi per fidem mediatoris. Oportet ergo accedentem credere quæ suprà dixit Apostolus: sed non sufficit.

Epist. 155.

1.Tim.2.b

Ibidē, paulò inferius.

Act.4.b

Li.de corre. et gra.ca.7.

Aug.lib.2. de nuptiis & cōcupisc. ca.12.

Homi.17. paulò post principium Mar.11.b

Heb.11.b

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

B *De fide simplicium.*

Quid ergo dicetur de illis simplicibus, quibus non erat reuelatum mysterium incarnationis, qui piè credebant quod eis traditum fuit? Dici potest, nullũ fuisse iustũ vel sãluũ cui non esset facta reuelatio vel distincta, vel velata, vel in aperto, vel in mysterio. Distincta, vt Abrahæ & Moysi, aliisq; maioribus qui distinctionem articulorũ fidei habebant. Velata, vt simplicibus, quibus reuelatũ erat ea esse credẽda, quæ credebant illi maiores & docebant, sed eorum distinctio nem apertam nõ habebant. Sicut & in ecclesia aliqui minus capaces sunt, qui articulos symboli distinguere & assignare nõ valent, omnia tamen credunt quæ in symbolo continentur: credunt enim quę ignorant, habentes fidem velatam in mysterio: ita & tunc minus capaces ex reuelatione sibi facta maioribus credendo inhærebant, quibus fidẽ suã quasi cõmittebãt.

Iob 1. c Vnde Iob, Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos. Simplices & minorẽs sunt asinæ pascentes iuxta boues: quia humilitate maioribus adhærendo, in mysterio credebant, quę & illi in mysterio docebant quæ

3. Re. 17. b lis fortè fuit vidua Sareptana.

Quæ ante aduentum Christi de mediatore

C *credere sufficiebat.*

Sed quæritur, cùm sine fide mediatoris antiquis non fuerit salus, sicut nec modernis, vtrùm oportuerit illos credere omnia illa de mediatore, quę nũc credimus. Quibusdam videtur, quod sufficerit illis quatuor tantùm credere, scilicet natiuitatem, mortem, resurrectionem, aduentum ad iudicium: quod ex præmissis verbis Augustini colligunt, vbi ista quatuor posuit. Alijs autem videtur, habita fide Trinitatis, id de mysterio incarnationis fidei sufficisse, vt dei filius crederetur nasciturus de homine, & iudicaturus. Qui de Ioanne Baptista documentum huius rei assumunt, qui de morte Christi & descensu ad inferos in

Homil. 1. su per Ezec. & Euangelio dubitasse videtur, sm expositione Gregquando

quando interrogauit per discipulos, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Quasi diceret, Es tu per teipsum descensurus ad infernũ, an aliũ ad hæc sacramenta missurus es? Quidam tamen dicunt eum non dubitasse de ignorantia, sed de pietate, id est, dubitare se ostendisse: non quia ignorauerit, sed pietatis affectu compassum esse Christo, & eius humilitatem admirando insinuasse. *homil. 6. su per Euang. Matt. 11. a*

D *De fide cornelij.*

Solet etiã quæri de Cornelio, vtrũ fidẽ incarnationis habuerit, cũ dictũ est ei per angelũ, Acceptæ sunt eleemosynæ tuæ, & exauditæ sũt orationes tuæ. Si. n. fidem incarnationis non habebat, tunc ergo sine fide incarnationis erat ei iustitia: quia de illo scriptum est, qꝺ iustus erat & timens Deum. Si vero fidem incarnationis habebat, ad quid ergo missus est ad eũ Petrus? Sanè dici põt, cum sicut fidẽ Trinitatis, ita & incarnationis habuisse Dei reuelatione, sed incarnatũ tm esse dei filium ignorasse: & ideo missus est ad eũ Petrus, vt iam natum Dei filiũ ei annunciaret, & sacramentũ regenerationis ei conferret. Habebat ergo fidẽ incarnationis, sed an facta vel futura esset, nõ nouerat: & ita per fidẽ venit ad opera, & per opera amplius solidatus est i fide. [Per fidẽ .n. vt ait Greg. venitur ad opera. Cornelius etiam per fidẽ venit ad opera. Deũ .n. vnũ credebat: sed filiũ eius nesciebat incarnatũ, per fidẽ placuerũt deo opera eius. Sine fide.n. impossibile est aliquem placere Deo.] Aug. vero dicit, [Cornelio dictũ esse per angelũ, Acceptæ sũt eleemosynæ tuæ & orationes tuæ, antequã in Christũ crederet: nec tamen sine aliqua fide donabat & orabat. Nam quo inuocabat, ī quẽ nõ credebat? Sed si posset sine fide Christi ee salus, nõ ad eũ mitteretur architectus ecclesiæ Petrus.] Attẽde qꝺ ait sine fide Christi nõ posse esse salutẽ, & tamẽ Cornelij exauditum antequã crederet in Christũ. Qđ ita põt intelligi, santequam sciret Christũ incarnatũ, in quem credebat in mysterio. *Act. 10. a. Ibidem. Hom. 10. su per Ezech. ante mediũ. Heb. 11. a L. 1. de præ dest. sanctorum, cap. 7. Rom. 10. c.*

De

De æqualitate fidei, spei, charitatis, & operis, quæ secundum aliquid sunt æqualia.

E Illud etiam non est prætermittendum, quod fides, spes, charitas, & operatio, secundū aliquid æqualia sūt in præsenti, Vnde Gre. [Fidē, spem, charitatē, atq; operationē, dū in hac vita viuimus, æquales sibi esse apud nos inuenimus: quia quantum credimus, tantum amamus: & quantum amamus, tantum de spe præsumimus. Quisque.n. fidelis tantum crēdit, quantum sperat & amat: & tantum operatur, quantum credit, & amat, & sperat. Sed tamen maior spe & fide charitas dicitur: quia cùm ad Dei speciem peruenitur, spes & fides transit, sed charitas permanet:] & quia charitas mater est omnium virtutum, quæ non ideo post fidē & spem ponitur, q̄ ex eis oriatur, sed quia post illa remanebit aucta. Charitas.n. nunquam excidit. Præmissa autē æqualitas propriè secūdum interiorum actuū intentionem consideranda est. Huic vero quod hic & superius dictum est, s. q̄ charitas non est ex fide & spe, sed econuerso, videtur obuiare quod ait Apost. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Quod exponens Augustin. cor accipit pro intellectu, & conscientiam pro spe: [Qualis, inquit, charitas est finis præcepti? procedens de corde puro, id est de puro intellectu, vt nihil nisi Deus diligatur: & conscientia, id est de spe bona: & fide non ficta, id est non simulata.] Non ergo charitas fidem & spem, sed fides & spes charitatem præcedere videntur. Hoc ergo ea ratione traditum intelligē, nō q̄ fides & spes causa vel tempore charitatem omnium bonorum matrem precedant, sed quia charitas sine illis in aliquo esse non potest: sed illa sine charitate possunt esse, quamuis non sit pia fides vel spes sine charitate. Ideo ergo ex fide & spe procedere dicitur charitas, quia nulli prouenit sine illis.

Super Ezech. hom. ult. circa illud, Et mensus est arc. long.

1. Cor. 13. c

Dist. 23. pa vagr. ult. 1. Tim. 1. a

Lib. de doct. chr. 1. c. vlt.

DE SPE, QVID SIT.

A DISTINCT. XXVI.

EST autem Spes virtus qua spiritualia & æterna bona sperātur, id est cum fiducia expectantur. Est enim spes, certa expectatio futuræ beatitudinis, ueniēs ex dei gratia & meritis præcedentibus vel ipsam spem quā natura præit charitas, uel rem speratam, id est beatitudinem æternam. Sine meritis enim aliquid sperare, non spes, sed præsumptio dici potest.

B *De quibus sit spes.*

Et sicut fides, ita & spes est de inuisibilibus. Vnde Augustin. [Fidem appellamus earum rerum quæ non uidentur. De spe quoq; dicitur, Spes quæ videtur, non est spes. Quod.n. videt quis, quid sperat? Quod attinet ad non videre vel quæ creduntur, uel quæ sperantur, fidei speiq; commune est. Distinguitur tamen fides à spe, sicut vocabulo, ita etiam rationabili differē tia. Est enim fides malarum rerum & bonarum: quia & bona creduntur & mala, & hoc fide bona, non mala. Est etiam fides & præteritarum rerum, & præsentium, & futurarum. Credimus.n. mortem Christi, quę iam præteriit: credimus sessionem, quæ nunc est: credimus venturum ad iudicandum, quod futurum est. Item fides & suarum rerum est, & alienarum. Nam & se quisque credit esse cœpisse, nec fuisse utiq; sempiternum: & alia atque alia non modò de aliis hominibus multa, quæ ad religionem pertinent, verumetiā de angelis credimus. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, & ad eum pertinentiū qui earum spem gerere perhibetur.

In Enc. c. 8. Rom. 8. c

Quæ differant fides & spes.

Ibidē, super alle gata.

Redit ad præmissam quæstionem, scilicet, an fides & spes in Christo fuerint.

C Post hæc superest inuestigare, vtrū fides & spes in Christo fuerint: vnde tractatus iste sumpsit exordiū.

Distin. 23. lit. A.

Quibusdam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quibusdam non indoctè videtur, fidem, virtutem, & spem in eo non fuisse, sicut in sanctis iam beatificatis, vel in angelis non sunt: & tamen sancti credunt & sperant resurrectionem futuram, & angeli eandem credunt: nec tamē in eis fides uel spes uirtus est: quia & Deo per speciem contemplando fruūtur, & in Dei verbo resurrectionē futuram siue iudicium, non per speculum in ænigmate, sed præclarissimè inspiciunt.

1.Cor.13.d Si.n. quia credūt resurrectionē futuram, ideo verum est eos fidem habere, ergo ea consummata post iudicium similiter & fidem habere dicentur, quia credūt eam præteritam. Sed sicut tunc credent, nec tamen fidem, quæ fideles facit, habebunt, quia non credent absq; scientia, quæ non erit ænigmatica, sed per speciem: ita & modò credunt & sperant resurrectionem: nec tamen fidem habent: quia credendo cognoscūt.

Ibidem,d Venit.n. eis quod perfectum est, & euacuatū est quod ex parte est: venit.n. cognitio, & euacuata est fides: venit species, & defiit spes. Ita & Christus, in quo fuerūt

Ioan.17.a bona patriæ, credidit quidem & sperauit resurrectionem terriā die futurā: pro qua & patrem orauit: nec tamen fidem virtutem, vel spem habuit: quia non ænigmaticam specularem, sed clarissimam de ea cognitionem habuit: quia nō perfectius eam cognouit præteritam, quā intellexit futuram. Sperauit tamen Christus, sicut in psal. ait, In te domine speraui: nec tamen

Psal.30. fidem vel spem virtutem habuit: quia per speciem videbat ea quæ credebat. De antiquis vero patribus, qui apud inferos vsque ad passionem tenebantur, nō incongruè dici potest quòd fidem & spem virtutem habuerunt: quia credebant & sperabant se uisuros Deū per speciem: qualiter eum tunc non uidebant: quia non patuit eis cognitio Dei per speciem ante passionem Christi: qua consummata, a fide transierunt ad speciem.

Verum Iusti apud inferos detenti fidē & spē habuerint.

DE CHARITATE QVA DILIGITVR Deus & proximus, quæ in Christo & in nobis est.

A

DISTINCT. XXVII.

CVm autem Christus fidē & spem non habuerit, dilectionem tamen habuit, inquantum homo, tantam, qua maior esse non ualet: qui ex charitate eximia animam posuit pro amicis & inimicis. Habuit enim in corde charitatem, quā opere nobis exhibuit, vt exhibitionis forma nos ad diligendum instrueret. Hic aliquid dicēdum est de charitate, & modo & ordine diligēdi Deum & proximū.

B

Quid sit charitas.

Charitas est dilectio qua diligitur deus propter se, & proximus propter deū, uel in deo. Hæc habet duo mandata, vnum pertinens ad dilectionem Dei, quod est maximum in lege mandatum: & alterum pertinēs ad diligendum proximum, illi simile. Primum est, Diliges deum ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima: quod scriptum est in Deut. Secundum est, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mā dat tota lex pēdet, & prophetæ. Finis.n. præcepti est dilectio: & ea est gemina, id est, dei, & proximi.

Deut.6.a Mat.22.d 1.Tim.1.a

C

Si eadem charitate diligitur Deus & proximus.

Hic quæritur, si ex ea ipsa dilectione diligitur deus, qua diligitur proximus: an alia sit dilectio dei, & alia proximi. Eadem sanè dilectio est qua diligitur Deus & proximus, quę spiritus sanctus est, ut suprà dictum est: quia Deus charitas est. Vnde Aug. [Ioannes ait, non potest Deum diligere quem non videt, qui fratrem quem uidet, non diligit. Sed si eum quem uidet humano uisu, spirituali charitate diligeret, uideret deum, qui est ipsa charitas, uisu interiori, quo uideri potest. Qui ergo fratrem quem uidet, non diligit, deum quem non uidet, quomodo

Dist.17.qui. sent.de.B. Lib.8.de tr. cap.12. 1.Ioan.4.d

qui est dilectio, qua caret qui fratrem non diligit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo potest diligere? Ex vna enim eademq; charitate deum proximumq; diligimus, sed deū propter deum, nos verò & proximum propter deum.] Si verò vna eademq; charitas est dei & proximi, quare dicitur gemina? Propter duo dilecta, id est deum & proximum. Etsi enim vna sit charitas, duo tamen diuersa ea diliguntur, s. deus & homo vel angelus. Pro quo etiā duo sunt mādata: quia cùm eadem charitas vtroque cōmenderetur, diuersa tamen diligi præcipiuntur.

In ferm. de ascensio. Domini: cuius initiū, Solēnitate hu- ius diei. Ex tat inter iā recens excu sos, numer. 17. Citat et Beda in 5. c. ad Ro. Idē habet Au. tract. 74. su per Ioan. L. 1. de doct. christ. ca. 22.

Vnde Aug. [Arbitror ideo spiritum sanctum bis datum semel in terra, & iterum de cœlo, vt commendarentur nobis duo præcepta charitatis, s. dei & proximi. Vna est charitas, & duo præcepta: vnus spiritus, & duo data: quia alia charitas nō diligit proximum, nisi illa quæ diligit deum.] Qua ergo charitate proximū diligimus, ipsa deum diligimus. Sed quia aliud est deus, aliud est proximus, etsi vna charitate diligūtur, ideo fortè duo præcepta dicuntur, & alterum maius, & alterum minus: vel ꝓp duos motus qui ī mente geruntur, dum deus diligitur & proximus. Mouetur n. mens ad diligendum Deum, mouetur & ad diligendum proximum, & multò magis erga deum, quam erga proximum.

D *De domo diligendi.*

Consequenter modum vtriusque dilectionis aduertamus. [Hæc regula (vt ait Aug.) dilectionis diuinitus cōstituta est, vt deum propter se ex toto corde, & proximū diligas sicut teipsum] id est ad qd, & ꝓp quid teipsum diligere debes. In bono enim & propter Deum teipsum diligere debes. In bono ergo diligendus est proximus, nō in malo, & propter Deum. [Proximum verò omnem hominē oportet intelligi: quia nemo est cum quo sit operandum malè.] [Qui ergo amat homines, vel quia iusti sunt, uel vt iusti sint amare debet, hoc est, in Deo, uel propter Deum. Sic enim & seipsum amare debet, scilicet in Deo, vel propter Deum, id est quia iustus est, uel ut iustus sit.] Qui

Super ps. 11. Aug. lib. de Tri. 8. c. 6. in fine.

Qui.n. aliter se diligit, iniustè se diligit: quia ad hoc se diligit, vt si iniustus: ad hoc ergo vt sit malus: nō ergo iā se diligit. Qui.n. diligit iniquitatē, odit animā suā. *Psal. 10.* Vnde Aug. in lib. 14. de Tri. [Sic condita est mens humana, vt nunquā sui nō meminerit, nunquam se nō diligat. Sed qñ qui odit aliquem, nocere illi studet, nō immerito & mens hominis, qñ sibi nocet, se odisse dicitur: nescien s. n. sibi vult malè, dum nō putat sibi obesse quod vult: sed tamē malè sibi vult, quando id vult qđ obsit sibi: fm illud, Qui diligit iniquitatē, odit animā suā. Qui ergo diligere se nouit, Deum diligit: qui verò Deum non diligit, ēt si se diligit, (quod ei naturaliter indicti est) tamē nō incongruè se odisse dicitur, cū id agat quod sibi aduersatur, & seipsum tanquā suus inimicus insequitur.] Idem, [Modus ergo diligēdi præciendus est hoī. i. qūo se diligat, vt prosit sibi. Quin au se diligat, & prodesse sibi velit, dubitare dementis est.] Modus aūt præcipitur cū ait, sicut teipsū: ut proximū diligas ad quod teipsum. [Si ergo te non ꝓp te diligere debes, sed propter illum vbi dilectionis tuæ rectissimus finis est, nō succenseat alius aliquis hō, si & ipsum propter Deum diligis.] Huius dilectionis modum. Veritas insinuat, dicens, Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. i. ad quod dilexi uos, s. vt filij sitis, & vitam habeatis. *Psal. 10. Aug. lib. 1. de doc. chri. cap. 25. Aug. ep. lib. cap. 22. Ioan. 13. c*

De modo diligendi Deum.

Dilectionis autem Dei modus insinuatur cùm dicitur, Ex toto corde, id est, ex toto intellectu: ex tota anima. i. ex tota voluntate: ex tota mente, i. memoria: vt omnes cogitationes, & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, à quo habes ea quæ cō feras. Hæc dicens, nullam partem vitæ nostræ relinquit quæ vacare debeat, sed quicquid venerit in animum, illuc rapiatur quò dilectionis impetus currit. Est diligere deum propter se, modus est diligendi deum: & sunt isti duo modi diligendi deum, ut quibusdam placet.

Aug. lib. de doct. christ. c. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

F *De impletione illius mandati.*

1. Cor. 13. c. Illud autem præceptum non penitus impletur ab homine in hac mortali vita, sed ex parte, nō ex toto: quia ex parte diligimus, sicut ex parte cognoscimus.

Aug. de perfect. iustitiæ, respon. ad 17. ratiocinationem Cœlestij. tom. 7. In futuro autem implebitur ex toto. Vnde Aug. [Cū adhuc est aliquid carnalis cōcupiscentiæ, non oī mō ex tota anima diligitur Deus. Caro autē non dicitur concupiscere, nisi quia anima carnaliter concupiscit. Cùm autem venerit quod perfectū est, vt destruatur quod ex parte est, id est, vt iam non ex parte sit, sed ex toto; charitas nō auferetur, sed augebitur & implebitur. In qua plenitudine illud præceptū charitatis implebitur, Diliges dominum deum tuum ex toto corde, &c. Tunc erit iustus sine peccato: quia nulla erit lex repugnans menti. Tunc prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliges Deum: quod est summum præceptum.]

Ibidē, paulò post.

G *Quæstio de præcepti ratione.*

Aug. ī eodē, paulò inferius. [Sed cur præcipitur homini ista perfectio, cùm in hac vita eam nemo habeat? Quia nō rectè curritur, si quò currendū est nesciatur. Quomodo aūt sciretur, si nullis præceptis ostenderetur?] Ecce habes cur illud præceptum est, quod hic penitus impleri non potest. Impletur tamen ex parte, scilicet secundū perfectiones viæ. Alia est enim perfectio currentis, alia peruenientis. Facit hoc mandatum vt cursor, qui Deum ante oīa & præ oībus diligit, nec tamen omnino perficu-

H *Quod alterum mandatum in altero est.*

Aug. lib. 8. de Trin. c. 7. Ro. 13. c. & Gal. 3. b [Cùm autem duo sint præcepta charitatis, pro vtro que sæpe vnū ponitur: nec immerito:] quia nec Deus sine proximo, nec proximus, siue deo diligi pōt. Vnde Apostolus omne mandatum legis dicit instaurari, id est contineri & impleri in hoc verbo, Diliges proximū tuū sicut teipsum. Et Christus dilectionē proximi specialius cōmemorat, dicens, Mandatū nouū do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: [vbi illud mandatum dilectionis Dei videtur prætermittisse; sed

sed bene intelligētibus vtrunq; inuenitur in singulis: quia qui diligit deum, non potest eum contemnere, quem deus præcipit diligi: & qui diligit proximū, quid in eo diligit nisi Deum? Ipsa est dilectio ab omni mūdana dilectione discreta: quā distinguens Dominus ait, Sicut dilexi vos. Quid enim nisi Deū dilexit in nobis, nō quē habebamus, sed vt haberemus: sicut medi cus ægrotos: & quid in eis diligit, nisi salutē, quam cupiens reuocare, nō morbū, quem uenit expellere? Sic & nos inuicem diligamus, vt quantū possumus, inuicē ad habendū in nobis deū ex dilectione attrahamus.]

Ioā. 13. Mādatū nouū, &c. usq. 9.

Quæ charitate diligenda sint.

Sed quę hac dilectione diligenda sint, iam inquiramus. [Non enim omnia (vt ait Augustin.) quibus vtendum est, diligenda sunt: sed ea sola, quæ vel nobiscū societate quadam referuntur in deū, sicut est homo, vel angelus: vel ad nos relata, beneficio Dei per nos indigent, vt corpus:] [quod ita præcipiendū est dilige, vt ea ordinatè prudenterque consulatur.]

Li. 1. de doc. Christ. c. 23. ī principio.

Ibid. ca. 25.

ET ILLO PRÆCEPTO IVBEMVR DILIGERE TOTVM PROXIMVM, & nos totos.

A

DISTINCT. XXVIII.

HIC potest quæri, vtrùm in illo mandato dilectionis proximi, totum proximum, id est animam & corpus, nosque ipsos totos diligere præcipiamur. Ad quod dicimus, omne genus diligendarum rerum in illis duobus mandatis contineri. [Quatuor enim diligenda sunt, (vt ait Augustinus) vnum quod supra nos est, scilicet Deus: alterū, quod nos sumus: tertium, quod iuxta nos est, scilicet proximus: quartum, quod infra nos est, scilicet corpus. De secūdo & quarto nulla præcepta dāda erāt, sci licet, vt diligeremus nos vel corpus nostrū: præcipi-

Lib. de doct. Christ. 1. ca. 23. 24. & 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur autem Deus diligi & proximus. Vt autem quisque se diligat, præcepto non est opus. Quantumlibet enim homo excidat a veritate, remanet illi dilectio sui, & dilectio corporis sui: quia nemo vnquam
Ephes. 5. f. carnem suam odio habuit. Nam viri iusti qui corpus suũ cruciant, non corpus, sed corruptiones eius & pondus oderunt.] Hic videtur Augustinus tradere, quod ex præcepto non teneamur diligere nosmetipsos, vel corpus nostrum: quod si est, non omne genus diligendarum rerum illis duobus præceptis continetur: cùm & nosipsos & corpus nostrum diligere debeamus: ad quod necessarium est præceptum: cùm scitum sit, Qui diligit iniquitatem, odit animã suã. Sed
Psalm. 10. speciale de hoc præceptum non erat dandũ, nec speciali præcepto opus erat id tradi, vt quisque se vel corpus suum diligeret: quia hoc in illo præcepto continetur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ibi enim & proximum totũ, & te totũ intelligere debes. Vnde
De doct. Christ. lib. 1. c. 26. Augustinus in eodem. [Si te totum diligas, id est, animam & corpus tuum, & proximum tuum, id est, animã & corpus eius, (homo enim ex anima constat & corpore) nullum rerũ diligendarũ genus in his duobus præceptis prætermissum est. Cùm enim præcurrat dilectio Dei, eiusque dilectionis modus præscriptus appareat, & sequatur dilectio proximi, de tua dilectione nihil dictum videtur. Sed cùm dictũ est, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum, simul & tui absque dilectio prætermissa non est.) Ecce hic aperte dixit, in illo præcepto non tantũmodo proximi, sed & mei dilectionem contineri, & totius proximi, totiusq; mei. Ex quo apparet, quod dictum est, de secundo & quarto, id est de dilectione nostri, & corporis nostri, nulla præcepta data, ita esse intelligendum, scilicet specialia & diuisa:
Lib. & cap. eisdem. quia in illo vno totum continetur, & [quia id quod sumus, & quod infra nos est, ad nos tamen pertines, naturæ lege diligimus, quæ in bestijs etiam est. Ideo que & de illo quod supra nos est, & de illo quod iuxta nos est, diuisa præcepta sumpsimus.] In quorum altero eius quod sumus, & illius quod infra nos est, dilectio continetur.

B *Si in illo præcepto contineatur dilectio Angelorum.*

[Oritur autem hic de Angelis quæstio, vtrùm ad illud præceptum dilectionis proximi, etiam dilectio pertineat Angelorum. Nam quòd nullũ hominẽ excepterit, qui præcepit proximũ diligere, Dominus in parabola semiuiui relicti ostendit, eum dicens proximum, qui erga illum extitit misericors. Deinde subdit, Vade, & tu fac similiter. Vt eum proximum intelligamus, cui vel exhibendũ est officiũ misericordiæ, si indiget, vel exibendum esset, si indigeret. Nullum verò excepturn esse cui misericordiæ negandum sit officium, quis non videat, cùm vsque ad inimicos ẽt porrectum sit, Domino dicẽte, Diligite inimicos uestros, & benefacite his qui oderunt vos? Manifestum ẽt ergo, omnem hominem proximum esse deputandum. Proximi verò nomen ad aliquid est: nec quisquã esse proximus nisi proximo potest. Vnde consequens est, & cui præbendũ, & à quo præbendũ est officiũ misericordiæ, rectè proximum dici. Manifestũ ẽt ergo, præcepto dilectionis proximi etiã sanctos angelos contineri: à quibus tãta nobis misericordiæ impenduntur officia. Ex quo & Dominus proximũ se nostrum dici voluit, vt in parabola saucij ostendit, & in Prophetа, Quasi proximũ, & quasi, fratrẽ nostrũ, sic ẽt placebam. Sed quia excellentior ac supra nostrã naturã est diuina substantia, præceptum dilectionis Dei à proximi dilectione distinctum est.] Ideoq; licet nobis Deus omnia impendat beneficia, non tamen hominũ proximi includitur in illo præcepto: quẽ nõ sicut nos diligere debemus, sed plusquam nos, toto corde & anima: Christum verò, inquantũ homo est, sicut nos diligere debemus, eiusq; secundũ hominẽ dilectio illo continetur mandato: quem & secundum hominem, magis quàm nos, sed nõ quantum deum,

Aug. lib. 1. de Doctrin. Christ. ca. 30.

Luc. 10. f

Quis sit proximus.

Luc. 6. e

August. de Doct. Christ. libr. & cap. eisdem.

Psalm. 84.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debemus diligere: quia inquantum est homo, minor est Deo.

C *Quibus modis dicitur proximus.*

Aug. serm. dominicæ 13. post pẽt. Hic notandum est, proximũ dici diuersis modis. s. conditione primæ nativitatis, spe cõuersionis, propinquitate cognationis, ratione beneficij exhibitionis.

DE ORDINE DILIGENDI, QVID prius, quid posterius.

A DISTINCT. XXIX.

Cant. 2. d POST prædicta de ordine charitatis agendum est: quia dicit sponsa, Introduxit me rex in cellam vinariã, & ordinauit in me charitatem. Videamus ergo ordinẽ, quid prius, quid posterius esse debeat: peccat enim qui præposterè agit. Nam scire quid facias, & nescire ordinem faciendi, non est perfectæ cognitionis. Ordinis namque ignorantia conturbat meritorum formam. Ordinem

Lib. de doct. Christi. c. 27. aũt diligendi Aug. insinuat, dicens, [Ipse est qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat quod nõ est diligendũ, aut non diligat quod diligendũ est, aut æque diligat quod minus vel amplius diligẽdũ est, aut minus uel amplius quod æquè diligendum est. Omnis peccator, inquantũ peccãtor est, non est diligendus: & omnis homo, inquantum est homo, diligendus est propter Deum: Deus verò propter seipsum: & Deus propter se omni homine amplius diligẽdus est: & amplius quisq; debet Deum diligere quã seipsum. Item amplius alius homo diligendus est quàm corpus nostrum: quia propter Deũ omnia ista diligẽda sunt: & põt nobiscum Deo homo per frui: quod non põt corpus: quia corpus per animã viuit, qua fraimur Deo.] Audisti aliqua de ordine charitatis; vbi expressum est, nos amplius debere diligere Deũ quã omnes homines vel nosipsos, & amplius animam alicuius hominis, quàm corpus nostrũ. In enumeratione etiã quatuor diligendorum superius posita, prius ponitur quod supra nos est: secundò, quod nos sumus: tertiò, quod iuxta nos est: quartò, quod infra nos est: vbi ordo diligendi insinuari videtur ex ratione enumerationis. Non est autem apertum, vtrùm omnes homines pariter diligere debeamus, & tantum quantum nos, uel minus.

Dist. præcepti, lite. A. Nota ordinẽ charitatis.

B *An omnes homines pariter diligendi sunt.*

Vnde etiam super hoc sæpe mouetur quæstio, quã perplexam faciunt sanctorũ verba variè prolata. Quidam.n. tradere videntur, q̃ pari affectu omnes diligẽdi sint, sed in effectu. i. in exhibitione obsequii, distinctio obseruanda sit. Vnde Aug.]Omnes homines æquè diligendi sunt: sed cùm omnibus prodesse nõ possis, his potissimùm consulendum est, qui pro locorũ & temporum, vel quarumlibet rerum oportunitatibus, constrictius tibi, quasi quadam sorte iunguntur. Pro sorte.n. habendum est, quo quisq; tibi temporaliter collegatus adhæret,]ex quo eligis potius illi dandum esse. Idem super epistolam ad Gala. [Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. i. ad Christianos. Omnibus.n. pari dilectione vita æterna optanda est: etsi non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia:] quæ fratribus maximè sunt exhibenda: quia sunt inuicem membra, qui habent eundem patrem. His alijsq; testimonijs innitũtur, qui dicunt omnes homines pariter diligendos esse charitatis affectu, sed in operis exhibitione differentiam esse.

Lib. de doct. Chr. 1. c. 28.

Ibid. paulò post.

Galat. 6. c

In exposi. 6. ca. circa finẽ tomo 4.

C *Quæ his repugnare videntur.*

Qaibus obuiat illud præceptum legis de diligẽdis parentibus, Honora patrem tuum & matrẽ, vt sis lõgæuus super terrã. Vt quid enim specialiter illud præciperetur de parẽtibus, nisi maiori dilectione forent diligendi? Sed hoc illi referendũ dicunt ad exteriorem

Deut. 5. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

exhibitionem, in qua præponendi sunt parentes. Vnde honora dixit, non dilige. Obuiat etiam illis quod Hieron. super Ezech. ait. I. [vt ordine charitatis, sicut scriptum est, Ordinauit in me charitatem, post omnium patrem Deũ carnis quoq; pater diligatur & mater, filius & filia, frater & soror.] Ambr. quoq; diligendi exprimens ordinem, super illud Canticorum, capitulo 2. Ordinauit in me charitatem, ait, [Multorum charitas inordinata est: quod in primo est, ponunt tertium vel quartum. Primò Deus diligendus est, secundò parentes, inde filij, post domestici: qui si boni sunt, malis filijs præponendi sunt. Secundum hoc in Euangelio ad cuiusque dilectionem proprium ponit, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum: Inimicos non ex tota virtute, nec sicut teipsum, sed simpliciter: sufficit. n. q̃ diligimus, & nõ odio habemus.] Ecce ex præmissis aperte insinuatur, q̃ in affectu charitatis distinctio sit habeda. vt differẽt affectu, non pari, homines diligamus: & ante omnia Deũ, secundo nosipsos, tertiò parentes, inde filios & fratres, pòst domesticos, demũ inimicos diligamus. Sed inquiunt illi, quæ de ordine dilectionis supra dicuntur, esse referenda ad operum exhibitionem, quæ differẽter proximis exhibenda sunt: primò parentibus, inde filijs, post domesticis, demum inimicis: Deum verò tam affectu quàm obsequij exhibitione ante omnia diligendum.

Lib. 13. circa illud ca. 44.

Et sabbata mea sanctifi.

In Glo. ordinaria in 2. ca. Canti.

Matt. 22. d

Ordo dilectionis.

Quod aliqui eorundem tantum proximos quantum nos, debere dilegere, tradunt.

D Quorum etiam nonnulli tradunt, affectu charitatis tantum proximos esse diligendos, quantum nosipsos diligimus: quod confirmant autoritate Aug. qui ait, [Nec illa iam quæstio moueat, quantum charitatis fratri debeamus impendere, quantum Deo. Incõparabiliter plus Deo quàm nobis, fratri verò quantũ nobis. Nos autem tantò magis diligimus, quàtò magis

In 3. lib. de tri. ca. 8. in fine.

gis diligimus Deũ.] Ex hoc & præmissis testimonijs Aug. asserunt omnes homines pariter esse diligendos à nobis, & tantum quantum nos, Deum autem plusquam nos, corpus verò nostrum, minus quàm nos vel proximos. Nec in enumeratione præmissa quatuor diligendorum, ordinem diligendi assignari dicunt, sed tantùm quæ sunt diligenda.

Secundum alios non pari affectu omnes diligendi sunt.

E Verùm quia præmissa verba Ambrosij ordinẽ dilligendi secundũ affectũ magis quàm secundũ effectũ, diligenter intuentibus explicare videntur, non indoctè alij dicunt non modò in exhibitione operis, sed et in affectu charitatis ordinẽ differentem esse statutũ: vt ante omnia diligamus Deũ, secundò nos, tertiò parentes, quartò filios vel fratres, & huiusmodi, postea domesticos, demum inimicos. Quòd verò Aug. dicit pariter omnes esse diligendos, & pari dilectione omnibus vitam optandam, ita accipi pòt, vt paritas non ad affectũ referatur, sed ad bonum quod eis optatur: quia charitate omnibus optare debemus, vt paria bona mereantur. Sicut Apost. dicit, Volo omnes homines esse sicut me. Optanda est enim minoribus perfectio maiorum, vt ipsi fiant perfecti, & sic pacẽ mereantur beatitudinem. Vel pari dilectione. i. eadem dilectione omnes diligendi sunt. item quod ait, vt tantũ diligamus fratres quantum nos, ita intelligi potest. i. ad tantum bonum diligamus fratres, ad quantũ nos: vt tantum bonum eis optemus in æternitate, quantum nobis, etsi non tanto affectu. Vel ibi quantum, similitudinis est, non quantitatis.

2. Cor. 7. b

Quæstio de parentibus bonis & malis, quomodo diligendi sunt.

F Soiet etiã queri, si parentes nostri mali sunt, vel filij vel fratres, an magis vel minus diligendi sint alijs bonis hac rõne nobis non copulatis. Videtur q̃ magis fiant diligendi boni, qui nobis carne non sunt coniuncti,

iunctí, quàm mali carne cõiunctí: quia nobis sunt cõiunctí corde, glutino charitatis. Sanctior est enim copula cordium quàm corporũ. Vnde Beda de illis verbis Domini, Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum dei faciunt, ait, [Non iniuriosè negligit matrẽ, nec mater negatur, quæ etiã de cruce agnoscitur, sed religiosiores monstrantur copulæ mentiũ quàm corporum.] Veruntamen latebrosa quæstio est hæc, nec à nobis plenè absoluenda, properantibus ad alia. Monuemur enim super verbis illis Ambrosij, quibus inimicos non ex tota virtute, non sicut teipsum iubet diligere, sed simpliciter. Sufficit enim quòd diligimus, & non odio habemus. Quod non ita accipiendum est, quasi sufficiat tibi diligere inimicum & non sicut teipsum: quia omnes, & amicos, & inimicos, sicut teipsum diligere debes. Sed ad ostendendum gradus diligendi deum, & proximum, & inimicum, qui tamen proximus est, propria Dominus ponit, cùm ait, Diliges deum ex tota virtute tua, & proximum sicut teipsum: non ait, ex tota virtute: ut ostendat proximum diligendum minus quàm deum. Dicit etiam, Diligite inimicos, nec addit ex totâ virtute: nec sicut teipsum, sed simpliciter. Sufficit enim quòd diligimus, & nõ odio habemus, id est, sufficit dicere vt diligamus, & non odio habeamus: non quin eos diligere debeamus sicut nos: quia proximi sunt: sed sufficit si eos minus diligimus quàm alios proximos: quod dilectionis genus innuit.

Matth. 22. d.

Luca 6. a

G *Quæstio Augustini in libro Retractationum.*

Quæri etiam solet, cur Dominus præceperit diligere inimicos, cùm alibi præcipiat odio habere parentes & filios. Ad quod dicendum est, duo esse diligenda in homine, naturam & virtutem: vitium verò & peccatum odiendum. Et parentes ergo, inquantum homines sunt, odiendi sunt: & inimici diligendi, inquantum homines. Diligamus ergo inimicos lucrãdos regno dei, & odiamus in propinquis, si impediunt nos à regno dei: & in omibus communiter naturam diligamus, quam deus fecit.

Luca 14. f

Aug. li. Retract. 1. 22. 19. in me. dio.

H *De gradibus charitatis.*

Sciendum quoque est diuersos esse gradus caritatis. Est enim charitas incipiẽs, proficiens, perfecta, perfectissima. Vnde Aug. [Perfecta charitas hæc est, vt qs paratus sit pro fratribus etiã mori. Sed nunquid mox vt nascitur, iam prorsus perfecta est? imò vt perficiatur, nascitur: à cum fuerit nata, nutritur: cùm fuerit nutrita, roboratur: cùm fuerit roborata, perficitur: cùm ad perfectionem venerit, dicit, Cupio dissolui, & esse cum Christo.] Hic apertè progressus & perfectio charitatis insinuatur: quàm perfectionem etiam Veritas commendat, dicens, Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suã ponat quis pro amicis suis. Quod vtiq; dictum est de opere dilectionis: quia maior dilectionis effectus non est, quàm ponere animam pro aliis. Nec te moueat quod ait, pro amicis: qui enim ponit animam pro amicis, ponit & pro inimicis, ad hoc vt ipsi fiant amici.

Aug. super Ioan. canonicam, tractatu 5. paulò ante medium to. 9. Philip. 1. c.

Ioan. 15. b

SI MELIVS EST DILIGERE AMICOS quàm inimicos vel econuerso.

A DISTINCT. XXX.

De charitate, quãtum ad meriti perfectionẽ

Hic solet quæri, quid potius sit, pluriſq; meriti, diligere amicos, an diligere inimicos. Sed hæc comparatio implicata est: si enim conferatur dilectio amicorum tantùm, dilectioni amicorum & etiam inimicorum, perspicua est absolutio. Sed si in aliquo vno homine qui diligit simul amicum & inimicum, quid horum potius sit quærat, obscura est responsio: quia de motu mentis agitur, de quo non est nobis facile iudicium, an vnus & idem motus sit erga amicum & inimicum, sed erga amicum

Universidad de Deusto
Biblioteca

amicum intensior: an duo, vnus erga inimicum, qui dicitur difficilior, alter erga amicum, qui uidetur feruentior: nec incongruè putatur melior qui est feruentior. Vel si unus idemq; est, inde potior vbi est ardentior, non improbè existimatur. Augustinus tamè sentire videtur, maius esse diligere inimicum quàm amicum: quia perfectorum esse dicit diligere inimicos, & benefacere eis: neque hoc à tanta multitudine impleri, quanta exauditur in oratione dominica; cùm dicitur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Illam enim sponsionem dicit à multis impleri, qui nondum diligunt inimicos. Ait enim sic, ¶ Magnum est erga eum qui tibi nihil mali fecerit, esse beneuolũ & beneficum. Illud multo grandius, & magnificentissimæ bonitatis est, vt tuâ quoq; inimicum diligas, & ei qui tibi malum uult, & si potest facit, tu semper bonum velis, faciasq; quod posuit, audiens dicentem Iesum, Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Sed quoniam perfectorum filiorum dei est istud, quò quidem se debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc affectum orando deum, secumq; agendo instando q; perducere: tamen quia hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non est, quantam creditur, si homo qui nondum ita profecit vt etiã diligat inimicũ, tamen quãdo rogatur ab homine qui peccauit in eũ, vt ei dimittat, dimittit ex corde: qui etiã sibi roganti vult dimitti, cùm orat & dicit, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quicunq; verò rogat hominẽ in quẽ peccauit, si peccato suo mouetur vt roget, non est adhuc deputandus inimicus, vt eũ diligere sit difficile, sicut erat quãdo inimicitias exercebat. Quisquis verò roganti & pœnitenti non dimittit, nõ

Matth.6.b

In Ench. capite 73.

Matth.5.g Lucæ 6.c

Matth.6.

Ibidẽ, c.74.

existimet à Domino sua peccata dimitti: quia mentitur. Veritas non potest, quæ cùm docuisset orationẽ, hanc in ea posita sententiã commendauit, dicẽs, Si dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis pater vester. Si verò non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata uestra. Ecce hinc haberi videtur, quod & prætaxauimus. s. maioris virtutis esse diligere inimicum, & benefacere ei, quam illum qui nihil mali fecit nobis, vel amicũ. Quod si quis concedere simpliciter noluerit, dicens, Intensius diligitur amicus, quam inimicus, & ideo illud potius isto determinet: ista secundum præmissam intelligentiã, dicẽs ibi sẽper separationẽ factã inter dilectionem qua diligitur tantum amicus, & illã qua amicus & inimicus diligitur. Illud verò quod sequitur magis nos mouet, qp. s. dicit [sum esse tantæ multitudinis diligere inimicos, quan]tã exauditur, cùm dicitur, Dimitte nobis debita nostra, &c. Vbi dat intelligi, quod alicui à deo dimittantur peccata non diligenti inimicum, si tamen fratri roganti, qui in se peccauit, dimittit. Sed cùm peccata non dimittantur alicui adulto, nisi charitatem habeat, sequitur vt charitatem habeat qui nõ diligit inimicum. Quomodo ergo nomine proximi omnis homo intelligitur in illo mãdato, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum: Si. n. omnis homo proximus est, tũc & inimicus: præcipimur ergo & inimicos diligere. Et quia illud præceptum generale est omnibus, præcipitur omnes homines diligere, etiã inimicos. Quidã quod dicitur simpliciter tenere volentes, illud præceptũ determinant, dicentes illic perfectis dari in præceptũ diligere omnem hominem, etiam inimicũ, minoribus verò in consiliũ. In præceptũ verò, eos diligere q̃ mali fecerunt eis, & inimicos non odire. Sed melius est vt intelligatur omnibus illo mandato præcipi sanctos diligere, etiam inimicos: cui sensui attestantur superius positæ autoritates, & aliæ multæ. Illud verò Aug. nouissimè positũ, de perfecta charitate dictum

Matth.6.b

Matt.22.d Deut.6.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictum intelligitur, quæ tantùm est perfectorum: qui non solùm amicos, sed etiam inimicos perfectè diligunt, eisq; benefaciunt. Quæ perfectio dilectionis nō est tantæ multitudinis, quanta exauditur in oratione dominica: & hoc reuera grande est & eximiæ bonitatis, scilicet perfectè diligere inimicum. Ita & cùm dicit, impleri uerba illius sponsionis ab homine, qui non ita profecit vt diligat inimicum,] de dilectione perfecta accipiendum est.

SI CHARITAS SEMEL HABITA amittatur.

Habetur 10 in hæc dist. de pœnitēt. dist. 2.

A DISTINCT. XXXI.

1. Cor. 13. c Aug. 3 epist. ad Iulianū comitē: quę erat in antiquis exēplarib. paulò post principium. Aug. cōc. 1. ad illud ps. 103. Qui tegis aquis. Matth. 7. d Prou. 5. d Trac. 8. post medium. Li. 10. c. 22 Cant. 8. b Tract. 3. in fine.

LEVD quoque non est prætereundū, quòd quidam asserunt charitatem semel habitam ab aliquo non posse excidere, nullumque damnandum hanc aliquando habere: qui hanc traditionem subditis muniūt testimonijs. Apostolus ait, Charitas nunquam excidit: Augu. etiam in quit, [Charitas quæ deseri potest, nunquā uera fuit.] Item, [Charitas est fons proprius & singularis bonorum, cui non communicat alienus. Alieni sunt omnes qui audituri sunt, Non noui vos. De hoc fonte scriptura ait. Fons aquæ uiuæ sit tibi proprius, & nemo alienus communicet tibi. Si autē alieni sunt qui audituri sunt illā vocē, non ergo huic fonti cōmunicant dānandi.] Item Aug. super epistolam Ioan. [Recedant dānandi.] Item Aug. super epistolam Ioan. [Redicata est charitas: securus esto: nihil mali procedere pōt.] Item Greg. in Moralibus, [Valida est ut mors dilectio: virtuti enim mortis, dilectio comparatur: quia nimirum mentem quam semel ceperit, à dilectione mundi fundit occidit.] Item Augustinus super epistolam Ioannis, [Vnctio inuisibilis charitas est: quę in quocunque fuerit, radix illi erit: quæ ardente sole arescere

le arescere non potest: nutritur calore solis, non arescit.] Item Beda super Ioannem, [Quærendum est quomodo speciale filii dei agnoscendi signum fuerit, quòd super eum descenderit & manserit spiritus. Quid magni est filio dei quòd in ipso manere spiritus astruatur? Norandum quòd semper in Domino manserit spiritus: in sanctis verò, quam diu mortale corpus gestauerint, partim semper maneat, partim recessurus recedat. Manet autem apud eos, vt bonis insistant actibus: recedit verò ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, dæmones eijciendi, uel etiam prophetandi habeant facultatē. Manet ergo semper, ut possint habere uirtutes, vt mirabiliter ipsi uiuant. Venit ad tempus, vt etiam alijs per miracula signa quales sint intus, effulgeant.] Item Greg. [In sanctorum cordibus secundum quasdam uirtutes semper manet spiritus, secundum quasdam accessurus uenit, & uēturus recedit. In his uirtutibus, sine quibus ad uitam non peruenitur, in electorum cordibus permanet: in his verò per quas sanctorum virtus ostenditur, ut in exhibitione miraculorum, aliquando adest, aliquando se subtrahit.] Item Amb. [Ficta charitas est, quæ in aduersitate deserit.] Hæc innuere videtur, quòd charitas semel habita nō amittatur. Ideo quidam in prætaxatam profilierunt audaciam, dicentes charitatem à damnandis non haberi, nec à quoquam habitam posse amitti: quos ratio nem & autoritas. Quidam enim ad tempus sunt boni, postea fiunt mali, & econuerso. Vnde quorum nomina Christus dicit scripta in libro uitæ, qui eosdem postea abierunt retrò. Sed scripta dicit non secundum præscientiam, sed secundum præsentem iustitiam, cui deseruiebāt, quia digni erant tunc illo bono, quod habituri sunt præscripti secundum præscientiam. Vnde Amb. [Quibusdā gratia data est in usum, maior scilicet, Iudæ, & illis discipulis quibus Dominus dixerit nomina uestra scripta sunt in cœlis, & post abierunt

Beda in c. 1 Ioā. circa il lud, Super quē uideris. Lib. 1. hom. 5. super Ezech. circa mediū. Idē mora. li. 2. c. 41. et 42. Super c. 6. Epist. 2. Cor. Luc. 10. c Ioan. 6. & Amb. secun dū rem, in illu d ad Ro ma 9. Quia maior seruiet minori. & post vers. 4.

abierunt retrò. Sed hoc dixit propter iustitiam cui
1.Reg.11.b deseruiebant: quia tunc boni erant. Frequenter enim
Luc.10.c ante sunt mali, qui futuri sūt boni: & aliquoties prius
sunt boni, qui futuri sunt & permansuri mali, secundum quod dicuntur scribi in libro vitæ, & deleri.]

B *Determinatio auctoritatum prædictarum.*

1.Cor.13.c Quod verò Apostolus ait, Charitas nunquam excidit, nullatenus pro illis facit. Dignitatem enim charitatis ostendens, dicit eam non excidere, quia hic & in futuro erit: sed fides & spes euacuabuntur, & scientia. Item quòd dicitur charitas nunquam fuisse vera quæ deseritur, hominem verè beatum, nec perducit ad verū bonum. Huic etiam fonti alieni, id est damnandi, nō communicant, scilicet in fine: quia non perseverant.

De pœna dilin. 2. cap. 11 & quæ de charitate. Greg. homi. 11. sup Eze. Marc. 4. c Potest tamen hoc & cætera quæ de charitate dicta sunt, de perfecta intelligi, quam soli perfecti habent: quæ semel habita non amittitur. Exordia verò charitatis aliquando crescunt, aliquando deficiunt. [Sunt enim virtutis exordia, & profectus, & perfectio: quos gradus ille discernit, qui parabolam illā intelligit. Sic est regnum Dei, quemadmodū si iactet homo semen in terra, & dormiat, & exurgat semen, & germinet, & crescat, &c.] Etsi ergo perfecta charitas sic radicata est, vt amitti nequeat, incipiēs tamē & proficta amitti potest, & sæpe amittitur, sed dum habetur, non sinit habentem criminaliter peccare. Quod Aug. ostēdit,

Lib. 50. homiliarū, homi. 3. principio. inquiens, [Quia radix omnium malorum est cupiditas, & radix omnium bonorum est charitas, simul ambæ esse nō possunt: nisi vna radicitus euulsa fuerit alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis ramos incidere, si radicem non contendit euellere.]

1.Tim.6.c

C *Quare fides, & spes, & scientia dicuntur euacuari, & non charitas, cùm & ea ex parte sit.*

Aduertendū etiā est, quomodo fides, spes, & scientia dicantur euacuari quia ex parte sunt, & non charitas, cùm & ipsa ex parte sit. Ex parte enim diligimus, 1 Cor. 13.
sicēt, diligimus, sicut ex parte scimus: vt ait Hesychius super Leuiticum. Cùm ergo omne quod ex parte est, euacuetur, cur charitas excipitur, quæ dicitur nunquam excidere? Charitas quidem etiam ex parte est, vt sæpe sancti docent: quia ex parte diligimus nūc: & ideo ipsa euacuabitur inquantum ex parte est: quia tolletur imperfectio, & addetur perfectio: remanebit- Lib. 1. cap. 3.
que ipsa aucta, & actus eius, & modus diligendi: vt diligas Deum propter se ex toto corde, & proximū tuū sicut teipsum: sed imperfectionis modus eliminabitur. Fides verò & spes penitus euacuabuntur. Scientia verò secundum actum & modum suum qui nunc est, non secundum sui essentiam tolletur. Ipsa enim virtus scientiæ remanebit, sed alium tenebit vsum & modum.

D *Si Christus ordinem charitatis præscriptum habuerit.*

Nunc iam superest inuestigare, si Christus, secūdū quod homo, ordinem diligendi præscriptum seruauerit. Quod si est, omnem hominem sicut seipsum di- 1.Tim.2.
lexit. Omnibus ergo vitā optauit, omnesque saluos esse voluit: sed non omnes salui sunt: & ita non est factum quod optauit. Sed non est ignorandum in eo fuisse charitatem iuxta modum patriæ, non viæ: eumque ordinem diligendi implesse qui seruatur in patria, non in via. Qui enim in patria sunt, id est, iam beatificati sunt, adeo iustitiæ Dei addicti sunt, vt nihil eis placeat, nisi quod Deo placet: ac per hoc illos tantum salutem diligunt & volunt, quos Deus saluari vult, eosque solos sicut se diligunt ita & Christus electos tantum sicut se dilexit, eorumque salutem optauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A DISTINCT. XXXII.

RARISSIS adiiciendum est de dilectione Dei, qua ipse diligit nos: quæ non est alia quam illa qua diligimus eum. Dilectio autem Dei diuina essentia est: eademq; dilectione pater & filius & spiritus sanctus se diligunt & nos; vt supra disseruimus. Cumq; eius dilectio sit immutabilis & æterna alium tamen magis, alium minus diligit. Vnde Augu. Incomprehensibilis est dilectio Dei atq; immutabilis, qua Deus in vnoquoque nostrum amat quod fecit, sicut & odit quod fecimus. Miro ergo & diuino modo etiam quando odit, diligit nos. Et hoc quidem in omnibus intelligi potest. Quis ergo digne potest eloqui quãtum diligat membra vnigeniti sui, & quanto amplius vnigenitum ipsum? De ipso etenim dictum est, Nihil odisti eorum quæ fecisti. Ex his percipitur, ep. Deus omnes creaturas suas diligat; quia scriptum est, Nihil odisti eorum quæ fecisti. Et item, Vidit Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Si omnia quæ fecit bona sunt, & omne bonũ diligit: omnia ergo diligit quæ fecit: & inter ea magis diligit rationales creaturas, & de illis eas amplius quæ sunt, membra vnigeniti sui, & multo magis ipsum vnigenitum.

Dist. 17 li. 1. Aug. bonif. 110. super Ioannem.

Sap. 11. d

Genesi 1. d

Ex qua intelligentiam dicitur magis vel minus

B *diligere hoc vel illa.*

Cùm autem dilectio Dei immutabilis sit, & ideo non inferatur vel remittitur, si quæritur quæ sit ratio dicti, cũ dicitur magis vel minus diligere hoc quã illud, & cũ dicitur Deus omnia diligere. Dicimus dilectionem dei sicut pacem exuperare omnem sensum humanũ, vt ad tantæ altitudinis intelligentiã vix aliquatenus aspiret humanus sensus. Potest tamẽ sanè intelligi, ea rõne dici omnia diligi à Deo q̃ fecit, quia omnia placent ei, & omnia approbat, inquãtũ opera eius

Philip. 4. b

eius sunt: nec tunc amplius placuerunt ei cùm facta sunt, quàm prius antequàm fierent: imò ab æterno omnia placuerunt ei, non minus quàm postquam esse cœperunt. Quòd verò rationales creaturas, id est homines vel angelos, alios magis, alios minus diligere dicitur, nõ mutabilitatẽ charitatis eius significat: sed quod alios ad maiora bona, alios ad minora dilexit: alios ad meliores vsus, alios ad minus bonos. Omnia enim bona nostra ex eius dilectione nobis proueniunt. Electorũ ergo alios magis, alios minus dilexit ab æterno, & diligit etiam nunc: quia aliis maiora, aliis minora ex dilectione sua præparauit bona: aliisque maiora, & aliis minora bona confert in tẽpore. Vnde magis vel minus dicitur hos vel illos diligere.

C *Quod duobus modis inspicienda est dilectio Dei.*

Cõsiderarur enim duobus modis dilectio dei, secũdum essentiam, & secundum efficientiã. Non recipit magis vel minus secundum essentiã sed tantũ secundum efficientiam: vt magis dilecti dicantur, quibus ex dilectione ab æterno maius bonũ præparauit, & in tẽpore tribuit, & minus dilecti, quibus non tantũ. Inde etiam est qnòd aliqui quando conuertuntur & iustificantur, dicuntur tunc incipere diligi à Deo: nonq; Deus noua dilectione quenquam potuit diligere: imò sempiterna dilectione dilexit ante mundi constitutionem quoscunque diligit. Sed tunc dicitur incipere diligi ab eo, cùm æternæ dei dilectionis fortiũtur effectum, scilicet gratiãm vel gloriã. Vnde Augustinus, [Abiit vt deus temporaliter aliquem diligat, quasi noua dilectione, quæ in ipso antè nõ erat: apud quẽ nec præterita transierunt, & futura iam facta sunt. Itaque omnes sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit, sicut prædestinauit. Sed cũ conuertuntur & inueniũtur illem, tunc incipere ab eo diligi dicuntur: vt eo modo dicantur, quo potest humano affectu capi quod dicitur: Sic vt cũ iratus malis dicitur, & placidus bonis, ille immutantur & non ipse: vt lux infirmis oculis aspera,

Ephes. 1. a

li. 5. de Tri. ca. 16. & vltimo, in fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem immediate ante pr. allegata.

firmis lenis est, ipsorum scilicet mutatione, non sua. Ita cum aliquis per iustificationem incipit esse amicus dei, ipse mutatur, non Deus.]

Si quis magis vel minus diligatur à Deo vno tempore quàm alio.

D Si verò quæritur de aliquo, vtrũ magis diligatur à Deo vno tempore quã alio: distinguenda est dilectionis intelligentia. Si enim referatur ad dilectionis effectum, concedibile est: si verò ad dilectionis essentiã, inficiabile est.

E *Si Deus ab æterno dilexit reprobos.*

De reprobis verò, qui præparati nõ sunt ad vitam, sed ad mortem, si quæritur, vtrum debeat concedi q̃ Deus ab æterno dilexit eos: dicimus, de electis solis simpliciter hoc esse concedendum, quòd Deus ab æterno eos dilexit, quos ad iustitiã & coronã præparauit. De non electis verò simpliciter est concedendum q̃ odio habuit, id est reprobauit: sicut legitur, Iacob dilexi, Esau odio habui. Sed non est simpliciter dicendum q̃ dilexit, ne prædestinati intelligantur: sed cum adiectione, dilexit eos inquantũ opus eius futuri erãt, id est, quos & quales facturus eos erat.

Malac. 1. a Rom. 9. c

DE QVATVOR VIRTVTIBVS principalibus.

A DISTINCT. XXXIII.

POST prædicta de quatuor virtutibus, quæ principales vel cardinales vocantur, differendum est: quæ sunt, Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Temperãtia. De quibus August. ait, [Iustitia est in subueniendo miseris, Prudentia in præcauendis insidiis, Fortitudo in præferẽdis molestiis, Temperantia in coercẽdis delectationibus prauis.] De his dicitur in lib. Sapientiæ, Sobrietatem &

Lib. de Trin. 14. cap. 9.

Sap. 8.

& prudentiam docet, iustitiam & virtutem. Sobrietatem vocat temperantiam, & virtutem vocat fortitudinem.] Hæ virtutes cardinales dicuntur, († vt idem ait) quibus in hac mortalitate bene viuitur, & pòst ad æternam vitam peruenitur.] Quæ in Christo plenissimè fuerunt, & sũt: de cuius plenitudine nos omnes accepimus. In quo habuerunt vsus eosdem quos in patria habent, & quosdam etiam viæ. [Verumtamen an hæ virtutes, cùm & ipse in animo esse incipiant, qui cũ fine illis prius esset, tamẽ animus erat, desinãt esse cũ ad æterna perduxerint, nõnulla quæstio est. Quibusdã visũ est eas esse desituras: & de tribus quidem, prudẽtia, fortitudine, & temperantia, cùm hoc dicitur, nõ nihil dicividetur. Iustitia enim immortalis est: & magis tũc perficietur in nobis, quã esse cessabit.] [cùm beatè viuemus contemplatione naturæ diuinæ, quæ creauit omnes, cæteraſq; instituit naturas, qua' nihil melius & amabilius est. Cui regenti subdi esse, iustitiæ est: & ideo immortalis est omnino iustitia; nec in illa beatitudine esse desinet, sed talis qualis tũc erit, vt perfectior & maior esse nõ possit. Fortitudo & aliæ tres virtutes, prudẽtia sine vllo iã periculorum horrore, fortitudo sine molestiis tolerãdorũ malorũ, temperantia sine repugnatione libidinũ, erunt in illa felicitate: vt prudentiæ ibi sit, nullum bonum Deo præponere vel æquare: fortitudinis, ei firmissimè cohærere: temperantiæ, nullo defectu noxio delectari. Quod verò nunc agit iustitia in subueniẽdo miseris, quod prudentia in præcauendis insidiis, qđ fortitudo in perferendis molestiis, quod temperãtia in coercẽdis delectationibus prauis, nõ erit ibi omnino vbi nullum malum erit. Ista ergo virtutũ opera huic mortali vitæ necessaria, sicut fides ad quã referẽda sunt, in præteritis habebuntur.] Ecce apertè hic dicit Aug. q̃ præfatæ virtutes in futuro erũt, sed alios vsus tũc habebũt quã modò. Cui Beda assẽtit super Exodu dicens, [Columnæ ante quas expansum est velum, potestates

Libr. 12. de Tri. ca. 14.

† *Venusta omnia exemplaria legunt, vt ait Hier.*

Ioan. 1. b

Aug. 14. de Tri. ca. 9. in prin. cap.

Ibid. paulò inferius.

In Gl. ord. Exod. 26. f

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœli sunt, quatuor eximijs virtutibus præclaræ i. fortitudine, prudentia, temperantia, iustitia: quæ aliter in cœlis seruantur ab angelis & animabus sanctis, quàm hîc à fidelibus. Et consequenter assignat Beda vsus illarum virtutum secundum præsentem statũ & futurum, imitans Aug. in præmissis assignationibus.

DE SEPTEM DONIS SPIRITVS SANCTI.

A DISTINCT. XXXIIII.

NVNC de septem donis spiritus sancti agendum est: vbi prius considerandum est, an hæc dona virtutes sint. Secũdo, an in futuro desitura sint vel omnia, vel horum aliqua. Deinde, an in Christo fuerint cuncta hæc dona. Hæc dona virtutes esse, nec in futuro desitura Ambrosius ostendit, ea septem fore virtutes dicens, & in angelis abundantissimè esse: sic. [Ciuitas Dei illa Hierusalem cœlestis, nõ meatu alicuius fluuij terrestris abluatur, sed ex fonte vitæ procedẽs spiritus sanctus, cuius nos breui fariamur haustu, in illis cœlestibus spiritibus redundantius viderur effluere, pleno septem virtutũ spiritualium seruens meatu. Si enim fluuius riparũ crepidinibus ædibus superfusus exundat, quanto magis spiritus sanctus omnem supereminens creaturam, cũ nostræ mentis arua tanquã inferiora perstringat, cœlestem illam angelorũ naturam effusiore quadã sanctificationum vbertate lætificat?] Deinde sanctificationem exponens subdit, [His autem sanctificationibus significatur plenitudo septem spiritualium virtutum, quas enumerat Esaias, dicens, Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris Domini. Vnum est ergo flumen spiritus sancti, sed multi spiritualium donorum meatus.] Quauis ergo multi dicantur spiritus,

Amb. 1. li. de spũ sãcto ca. 20. & ultimo, in principio capitis, tomo. 2.

Ibid. paulò inferius.

Esaiæ 11. a

ritus, vt spiritus sapientiæ, & intellectus, &c. vnus tamẽ est Dei spiritus, [suæ libertatis arbiter, omnia pro voluntate vnluntatis diuidens singulis.] Hic expressè traditum est septem dona & virtutes esse sanctiorationesq; fidelium meritum, & in futuro non desitura, cùm sint & in angelis.

Lib. 1. c. 1. & li. 2. cap. 12.

1. Cor. 12.

B

Quod in Christo fuerint illa septem dona.

In Christo etiam hæc eadem dona fuisse Esaias ostendit, dicens, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini.

Esaiæ 11. a

C

Quod videtur obuiare præmissis.

His autem videtur obuiare quod Beda de timore Domini dicit super parabolas Salomonis, q̃ omnis timor in futuro cessabit. Ait enim sic super illum locũ, Timor Domini principium sapientiæ, [Duo sunt timores Domini, seruilis, qui principium sapientiæ est, & castus & amicabilis, qui perfectionem sapientiæ comitatur. Seruilis principium sapientiæ est, quia qui post errata sapere incipit, primo timore corripitur diuino, ne puniatur: sed hunc perfecta charitas foras mittit. succedit huic timor Domini sanctus permanens in seculum seculi: quem non excludit charitas, sed auget: quo timet filius, ne uel in modico oculos amantissimi patris offendat. Vterque in futuro cessabit: charitas vero nunquam excidet. Augu. quoque super illũ locum Psalm. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo timorem Dei desiturũ dicit, sic, [Timor Domini est magnum præsidium proficientibus ad salutem, sed peruenientibus foras mittitur. Nõ enim timet tam amicum, cum sit id quod repromissũ est perducti fuerint. Ex his autoritatib. significatur, qd timor non erit in futuro. Si autem timor non erit in futuro, ergo nec septem dona erunt, nec modo sunt in angelis, siue in animabus sanctis. Ad quod dicimus,

Prouer. 1. a & in glossa eiusdem.

1. Ioan. 4. d Psal. 18.

Super Psal. 5. post medium enarratione, tomo 8.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autoritatum præmissarum, quæ videtur, repugnantiam dirimentes, q̃ septem illa dona & in angelis modo sunt, & in animabus sanctis feliciter viuentibus, & in nobis erunt in futuro: sed non habebunt omnia hos vsus siue hæc officia quæ nunc habent: vt verbi gratia, Timor filialis modo facit timere ne offendamus quem diligimus, & ne separemur ab eo facit etiã nos reuereri eundem. In futuro verò faciet nos reuereri, quando non timebimus separari vel offendere. Non ergo metus seperationis vel offensionis aut erit in angelis vel in animabus sanctis: nec in nobis erit in futuro: sed reuerentia, quæ est mixta cum subiectione dilectio: quæ etiã in Christo fuit, sicut Apostolus
Hebr.5.a dicit in epistola ad Hebræos, loquens de Christo, Qui exauditus est pro sua reuerentia. Quidam tamen iecundum effectum, timorem in Christo, & in angelis tantum esse contendunt.

D *Pœna Timorum distinctio.*

Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus, sciendu est, quatuor esse timores s. mundanũ siue humanum, seruilem, initialem castum vel simplem, siue amicalem. [Humanus timor est (vt ait Cassiodorus) quando timemus pati pericula carnis, vel perdere bona mũdi: propter quod delinquimus. Hic timor malus est, qui in primo gradu cũ mundo deserit, quem
Matt.10.a *Luce 10.a* Dominus prohibet in Euangelio, dicens, Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. [Timor autem seruilis est (vt ait Aug.) cùm per timorẽ gehennæ continet
Super Psal. 127. circa 1. vers. eadem: & citatur 23. q. 6. ex his omnibus.
se homo a peccato, quo præsentiam iudicis & pœnas metuit, & timore facit quicquid boni facit, non timore amittendi æternum bonum, quod non amat, sed timore patiendi malum quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor & vtilis, licet insufficiens: [per quem fit paulatim consuescendo ut
Ibid. paulò superius. fastidiat, & succedit initialis timor, quãdo incipit quod durum erat, amari: & sic incipit excludi seruilis timor

mor à charitate, & succedit deinde timor castus siue amicalis: quo timemus, ne sponsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore venit. Ille quidem seruilis est vtilis, sed non permanens in æternum, vt iste. Timor diuinus comes est per omnes gradus.]

E *Collatio prædictorum.*

Et attende q̃ quatuor hic distinguuntur timores, cùm supra Beda duos dixerit esse. Sed Beda humanũ timorem prætermisit, & nomine seruilis duos, quos hic distinximus, complexus fuit. s. seruilem & initialem amicalem verò castum dixit. Augustinus quoque seruilem & castum timore aperte discernit, dum
Rom.8.c epistolæ ad Romanos illum locum exponit, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, ita dicens, [Duo timores insinuantur hic, vnus qui est in perfecta charitate, scilicet timor castus: alter, qui non est in charitate, scilicet seruilis: in quo quamuis Deo credatur, non tamen in Deum: etsi bonum fiat, non tamẽ bene.] [Nemo enim inuitus bene facit, etiam si bonum est quod facit.]
Tract.85. super Ioan. lis de spũ et lit. cap.32.
Aug. li.1. Conf.ca.12.

F *De casto & seruili plenius agit, tangens interdum de initiali.*

De his eisdẽ timoribus latius disputat Aug. dicens, [Cœpit aliquis credere diem iudicij: si cœpit credere, cœpit & timere. Sed quia adhuc timet, nondum habet fiduciam in die iudicij. nondum est in illo perfecta charitas: [sed si perfecta in illo esset charitas, non timeret: perfecta. n. charitas faceret perfectam iustitiã, de non haberet vnde timeret: imò haberet quare desisteret vt transeat iniquitas, & veniat regnũ Dei: ergo timor nõ est in charitate. Sed in qua charitate? nõ inchoata. In qua ergo? in perfecta. Perfecta, inquit, charitas foras mittit timorẽ: ergo incipiat timor: quia initium sapientiæ timor Domini. Timor quasi locum
Tract.9. qui est ad 4.ca. 1. epist. Ioã.
Ibidem, ali quãto post.
Psal. 110.
separat charitati: cum aũt cœperit charitas habitare, pellitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

pellitur timor qui ei præparauit locum: quantũ enim illa crescit, ille decrescit, & quantum illa fit interior, timor pellitur foras. Maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. si autem nullus est timor, non est quà intret charitas. Sicut videmus per seram introducti linum quando aliquid luitur: sera prius intrat, & nisi exeat, nõ succedit linũ: sic timor primò occupat mentẽ: non aute ibi remanet timor: quia ideo intrauit, vt introduceret charitatem.]

G *Quod audeant prædicti aduersarii.*

Ibid. circa illud, Quis autẽ timet, non est. [Est autem alia sententia quæ videtur huic esse contraria, si non habet piũ intellectũ. Dicitur enim in Psal. Timor Domini castus permanet in seculũ seculi. Aeternum quendam timorẽ nobis ostendit, scilicet castũ. Quod si ostendit ille nobis æternũ timorẽ, nũquid contradicit illi ista epistola quæ dicit, Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem? Hoc enim dictum est per Ioannem, illud dictum est per Dauid. Sed nolite putare aliũ esse spiritum: si enim vnus flatus inflat duas tibias, non potest vnus spiritus implere duo corda, & agitare duas linguas? Si spiritu vno, id est vno flatu impletæ duæ tibiæ consonant, impletæ duæ linguæ spiritu Dei dissonare possunt? Imo est ibi quædam consonãtia, est quædam concordia: sed auditorem desiderat studiosum, non otiosum. Ecce mouit duas linguas spiritus Dei, & audimus ex vna, Timor nõ est in charitate: audiuimus ex alia, Timor Domini castus permanet in seculum seculi. Quid est hoc? dissonant? non. Excute aures, intende melodiã: nõ sine causa hic addidit castus, illic nõ addidit: quia est timor alius qui dicitur castus, est autem alius qui nõ dicitur castus. Discernamus istos duos timores, & intelligemus consonantiam tibiarũ.

Matt. 15. d Quomodo discernimus? Attendat charitas ve strae. Sunt homines qui propterea timent Deum, ne mittantur in gehennam, ne forte ardeant cum diabolo? igne æterno. Ipse est timor q introducit charitatẽ: sed fic

sic venit vt exeat. Si enim propter pœnas times Deũ, nondũ amas quem sic times: non bona desideras, sed mala caues. Sed ex eo qui mala caues, corrigis te, & incipis bona desiderare: cum bona desiderare ceperis, erit in te timor castus. Quid est timor castus? Timere ne amittas ipsa bona: timere Deum, ne recedat à te. Cùm autem times Deũ ne te deserat præsentia eius, amplecteris eum, ipso frui desideras.]

H *Quomodo distent duo timores, per similitudinem duarum mulierum ostendit.*

Ibidem, proximè post superiora. Extrac. 43. in Euan. Ioã. Item epist. 120. c. 21. Et de verbis Apo. serm. 18. [Non potes melius explanare quid interfit inter duos istos timores, quam si ponas duas mulieres maritatas, quarum unã constituas volentem facere adulterium, sed timet ne damnetur à marito. Timet mari tum, qui adhuc amat nequitiam: huic non grata est, sed onerosa mariti præsentia: & si fortè viuit nequiter, timet maritum ne veniat. Tales sunt qui timent diem iudicii. Fac alterã amare virum, debere illi castos amplexus, nulla se adulterina immunditia maculare vel lædere, ista optat præsentiam viri. Illa timet, & ista timet. Iam ergo interrogentur quare timeant. Illa dicet, Timeo virũ ne veniat: ista dicet, Timeo virum ne discedat. Illa dicet, Timeo virum ne damnet: ista dicet, Timeo virum ne deserat. Pone hæc in animo, & inuenies timorẽ quẽ foras mittit charitas, & alium timorẽ castũ permanentẽ in seculũ seculi.] Illũ timorẽ perfecta charitas foras mittit, quia ille timor tormentũ habet: torquetur conscientia peccatorum, nõdum facta est iustificatio. Est ibi quod titillet mentem, quod pungat, quod stimulet. Stimulat ille timor, sed intrat charitas, quæ sanat, quod vulnerat timor. Timor castus facit securitatem in animo. [Audiuimus duas mulieres, Ioannem & Dauid, consonantes. Illa det more Dei diem, quo timet anima ne damnetur: illa det more Dei dicat, quo timet anima ne deseratur. Ille est timor quem charitas excludit: ille est timor qui permanet in seculum seculi.] Ecce in his verbis prædictis

Eodẽ tract. ad illud, Timor tormẽtum habet. Ibidem, aliquãtò post.

aperte

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertè ostendit Augustinus, quis sit timor castus, & quis seruilis, & qualiter differant. In quibus etiam initialem timorem significauit: qui nec ex toto castus, sed tanquam medius aliquid de seruili, & aliquid de casto timore habet: facit n. seruire partim timore pœnæ, partim amore iustitiæ: per quem timemus punari, & timemus offendere. Iste timor est in inchoata charitate, non in perfecta: & quantum crescit charitas, tantùm decrescit iste timor, quantum ad metum pœnæ, id est, quantum ad id quod facit timere pœnam, & quantum ad tormentum conscientiæ. Nam quanto magis diligimus, tanto minus timemus. Iste timor notatur in illis verbis Augustini, vbi non negat timorem esse in charitate inchoata, sed perfecta: quod non posset dici de seruili: quia vt ipse suprà dixit, seruilis timor non remanet veniente charitate: nec intrat charitas, nisi prius ille timor exeat: nec in illo timore aliquis credit in Deum, etsi credat Deo mec bene facit, etiam si bonum est quod facit. Non est ergo timor ille in charitate etiam inchoata: quia omnis qui charitatem habet, licet non perfectam, & in Deũ credit, & bona opera facit. Quare seruilis non est timor ille, quem in charitate inchoata fore concessit, & quem crescente charitate decrescere dixit: sed ille est timor initialis, quem non negat esse in charitate, nisi perfecta sit.

Quod timor seruilis et initialis dicitur initium sapientiæ, sed differenter.

1 Sciendum tamen est, quòd uterq; timor, scilicet seruilis & initialis, in scripturæ diuersis locis dicitur initium sapientiæ: & ita fore comperies, si diligenter animaduerteris loca scripturæ, in quibus de timore Domini fit mentio. Ex alia tamen ratione & causa diuersa, dicitur seruilis timor initium sapientiæ, & ex alia initialis. Seruilis enim ideo dicitur initiu sapientiæ, quia præparat locum sapientiæ, & ducit ad sapientiã: sed ratione non remanet cum eã in eo fo ras exit. Initialis ve rò

Prouerb. 1. a & 9. a. Eccle. 1. b 25. b. & Psalm. 110. a

rò dicitur initium sapientiæ, quia est in inchoata sapiẽtia: quem cùm quis habere incipit, sapientiam & charitatem habere incipit. Inde etiam est, quòd vterque timor dicitur initialis: quod inuenire poteris per diuersa scripturæ loca. Vterque etiam timor interdum dicitur seruilis: quia & ipse initialis, qui est in charitate inchoata, aliquid habet de seruili, scilicet angorẽ pœnæ, sicut & aliquid habet de casto, scilicet quòd timet offendere ac separari.

Deboc quod Augustinus dicit, castum timorem esse æternum.

I Illud quoque diligenter est notandum, quòd in superioribus Aug. dicit castum timorem esse æternum: cui quod confirmatur præmissa sententia, scilicet q̃ spiritus timoris erit in futuro, sicut & alia dona spiritus sancti, sed non habebit omnem illum vsum quem modò habet. Faciet enim tunc nos reuereri Deum, non timere separari vel carere. Fuit ergo & in Christo timor ille, sed iuxta vsum illum quem habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit Christus separari vel offendere Deum, sed Deum præ omnibus reueritus est. *Hebr. 5. c*

An timor pœnæ qui fuit in Christo, fuerit seruilis, vel initialis, vel alius.

I Cùm autem fuerit in Christo timor pœnæ, quæritur an iste timor fuerit mundanus, vel seruilis, vel initialis. Ad quod dicimus, nullum eorũ fuisse in Christo. Quia timor mundanus malus est, vt suprà dictum est, & in primo gradu cum mundo deseritur. Seruilis verò vel initialis in perfecta charitate non est. Nullus ergo timorũ istorum fuit in Christo. Quis ergo fuit timor iste quo pœnam timuit? Potest timor ille dici naturalis vel humanus, q̃ oĩbus hibus ineſt, quo horret mors & formidatur pœna. Et dr timor iste naturalis, nõ quia accesserit homini ex natura secundũ q̃ talis, fuit inſtituta, q̃ nõ fuit iſte timor cõcreatus homini, *Lite. d.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini, nec de bonis naturalibus: sed quia ex corrupta natura per peccatum omnibus aduenit, cui corruptio inoleuit, tãquam esset naturalis: & est iste timor effectus peccati, vt prædictum est.

Diffin. 16. huius, li. 2.

QVOMODO DIFFERANT SAPIENTIA & SCIENTIA.

A DISTINCT. XXXV.

POST præmissa diligenter considerandum est in quo differat sapientia à scientia. De hoc Augustinus ait, [Philosophi disputantes de sapientia, definierũt eã, dicentes, Sapientia est rerum diuinarũ humanarumq; cognitio. Ego quoque vtrarumq; rerum cognitionem, id est, diuinarũ & humanarum, & sapientiam & scientiam dici posse non nego: verũm iuxta distinctionem Apostoli, qua dixit, Alij datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, illa definitio diuidenda est: vt rerum diuinarum cognitio sapientia propriè nuncupetur: humanarum verò rerum cognitio propriè scientiæ nomen obtineat. Neq; verò quicquid sciri ab homine potest in rebus humanis, vbi plurimum superuacuæ vanitatis & noxiæ curiositatis est, huic scientiæ tribuo: sed illud tantùm quo fides saluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur, qua scientia non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipsa fide plurimùm. Aliud est enim scire tantùm modo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatã: aliud est scire quomodo hoc ipsum & piis opituletur, & contra impios defendatur: quæ proprio uocabulo appellatur scientia.] De his quoq; duabus virtutibus idem Augustinus, differentiã inter eas affignãs, super Psal. ait, [Distat sapientia à scientia testante

Lib. 14. de Trinit. c. 1. in medio.

1. Cor. 11. b

Super Psal. 135.

testante sancto Iob, qui quodãmodo singula definiẽs ait, Sapientia est pietas: scientia verò est abstinere à malis. Pietatem verò hoc loco posuit Dei cultum: quę græce dicitur theosebia: quæ est in cognitione & dilectione eius quod semper est & incommutabiliter manet, qđ Deus est. Abstinere verò à malis, est in medio prauæ nationis prudẽter conuersari.] Idem quoque inter hæc duo apertè distinguens ait, [Distat ab æternorum contemplatione actio qua bene vtimur temporalibus rebus: & illa sapientiæ, hæc scientiæ deputatur: quamuis & illa quæ sapientiæ est, possit nuncupari scientia, vt Apostolus loquitur, vbi dicit, Nunc scio ex parte: quam scientiam profectò contemplationis Dei vult intelligi. In hoc ergo differentia est, quia ad contemplationem sapietia, ad actionem verò scientia pertinet. Ecce aperte demonstratum est, in quo differant spiritus sapientiæ, & spiritus scientiæ, scilicet, vt sapientia diuinis, scientia humana attributa sit rebus. Et vt docet Augustinus [vtrumq; agnoscimus in Christo, scilicet & rem diuinam, & rem humanam: & ideo de ipso habemus sapientiam & scientiam. Cùm enim legitur, Verbum caro factum est, in Verbo intelligitur verus dei filius: in carne agnoscitur verus hominis filius. Item cùm dicitur, Vidimus plenum gratiæ & veritatis, gratiam referamus ad scientiam, & veritatem ad sapientiam: quia in Christo sapientia & scientia fuit plenarie, & nos scientiam & sapietiã de eo habemus qui est Deus & homo.]

1. Cor. 13. d Ibidẽ, paulò pòst.

Et in Ench. ca. 2. Et li. 12. de Tri. cap. 14. Iob 24. d secundũ 70. interpretes. Libr. 12. de Tri. ca. 14.

Libr. 13. de Tri. ca. 19. 1 mediocap.

Ioan. 1. b

In quo differat Sapientia ab Intellectu.

Ostensa differentia inter scientiam & sapietiã, quid distet inter sapientiam & intellectum videamus. In hoc differũt illa duo, quia sapietia propriè est de æternis, quæ veritati æternæ contẽplandæ intẽdit. Intellectus verò non modò de æternis est, sed etiam de remissibilibus & spiritualibus tẽporaliter exortis. Inter eam enim & natura summa, quæ fecit omnes naturas, id est diuina, cõsideratur: & quæ post ipsã sunt spirituales

Universidad de Deusto
Biblioteca

spirituales & inuisibiles naturæ, vt angeli & oēt animæ bonæ affectiones, conspiciuntur. In hoc ergo differentia est, quia sapientia creator tātum conspicitur, intellectu verò & creator & creatura quædam. Ité intellectu intelligibilia capimus tantum: sapientia verò nō modo capimus superiora, sed etiam incognitis delectamur. Sic ergo distingui potest inter illa tria, scilicet, intellectum, scientiam, & sapientiam: Scientia valet ad rerum temporalium rectam administrationem & ad bonam inter malos conuersationem: Intelligētia ad creatoris & creaturarum inuisibilium speculationem: Sapientia verò ad solius æternæ ueritatis contemplationem & delectationem.

Quomodo differūt scientia, intelligentia, et sapientia.

Quod intellectus & scientia, de quibus hic agitur, non sunt illa quæ naturaliter habet homo.

C

Et notandum quod intellectus & scientia, quæ dicuntur dona spiritus sancti, alia sunt ab intellectu & scientia, quæ naturaliter sunt in anima hominis: hæc enim virtutes sunt quæ per gratiā infunduntur animis fidelium, vt per eas rectè utuant: illa verò naturaliter habet homo ex beneficio creationis, à Deo rapimen. Per has autem uirtutes, quæ dicuntur dona spiritus sancti, illa naturalia reformantur atque adiuuātur: vt verbi gratia, Intellectus naturalis peccato obtenebratus, per uirtutem quandam & gratiam, quæ dicitur spiritus intelligentiæ, reformatur atque adiuuatur ad intelligēdum. Ita & per illam uirtutem, quæ dr̄ spiritus sapientiæ, iuuatur atq; erigitur mentis ratio ad cōtēplationē & delectationē æternæ ueritatis.

Quod sapientia ista Dei est, nec est illa quæ Deus est.

D

Illud etiā sciendū est, quòd sapientia, de qua nunc differimus, non est illa sapientia dei (vt ait Aug.) quæ Deus est, sed hominis sapientia: uerumtamen quæ secundum deum est, ac verus & præcipuus cultus eius est.] Si ergo colat mens hominis deum, cuius ab eo capax facta est, & cuius esse particeps pōt, sapies ipsa fit, & nō sua luce, sed sūmæ illius lucis participatione sapiens

Libr. 14. de Tri. ca. 1. in principio.

sapiens sit. Ista ergo hominis sapientia etiam dei est? uerùm non ita dei est, ut ea sapiens sit deus. Nō enim participatione sui sapiens est, sicut mens participatione dei. Sic etiam dicitur iustitia dei nō solùm illa qua ipse iustus est, sed etiam illa quam dat homini cùm iustificat impium.

DE CONNEXIONE VIRTVTVM quæ non separantur.

A

DISTINCT. XXXVI.

SOLET etiam quæri, utrùm uirtutes ita sint sibi coniunctæ, ut separatim nō possint possideri ab aliquo, sed qui unā habet, omnes habeat. De hoc Hier. ait, [Omnes uirtutes sibi hærēt, ut qui una caruerit, omnibus careat. Qui ergo unam habet, omnes habet.] Quod quidem probabile est. Cùm enim [charitas mater sit omnium uirtutū:] ut quocūque mater ipsa est, scilicet charitas, & cuncti filij eius, id est uirtutes, rectè fore credantur. Vnde Aug. [Vbi charitas est, quid est, quod possit deesse? Vbi autem non est, quid est quod possit prodesse?] [Cur ergo non dicimus, qui hanc uirtutem habet, habere omnes, cùm plenitudo legis sit charitas: quæ quā tò magis est in homine, tanto magis est uirtute prædi tus: quanto uerò minus, tanto minus ineſt uirtus: & quanto minus ineſt uirtus, tāto magis ineſt uitium?]

Hiero. cōmē tario ad 56. cap. Esa. in principio, to mo 5.

Aug. in tra. de laude cha ritatis.

Super Ioan. tract. 83.

Idem epist. 29. post med. Rom. 13. d

B

An omnes virtutes pariter coniunctæ sint in quocunque sunt.

Verùm uerò pariter quis omnes possideat uirtutes, aliæ magis, aliæ minus in aliquo ferueant, quæstio est. Quibusdam. n. uidetur, quòd aliæ magis, aliæ minus habeātur ab aliquo: sicut in Iob patiētia emicuit, in Dauid humilitas, in Moyse mansuetudo: qui etiam

Iacobi 5. c 2. Reg. 6. c Num. 12. d

 concedatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

concedunt, magis aliquem mereri per aliquam vnã virtutem, quàm per aliam: sicut eam plenius habet quàm aliam. Non tamen magis per aliquam mereri dicunt quàm per charitatem, nec aliquam plenius à quoquã haberi quàm charitatem. Alias ergo magis, & alias minus in aliquo esse dicunt: sed nullã plenius charitate, quæ cæteras gignit. Hasque dicunt esse multas facies quas memorat Apostolus, dicens, Ex persõnis multarum factarũ, &c. Alij verius dicunt omnes virtutes & † simul & pares esse in quocunque sunt, vt qui in vna alteri par extiterit, in omnibus eidem æqualis sit. Vnde Aug. [Virtutes quæ sunt in animo humano, quamuis alio & alio modo singulæ intelligantur, nullo modo tamen separantur ab inuicem: vt quicunque fuerint æquales, verbi gratia, in fortitudine, æquales sint & prudentia, & iustitia, & temperãtia. Si enim dixeris æquales esse istos in fortitudine, sed illũ præstare prudẽtia, sequitur vt huius fortitudo minus prudens sit: ac per hoc nec fortitudine æquales sunt: quia est illius fortitudo prudentior: atq; ita de cæteris virtutibus inuenies, si omnes eadem consideratione percurras.] Ex his clarescit, omnes virtutes nõ modò esse connexas, sed etiam pares in animo hominis. Cùm ergo dicitur aliquis aliqua præeminere virtute, vt Abraham fide, Iob patientia, secundũ vsus exteriores accipiendum est, vel in cõparatione aliorũ hominũ: qa uel humilitatis habitũ maxime præferat, vel opus fidei, vel alicuius cæterarum virtutũ præcipuè exequitur. Vnde & ea præ alijs pollere, vel inter alios homines singulariter excellere dicitur. Secundũ hunc modum, scilicet secundum rationẽ actuũ exteriorum, alibi Aug. dicit in aliquo aliam magis esse virtutem, aliam minus, & vnam inesse, & non alteram. Ait enim sic, [Clarissima disputatione tua satis apparuit, non placuisse autoribus nostris, imò veritati ipsi, omnia paria esse peccata: etiam si hoc de virtutibus verum sit.][Quia etsi verum sit, eum qui habet unã, omnes

2. Cor. 1. b

† similes.

Li. 6. de Tri. c. 4. in principio.

Heb. 11. b & Ro. 4. a Iacobi 5. c

In epist. ad Hiero. quæ est 29. nõ lõgè à principio Ibidem, post medium epist.

omnes uirtutes habere, & eum qui vnam non habet, nullam habere: nec sic peccata sunt paria: quia vbi virtus nulla est, nihil rectum est: nec tamen ideo non est prauo prauius, distorto distortius. Si autem (quod puto esse uerius, sacrisque literis congruentius) ita sunt animæ intentiones ut corporis membra, nõ quòd uideãtur locis, sed quòd sentiantur affectibus, & alius illuminatur amplius, alius minus, alius omnino caret lumine: profectò ut quisq; illustratione piæ charitatis affectus est in alio actu magis, in alio minus, in alio nihil: sic dici potest habere aliam, & aliam nõ habere, aliam magis, & aliam minus habere uirtutem. Nam & maior est in isto charitas, quàm in illo: & ideo rectè possumus dicere & aliqua in isto, † nulla in illo, quãtum pertinet ad charitatem, quæ pietas est: & in uno homine quidẽ, quòd maiorẽ habeat pudicitiam quã patientiã, & maiorem hodie quàm heri, si proficit, & adhuc non habeat cõtinentiam, & habeat non paruã misericordiam. Et ut generaliter breuiterque complectar quam de uirtute habeo notionem, uirtus est charitas, qua id quod diligendũ est diligitur: hæc in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla est: plenissima uerõ, quæ iã non possit augeri, quandiu hic homo uiuit, in nemine est.] Hic insinuari uidetur, quod aliquis ex ratione possit dici habere unam uirtutem magis quàm aliam, quia per charitatem magis afficitur in actu unius uirtutis quàm alterius: & propter differentiam actuum ipsas uirtutes magis uel minus habere dicitur. Potest & aliquam non habere, cùm tamen simul omnes & pariter habeat, quantum ad mentis habitum uel essentiam cuiusque. In actu uerò aliam magis, aliam minus habet, aliam etiam non habet: ut uir iustus urens cõiugio, nõ habet continentiam in actu, quam tamen habet in habitu. [Cur ergo non dicantur paria peccata? Fortè quia magis facit contra charitatem qui grauius peccat, minus qui leuius. Nemo enim peccat, nisi aduersus illam faciẽdo, quę est plenitudo

† aliqua

Ibidẽ, sed in fine: Rom. 13. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacobi.2.d legis. Ideo recte dicitur, Qui offenderit in uno, factus est omnium reus, id est, cõtra charitatem facit, in qua pendent omnia.]

Repetit de charitate, vt addat quomodo tota lex in ea pendeat.

C Cùm duo sint præcepta charitatis, in quibus, ut præ-
Matt.22.d taxatum est, tota lex pendet & prophetæ, aduertendum est quomodo hoc sit, cùm in lege & prophetis multa fuerint cæremonialia mandata, quæ si ad charitatis sanctificationem pertinuissent, viderentur nõ
Ad Col. 2. d dum debuisse cessare. Quia uerò non iustificationis
Actu. 5.d gratia, quam facit charitas, instituta sunt, sed in figura
Heb.10.a futuri, & in onus imposita, ideo clarescente ueritate, cessauerũt uelut umbra. Veruntamẽ & ipsa cæremonialia secundum spirituale intellectũ quę continent,
Exo.20.b & omnia moralia ad charitatem referuntur. Pertinẽt enim omnia ad decem mãdata in tabulis scripta: ubi omniũ summat perstingitur, ex quibus cætera emanãt: sicut in sermone Domini octo uirtutes præmittũ
Matth.5.a tur, ad quas cætera referuntur. Et sicut ad decẽ mandata decalogi cætera referuntur, ita & ipsa decem ad duo mandata charitatis. Omnia ergo ad duo mãdata charitatis pertinẽt: q a per charitate implentur, & ad charitatẽ tanquã ad finem referri debent. Vnde Aug.
Trac. de lau di. chari.10. [Totam magnitudinem & amplitudinem diuinorũ
9. Et in Glo. eloquiorũ possidet charitas, qua deum proximũque
ordina. sup diligimus: quæ radix est omnium bonorũ. Vnde Veri
illud 1. ad tas ait, In his duobus mandatis vniuersa lex pendet &
Timo. 1. prophetæ. Si ergo non uacat omnes paginas sanctas
Finis præce pti charitas. perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, re ne charitatem, vbi pendent omnia: quia perfectio est & finis omnium.][Tunc enim & præcepta & consilia rectè fiunt, cùm referuntur ad diligendum deum,
Aug. in En chi. c. 121. & proximũ propter deum. Quod uero timore pœnæ, vel aliqua intentione carnali fit, vt non referatur ad
August. ad Anastas. charitatem, nondum fit sicut fieri oportet, quamuis fieri videatur.][Inimicus enim iustitię est, qui pœnæ timore

timore non peccat: amicus verò iustitiæ, qui eius amore non peccat.][Omnium ergo hæc summa est, ut in-
te medium. telligatur legis & omnium diuinarum scripturarum
Aug. de doc. plenitudo esse dilectio Dei & proximi.]
chr. 1. c. 35.

DE DECEM PRÆCEPTIS, QVOMODO *continentur in duobus mandatis charitatis.*

A

DISTINCT. XXXVII.

ED iam distributio decalogi, quæ in duobus mandatis completur, considerãda est. Haber.n. decalogus decem præcepta, quæ sunt decachordum psalterium. Quæ sic sunt distributa, ut tria quæ sunt in prima tabula, pertineant ad Deum scilicet ad cognitionem & dilectionem Trinitatis: septem quæ sunt in secunda tabula, ad dilectionem proximi.

S

De primæ tabulæ præceptis.

Primum in prima tabula est, Non habebis deos a- Exod.20.a
lienos. Non facies tibi sculptile, neque omnem simili- Deut.5.a
tudinem, &c. Hæc Origenes dicit esse duo mandata, Aug. lib. q.
sed Aug. vnum: hoc.n. ipsum quod dixerat, Non ha- super Exod.
bebis deos alienos, perfectius explicat cùm prohibet q.71.to.4.
eos figmenta], scilicet idolum vel similitudinẽ alicuius rei. Et lib. de de
Quæ duo Origenes ita dicit distare, [vt idolum sit cem chordis
quod nihil habet simile sui: similitudo verò quod ha- c.5.tomo.9.
bet speciem alicuius rei: vt verbi gratia, Si quis in auro Homi.8.su-
uel in ligno, uel alia re faciat speciem serpentis, uel per cap. 20.
alterius, uel alterius rei, & statuat ad adorandum: non Exod. ante
idolum, sed similitudinem fecit. Qui verò facit speciẽ medium.
quã non vidit oculus, sed animus sibi finxit, vt si quis
humanas membris caput canis vel arietis formet, uel
in vno habitu hominis duas facies: non similitudinem, sed idolum facit: quia facit quod non habet ali-
quid simile sui. Ideo dicit Apostolus quia idolum 1.Cor.8.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil est in mundo. Non enim aliqua ex rebus constã tibus assumitur species, sed quod mens ociosa & curiosa reperit. Similitudo uero est, cùm aliquid ex his quæ sunt vel in cœlo, vel in terra, vel in aquis formatur.] Aug. uerò ita exponit illud, [Idolum nihil est in mundo, id est, inter creaturas mundi non est forma idoli. Materiam enim formauit Deus, sed stultitia hominum formam dedit. Quæcunque facta sunt, naturaliter facta sunt per verbũ: sed forma hominis in idolo non est facta per verbum: sicut peccatum non est factũ per verbum, sed est nihil, & nihil fiunt homines cùm peccãt.] Sed quæritur, quomodo hic dicatur forma idoli nõ esse facta per verbum, cùm alibi legatur, [Omnis forma, omnis cõpago, omnis concordia partium facta est per verbum.] Hoc aũt à diuersis variè soluitur: quidãm enim dicunt omnem formã, & quicquid est, à deo esse, inquantũ est: & formã idoli, inquãtum est, vel inquantũ forma est, à deo esse, sed non in quantum idoli est, id est, posita ad adorãdum. In hoc enim non est creatura, sed peruersio creaturæ. Sicut illud quod peccatum est, inquantum peccatum est, nihil est: & homines cùm peccant, nihil fiunt: quia ab illo qui verè est, separãtur. Vnde Hiero. [Quod ex Deo nõ est, qui solus verè est, nõ esse dicitur. Idcoq; peccatum quod nos à vero esse abducit, nihil esse vel non esse dicitur. Alij verò dicunt omnem formã, quæ scilicet naturaliter est, & omne quod naturaliter est, esse à Deo: sed forma idoli non est naturaliter: quia naturæ iustitiæ non seruit. Id. n. naturaliter esse dicitur, quod simplici naturæ iustitiæ, quæ Deus est, militat, non resultat, & naturã creatã non uitiat. SECVNDVM præceptũ est, Non assumes nomẽ Dei tui in uanum: quod est dicere secundũ literam, Nõ iurabis pro nihilo nomen Dei. Allegoricè uerò præcipitur, vt nõ putes creaturã esse Christum Dei filium: quia omnis creatura uanitati subiecta est: sed æqualem patri. TERTIVM uerò est, Memẽto ut diẽ sabbati sanctifices: ubi secundum

Super Ioan. tract. 1. post medium.

Eodem trac. sed paulò inferius.

De hoc supra dist. 37. lib. 2.

Epist. ad Damas. cuius initiũ, Quoniã uetusto.

Es in cõmẽs super cap. 65. Eze.

Isidorus sup Exod. Glossa ibidem.

Rom. 8. d

secundum literam præcipitur sabbati obseruantia: allegoricè verò, vt requie & hic à vitiis, & in futuro in Dei contemplatione expectes ex spiritu sancto, i. ex charitate & dono Dei: [non quòd spiritus sanctus sine patre & filio hoc operetur. Accepit vtique ecclesia hoc donũ, vt in spiritu sancto fiat remissio peccatorũ. Quã remissionem cùm Trinitas faciat, propriè tamẽ ad spiritum sanctum dicitur pertinere: quia ipse est spiritus adoptionis filiorum.] Ipse est patris & filij amor & connexio, vel cõmunitas. Ideoque iustificatio nostra & requies ei attribuitur sæpius. Hæc sunt tria mãdata primæ tabulæ, ad Deum pertinentia. Et primum quidem, quod est de vno Deo colendo, pertinet ad patrem: in quo est vnitas vel autoritas. Secundum ad filium: in quo est æqualitas. Tertium ad spiritum sanctum: in quo est vtriusque communitas.

Aug. lib. de uerbis domi ni, 1 ser. 11.

longè satis à fine.

Rom. 8. c

C

De mandatis secundæ tabulæ.

In secunda verò tabula septem erant mandata, ad dilectionem proximi pertinentia: quorum PRIMVM ad patrem carnalem refertur, sicut primum primæ tabulæ ad patrem cœlestem: quod est, Honora patrem tuũ & matrem tuã, vt sis longæuus super terram, s. viuentium. Parentes verò sic sunt honorandi, vt eis debita reuerentia exhibeatur, & necessaria ministretur. SECVNDVM EST, Non occides: vbi secundum literam actus homicidij prohibetur: secundum spiritũ verò, & voluntas occidendi. Vnde huic mandato secundũ literam fit superadditio in Euangelio: quia litera euangelij exprimitur, quod legis litera nõ exprimebatur. Euangelij litera exprimit intelligentiã spirituales, quam spirituales habent, & secundũ quam spiritualiter viuitur. Litera legis sensum carnalem, id est eam carnales habent, & secundum quẽ carnaliter viuitur, cui facta est superadditio. TERTIVM EST, Nõ mœchaberis: id est, ne cuilibet misceatis, excepto fœdere matrimonij: [à parte enim totum intelligitur. Nomine ergo mœchiæ omnis cõcubitus illicitus,

Deut. 5. b

Matth. 5. f

2. Cor. 3.

Aug. lib. 4. super Exod. quæst. 71. in fine, tom. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illorum quoq; membrorum non legitimus vsus pro hibitus debet intelligi.] QVARTVM EST, Non furtum facies. Vbi sacrilegium & rapina omnis prohibetur. [Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit: sed furti nomine bene intelligi voluit omnē illicitam vsurpationē rei alienæ.] Sacrilegiū tribus modis cōmittitur, quādo. s. vel sacrū de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrū de non sacro aufertur. Sacrū verò dicitur, quicquid manciparum est cultui diuino, vt ecclesia, vel res ecclesiæ. Hic etiā vsura prohibetur, quæ sub rapina cōtinetur. Vnde Hieronym. [Vsuras quærere, uel fraudare, aut rapere nihil interest. Commoda fratri tuo, & accipe quod dedisti, & nihil superfluum quæras: quia superabundantia in vsura computatur. [Est enim vsura (vt ait Aug.) eùm quis plus exigit in iniuria, vel qualibet re, quā acceperit.] Item Hiero. [Putant aliqui usuram tātùm esse in pecunia: sed intelligant vsuram vocari superabundantiam, s. quicquid est, si ab eo quod dederit plus est: vt si in hyeme demus x. modios, & in messe. 15. recipiamus.] Si verò quæritur de filiis Israel, qui Domino iubente, ab Aegyptijs mutuauerunt vasa aurea & argētea, & vestes pretiosas, & asportauerunt, vtrum furtum commiserint: Dicimus eos, qui ut parerent deo iubenti illud fecerunt, nō fecisse furtum, nec omnino peccasse. Vnde Aug. [Israelitæ non furtum fecerunt, sed deo iubenti ministerium præbuerunt. Hoc. n. deus iussit, qui legem dedit. Sicut minister iudicis sine peccato occidit quē lex præcepit occidi: sed si id sponte faciat, homicida est, etiam si eum occidat, quem scit à iudice occidendum.] [Infirmi aūt qui ex cupiditate Aegyptios deceperunt, magis permissi sunt hoc facere illis, qui iure talia passi sunt, quàm iussi.] Hic opponitur, q̄ etiā boni in illo opere peccauerunt: quia naturalem legem cui concordat euangelium & lex moralis præceptionis, transgressi sunt: quæ est, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Quam Veritas scripsit in corde hominis: &

tug. ibidē.

Hiero. super Ezech. lib. 6 circa ca. 18.

super psal. 54. circa verum, Et non defecit. Et Glos. ibidem Super Exod. lib. & cap. citatis.

Super 11. c. Exod. q. 39. tom. 4 Super psal. 104. circa illud, Et eduxit illos eū arg. Et lib. 22. contra Faustū ca. 7. tom. 6.

minis: & quia non † legebatur in corde, iterauit in tabulis, vt uoce foris secus admota rediret ad cor, & ibi inueniret quod extrà legeret. Hanc ergo illi præuaricari uidentur in illo facto, aliis facientes, quod nolebant sibi fieri. Sed ibi subintelligendum est iniustè: ut non alij, s. iniustè, facias quod tibi non uis fieri: alioquin huius præuaricator est iudex, dum punit reum, nolens aliquid tale sibi fieri. Ita etiam & illud Domini uerbum, Omnia quęcunq; uultis ut faciant uobis homines, &c. de bonis accipiendum est, quę nobis inuicem exhibere debemus. QVINTVM præceptum est, Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium: ubi crimen mendacij & periurij prohibetur. [Solet autem quæri, Vtrùm prohibitum sit omne mendacium. Quidam dicunt illud tantum prohiberi quod obest, & non prodest ei cui dicitur. Tale enim non est aduersus proximum: ut ideo uideatur hoc addidisse scriptura. Sed de mendacio magna quæstio est, quæ nec citò explicari potest.]

† legebat

Matth. 7. b Lucæ 6. c

Aug. super Exod. q. 71 in fine, to. 4

DE TRIPLICI GENERE MENDACII.

DISTINCT. XXXVIII.

SCIENDVM tamen tria esse genera mendaciorum. [Sunt. n. mendacia quędam pro salute uel cōmodo alicuius, non malitia, sed benignitate dicta: qualiter obstetrices mentitæ sunt, & Raab. Est & aliud mendacij genus, quod fit loco, quod non fallit. Scit enim cui dicitur, causa iocandi dici. Et hæc duo genera mendaciorum non sunt sine culpa, sed non cum magna. Perfectis uerò non conuenit mentiri: nec etiam pro temporali uita alicuius, ne pro corpore alterius animam suam occidant. Licet autem eis uerum tacere, sed non falsum dicere: ut si quis non uult hominem ad mortem prodere, ueritatem taceat, sed non falsum dicat. Tertium uerò genus mendacij est, quod ex malignitate & duplicitate procedit

Aug. super Ps. 5. ad versum, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Exod. 1. c Iosue 2. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

procedit, cunctis ualde cauēdum.] Hic videtur innui, mendacia illa quæ fiunt ioco, vel pro salute alicuius, imperfectis esse venialia peccata, perfectis verò illud quod pro commodo alterius dicitur, esse damnabile: quod etiam de mendacio iocoso putari potest, præcipuè si noceretur. De mendacio autem obstetricum & Raab, q̄ fuerit veniale, Aug. tradit, dicens, [Forsitan sicut obstetrices non remuneratæ sunt, quia mentitæ sunt, sed quia infantes liberauerunt, & propter hanc misericordiam veniale fuit peccatum, non tamē nullum: sic Raab liberata est propter liberationem exploratorum, pro qua fuit veniale peccatum. Sed ne putet quisq; in cæteris peccatis, si propter liberationem hominum fiant, ita posse concedi veniam: multa.n. mala detestanda talem sequuntur errorem.][Possumus .n. & furando alicui prodesse, si pauper cui datur, sentit commodum, & diues cui tollitur, non sentit incōmodum. Ita & adulterando possumus prodesse. si aliqua, nisi ad hoc ei consentiatur, appareat amando moritura, & si vixerit, pœnitendo purganda: nec ideo peccatum graue negabitur tale adulterium.] Sciendum est etiam octo esse genera mendacij, ut Aug. in lib. de mendacio tradit: quæ diligenter notanda sunt, vt appareat quod mēdacium sit veniale, & quod damnabile. [Primum capitale est mendacium, longeq; fugiendum, quod fit in doctrina religionis: ad quod nulla causa quisquam debet adduci. Secundū, quod tale est vt nulli prosit, sed obsit alicui. Tertium, q̄d ita prodest alteri, ut alteri obsit. Quartum sola mentiendi fallendiq; libidine: quod merum mendacium est. Quintū, quod fit placendi cupiditate de suauiloquio. His omnibus euitatis sequitur sextum genus, quod & nulli obest, & prodest alicui: ut si quis pecuniam alicuius iniustè tollendam sciens, ubi sit nescire se mentiatur. Septimum, quod & nulli obest, & prodest alicui: ut si quis nolens hominem ad mortem quæsitum prodere, mentiatur. Octauum, quod nulli obest, & ad hoc prodest,

Lib. 3 super Exod. q. 68

Vide & 15 ca. li. contra mendacium

Aug. 3 Enc. cap. 22.

Lib. de mendacio, c. 14 tom. 4. Vide & eiusdem lib. cap. 12. 13. 14.

Prodest, vt ab īmunditia corporali aliquem tueatur.] [In his autem tanto minus peccat quisque cùm mentitur, quanto magis à primo recedit. Quisquis verò aliquod genus esse mendacij quod peccatum non sit, putauerit, decipiet seipsum turpiter: cùm honestum esse deceptorem aliorum arbitretur. Omne ergo genus mendacij summopere fuge: quia omne mendacium non est à Deo.]

Ibidē, c. 21 circa finem.

B

Quid sit Mendacium.

Hic videndum est quid sit mendacium, & quid sit mentiri: deinde, vtrùm omne mendacium sit peccatū, & quare. [Mendacium est (vt ait Aug.) falsa significatio vocis cum intentione fallendi.] Vt ergo mendaciū sit, necesse est vt falsum proferatur, & cum intentione fallendi. [Hoc enim malum est proprium mentientis, aliud habere clausum in pectore, aliud promptum in lingua.]

Lib. contra mēdacium, c. 22. in fine Idē, in En. cap. 18.

C

Quid sit Mentiri.

[Mentiri verò, est loqui cōtra hoc quod aīo sentit quis, siue illud verum sit, siue nō. Omnis ergo qui loquitur mendacium, mentitur: quia loquitur contra hoc quod aīo sentit. i. voluntate fallendi.] sed non oīs qui mentitur, mēdacium dicit: quia quod verum est loquitur aliquādo mentiēdo: sicut ecōuerso falsum dicēdo, aliquādo verax est. Vnde Aug. [Nemo sanè mētiens iudicādus est, qui dicit falsum, quod putat verū: quia quātum in ipso est, nō fallit ipse, sed fallitur. Nō ergo mendacij arguendus est, qui falsa tanquam uera credit, ac pro veris habet. Potiusq; e contrario ille mentitur, qui dicit verum, quod putat falsum. Quātum.n. ad animum eius attinet, non verum dicit: quia non quod sentit dicit: quamuis verum inueniatur esse q̄d dicit. Nec ille liber est à mendacio, qui ore nesciens loquitur verum, sciens autem volūtate mentitur.] Hic quæri solet, Si Iudæus dicat Christum esse deū, cùm non ita sentiat animo, vtrùm loquatur mendacium. Non est mendacium quod dicit: quia licet aliter re-

In Ench. cap. 22.

In Ench. cap. 18.

neat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omne mendacium peccatum.

neat animo, verum tamen est quod dicit, & ideo non est mendacium: mentitur tamen, illud quod uerum est dicens. Quod vero omne mendacium sit peccatū, Augustinus insinuat. [Mihi, inquit, videtur omne mendaciū esse peccatū: sed multū interest, quo animo, & de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim sic peccat qui consulendi, ut qui nocēdi voluntate mētitur: nec tantum nocet qui viatorem mentiendo in diuerso itinere mittit, quantum qui uiam uitæ mentiendo depravat.] [Porrò omne mendacium ideo dicendū est esse peccatum, quia hoc debet loqui homo quod animo gerit, siue illud verum sit, siue putetur, & nō sit. Verba enim ideo sunt instituta, nō vt per ea homines inuicem fallant, sed per ea in alterius notitiam suas cogitationes ferant. Verbis ergo vti ad fallaciā, nō ad quod sunt instituta, peccatū est. Nec ideo etiam vllum mendacium putādum est nō esse peccatum, quia possumus alicui aliquando prodesse mentiendo: possumus enim, vt prædictum est, & furando & adulterando prodesse. Mendacium quoque nō tūc tantūm esse possumus dicere, quādo aliquis lædit. Cùm enim à sciente dicitur falsum, mendacium est, siue quis, siue nemo lædatur.] Ecce ex his constat omne mendacium esse peccatum: non tamen de omni mendacio accipiendū est illud Psal. Perdes oēs qui loquuntur mendacium. Nec illud, Os quod mentitur, occidit animam. Nec omne mendacium isto præcepto prohiberi videtur, nec præmissa descriptione mendacium ioci includi.

Aug. lib. et ca. eisdē, in initio ca.

Ibidē, 22. c in initio c. Et quæst. 68. super Leuit.

Psal. 5. Sap. 1. c.

D *Vbi cum periculo erratur, vel non.*

[Illud etiam sciendum est, quòd in quibusdam rebus magna malo, in quibusdam paruo, in quibusdam nullo fallimur.] [In quibus rebus nihil interest ad capessendum Dei regnum, vtrùm credantur an non, uel utrùm uera putentur an falsa, siue sint, siue non in his errare, id est, aliud pro alio putare, nō arbitrandum est esse peccatū: vel si est, minimū atque leuissimum.]

Aug. 3 Enc. cap. 19. Ibidē, c. 21 in initio.

leuissimum.] [Et sunt vera quædam, quamuis non uideantur, quæ nisi credantur, ad vitā æternā non potest peruenri.] [Et licet error maxima cura cauendus sit, nō modò in maioribus, sed etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari: nō tamē est consequens, vt cōtinuò erret, quisquis aliquid nescit: sed quisquis se existimat scire quod nescit: pro vero.n. approbat falsum: qđ erroris est propriū. Verūtamen in qua re quisquis erret, interest plurimū. Sūt enim quæ nescire sit melius quàm scire. Item nōnulli errare profuit aliquando: sed in uia pedum, non in uia morum.] Solet etiam quæri de Iacob, qui se dixit esse Esau, aliter animo sentiens, vtrùm mentitus sit. De hoc Augusti. ait. [Iacob quod matre fecit autore vt falleret patrem, si diligenter attēdatur, videtur nō esse mendacium, sed mysteriū.] Intendebat enim mysteriō obedire: quæ per spiritū nouerat mysteriū: & ideo propter familiare consilium spiritus sancti quod mater acceperat, à mendacio excusatur Iacob.

Ibid. c. 20. Ibid. c. 17.

Gene. 27. c. Lib. contra mendat iii, c. 10. 3 me dio c. 10. 4.

DE PERIVRIO.

A

DISTINCT. XXXIX.

NVNC de periurio uideamus. Periurium est mendacium iuramento firmatum. Hic quæritur, Vtrùm sit periurium, vbi non est mendacium. Quod quibusdam videtur ex autoritate Hieronymi dicentis, [Aduertendum est, quòd iusiurandum tres habet comites, veritatem, iudicium, & iustitiam: si ista defuerint, non erit iuramentum, sed periurium.] Vbi autem falsum iuratur, ueritas deest. Si ergo falsum iuretur, etsi non sit ibi intentio fallendi, videtur esse periurium: quia deest veritas. Quibusdam placet non esse periurium, ubi non est mendacium: & sicut dicitur

Hiero. super 4. ca. Hieremiæ, in prīcipio, 10. 5. Et habetur 22. q. 2. ani maduertendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur aliquando falsum sine mendacio, ita iuratur
1.Cor.vlt.a falsum sine periurio. Falsum fortè dixit Apostolus,
2.Cor.1.c cùm se uenturum ad Corinthios promisit: nec tamē,
sicut ei imponebatur, culpā mendacij contraxit: quia
sic animo sentiebat: etiam si iuramento illud confir-
masset, non periurium incurrisset: quia quantum in
ipso fuit, verum dixit: & si iurationem addidisset, quā
tum in se foret, verū iurasset, etsi aliter euenerit quā
dixit. Ideo sicut quis non est mendax, nisi aliter sen-
tiat animo quàm dicit, siue ita sit, siue non: ita vide-
tur quibusdam neminem periurum constitui, nisi ali
ter sentiat animo quàm loquitur, siue ita sit, siue nō.

B *Dextplici modo periury.*

Sed melius creditur & ille peierare, qui falsum vo-
luntate fallendi iurat, & qui falsum putans quod ve
rum est, iurat: & qui verum putans quod falsum est,
De verbis iurat. Vnde Aug. [Homines falsum iurant, vel cum
Apostoli, ser fallunt, vel cum falluntur. Aut putat homo verum es
mone 28.nō se quod falsum est, & temerè iurat, aut scit vel putat
lege à prin falsum esse, & tamen pro vero iurat, & nihilo minus
cipio, to.10. cum scelere iurat. Distant autem ista duo periuria
quæ commemoraui. Facillum iurare, qui verum es-
se putat pro quo iurat: verum putat esse, & tamen fal
sum est: non ex animo iste periurat, sed fallitur. Hoc
pro vero habet quod falsum est: non pro falsa re
sciens, iurationem interponit. Da alium qui scit fal-
sum esse, & dicit verum esse, & iurat tanquam ve-
rum sit, quod scit falsum esse. Videtis quam ista de-
testanda sit belua. Facaliū qui putat falsum esse, & iu
rat tāquam verū sit: & fortè verū est. Verbi gratia, vt
intelligatis. Pluit in illo loco: interrogas hominem, &
dicit pluisse: & tūc pluit ibi: sed putat nō pluisse: periu
rus est. Interest quemadmodum verbū procedat ex
animo. Ream linguam non facit nisi rea mens.] Hic
euidenter traditur, quòd tripliciter peierat homo, vt
suprà diximus, dum vel sciens falsum iurat, uel putās
falsum quod verum est, iurat, vel æstimans verum q̄
falsum

falsum est, iurat. Sed hoc extremum non uidetur esse
periurium, etiam si periurium nominetur, eo quòd *Obiectio.*
falsum iuratur: non videtur reus esse periurij qui sic
iurat: quia non est mens eius rea, & ideo nec lingua.
Imò eius mens rea est, dum iurare præsumit quod *Solutio.*
perspicuè uerum non deprehendit. Non ergo omne
periurium mendacium est, nec omnis qui peierat mē
titur: sed omnis mentiendo iurans peierat, & omnis
qui falsum iurat, siue mentiens, siue non, peierat. Cū
verò quis iurat quod verum est, existimans esse fal- *Quæstio.*
sum, quæritur quid sit ibi periurium. Ipsa enim signi
ficatio uocis uera est: quia verum nesciens loqui-
tur. Non ergo ipsa significatio uel falsum uel menda
cium est, quia uera est: & quod uerum est, periurium
non uidetur esse. Ad hoc dicimus, loqui sic, scilicet *Responsio.*
contra mentem, sub attestatione iuramēti esse periu
rium: mentiri ergo adhibita iuratione, periurium est.
Periurium ergo est, uel iurando loqui falsum cum
iuramentione fallendi, vel iurando loqui falsum sine in
tentione fallendi, uel iurando loqui verum cum intē
tione fallendi. Hic opponitur, Si omnis qui falsum *Oppositio.*
iurat, peierat, tunc qui alicui promittit dare sub
certo termino aliquid, quod tamē non faciet, ex quo
iurauit, peierauit: quia falsum iurauit. Non enim ita
futurum erat vt iurauit. Ad hoc dici potest, quia non
omnis qui iurat q̄ falsū est, ex quo iurat periurus est, *Solutio.*
sicut iste de quo agimus: sed ex quo propositum mu-
tat, vel terminum transgreditur, iuratio talis sit periu
rium reatu.

C *An iuratio sit malum.*

Si autem quæritur, vtrum iurare sit malum: dici-
mus aliquando malum esse, aliquando non. Sponte
enim & sine necessitate iurare, vel falsum iurare, pec-
catum grande est. Ex necessitate autem iurare, scili-
cet vel ad asserendam innocentiam, vel ad fœdera pa
cis confirmanda, uel ad persuadendum auditoribus
quod est eis utile, malum non est: quia necessarium
eis est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De sermone Domini in mõte, lib. 1. c. 30. 10. 4. Aug. in expositione 1. ea. ad Gal. in fine, t. 4.

eis est. Vnde Augustꝰ. [Iuramentum faciendum est in necessarijs, cùm pigri sunt homines credere quod eis est utile. Iuratio non est bona: non tamen mala, cùm est necessaria: id est, non est appetenda sicut bona: nec tamen fugienda tanquam mala, cùm est necessaria.] [Non est enim contra præceptum Dei iuratio. Sed ita intelligitur Dominus prohibuisse à iuramento, ut quantum in ipso est, quisque non iuret. Quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum atque suaue aliquid. Apostolus enim nouit præceptum Domini, & tamen iurauit.

Rom. 1. c Augustꝰ. de serm. Dom. in monte, c. 30.

Prohibemur enim iurare vel cupiditate, uel dilectione iurandi.] [Quòd ergo Christus ait in Euangelio, Ego dico vobis non iurare omnino, ita intelligitur præcepisse, ne quisquam sicut bonum appetat iramentum, & assiduitate iurandi labatur in periurio.

Ibidẽ, paulò post.

Quòd verò addit, Sit sermo uester, Est, est, Nõ non, bonũ est & appetendum. Quod autem amplius est, à malo est: id est, si iurare cogeris, scias de necessitate uenire infirmitatis eorum quibus aliquid suades: quæ infirmitas vtique malum est. Vnde nos quotidie liberari precamur, dicentes, Libera nos à malo. Ideoque non dixit, Quod amplius est, malum est. Tu enim non facis malum, quib enè vteris iuratione: sed à malo est illius qui aliter nõ credit, id est, ab infirmitate: quę aliquando pœna est, aliquando pœna & culpa. Ibi ergo Dominus prohibuit malum, suasit bonum, indulsit necessarium.

Matth. 6. b

D *De iuramento quod per creaturas fit.*

Quæritur etiam, vtrùm liceat iurare per creaturã. Quod non uidetur, cùm in lege scriptum sit, Reddes autem Domino iuramenta tua: Et Christus in Euangelio præcipiat nõ iurare omnino, nec per cœlũ, nec per terrã, nec per Hierosolymã, nec per caput tuũ [Iudæis quasi paruulis conceissum fuit iurare per creatorẽ, & præceptũ vt si iurare contingeret, non nisi per creatorem iurarent, non per creaturã: quia iurantes per

Deut. 6. c Matt. 5. f Hier. super 5. c. Matt. in fine, 10. 9.

per angelos & elementa, creaturas venerabantur honore. Sẽ melius erat hoc exhiberi Deo, quam creaturis.] Infirmis ergo illud prohibuit: sanctis verò, qui in creaturis creatorem uenerabantur tantum, nõ prohibuit. Vnde Ioseph per salutem Pharaonis iurauit, Dei iudicium in eo veneratus, quo positus erat in infimis. Christus verò ita p creaturas iurare prohibuit, ne vel aliquid diuinũ in eis crederetur, pro quo reuerentia eis deberetur: vel ne per eas iurãres falsum homines se iuramento teneri non putarent.

Genes. 42. c

Vtrũ iuratio magis teneatur, an quæ fit per Deum, an quæ fit per Euangelium, vel per creaturas.

E Si aũt queritur, quis magis teneatur, an q per Deũ, an qui per Euãgeliũ vel per creaturas iurat: dicimus, qui per Deũ: quia per Deũ hæc sancta facta sũt. Vnde Chrysostomus. [Si qua caula fuerit, modicũ videtur facere qui iurat per Deũ: qui verò p Euãgeliũ, maius aliquid fecisse videtur. Quibus dicendũ est, Stulti, scripturæ sãctæ propter Deũ factæ sunt, nõ Deus pp scripturas: ita & creaturæ factæ sunt propter Deum.

In opere im perfecto, homil. 54. super illud Matth. 23. Quicunq; iurauerit per templum.

Quid sit dicere, Per Deum iuro.

F Hic quæritur, quid sit dicere, Per Dum iuro: Hoc est, testem adhibere Deum. Iurauit enim Apostolus dicens, Testis est mihi Deus: acsi dixisset, Per Deum ita est. Vnde Augustꝰ. [Ridiculũ est putare hoc, si dicas, Per Deum, iuras: si dicas, Testis est mihi Deus, nõ iurat. Quid est enim Per Deum, nisi Testis est mihi Deus? dicant quid est, Testis est Deus, nisi Per Deum? Quid est aũt iurare, nisi ius Deo reddere, quãdo per Deum iuras, tu scilicet veritatis, & non falsitatis. Itẽ, [Licere dico charitati vestræ. Et qui per lapidẽ iurat, fãl sus periurus est,] quia nõ lapidem qui non audit, sed eius creatore adhibet testem. Hoc est ergo iurare per quamlibet creaturam, scilicet, creatorẽ eius testẽ adhibere. [Et si etiam quoddam genus iuramenti gra uissimum, quod fit per execrationẽ: vt cũ homo dicit, *Sic reddidi re Sic reddat mihi Deus, ita mihi illud faciat, illud patiar,*] [vel, illud contingat filiis

De uerbis Apost. serm. 28. non longè à prin. 10.

Ibidem, circa finem.

Sup psal. 71 circa illud, Si reddidi re

Ibid. circa

meis.] Secundum quem modum accipitur etiã interdum, cùm aliquis iurando dicit, Per salutem meã, vel per filios meos, & huiusmodi: obligat enim hoc Deo. Vnde Augustinus, [Cùm quis ait, Per salutem meã, salutem suam Deo obligat: cùm dicit, Per filios meos, oppignerat eos Deo, vt hoc eueniat in caput eorum, quod exit de ore ipsius: si verum, verum; si falsum, falsum.] Et sicut per hoc iurãs, aliquando hoc Deo obligat, ita per Deum iurãs, ipsum adhibet teste: In omni ergo iuratione aut Deus testis adhibetur, aut creatura Deo obligatur & oppigneratur: vt hoc sit iurare, s. Deum teste adhibere, vel duo aliquid oppignerare. Hoc est ergo iurare per quamlibet creaturam, scilicet creatorem eius testem adhibere.

In serm. 28. de verbis Apostoli. ante medium.

G *De illis qui iurant per falsos deos.*

Post hæc quæritur, vtrum fide eius vtendũ sit, qui per dæmonia vel idola iurauerit. De hoc Augustinus scribens ad Publicolã ait, [Te prius considerare volo, vtrum, si quispiam per deos falsos iurauerit, & fidem non seruauerit, nõ tibi videatur bis peccasse. Bis vtique peccauit: quia & iurauit per quos nõ debuit, & cõtra pollicitam fecit fidem quod non debuit. Ideoque qui utitur fide illius quem constat iurasse per Deos falsos, & vtitur non ad malum, sed ad bonum, non peccato illius se sociat, quo per dæmonia iurauit, sed bono pacto eius, quo fidẽ seruauit. Et sine dubitatione minus malũ est, per deos falsos iurare veraciter, quã per Deũ verũ fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sãctũ est, tãto magis est pœnale periurũ.]

Aug. ad Publicolam, epist. 154. in prine.

Quod iuramentum quo incautè iuratur, non est obseruandum, nec votum nec promissio inimicè facta.

H

Nunc superest videre, vtrùm omne iuramentũ implendum sit. Si enim quis aliquid iurauerit cõtra fidẽ & charitatem, quod obseruatum peiorem vergat in exitum, potius est mutandum quàm implendũ. Vnde Ambrosius, [Est cõtra officium non nunquã promissum soluere sacramentũ, vt Herodes fecit.] Item Isidorus, [In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto mutа decretũ. Quod incautè vouisti, ne facias: impia est promissio quæ scelere adimpletur.] Idem, [Non est obseruandum sacramentum, quo malum incautè promittitur: vt si quis adulteræ perpetuã fide cum ea permanendi polliceatur. Tolerabilius enim est non implere sacramentum, quàm permanere in stupro.] Item Beda, [Si quid nos incautius iurare cõtigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum, libere illud sãlubriori consilio mutandum nouerimus: ac magis instante necessitate peierandum esse nobis, quàm pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Denique iurauit Dauid per Deũ occidere Nabal virum stultum, sed ad primã intercessionẽ Abigail fœminæ prudetis remisit minas, reuocauit ensem in vaginam: nec aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit.] Item Augustinus, [Quia Dauid iuramentum per sanguinis effusionem non impleuit, maior pietas fuit. Iurauit Dauid temerè, sed non impleuit iuratione maiori pietate.] Ex his aliisque pluribus ostenditur, quædam iuramenta nõ esse seruanda: & qui sic iurat, vehementer peccat: cùm autem mutat benefacit. Qui verò non mutat, duplici ter peccat, & quia iniustè iurauit, & quia facit quod non debet.

Mar. 6. d 1. Reg. 15. b

In sermone quodam de decol. Ioan. qui est inter super excu sos 117.

I *Si est periurus, qui non facit quod incautè iurauit.*

Qui verò mutat, vtrùm periurus debeat dici, solet quæri. Beda suprà tale iuramentũ vocauit periurium. Ioãnes etiam Apocrisarius Orientaliũ sedium dixit, [Sermo patris nostri Sophronij significat, quòd melius est iurantem peierare, quàm seruare sacramentũ infractione sanctarum imaginum.] Sed periurium dicitur tale iuramentum nõ obseruatum: & peierare dicitur, qui non implet quod falsum iurauit: non quia inde reus sit q̃ non obseruat, sed quia iurauit iniustum: ex quo reus est, sicut ille qui peierat.

videcan. 22 q. 4. & 5. Lib. 1. Offic. cap. vlti. circa finem.

Mar. 6. d

Lib. 1. synony rorum, pa. regr. 27.

L. 2. de sũ. bono, ca. 31. Hom. 43. de decollatione Ioan. Bapt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

K *De eo qui verborum calliditate iurat.*

Isidor. li. 2. de sum. bon. cap. 31.

Hoc etiam sciendum est, [quòd quacunque arte verborū quis iurer, Deus tamen, qui cōscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autē reus sit, qui & nomen Dei in vanum assumit, & proximum dolo capit.]

L *De illo qui cogit aliquem iurare.*

Quæritur etiam, si peccat qui hominē iurare cogit.

De verbis Apost. serm. 28. nō longe a fine, to. 10

De hoc Augustinus ait, [Qui exigit iurationem, multùm interest si nesciat illum iraturum falsum, an sciat. Si enim nescit, & ideo dicit, Iura mihi, vt fides ei sit, nō est peccatū: tamen humana tentatio est. Si verò scit eum fecisse, & cogit eū iurare, homicida est.]

In Serm. de decol. Ioan. supra citato

Idem, [Qui prouocat hominem ad iurationē, & scit eū falsum iurare, vincit homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animam, imò duas animas, & eius quem iurare prouocauit, & suam.]

M *Ex concilio Aurelianensi.*

Sancta Synodus decreuit, nisi pro pace facienda, vt omnes fideles ieiuni ad sacramenta accedant.

DE SEXTO ET SEPTIMO PRAECEpto secundæ tabulæ.

A DISTINCT. XL.

EXTVM præceptum est, Non desiderabis vxorē proximi tui. SEPTIMVM EST, Non concupisces domum proximi tui, non seruum, non ancillam, &c. [Sed videtur præceptum de non concupiscendis rebus proximi, vnum esse cum eo quo dicitur, Non furaberis: & præceptum de non concupiscenda vxore, vnum esse cum eo quo dicitur, Nō mœchaberis. Poterat enim præceptū nō furādi in illa generalitate intelligi, vbi de non concupiscenda re proximi præcipitur: & in eo quod dictum

Aug. super Exodum. q. 71. tomo 4.

dictum est, Non mœchaberis, poterat illud intelligi, Non concupisces vxorē proximi tui. Sed in illis duobus præceptis non mœchandi, & non furandi, ipsa opera notata sunt, & prohibita: in his verò extremis ipsa concupiscentia: multū ergo differunt illa ab istis.]

Mat. 5. d

Vnde illi præcepto nō mœchandi, sit superadditio in Euangelio: vbi omnis concupiscētia mœchandi prohibetur. Sed cū hic prohibeatur concupiscētia alienæ vxoris & alienæ rei, quare dicitur lex cōprimere manū & nō animum, Euangelium verò & manū & animū? Illud de lege dicitur secundū cæremonialia, nō secundum moralia, vel quia in lege nondū est generalis prohibitio omnis mortiferæ cōcupiscentiæ, vt in Euāgelio: vel secundum eorum carnalem intelligentiam.

Quare lex comprimere dicatur non animum, sed manum.

N *Quid sit littera occidens.*

2. Cor. 3. b

Si verò quæritur quam dicat Apostolus literam occidentem: ea certè est decalogus: qui non dicitur littera occidēs eo q̄ mala sit lex, sed quia prohibēs peccatū auget concupiscentiam, & addit prœuaricatione nisi liberet gratia: quæ gratia nō sic abūdabat in lege vt in Euangelio. Lex ergo bona est: & tamen occidit sine gratia, cū sit virtus peccati. quæ iubet quod sine gratia impleri non potest. Gratia autē deerat: & ideo littera occidens erat. Distat autem Euangelij littera à legis littera quia diuersa sunt promissa: ibi terrena, hic cœlestia promittūtur. Diuersa etiam sacramenta: quia illa tantū significabāt, hæc cōferunt gratiā. Præcepta etiam diuersa, quantum ad cæremonialia. Nā quantū ad moralia, sunt eadem. sed plenius in Euāgelio continetur. Audistis decem chordas Psalterij vtrique sexui impositas: quæ charitate tangendæ sunt, vt vitium feræ occidantur.

Aug. de spiritu & lit. cap. 14.

De legis & Euangely dictis. Hantia. Aug. super Ps. 75. circa medium ex. posit. litt. Aug. li. 6. de 10. chordis, ca. 9. & 10.

FINIS LIBRI TERTII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PETRI LOMBARDI, EPISC. PARISIENSIS, SENTENTIARVM.

LIBER IIII.

DE SACRAMENTIS, ET SIGNIS SACRAMENTALIBVS.

A DISTINCT. I.

Lucæ 10.f

AMARITANVS enim vulnerato appropians, curationi eius sacramentorũ alligamenta adhibuit: quia cõtra originalis peccati & actualis vulnera sacramẽtorum remedia Deus instituit. De quib. quatuor primò considerandа occurrunt, Quid sit sacramentum, Quare institutum, In quibus constet, & conficiatur, Et quę sit distantia inter sacramenta veteris & nouæ legis.

B *Quid sit sacramentum.*

Aug. 10. li. de ciui. c. 5. Dam. 4. c. 1. Tim. 3. Augu. li. de sect. Chri. c. 2. cap. 1.

[Sacramentum est sacræ rei signum.] Dicitur tamen sacramentũ & sacrum secretum, sicut sacramentũ diuinitatis vel sacramentũ sit sacrũ signũ, & sacrũ signatum: sed nunc agitur de sacramento secundũ q̃ est signum. Item, Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. [Signum verò est res præter speciem quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciens in cogitationẽ venire. Signorũ verò alia sunt naturalia, ut fumus significans ignem: alia data.] Et eorũ quæ data sunt,

sunt, quædam sunt sacramenta, quædam non. Omne enim sacramentũ est signũ, sed non econuerso. Sacramentũ est rei similitudinem gerit, cuius signum est. [Si. n. sacramenta nõ haberent similitudinẽ rerũ, quarum sacramenta sunt, propriè sacramenta non dicerẽtur.] Sacramentũ n. propriè dicitur, quod ita signũ est gratię Dei, & inuisibilis gratiæ forma, vt ipsius imaginem gerat, & causa existat. Non ergo significandi tantũ gratia sacramenta instituta sunt, sed etiam sanctificandi. Quæ. n. significandi gratia tantùm instituta sunt, solũ signa sunt, & non sacramenta: sicut fuerunt sacrificia carnalia, & obseruantiæ cæremoniales veteris legis: quæ nunquã poterant iustos facere offerentes: quia, vt ait Apost. Sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis, non animæ. Nã inquinatio illa erat cõtractus mortui. Vnde Aug. [Nihil aliud intelligo inquinationẽ quam lex mundat, nisi cõtactum mortui hominis: quem qui tetigerat, immundus erat septẽ diebus: sed purificabatur secundũ legẽ die tertio & septimo: & ita mundus erat, vt iam intraret in templum.] Mundabant etiam interdum à corporali lepra illa legalia. Sed nunquam ex operibus legis aliquis iustificatus est, vt ait Apost. etiam si in fide & charitate fierent. Quare? quia imposuit ea Deus in seruitutem, non in iustificationem, & vt figura futuri essent: volens sibiipsi potius offerri ea, quam idolis. Illa ergo signa erant, sed tamen & sacramenta: licet tamen propriè in scripturis sæpe vocantur: quia signa erant rei sacræ, quam vtique non præstabant. Illa autem Apostolus opera legis dicit, quæ tantum significando gratia, vel in onus instituta sunt.

Non recipiuntur hæc Magistri sententia.

Heb. 9. d Leui. 16. c Num. 19. c Li. qui super Num. c. 33.

Leui. 13. 14

Rom. 3. c. d & 4. b. & Gal. 2. d

Act. 15. c

Omnes quod non: nec, ne que parces nostri poris

re potuimus Iungo de sacramẽ. li. 1. par. 9. ca. 3.

De causa institutionis Sacramentorum.

Triplici autem de causa sacramenta instituta sunt, propter humiliationẽ, eruditionẽ, exercitationem. Propter humiliationẽ quidem, vt dũ homo insensibilibus rebus, quæ natura infra ipsum sunt, ex præce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pto creatoris se reuerēdo subiicit, vt ex hac humilitatē & obedientia Deo magis placeat, & apud eum mercetur: cuius imperio salutem quærit in inferioribus se, etsi non ab illis, sed per illa à Deo. Propter eruditionē etiā institutæ sūt, vt per id quod foris in specie visibili cernitur, ad inuisibile virtutem, quę intus est, agnoscendam mens eruditur. Homo.n. qui ante peccatū sine medio Deū videbat, per peccatū adeo habuit, vt nequaquam diuina queat capere, nisi humanis exercitatus. Propter exercitationē similiter instituta sūt: quia cum homo otiosus esse non possit, proponitur ei vtilis & salubris exercitatio in sacramentis, qua vana & noxiam declinet occupationē. Non.n. facile capitur à tentatore, qui bono vacat exercitio. Vnde Hieron. monet, [Semper aliquid boni operis facito, vt te occupatum diabolus inueniat.]

Epist. ad Rusticū, de forma viuendi, tom. 1. in medio epist.

D *De Triplici genere exercitationis.*

Sunt autem exercitationū tres species: vna ad ædificationē animę pertinet, alia ad corporis fomentum, alia ad vtriusque subuersionē. Cū igitur absque sacramentis (quibus nō alligauit potentiam suā Deus) homini gratiam donare posset, prędictis de causis sacramenta instituit. Duo autem sunt in quibus sacramentum consistit, s. verba & res. Verba, vt inuocatio Trinitatis: Res, vt aqua, oleum, & huiusmodi.

Hugo de Sacr. li. 1. par. 9. cap. 3.

In omnib. cōfficiat sacramentum:

De differentia Sacramentorum veterum

E *& nouorum.*

Iam videre restat differentiam sacramentorum veterum & nouorum: vt sacramenta vocemus quæ antiquitus res sacras signabāt, vt sacrificia & oblationes, & huiusmodi. Eorum autem differentiā breuiter Augustinus assignat, dicens, [quia illa promittebant tantum, & significabant: hæc autem dant salutem.]

In expositione Psal. 73. tomo. 8.

F *De circumcisione.*

Fuit tamen inter illa sacramēta sacramentū quoddam, s. circumcisionis, idem conferens remedium contra peccatum, quod nunc baptismus. Vnde Aug. [Ex quo

quo instituta est circumcisio in populo Dei, quæ erat signaculum iustitiæ fidei, ad purgationem valde manifestam originalis peccati: sicut baptismus ex filio valde occulto hominis, ex quo institutus est.] Item Beda, [Idem sanare, & curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agit reuelatæ gratiæ tempore confitendo, excepto quod regni cœlestis ianuam nondum iustos aperire poterant, tamē in sinu Abrahæ post mortem, requie beata consolati, supernæ patriæ ingressum spe felici expectabant.] His apertè traditur, per circumcisionem, ex quo instituta fuit, remissionem peccati originalis & actualis paruulis & maioribus à Deo præstitam, sicut nūc per baptismum datur.

Li. 2. sup. ad Genes. ad lit. cap. 11. infra. Super illud Luc. 2. Postquā consummati sunt dies octo. Lucæ 16. f

De viris qui fuerunt ante circumcisionem, & de feminis quæ fecerunt ante & post.

G Quæritur etiam de viris qui fuerunt ante circuncisionem, & de fœminis quæ fuerunt ante & post, quod remedium contra peccatum habuerint. Quidam dicūt sacrificia & oblationes eis valuisse ad remissionē peccati, sed melius est dicere, illos qui de Abrahā prodierant, per circumcisionem iustificatos: mulieres verò per fidem & operationē bonā, vel suā, si adultæ erant, vel parentū, si paruulæ. Eos verò qui fuerunt ante circumcisionem, paruulos in fide parentum, patentes verò per virtutem sacrificiorum, s. quam intelligebant spiritualiter in illis sacrificiis, iustificatos. Vnde Gregorius, [Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his qui ex Abrahæ lumbo prodierunt, misterium circumcisionis.]

Li. 4. Moralium, c. 2. circa illud Iob 3. Nisi eum dormientem.

H *De impositione & causa remissionis.*

Hic dicendū est, in quo instituta fuerit circuncisio, & quare, & cur mutata per baptismum. Abraham primus mādatū circūcisionis habuit, ad probationē obedientiæ: nec ei soli præcepta fuit circuncisio, sed & femini

Gene. 17. b Iosue 5. a

Glos. ordin. ad illud Rom. 4. Et signum accepit.

mini eius, id est omnibus Hebræis: quæ fiebat secundum legem octauo die lapideo cultro in carne præputij. Data autem fuit circuncisio pluribus de causis, scilicet vt per obedientiam mandati Abraham placeret Deo, cui per præuaricationem Adam displicuerat. Data etiam fuit in signum magnæ fidei Abrahæ, qui credidit se habiturum filium in quo fieret benedictio omnium. Deinde, vt hoc signo à cæteris nationibus discerneretur populus ille. In carne vero præputij ideo iussa est fieri circuncisio, quia in remedium instituta est originalis peccati, quod à parentibus trahimur per concupiscentiam, quæ in parte illa magis dominatur: & quia in parte illa culpam inobedientiæ primus homo sensit, decuit vt ibi signum obedientiæ acciperet.

Genes. 3. b.

1 *Quare die octauo, & petrino culro.*

Gen. 17. b. & 21. a Leuit. 12. a Ios. 5. a. Et habetur 25. q. 1. parag. His ita.

Fiebat autem octaua die, & petrino cultro: quia & in resurrectione communi octaua die, ætate futura, per petram Christum omnis ab electis abscinderetur corruptio: & per Christi resurrectionem octaua die sancta, circunciditur à peccatis anima cuiusque in eum credentis. Duæ ergo res sunt illius sacramenti.

K *Quare in Baptismum mutata sit Circuncisio.*

Aug. li. 2. de peccato originali. Magister hic non est audiendus. Psal. 22.

Ideo autem mutata est circuncisio per baptismum, quia sacramentum baptismi communius est & perfectius: quia pleniori gratia acumulatum. Ibi enim peccata solum dimittebantur: sed nec gratia ab bene operandum adiutrix, nec virtutum possessio vel augmentum ibi præstabatur, vt in baptismo: vbi non tantum modo abolentur peccata, sed etiam gratia adiutrix confertur, & virtutes augentur. Vnde aqua refectionis dicitur: quia aridos fœcundat, & iam fructificantes ampliori vbertate donat. Quia quantumcunque per fidem & charitatem antè habitam aliquis iustus ad baptismum accedit, vberiorem ibi recipit gratiam: sed non ita in circuncisione. Vnde Abrahæ per fidem iam

tum iustificato signaculum tantum fuit: nihil ei in- *Rom. 4. b*
tus contulit.

1 *De paruulis defunctis ante diem octauum.*

Si vero quæritur de paruulis qui ante diem octauũ moriebantur, ante quem non fiebat circuncisio ex legis, vtrum saluarentur, vel non: Idem potest responderi quod sentitur de paruulis ante baptismum defunctis: quos perire constat. Vnde Beda, [Qui nunc per Euangelium suum terribiliter & salubriter clamat, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei; ipse dudum clamabat per suam legem, Masculus cuius præputij caro circũcisa non fuerit, anima illa peribit de populo suo: quia pactum meum irritum fecit.] Forte tamen sub lege, propter imminentem necessitatem mortis, ante octauum diem circumcidebant sine peccato filios: sicut modo fit in ecclesia de baptismo.

Non recipitur hæc Magistri sententia. Super 2. cap. Lucæ, circæ illud, Postquam consum. sunt dies. Ioan. 3. a Gene. 17. b

DE SACRAMENTIS NOVAE LEGIS.

DISTINCT. II.

IAM ad sacramenta nouæ legis accedamus, quæ sunt, Baptismus, Confirmatio, Panis benedictionis, id est Eucharistia, Pœnitentia, Vnctio extrema, Ordo, Coniugium. Quorum alia remedium contra peccatum præbent, & gratiam adiutricem conferunt, vt Baptismus: alia in remedium tantum sunt, vt Coniugium: alia gratia & remedio non fuit sunt, ut Eucharistia & Ordo.

Nec hic recte sentit Magister.

1 *Quare mox post hominis casum non fuerint instituta.*

Si vero quæritur, quare non fuerint hæc sacramenta mox post hominis lapsum, cùm in his sit salus: dicimus non ante aduentum Christi, quia gratiam attulit, gratiæ sacramenta fuisse danda: nec ipsius morte & passione virtutẽ sortita sunt.

Hugo li. 1. parte 8. c. 3.

Christus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus autem uenire noluit, antequam homo de lege naturali & scripta conuinceretur, quòd neutra iuuare posset.

C *Quod sacramentum Coniugij fuit ante peccatum.*

Idem ibidē, cap. 13. Gen. 2.d

Fuit tamen cōiugium ante peccatum institutum non vtique propter remedium, sed ad sacramentum & ad officium: post peccatum verò fuit ad remedium contra carnalis concupiscentiæ corruptelam: de quo suo loco tractabimus.

D *De baptismo.*

De baptismo Ioannis.

Nunc verò de Baptismi sacramento videamus: quid inter nouæ gratiæ sacramenta primum est. Baptisma Christi Ioannes suo baptismo prænunciauit: qui primus baptizasse legitur, sed in aqua, non in spiritu. Sicut ipse ait, Ego baptizo vos in aqua, id est in pœnitentiā. Sola.n. corpora abluebat à peccatis, vera non mundabat. Baptismus Ioannis erat in pœnitentiam, non in remissione: baptismus verò Christi in remissionem.

Matth. 3.c De differentia baptis. Ioan. & Chri. Actū 19.a Ioan. 1.d Matth. 3.b Marci 1.c Lucæ 3.b

Quia Ioānes baptizans homines, ad pœnitentiā vocabat: & quos baptizabat, pœnitere docebat: secundū illud, Veniebant ad Ioannē in Iordanē, confitentes peccata sua. Sed in baptismo Ioannis non dabatur peccatorum remissio: quæ data est in Christi baptismo.

Quare dictus sit baptismus Ioannis.

E *Quid utilitatis habuerit baptismus Ioannis.*

Matt. 21.c

Ad quid ergo vtilis erat baptismus Ioannis? Quia homines vsu baptizādi præparabat ad baptismū Christi. Sed quæritur, Quare dictus est baptismus Ioannis? sicut Veritas dicit, Baptismus Ioannis unde erat? Quia ibi Ioannis operatio uisibilis tantùm erat exterius: inuisibilis, nō inuisibilis gratia Dei interius operātis. Sed tamen & illa Ioannis operatio à Deo erat, & baptizatur ille à Deo erat, non ab homine: sed hominis dictus est, quia nihil ibi gerebatur quod non ageret homo. Si verò quæritur an sacramentum fuerit: satis posse concedi ex eo sensu, quo legalia signa dicuntur sacramenta. Significabat.n. baptismus Ioannis rem futuram,

cram, scilicet baptismum Christi: qui non tantùm est pœnitentiæ, sed & remissionis peccatorum.

F *De forma baptismi Ioannis, & de baptizatis ab eo.*

Actu 19.a

Hic cōsiderandum est, si baptizati à Ioanne iterū baptizati sunt baptismo Christi, & qua forma verborum? Sua sit Ioannes. Illi qui baptizati sunt à Ioāne, nesciebant spiritum sanctum esse, ac spem ponētes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi. Baptismus autem Ioannis in nomine venturi fuerat dictum. Vnde Hieronymus super Ioelem, [Qui dicit se in Christum credere, & non credit in spiritum sanctum, nondum habet claros oculos. Vnde baptizati à Ioanne in nomine venturi, id est domini Iesu, quia dicebatur. Sed neq; si spiritus sanctus est audiuimus, iterum baptizabantur, imò verum baptisma accipiebant. Illi verò qui spem non potuerunt in baptismo Ioannis, & patrem & filium & spiritum sanctum credebant, non post baptizati fuerunt, sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta, spiritum tanquam acceperunt. Alij verò qui non ita credebant, baptizati sunt baptismo Christi, ut prædictum est. Vnde Hieronymus, [Qui spiritum sanctū nesciebant cùm baptismum à Ioanne acceperunt, iterum baptizati sunt baptismo Christi, vt prædictum est: ne quis ex Iudæo vel gentibus putaret aquam sine spiritu sancto ad salutem posse sufficere. De hoc etiam Ambrosius in 1. libro de spiritu sancto, [Quidam negauerunt se esse spiritum sanctum, cùm baptizatos se dicerent baptismo Ioannis, qui in aduenientis Iesu, non in suo nomine baptizauit nomine.] Isti ergo quia nec in Christi nomine, nec cum fide spiritus sancti baptizati fuerant, non potuerunt accipere baptismi sacramentum: baptizati sunt ergo in nomine Christi: nec iterum est ibi baptisma, sed innouatum.

Ad 2 ca. in fine, tom. 6.

Errōnea Magist. opinio.

Actu. 9. c In epistō. ad Oceanum, de unius uxoris utro, post medium, to. 2. Actu 19. a.

Ca. 3. in principio, to. 2.

QVID

Universidad de Deusto
Biblioteca

A DISTINCT. III.

POST hæc videndum est quid sit Baptismus, & quæ sit forma, & quando institutus, & causa institutionis. Baptismus dicitur intinctio, id est ablutio corporis exterior, facta sub forma verborum præscripta. Si enim ablutio fiat sine verbo, non est ibi sacramentum: sed accedente uerbo ad elementum, fit sacramentum: non quia ipsum elementum fit sacramentum, sed ablutio facta in elemento. Vnde Augustinus. [Verbo baptisma cõsecratur: detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Vnde est hæc tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud est uirtus intus manens.] In duobus ergo consistit sacramentum baptismi, scilicet in verbo, & elementio. Ergo etsi alia desint quæ ad decorem sacramenti instituta sunt, non ideo minus est verum sacramentum & sanctum, si uerbum sit ibi & elementum. Nam & in hoc sacramento & in alijs quæ dam solent fieri ad decorem & honestatem sacramẽti quæ dã ad substantiam & causam sacramẽti pertinentia. De substantia huius sacramenti sunt verbum & elementum: cætera ad solennitatem eius pertinent.

Super Ioannem, tract. 80. num. 9. Et serm. de Embolismo, cap. 3. nu. 9.

B *De forma baptismi.*

Sed quod est illud verbum, quo accedente ad elementum, fit sacramentum? Veritas te docet, quæ huius sacramenti formam tradens ait discipulis, Ite, docete omnes gẽtes, baptizãtes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Inuocatio igitur Trinitatis verbum dicitur quo baptisma consecratur: & hæc est forma uerborum sub qua traditur baptismus. Vnde Bonifacio

Matt. vlt. d

Bonifacio Episcopo Zacharias Papa ait, [Firmissimè præceptum est in synodo Anglorum, vt quicunque sine inuocatione Trinitatis mersus fuisset, q̃ sacramẽtum regenerationis non haberet. Quod omnino verum est: quia si mersus in fontem baptismi cuius fuerit sine inuocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine patris, & filij, & spiritus sancti fuerit baptizatus.] Legitur tamen in Actibus Apostolorum, Apostolos baptizasse in nomine Christi: sed in hoc nomine, vt exponit Amb. Tota trinitas intelligitur. Intelligitur enim cùm Christum dicis, & pater a quo unctus est, & ipse qui unctus est, & spiritus sanctus per quem unctus est. Vnde Nicolaus Papa ad cõsulta Bulgarorum, [A quodam Iudæo multos baptizatos asseritis: & quid inde agendum sit consulitis. Hi profectò si in nomine sanctæ Trinitatis, vel in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt: vnum .n. idemque est, vt exponit Ambrosius:]

De consec. dist. 4. ca. In synodo.

Actu. 2. & 8. & 10 & 19. a

Lib. 1. de spiritu sancto, cap. 3.

De consec. dist. 4. ca. A quo dam.

† *Gratianus sic habet, legimus, baptizati sunt, (nulli enim idem q̃ est, nos exponit Amb. ita baptizari non debent. Li. 1. de spiritu sancto, cap. 3. in. 2.*

C *Si in nomine Patris tantùm uel spiritus sancti possit tradi baptismus.*

Hicquæritur, an baptismus esset uerus, si diceretur in nomine patris tantùm, vel spiritus sancti tantùm: vt cum dicitur in nomine Christi. Amb. videtur dicere, quòd si fide mysterium Trinitatis teneatur, & vna persona tantùm nominetur, plenum esse sacramẽtum: & econuerso si tres nominetur, & non rectè de aliquo illorum sentiatur, uacuum fieri misterium trinitatis. Aut enim sic, [Vbi non est plenum baptismi sacramentum, nec principium, nec species aliqua baptismi æstimatur. Plenum autem est, si patrem, & filium, & spiritum sanctum fatearis. Si unum neges, totum subrues: & sicut si unum in sermone comprehendas, uel patrem, uel filium, uel spiritum sanctum, si de autem nec patrem, nec filium, nec spiritum sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum: ita & licet patrem, & filium, & spiritum sanctum dicas, &

patrũ,

pâtris,vel filii, vel spiritus sancti minus potestatem vacuum est omne mysterium.][Cum enim dicitur in nomine Christi, per virtutem nominis impletum est mysterium: nec à Christi baptismate spiritus separatur:quia Christus baptizauit in spiritu.]

Ibidem, paulo post. Ioan. 1.c Actuũ 1.a

D *Quæstio Ambrosij.*

[Nunc consideremus, vtrùm sicut in Christi nomine legimus baptismi plenum esse sacramentum, ita etiam spiritu sancto tantùm nuncupato nihil desit ad mysterii plenitudinẽ. Rationem sequamur: qui vnũ dixerit, trinitatem signauit. Si Christum dicas, & patrem à quo vnctus est filius, & ipsum qui unctus est, scilicet filium, & spiritum sanctum quo vnctus est, designasti. Scriptum est enim, hunc esse Iesum à Nazareth, quem unxit Deus spiritu sancto. Et si patrem dicas, filium eius, & spiritum oris eius pariter indicas: si tamen id etiam corde cõprehendas. Et si spiritum sanctum dicas, & Deum patrem à quo procedit, & filium eius cuius est spiritus, nuncupasti. Vnde vt ratio compuletur autoritas, Dominus dicit, Vos autem baptizabimini in spiritu sancto: ex quo indicat nec recte posse baptizari in spiritu sancto.]

Ambr. li. 1. de spiritu sancto ca. 3. Solutio. Actu 10. f Psal. 3. Actu 1.a Matth. 3.c Marci 1.b

Perstringit præmissorum intelligentiam cum determinatione cuiusdam dicti.

E

Ex his apertè intellexisti, in nomine Christi verò baptisma tradi: vnde nihilominus insinuari videtur, verum baptisma dari posse in nomine patris tantùm vel spiritus sancti tantùm: si tamen ille qui baptizat, fidem Trinitatis teneat: quæ Trinitas in quolibet horum nominum intelligitur. Si autem aliquis perversè credens, & errorem inducere intendens, vnum de tribus tãtùm nuncupet, no impleuit mysteriũ. Quod verò ait, nominaris tribus vacuũ esse mysterii, si baptizans minuat potestatẽ patris, vel filii, vel spiritus sancti. i. si malè sentiat de potetia alicuius horũ, nõ credẽs vnam potentiam trium: intelligendum est hoc super eum qui non intendit nec credit baptizare: qui non tantum

Erronea magistri sententia.

tantùm caret fide, sed etiam intentione baptizandi non habet. Qui ergo baptizat in nomine Christi, baptizat in nomine Trinitatis, quæ ibi intelligitur. Tutius est tamen tres psonas ibi nominare, vt dicatur in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: nõ in nominibus, sed in nomine, id est in inuocatione, vel in cõfessione patris, & filij, & spiritus sancti. [Inuocatur enim ibi tota Trinitas, vt inuisibiliter ibi operetur per se, sicut extrà visibiliter per ministerium.] Si autem dicatur in nominibus, non est ibi sacramentum: quia nõ seruatur forma baptismi.

Amb. li. 1. de spiritu sancto. c. 5.

F

De institutione Baptismi.

De institutione baptismi, quando cœperit, variæ sunt æstimationes. Alij dicunt tunc esse institutum, cùm Nicodemo Christus ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Alij dicunt institutionẽ baptismi factam, cùm Apostolis dixit, Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Sed hoc dixit eis post resurrectionem, præcipiens eis de vocatione gentium: quos ante passionẽ binos miserat ad prædicandum in Iudæa, & ad baptizandum, dicens. In viam gentium ne abieritis. Iam ergo institutus erat baptismus: quia baptizabant tamen & prædicabant.

Ioan. 3. a Matt. ult. d Luc. 10. a & 9 Matt. 10. a & b

G

De forma in qua baptizauerũt Apostoli ante passionẽ Xpi.

Si verò quæritur in qua forma tunc baptizauerunt Apostoli: sanè dici potest, in nomine Trinitatis, scilicet in ea forma in qua baptizauerunt postea gentes: quæ ante passionẽ potest intelligi fuisse tradita, licet non sic scriptum. Non ergo tunc illam formam prius Christus tradidit, cùm ad euangelizandum gentibus misit: sed quam antè tradiderat, mittens eos in Iudæa post iterauit cùm ad gentes misit, Commodius ergo dicitur institutio facta, quando Christus à Ioanne baptizatus est in Iordane: quod dispensauit, non quia mundari voluit, cùm sine peccato fuerit, sed quia eo tactu mundæ carnis sue vim regenerativam contulit

Matt. ult. d Matth. 3 d & 10. a De cõs. d. 4. Nunquam aqua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aug. ser. 2. dominicæ in ora octaua Epiphaniæ.

aquis: vt qui postea immergeretur, inuocato nomine Trinitatis, à peccatis purgaretur. Tunc ergo institutus est baptismus Christi in quo Trinitas, cuius mysterium ibi innotuit, interius hominem baptizat.

H *Quare in aqua tantùm fiat.*

Ioan. 3. a Ambr. circa illud Roma. 6. Ita et nos in nouitate uitæ;

Celebratur autem hoc sacramentum tantùm in aqua, non in alio liquore, vt ait Christus, Nisi quis renatus, &c. [Ideoque vniformiter id fieri in aqua præcipitur, vt intelligatur, quòd sicut aqua sordes corporis ac vestis abluit, ita baptismus maculas animæ fordesque vitiorum emundãdo absterget.] Vel ideo, vt nullum inopia excusaret: quod posset fieri, si in vino vel oleo fieret: & vt communis materia baptizandi inueniretur apud omnes: quod aqua significauit quæ de latere Christi manauit, sicut sanguis alterius sacramenti signũ fuit. Non ergo in alio liquore potest consecrari baptismus nisi in aqua.

Ioan. 19. f

I *De immersione, quoties fieri debeat.*

Leandro Episcopo, epistola. 41. lib. 1. requisiti: & habetur de cõs. dist. 4. de trina immersione.

De immersione verò si quæritur, quomodo fieri debeat, præcisè respondemus, Vel semel, vel ter, ꝓ vario more ecclesiæ. Vnde Greg. [De trina immersione baptismi nil verius responderi potest, cuã quod vos ipsi sensistis: quia in vna fide nihil officit ecclesiæ sanctæ cõsuetudo diuersa. Quia enim in tribus subsistentijs vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismo ter vel semel immergere: quia & in tribus mersionibus personarum trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Nos verò qui tertiò immergimus, etiam triduanæ sepulturæ sacramentum signamus.] Secundum hoc licere non modò ter, sed etiam semel tantùm immergere. Ibi tamen duntaxat semel licet, vbi consuetudo ecclesiæ talis existit. Si quis verò id facere incipiat vbi consuetudo talis non est, vt semel tantùm mergendum asserat, reprehẽsibilem se cõstituit. Vnde Haymo. [In suo sensu abundabat Cyprianus, cũ semel mergebat in baptismo paruulos: qui quod intelligebat, studiosè im-

Super illud ad Rom. 14.

plebat bonis operibus abundando: licet in hoc nescius delinqueret: sed quia bonis operibus abundabat, postea correptus à Deo abundauit altiori sensu, ter illos mergendo.] Ecce habemus quia deliquit q semel mersit. Sed hoc ideo, quia aliter se habebat consuetudo illius ecclesiæ, vel quia vnam tantùm faciendam mersionẽ asserebat. De trina mersione Aug. ait, [Post quã nos credere promisimus, tertiò capita nostra in sacro fonte demersimus: qui ordo baptizandi duplici mysterij significatione celebratur. Rectè n. tertiò immersi estis, qui accepistis baptismũ in nomine Trinitatis. Rectè tertiò immersi: quia accepistis baptismũ in nomine Christi, qui die tertia resurrexit à mortuis. Illa enim tertiò repetita immersio typum dominicæ ex primit sepulturæ.] Constat ergo baptizandos tertiò debere immergi: & tamen si semel tantùm immergãtur, verũ baptisma accipiunt. Et qui semel immergit tantùm, nõ peccat, nisi consuetudo ecclesiæ obsistat, vel hoc modo tantùm debere fieri asserat.

Vnusquisq; in sensu suo abundet.

Habetur de cõ. dist. 4. ubi sic legitur, Postquã nos credẽr promisi, tertiò capita nostra in fonte demersimus, &c.

Rom. 6. a

K *Quando Circumcisio amisit uim suam.*

Solet etiam quæri, si circumcisio amisit statim vim suam ab institutione baptismi. Ad quod dicimus, in Christi morte terminata esse legalia omnia. Ex tunc ergo circumcisio perdidit vim suam, ita quòd postea nõ profecit, sed potius obfuit obseruatoribus suis. Sed vsque ad obiationem veræ hostiæ potuit prodesse. Si enim ante passionem legalia finem habuisse, nõ ea imminente vetus pascha cum discipulis manducasset.

Ioan. 19. f vbi dicit, cõsummatũ est. Matt. 26. b Luc. 22. a Marc. 14. b Ioan. 13. b

L *De causa institutionis baptismi.*

Causa verò institutionis baptismi, est innouatio mentis, vt homo qui per peccatum vetus fuerat, per gratiam baptismi renouetur: quod fit depositione vitiorum, & collatione virtutum. Sic enim fit quisque nouus homo, cùm abolitis peccatis ornatur virtutibus. Abolitio peccatorum pellit fœditatem: appositio virtutum affert decorem: & hæc est res huius sacramenti, scilicet interior munditia.

An baptismus aperuit cœlum: quod non aperuit Circuncisio.

M Si quæritur, vtrùm baptismus aperuit cœlum, quod non aperuit circuncisio: dicimus quia nec baptismus, nec circuncisio regni nobis aditum aperuit, sed hostia Saluatoris: quæ si tempore circuncisionis oblata fuisset, illius temporis homines in regnum intrassent. Res ergo huius sacramenti iustificatio est.

QVOD ALIIS SVSCIPIVNT SACRAmentum & rem, alij sacramentum & non rem, alij rem & non sacramentum.

A DISTINCT. IIII.

HIc dicendum est, aliquos suscipere sacramentum, & rē sacramenti, aliquos sacramentum & nō rem aliquos rem & non sacramentum. Sacramentum & rem simul suscipiunt omnes paruuli, qui in baptismo ab originali mundantur peccato: quāuis quidā diffiteantur illis qui pe rituri sunt paruulis in baptismo dimitti peccata, innitentes illi verbo Aug. [Sacramenta in solis electis effi- *Li.2 de bap. par.cap.27.*
ciunt quod figurant: [non intelligentes illud ita esse accipiendum, quia cùm in aliis efficiant sacramenta remissionem, non hoc eis faciūt ad salutem, sed solis electis. Nam ꝙ omnibus paruulis in baptismo remittatur peccatum per baptismum, Aug. euidenter dicit. [A paruulo, inquit, recenter nato vsque ad decrepitū senem, sicut nullus prohibetur à baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo: sed paruulis tātùm originali, maiores verò etiam omnibus quę malè viuendo addiderunt ad illud, quod nascendo traxerunt, nisi enormitas vitę impediat,] id est, fictio. Adulti verò qui cum fide baptizantur, sacrāmentum & rem suscipiunt. *In Ench.ca. 43. Et habetur de conse. dis.4. A paruulo.*

De

B *De fictè accedentibus.*

Qui verò sine fide vel fictè accedunt, sacramentū, *Ad illud* 16
non rem suscipiūt. Vnde Hiero. [Sunt lauacra genti *cap. Ezechi.*
lium, hæreticorum: sed non lauant ad salutem. In ec *In aqua nō*
clesia etiam qui nō plena fide accipiunt baptisma, nō *est loca, Et*
spiritum, sed aquam suscipiunt.] Aug. etiam ait, [In- *citatur 1 gl.*
dæis omnibus communia erant sacramenta: sed non *ibidem.*
communis omnibus erat gratia, quæ est virtus sacra- *In psal. 77.*
mentorū: ita & nūc communis est baptismus omni- *in principio.*
bus baptizatis, sed nō virtus baptismi, id est ipsa gra- *Aug. lib. de*
tia.] Item, [Omnis qui iam suę volūtatis arbiter con- *pœnitentia*
stitutus est, cùm accedit ad sacramentum fidelium, *medicina, c.*
nisi pœniteat eum veteris vitæ, nouam non potest *2. tom. 9. Et*
inchoare. Ab hac pœnitentia, cum baptizantur, soli *citatur de eō*
paruuli immunes sunt.] His aliisque testimoniis *se. dist 4. ca.*
apertè ostenditur, adultis sine fide & pœnitentia ve- *Omnis qui.*
ra in baptismo non conferri gratiam remissionis: quia nec paruulis sine fide aliena, qui propriam habere nequeunt, datur in baptismo remissio. Si ergo fictè accedit, nō habens veram cordis cōtritionē, *Lib. 1. de hæ*
sacramētū sine re accipit. Videtur tamē Aug. dicere *pis. contra*
quòd etiam fictè accedenti, qui etiā habet odiū frater *Donat. cap.*
num, in ipso momento quo baptizatur, omnia cōdonē *12. to. 7.*
tur peccata, & post baptismum mox redeāt. Sed non *De cons. dist.*
hoc asserēdo dicit, imò hāc opinionē & omissā sniam *4. cap. Quo*
cōferēdo. Ait enim sic, [His q ficto corde baptizātur, *deus, in fine.*
aut peccata nullatenus dimittūtur: qa spiritus sanctus *Sap. 1. e*
disciplinę effugiet fictum: aut in ipso tēporis puncto p
vim sacramenti dimissa, iterū per fictionem replican
tur: vt etiā illud verū sit, Quotquot in Christo baptizati estis, &c. & illud, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum: vt induat eum Christum sanctitas baptis- *Matt. 18. d*
mi, & exuat eum Christū pernicies fictionis. Nā redi
te dimissa peccata vbi fraterna charitas nō est, aperte
Dominus docet in illo seruo, à quo dominus dimissū *Ibidem, para*
debitum petit, quia ille conseruo dimittere noluit. *lo post.*
Sic, nō impeditur baptismi gratia, quò minus omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccata dimittantur, etiã si fraternum odium in eius cui dimittuntur animo perseuerat. Soluitur.n. hesternus dies, & quicquid supereſt, & soluitur etiã ipsa hora momentumque ante baptismum & in baptismo. Deinceps autem continuò reus incipit esse non solũ consequentium, sed etiã præteritorum dicrum, horarum, momentorum, redeuntibus omnibus quę dimissa sunt.] Hoc aũt, vt prædiximus, non sub assertione dixit: quod ostenditur ex eo quod ait in eodem lib. sic, [Si ad baptismum fictus accedit, dimissa sunt ei peccata, aut non sunt dimissa: eligant quod voluerint.] Ecce apertè cernis, si tamen attendis, id dixisse Aug. non asserendo, sed quærendo, & aliorum opinionem referendo. Idem enim ait, [Tunc valere incipit ad salutẽ baptismus, cùm illa fictio veracì confessione recessit, quæ corde in malitia perseuerante, peccatorũ ablationem non sinebat fieri.] Non ergo fictè accedenti peccata dimittuntur.

In initio capitis 12. De cõse. dist. 4. c. Ostendi tur illos. circa mediũ. Ibidẽ, & de cõs. dist. 4. c. Tunc valere.

Quomodo intelligatur illud, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Quæritur ergo, quomodo illud accipiatur, Quotquot in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Põt dici, quòd qui in Christo, id est in Christi conformitate baptizantur, scilicet vt moriãtur vetustati peccati, sicut Christus vetustati pœnæ; induunt Christum, quem per gratiam inhabitantem habent. Potest & aliter soluì: duobus enim modis Christum induere dicimur, vel assumptione sacramenti, vel rei perceptione. Vnde Augu. [Induunt homines Christũ aliquando vsque ad sacramenti perceptionem, aliquãdo vsq; ad vitę sanctificationem, atque illud primũ bonis & malis põt esse cõe: hoc aũt est proprium bonorum & piorum.] Omnes ergo qui in Christi nomine baptizantur, Christum induunt, vel secundũ sacramenti perceptionem, vel secundum vitæ sanctificationem.

Galat. 3. d. Rom. 6. a Ephe. 4. e. Lib. 5. de baptismo, cõtra Donatistas, c. 24. tom. 7.

De illis qui suscipiunt rem & non sacramentum.

Sunt & alij, vt suprà posuimus, qui suscipiunt rem non

non sacramentum. Qui enim effundunt sanguinem pro nomine Iesu, etsi non sacramentum, rem tamen accipiunt. Vnde Aug. [Quicunque non percepto regenerationis lauacro pro confessione Christi moriũtur, tantũ eis valet ad dimittenda peccata, quantũ si ablnerentur sacro fonte baptismi.] Audistis & passio Christi nomine suscepta, supplet vicẽ baptismi. Nec tantũ passio vicem baptismi implet, sed et fides & cõtritio, vbi necessitas excludit sacramentũ: sicut apertè docet Augustinus dicens, [Baptismi vicem aliquando impletę passionem, de latrone illo cui non baptizato dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, beatus Cyprianus nõ leue documentum assumit. Quod etiam atque etiam ego considerans, inuenio, non tantũ passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat, posse supplere, sed etiam fidem conuersionemq; cordis, si forte ad celebrandũ mysterium baptismi in angustijs temporũ succurri non põt. Neque.n. ille latro pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit passus est, sed dũ patitur credidit. Quantum ergo valeat, etiã sine visibilis baptismi sacramento, quod Apostolus ait, Corde creditur ad iustitiam, ore aũt cõfessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur inuisibiliter, cùm mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit.] Et baptismus quidem põt esse vbi cõuersio cordis defuerit: conuersio aũt cordis potest quidem inesse non percepto baptismo sed contempto baptismo non põt: nec vllo modo dicenda est conuersio cordis ad deũ, cùm dei sacramentum contemnitur.] Ecce hic habes, non solum passionem, sed etiam fidem & cõtritionem cõferre remissionem, vbi nõ contemnitur sacramentũ: vt in latrone illo ostenditur, qui non per passionem, sed per fidem saluatus est sine baptismo. Sed dicunt quidam hoc retractasse Augustinũ. Retractauit quidem exemplum, sed non sententiam. Ait enim, [In

Rom. 10. b. Aug. ibidẽ, cap. 25. Lib. 2. Retra. c. 18.

ca. 22. contra Donat. Lib. de obitu Valentiniani paulo ante medium, to. 3. Hier. 4. c

quarto libro de baptismo, cùm diceremus vicem baptismi posse habere passionem, non satis idoneum posui illius latronis exemplum: quia vtrum non fuerit baptizatus, incertum est.] Constat ergo, sine baptismo aliquos iustificari & saluari. Vnde Amb. de Valentiniano, [Ventrem meũ doleo, vt propherico vtar eloquio: quia quem regeneraturus eram, amisi: verũtamen gratiam quam ille proposcit, non amisit.]

E *Quæ uidentur obuiare prædictis.*

Ioan. 3. a

His aũt videtur obuiare quod Dominus dicit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non põt introire regnum cœlorum: quod si generaliter verum est, non videntur esse vera superius posita. [Sed illud intelligendũ est de illis qui possunt & cõtemnunt baptizari. Vel ita intelligendũ est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, id est ex ea regeneratione quæ fit per aquam & spiritum sanctũ, nõ saluabitur. Illa aũt regeneratio fit non tantùm per baptismum, sed etiam per pœnitentiam & sanguinem.] Vnde auctoritas dicit, [ideo Apostolum pluraliter dixisse fundamẽtum baptismatum, quia est baptismus in aqua, in sanguine, in pœnitentia.] Hoc aũt non ideo dicit, qp sacramentum baptismi fiat nũ nisi in aqua, sed qa ipsius virtus, i. sanctificatio, datur non modo p aquã, sed per sanguinem vel pœnitentiã interius. Ratio etiã id suadet: si enim non valentibus credere paruulis sufficit baptismus, multò magis sufficit fides adultis volentibus, sed non valentibus baptizari. Vnde Augustinus, [Quæritur quid sit maius, fides, an aqua: non dubito quin respondeam, fides. Si ergo quod minus est, sanctificare põt, nonne quod maius est, i. fides? de qua Christus ait, Qui crediderit in me, etiã si mortuus fuerit, viuet. Sed dicunt aliqui, nullũ adultũ in Christũ credere vel charitatẽ habere sine baptismo, nisi sanguinẽ fundat pro Domino, subdũa introducentes testimonia. Aug. ait, [Ex illo tempore quo Saluator dixit, Nisi quis

Bernar. ep. 77. quæ est ad Hug.

Glo. sup epist. ad Heb. 6. a

De unico baptismo. Et Hugo. lib. 1. parte 9. c. 4.

Ioan. 11. c

Lib. de fide ad Petrum, capite 3.

si quis renatus fuerit, &c. absq; sacramento baptismi, præter eos qui in ecclesia sanguinem fundunt, aliquis vitam æternam accipere nõ põt.] Item, [Nullum catechumenum, quãuis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, excepto martyrio: vbi tota sacramenta baptismi cõplentur.] Item, [Baptizatus tantùm iter salutis esse credimus.] Sed quod in his minus dixit, in aliis capitulis suprapositis supplet. Et ideo hæc sic intelligenda sunt, vt soli habentes tempus baptizandi excipiantur: si.n. aliquis habens fidem & charitatem voluerit baptizari, & non valet necessitate præuentus, supplet omnipotentis benignitas quod sacramẽto defuerat. Dum.n. soluere potest, nisi soluat, tenetur: sed cùm iam non potest, & tamẽ vult, non imputat ei Deus: qui suam potentiã sacramentis non alligauit. Quod verò inuisibilis sanctificatio sine visibili sacramento quibusdam insit, aperte Aug. tradit super Leuit. dicẽs, [inuisibilem sanctificationẽ qui busdã adfuisse & profuisse sine visibilibus sacramẽtis: visibilem verò sanctificationem, quæ sit sacramento visibili, sine inuisibili posse adesse, non posse prodesse: nec tamen uisibile sacramentum ideo contemnendũ est, quia contemptor eius inuisibiliter sanctificari nõ põt. Hinc Cornelius, & qui cũ eo erant, iam spiritu sãctificati baptizati sunt. Nec superflua iudicanda est sanctificatio visibilis, quia inuisibilis præcessit. Sine visibili ergo inuisibilis sãctificatio esse põt, & prodesse: visibilis aũt, quæ sit sacramento tenus, sine inuisibili prodesse non põt, cũ ista sit omnis illius utilitas. Simo ni Mago uisibilis baptismus non profuit, quia inuisibilis non adfuit: sed quibus inuisibilis adfuit profuit:] nec ratum ualet fides aliena paruulo, quantũ propria adulto. Paruulis.n. nõ sufficit fides ecclesiæ sine sacramẽto: qui si absq; baptismo fuerint defuncti, etiam cùm deferuntur ad baptismum, damnabuntur: sicut multis sanctorũ autoritatibus cõprobatur. Ad quod hoc unũ sufficiat: Aug. ait, [Firmissimè tene, paruulos

Ioan. 3. a

De ecclesiast. dogmatibus, cap. 74

Ibidem.

Ca. 84. to. 4

Act. 10. a

Act. 8. c

Lib. de Fide ad Pet. c. 27

Habetur de Consecr. dist. 4. cap. Firmissime.

los qui vel in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur, vel de matribus nati sine sacramento baptismi de hoc sæculo transeunt, æterno supplicio puniendos: quia etsi propriæ actionis peccata nō habuerunt, originale tamen peccatum traxerunt carnali cōceptione.] Et sicut paruuli qui sine baptismo moriuntur, infidelium adscribuntur numero: ita qui baptizātur, fideles dicuntur: qui ā fidelium consortio non separatur, cū orat ecclesia pro fidelibus defunctis. Fideles ergo sunt nō pp virtutē sed fidei sacramētū. Vnde

Epist. ad Bonif. quæ est 23. tom. 2.

Aug. [Paruulū etsi nondū fides illa quæ etiam in credentiu voluntate cōsistit, iam tamen fidei ipsius sacramentū, i. baptismus, fidelem facit, sicut credere respondetur, ita et fidelis vocatur, non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei percipiendo sacramentum.]

De consecr. dist. 4. cap. Nihil est aliud.

F *Quid prosit Baptismus his qui cum fide accedunt.*

Solet etiam quæri de illis qui iam sanctificati spiritu, cum fide & charitate ad baptismum accedūt, quid eis conferat baptismus. Nihil enim eis videtur præstare, cùm per fidem & contritionem iam remissis peccatis iustificati sint. Ad quod sanè dici potest, eos quidē per fidem & contritionem iustificatos, id est, ā macula peccati purgatos, & à debito æternæ pœnæ absolutos: tamen adhuc teneri satisfactione temporali, qua pœnitentes ligantur in ecclesia. Cum aūt baptismum percipiunt, & à peccatis, si qua interim post conuersionem contraxerunt, mundantur, & ab exteriori satisfactione absoluuntur: & adiutrix gratia, omnisq; virtus in eo augetur, vt verè nouus homo tunc dici possit: fomes quoque peccati in eo amplius debilitatur.

Aug. ho. 74. super Ioan. Matt. 25. c

Ideo Hierony. dicit, q̄ fides quæ fideles facit, in aquis baptismi datur uel nutritur: quia non habenti aliquā do ibi datur: & iam habenti, vt plenius habeat, datur: sic & de alijs intelligendum est. Qui ergo mundus accedit, ibi sit mundior: & omni habenti ibi amplius dabitur. Quòd vero omnis exterior satisfactio ibi relaxetur, Ambrosius ostendit super illum locum. Sine pœnitentia

nitētia sunt dona Dei & vocatio, dicens, [Gratia Dei in baptismo non requirit gemitū & planctum, vel aliquod opus: sed & omnia gratis condonat.] Quod qui dem de exteriori gemitu uel planctu accipiēdum est: nam sine interiore nemo adultus renouatur: sed exteriores satisfactiones & afflictiones, s. sordes pœnitentium ibi dimittuntur. Multū ergo confert baptismus, etiam iam per fidem iustificato: quia accedens ad baptismum, quasi ramus à columba portatur in arcam: antè intus erat iudicio Dei, sed nunc etiam iudicio ecclesiæ intus est. Cùm uero in baptismo peccatum deleatur, & satisfactio exterior non imputetur, quæritur, Cur pœnalitas, cui pro peccato addicti sumus, nō tolliatur. Hoc ideo tradunt fieri uiri sancti, [quia si à pœna homines per baptismum liberarentur, ipsam pulsarent baptismi pretium, non æternum regnum. Ideo soluto reatu peccati, temporalis pœna tamē manet: vt illa uita studiosius quæratur, quæ erit à pœnis omnibus aliena. Ideo etiam manet, vt sit fideli & certandi materia, & vincendi occasio: qui non uinceret, si non pugnaret, nec pugnaret, si in baptismo fieret immortalis.

Super 11. ca. ad Rom. Et de consec. dist. 4. Sine pœnitentia

Gene. 8. b

Isid. li. 1. de summo bono cap. 24. Vide Aug. li. 13 de ciuitate Dei, cap. 4. Et lib. 2 de peccat. mer. et remiss. c. 33. et 34.

G *Cuius rei baptismus, qui detur iam iusto, sit sacramentum.*

Si quæritur, cuius rei baptismus ille sit sacramentum, qui datur iam iusto: dicimus sacramentum esse & rei quæ præcessit, i. remissionis antè per fidem datę, & remissionis temporalis pœnæ siue peccati si habetur, quod interim committitur, & nouitatis ac omnis gratiæ ibi præstitæ. Omnis etenim rei signum est, cuius ipsa res est. Nec mireris rem aliquando præcedere sacramentum, cùm aliquando etiam longè post se habeat: vt in illis qui fictè accedunt: quibus, cùm postea pœnituerint, incipiet baptismus prodesse in quibus fuit baptismus sacramentum huius sanctificationis, quam pœnitendo habent. Sed si nunquam pœnituerint, nec à figmento recederent, cuius rei sacramentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum esset baptismus ab illis susceptus? Potest dici, rei quæ ibi fieret, si non eorum enormitas impediret.

Si paruulis datur in baptismo gratia, quia possunt in maiore ætate proficere.

H

Solet etiam quæri, si paruulis in baptismo datur gratia, qua, cùm tempus habuerint vtendi libero arbitrio, possint benè velle & † currere. De adultis enim qui dignè recipiunt sacramentum, non ambigitur quin gratiam operantem & cooperãtem perceperint: quæ in vacuum eis cedit, si per liberum arbitriũ postmoraliter deliquerint: qui merito peccati gratiam, appositam perdunt. Vnde dicuntur contumeliã spiritui sancto facere, & ipsum à se fugare. De paruulis verò, qui nondum ratione vtuntur, quæstio est, an in baptismo receperint gratiam, qua ad maiorem venientes ætatem, possint velle & operari bonum. Videtur quod non receperint: quia gratia illa charitas est, & fides, quæ voluntatem præparat & adiuuat. Sed quis dixerit eos accepisse fidem & charitatem? Si verò gratiam non receperint, qua bene operari possunt, cùm fuerint adulti, non ergo sufficit eis in hoc statu gratia in baptismo data, nec per illam possunt modò boni esse, nisi alia addatur: quæ si non additur, non est eorum culpa: quia iustificati † sunt à peccato. Quidam putant gratiam operantem & cooperantem cunctis paruulis in baptismo dari inmunere, non in vsu: vt cùm ad maiorem venerint ætatem, ex munere sortiantur vsum, nisi per liberum arbitrium vsum muneris extinguant peccando: & ita ex culpa eorum est, non ex defectu gratiæ, quòd mali fiunt: qui ex Dei munere valentes habere vsum bonum, per liberum arbitrium renuerunt, & vsum prauum elegerunt.

† credere.

2. Cor. 6. a
Heb. 10. f

† non sunt

QVOD

QVOD BAPTISMVS AEQVAE SANCTVS est à bono, & à malo datus bono uel malo.

A

DISTINCT. V.

Ost hæc sciendum est, sacramentum baptismi à bonis & à malis ministris dari, sicut à bonis & à malis sumitur. Nec melior est baptismus qui per meliorem datur, nec minus bonus qui per minus bonum datur, nec malus qui per malum datur: nec maius munus datur in baptismo dato à bono, nec minus ĩ baptismo dato a malo, sed æquale: quia non est munus hominis, sed Dei. Quod totũ subditis declaratur testimoniis, Aug. ait, [Baptismus talis est, qualis ille in cuius potestate datur, non qualis est ille p cuius ministeriũ datur.] Itẽ, [Prorsus fieri potest, ut aliqui verũ habeat baptisma, & non habeant veram fidẽ.] Item. [Si inter bonos ministro, cùm sit alius alio melior, non est melior baptismus qui per meliorem datur: nullo modo malus est qui etiam per malũ datur: quia idẽ baptismus dãtur: & ideo per ministros dispares Dei munus est æquale: quia nõ illorum, sed eius est.] Idem, [Cũ baptizat malus, illud quod datum est, unum est: non impar propter impares ministros, sed par & æquale, pp hoc, Hic est qui baptizat.] Item, [Ego dico, & nos dicimus ois, quia iustos oportet esse per quos baptizatur: iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si volunt. Si aũt noluerint esse iusti qui sedent in cathedra Moysi, securũ me facit magister meus, s. Christus cæle quo ipse sanctus dicit, Hic est qui baptizat.] Itẽ, [Quos baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Si quos ergo baptizauit ebriosus, homicida, adulter, si Christi erat baptismus, Chẽs baptizauit. Nõ timeo adulterum, nec ebriosum, nec homicidã: quia columbã amisado, per quam mihi dicitur, Hic est qui baptizat.]

Super Ioã. tract. 5. ante medium.

De unico bap. contra Per. cap. 11

Aug. lib. 3. contra Cresc. gram. ca. 6.

Super Ioã. tract. 6.

Ioan. 1. e

Trac. 7. sup Io. post medium.

Matth. 32

Ioan. 1. e

Ibidem, paulo post.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidē, paulò infer. lib. de Fide ad Petrum, cap. 4. versus finem.

zat.]Item, [Homicida dedit baptismū Christi: quod sacramentum tam sanctum est, vt nec homicida ministrante polluatur.] Item,[Si in hæresi quacunque vel schismate quisquā in nomine patris & filij & spiritus sancti baptismi sacramentum acceperit, integrū sacramentum accepit:sed salutem, quæ virtus est sacramenti,non habebit,si extra ecclesiam catholicā ipsum sacramentum habuerit. Debet ergo ad ecclesiā redire, non vt sacramentū baptismi iterum accipiat, quod nemo debet in aliquo repetere, sed vt in societate catholica vitam accipiat. Baptismus enim extra ecclesiā nequit prodesse. Ibi.n. cuiq; prodesse pōt baptismus, vbi pōt prodesse eleemosyna, scilicet in ecclesia.]Item Isidorus,[Romanus pontifex non hominē iudicat qui baptizat, sed spiritum Dei submināstrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat.] Inde his perspicuè cernis,baptismum verum bonis & malis dari, & à bonis, & à malis, & ipsum tamen æquè sanctum esse, & munus eius æquale in bonis, siue à bonis,siue à malis baptizentur.

Isid. in decretis,tit.de sacra. bapt.

De Consec. dist. 4. cap. Romanus.

B *De potestate Baptismi & ministerio.*

Quia ministerium tantùm habent, non potestatem baptismi, Potestatem enim sibi Dominus retinuit. Quod nouit Ioannes, cùm uidit columbam descendētem super Christū. Vnde Augustinus,[Quid nouerat Ioannes Baptista?Dominum. Quid nō nouerat? Potestatem dominici baptismi in nullum hominem à Domino transituram, sed ministerium plane transituram, potestatem à Domino in neminem, sed ministerium in bonos & malos. Non exhoreat columba ministerium malorum, respiciat potestatē Domini. Quid facit ibi minister malus,vbi bonus est dominus?] [Neque qui plantat, neq; qui rigat est aliquid,sed qui incrementum dat Deus. Si superbus fuerit minister,cum diabolo computatur: sed non consummatur domus Christi: quod per illum fluit, purum est.Per lapideum canalem transit aqua ad arcolas:in canali lapideo nihil generatur: sed hortus fructus plurimos affert.] Habent ergo non modò boni, sed etiam mali ministerium baptizandi,sed neutri potestatem baptismi. Ministerium enim dedit Christus seruis, sed potestatem sibi retinuit:[quam, si uellet, poterat seruis dare, vt seruus daret baptismum suum tanquam uice sua. Et potestatem suam constituere poterat in aliquo, vel in aliquibus seruis suis, vt tanta uis esset in baptismo serui, quanta est in baptismo domini: sed noluit:ne seruus in seruo spem poneret. Baptizat seruus ut minister, baptizat dominus tanquam potestatem habens:quam si daret seruis, vt sicut licet iplorum esset quod domini erat,tot essent baptismi quot serui: vt sicut dictus est baptismus Ioannis, sic diceretur baptismus Petri vel Pauli. Quod ne fieret,retinuit sibi dominus potestatem baptismi, seruis autem ministerium dedit.Si ergo seruus dicit se baptizare,rectè dicit:sed tanquā minister baptizat: & ideo non differt, siue bonus, siue malus baptizet.] [Inde etiam nemo dicit, Baptismus meus, cùm tamen dicat, Euangelium meum,prudētia mea,licet sint hæc à Deo:in quibus differentia est. Alius enim alio melius operatur in euangelizando: & alius alio prudentior est. Alius autem alio magis minusve baptizatus, siue ab inferiori, siue à superiori baptizetur, dici non potest.]

Ioan.1.e Trac. 5. in per Ioan. De Consec. dist. 4. Baptismus talis.

Ibid. paulò post. mediū 1.Cor.3.b

Hier. 17.

Ibid. & li. 5. de Bapt. contra Donatist. cap. 14.

C *Quæ sint potestas Baptismi,quam potuit Christus dare seruis.*

Hic quæritur, quæ sit illa potestas baptismi,quam Christus sibi retinuit, & potuit dare seruis. Hæc est, vt plurimi uolūt,potestas dimittēdi peccata in baptismo: sed potestas dimittendi peccata, quæ in Deo est, Deus est. Ideo alij dicunt hanc potestatem non potuisse dare alicui seruorum :quia nulli potuit dare vt esset quod ipse est, uel ut haberet essentiam,quam ipse habet, cui hoc est esse quod posse. Dicunt enim, si hanc potentiam alicui dare potuit,potuit ei dare creaturas

Universidad de Deusto
Biblioteca

turas creare : quia non est hoc maioris potentiæ, quàm illud. Ad quod dici potest, quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata, non tamen ipsam eandem qua ipse potens est, sed potentiam creatam, qua seruus posset dimittere peccata, non tamen vt autor remissionis, sed vt minister, nec tamen sine Deo autore: vt sicut in ministerio habet exterius sanctificare, ita in ministerio haberet interius mundare: & sicut illud facit Deo autore, qui cum eo & in eo operatur illud exterius, ita interius mundaret Deo autore, qui eius uerbo velut quodam ministerio vteretur. Ita etiam posset Deus per aliquem creare aliqua, non per eum tanquam autorem, sed ministrum, cum quo & in quo operaretur: sicut in bonis operibus nostris ipse operatur & nos: nec ipse tantùm, nec nos tantùm, sed ipse nobiscum, & in nobis: & tamen in illis agendis ministri eius sumus, non autores. Ita ergo potuit dare seruo potestatem dimittendi peccata in baptismo, id est, ut in mundatione interiori seruus cum domino operaretur, non seruus sine domino, nec dominus sine seruo, sed dominus cum seruo, & in seruo: sicut in exteriori ministerio dominus operatur cum seruo & in seruo. Vnde & dominus dicitur sanctificare, & seruus: sed dominus inuisibili gratia, seruus visibili sacramento. Vnde Augustinus super Leuitic. [Dominus ait, Ego Dominus qui sanctifico. Et de Moyse etiam dictum est, Et sanctificabis eum. Sed Moyses sanctificat uisibilibus sacramentis per ministerium, Dominus autem inuisibili gratia per spiritum: vbi est totus fructus uisibilium sacramentorum. Sine hac sanctificatione uisibilia sacramenta nil prosunt.] Si quis hoc melius aperire poterit, non inuideo.

Hic Magister non recipitur.

1. Cor. 3.

Ca. 84. to. 4. Leuit 21 Exodi 19. c.

QVIBVS

QVIBVS LICEAT BAPTIZARE.

A

DISTINCT. VI.

NVNC quibus liceat baptizare addamus. De hoc Isidorus ait, [Constat baptismum solis sacerdotibus esse traditum: eiusq; ministerium nec ipsis diaconibus implere est licitum absq; Episcopo vel presbytero, nisi his procul absentibus, vltima languoris cogat necessitas: quod etiã laicis fidelibus permittitur.] Item ex concilio Carthaginensi quarto: [Mulier, quãuis sancta, baptizare non præsumat, nisi necessitate cogente.] De illis verò qui ab hæreticis baptizantur, vtrùm rebaptizandi sint, quæri solet. Ad quod breuiter dicimus, quia quicunque sit qui baptizet, si seruatur forma à Christo tradita, verum baptismum dat: & ideo qui illum sumit, non debet rebaptizari. Vnde Beda, Siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisquis in confessione sanctæ Trinitatis baptizet, non valet ille qui baptizatus est, à bonis catholicis rebaptizari, ne confessio & Trinitatis inuocatio videatur annullari. Item Augustin: [Quamuis vnum sit baptisma & hæreticorum, scilicet eorum qui in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizant, & ecclesiæ catholicæ: tamen qui foris ecclesiam baptizantur, non sumunt ad salutem baptismum, sed ad perniciem, habentes formam sacramenti, virtutem autem eius abnegantes: & ideo ecclesia eos non rebaptizat: quia in nomine trinitatis baptizati sunt: & ipsa est forma sacramenti.] Itẽ, Rebaptizare hæreticum, qui hæc sanctificationis signum perceperit, omnino peccatum est: catholicum verò immanissimum scelus est.] Ex his apertè colligitur, quod qui etiam ab hæreticis baptizati sunt, seruato charactere Christi, rebaptizandi non sunt, sed tantùm impositione manus reconciliandi, vt spiritũ sanctũ

Liber. de offic. eccles. c. 24.

Cap. 100. Decons. di. 4. c. Mulier.

In 3. ca. Ioã. Et de consec. dist. 4. cap. Sine.

Ad quæst. Orosij, quæst. 59. item. 4. Et de consec. dist. 4. cap. Quamuis. Aug. ad Ma ximum, &c. 203. Item, dist. 4. c. Rebaptizare. baptizari.

accipiant,& in signum detestationis hæreticorũ. Sũt tamen nonnulli doctorum, vt Cyprianus,& alij quidã,qui dicere videntur, ab hæreticis non posset tradi baptismum, & eos esse rebaptizandos cùm veniũt ad ecclesiã,qui ab illis dicuntur baptizari. Sed hoc de illis verum est,qui extra formam ecclesiæ baptizare præsumunt. Cyprianus tamen ibi à veritate deuiasse videtur: qui ait de hæretico, [Quomodo sanctificare aquam potest,cùm ipse immundus est,& apud quem spiritus sanctus non est, cùm Dominus dicat in lege, Quæcunque tetigerit immundus, immunda erunt? Quis potest dare quod ipse non habet?] Hoc ergo ex ignorantia eum dixisse Augustinus innuit, dicens, [Martyrem Cyprianum gloriosum, qui apud hæreticos vel schismaticos datum baptismum nolebat cognoscere,dum eos nimis detestaretur, tanta eius merita vsque ad triumphum martyrij secuta sunt, vt & charitatis,qua excellebat, luce obũbratio illa fugaretur, & si qd purgandũ erat,passionis falce tolleretur. Nec nos qui baptismi veritatem & hæreticorũ iniquitatem agnoscimus,ideo Cypriano meliores sumus: sicut nec Petro, quia gentes Iudaizare non cogimus.]

Epist. 12.li. 1.tractat il lud Ezechie lis 36.

Aspergãres aquam mũdã. Num.19.d et Leui.5.7. & 11.

De unico bapt. cap.13. sum.7.

Gal.2.c.

B *Quod nullus in vtero materno baptizetur.*

Hoc etiam sciendum est, quòd [licet ter immergatur propter mysterium Trinitatis, tamen vnum baptismum reputatur.] Illud etiam ignorandũ non est,quòd in materno vtero nullus baptizari põt,et si mater baptizetur. Vnde Isidorus,[Qui in maternis vteris sũt, baptizari non possunt:quia qui natus adhuc secundũ Adam non est, secundum Christum non põt renasci: neque regeneratio in eũ dici põt, quem generatio non præcessit.] Item August. [Non potest quisquam renasci antequã natus sit.] Si verò opponitur de Hieremia & de Ioanne baptista, qui ab vtero sanctificati legũtur:quod etiam de Iacob quidã putant: dicimus, si sanctificatio ibi accipitur interior emundatio, hoc in miraculis diuinæ potentiæ esse habendum, vt Augustinus

Hier.in 4.c. ad Ephes. Et de cons.dist. 4.ca. eodem modo. Li.1.de sum. bono,ca.24. Et de cõs.dist. 4.ca. Qui in maternis. Hier. 1.b Luce 1.b Malac.1.a

gustinus ait, ambiguè super hoc loquens: [Si vsque adeò,inquit,in illo puero acceleratus est vsus rationis & voluntatis,vt intra materna viscera iam posset agnoscere & credere, quod in aliis paruulis expectat ætas vt possint,in miraculis habendum est diuinæ potentiæ,non ad humanæ trahendum exemplum naturæ. Nam quãdo voluit deus, etiam iumentum locutum est.] Idem, [De Hieremia legitur, Priusquam exires de ventre,sanctificaui te. Illa tamen sanctificatio qua efficimur templum dei, non nisi renatorum est. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest intrare in regnum dei. Nemo autem renascitur,nisi prius nascatur.] [Vnde illa sanctificatio põt secundum prædestinationem accipi.] Ecce videtur dubitanter loqui: qui etiam in eodem dicit, [Non dictũ est quia credidit infans in vtero, sed exultauit: nec Elisabet dicit, Exultauit in fide, sed exultauit in vtero meo. Et potuit esse ista sanctificatio,tantæ rei à maiori cognoscendæ indicium, non à paruulo cognitæ.] Absq; assertione de hac sanctificatione loquitur, nõ definiens qualiter intelligenda sit illa sanctificatio,an sit signum futuræ rei,an veritas iustificationis per spiritum factæ. Sed melius est vt dicamus illos præter cõmunem legem in uteris iustificatos, & gratia præuentos, dimissis omnibus peccatis: quod etiam multis sanctorum testimoniis edocetur.

Num.22.a Ibidem, possimedium. Hier.1.b Ioan.3.a Ibid.non ita penitus. Ibidem circa medium. Luce 1.a

Amb. & Beda super 1. cap.Luce.

C *Si baptismus sit verbis corrupte prolatis.*

Queri etiam solet, si corruptè proferantur verba illa,an baptismus sit. De hoc Zacharias Bonifacio scribit,[Retulerunt mihi nuncij tui,quòd fuerit sacerdos in eadem prouincia, qui latinam linguam penitus ignorabat:& dum baptizaret,nescius latini eloquij,in stirpem linguam diceret, Baptizo te in nomine patria & filia & spiritus sancta: & propter hoc considerasti rebaptizare. Sed si ille qui baptizauit,non errorem inducens uel hæresim,sed pro sola ignorantia Romanę locutionis, infringendo linguam baptizans dixisset,

In epist.quæ incipit,Reuerendissimo & sanctissimo. Ex conse.d.4. c.Retulerunt.

non possumus consentire vt denuò baptizetur.]

D *Leo Papa.*

Ad Rusticũ epist. quæ est numero 91. ca. 15. Et de conse. dist. 4. ca. Si nulla.

Præterea sciendum est, quod [illi de quibus nulla extant indicia inter propinquos, vel domestícos, vel vicinos, à quibus baptizati fuisse doceantur, agendũ est vt renascantur, ne pereãt: in quibus quod nõ ostenditur gestum, ratio non finit ve videatur iteratum. Conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur: quia non temeritas interuenit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis.]

E *De illo qui pro ludo immergitur, an sit baptizatus.*

Li. 7. contra Dona. c. 53. Et de cõs. dis. 4. Soles etiã quæri. Oraculum, habes Aug.

Solet etiam quæri de illo qui iocans, sicut minus cõmemoratione tamen Trinitatis immergitur, vtrũ baptizatus sit. Hoc autem Augu. non definit, ita nequiens, [si totũ ludicrè, & mimicè, & ioculariter ageretur, vtrum approbandus esset baptismus qui sic daretur diuinum iudiciũ per alicuius reuelationis † muraculum oratione implorandum esse censerem.] Videtur tamen sapientibus non fuisse baptisma: vt cùm aliqui in balneum vel in flumen mergunturr in nomine Trinitatis, non est tamen baptismus: quia non intentione baptizandi illud geritur. Nã in hoc & in aliis sacramentis sicut forma est seruanda, ita & intentio illud celebrandi est habenda. [Illud etiam non temere ueat, quod quidam non ea fide paruulos ad baptismũ ferunt, vt per spiritum ad vitam regenerentur eternã: sed eos putãt hoc remedio temporalem accipere sanitatem: non enim propter ea illi nõ regenerantur, quia nec ab illis hac intentione offeruntur.]

Aug. ad Bon. epist. 23. in medio.

Quod duo tempore erant in quibus baptizabantur homines.

F

Leo Papa in epist. ad uniuersos per Sicilĩ. à cõstitutos: q est 4.

[Agnoscendum est etiam, in bapizãdis electis duo tempora esse seruanda, scilicet pascha & pentecostẽ, vt in sabbato paschæ vel pentecostes baptismi sacramentum celebretur. Qui verò necessitate mortis vel periculi vrgentur, omni tempore debent baptizari.]

G *De responsione patrinorum.*

in ordine.

Porrò cuncti ad baptismum venientes, fidem suam profiteri debent, & exponere ad quid petedũ venerint ad ecclesiã. Vnde etiam à baptizando quæritur, Quid veniste ad ecclesiam petere? Qui si adultus est, pro se respondet, Fidem, id est sacramentum fidei, & doctri nã. Ita etiam per singula interrogatus, respondet se credere in patrem & filium & spiritum sanctum. Si autẽ paruulus est, non valens credere vel loqui, alius pro eo respondet. Vnde Isidorus. [Paruuli alio profitente baptizantur, qui adhuc loqui vel credere nequeunt sicut etiam pro ægris, mutis, vel surdis, alius fitetur dum baptizantur.] sic & de penitentibus agendum est. [Si verò pro eo qui respondere potest, alius respondeat, non itidem valet: sicut dictum est. Actatem habet, pro se loquatur.] Si verò quæritur ex quo sensu pro paruulo dicatur, Credo, vel fidem peto: dicimus de sacramento fidei id esse intelligendum, quod respondetur petere cùm defertur ad ecclesiam, & habere cùm baptizatur: vt sit sensus cùm dicitur, Fidem peto, id est, sacramentum fidei præsto sum recipere: Credo, id est, sacramentum fidei suscipio: quod est, hic paruulus presto est sacramentũ fidei accipere. Vn de Augustí. [Nihil est aliud credere, quã fidẽ habere: & ideo cùm respondetur credere paruulis, qui fidei nũdum affectum habet, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, & conuertere se ad deũ propter conuersionis sacramentum. Sed adhuc quæritur, ex quo sensu pro paruulo respodeatur, Credo in Deũ patrem, & in Iesum Christum, & in spiritum sanctum. Nunquid de sacramento fidei, an de fide mẽtis ibi agitur? Si de sacramento, cur nominatim distinguitur persona? si verò de fidei affectu, quomodo verum est, si eo paruulus careat? An illud facturus paruulus spondetur cum creuerit, sicut & omnibus pompis diaboli spondetur abrenunciare: quod si nõ seruauerit factus adultus, tenebitur ipse, vel sponsor: Sanè

Epist. ad Bonif. 23. in fine. Et de cons. dist. 4. Nihil est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dici potest, ibi sponderi pro paruulo, quòd ad maiorem ætatem si uenerit, & pompis diaboli renunciabit, & sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramentū recipit. Hac autem sponsione paruulus pro quo fit, tenebitur, non sponsor: si tamen vt cautio impleatur, quantum in se est operam dederit: quia exigitur à patrino diligens circa eum pro quo spopondit, solicitudo. De hoc August. [Certissimam emisistis cautionem, qua renunciare pompis diaboli spopondistis.]

Li. 2. & sym. ad catechu. cap. 1. & 2. & lib. 4. ca. 1. Et de cōs. dist. 4. Prima igitur.

H *De Catechismo & Exorcismo.*

Illa autem interrogatio & responsio fidei fit in catechismo: cui additur exorcismus. Ante baptismum enim fit catechismus & exorcismus: post catechismū sequitur exorcismus: vt ab eo qui iam fide instructus est, aduersaria virtus pellatur. Exorcismus de Græco dicitur in latinū adiuratio: Catechismus, instructio. Catechizare est instruere, vt de symbolo ac rudimentis fidei: Exorcizare est adiurare: vt, Exi ab eo spiritus immunde. Symbolum est signum vel collatio. Signū, quia eo fideles ab infidelibus discernuntur: collatio, quia ibi totius fidei sufficētia & integritas est collata. Catechismus & exorcismus neophytorum sunt: magisq; sacramentalia quā sacramenta dici debent. Neophytus nouitius interpretatur, uel rudis: & dicitur neophytus, nuper ad fidem conuersus, uel in disciplina religiosæ cōuersationis rudis. Hæc ergo præcedūt baptismū, nō q̄ sine istis nō possit esse baptismus verus, sed vt baptizandus de fide instruatur, & sciat cui debitor fiat deinceps, & vt diaboli potestas in eo minuatur. Vnde Rabanus, [Ante baptismū, catechizandi debet in homine præuenire officium, ut fidei catechumenus accipiat rudimētū, & sciat cui debitor fiat deinceps.] Item Augu. [Paruuli exufflantur & exorcizantur, ut ab eis pellatur potestas diaboli, ne iam contendat eos subuertere, ne baptismum consequantur. Non ergo in infantibus creatura Dei exufflatur uel exorcizatur, sed diabolus, vt recedat ab homine.]

De Institutione clericor. cap. 25. Et ha. de cōs. di. 4. Ante baptismum.

Li. 1. d sym. ad cat. ca. 1. Et ha. de cō sec. dist. 4. Si aut nostri.

DE CONFIRMATIONE.

A

DISTICT. VII.

NVNC de sacramento Confirmationis addendu est: de cuius virtute quæri solet. Forma enim aperta est, scilicet verba quæ dicit episcopus, cum baptizatos in frōntibus sacro signat chrismate. [Hoc sacramentum ab alijs per fici non potest nisi à summis sacerdotibus: nec tempore Apostolorum ab alijs quàm ipsis Apostolis legitur peractū: nec ab alijs quam ab illis qui locum eorum tenent, perfici potest aut debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habetur & uacuum, nec inter ecclesiastica reputabitur sacramenta.] [Licet autem presbyteris baptizatos tangere in pectore, sed nō chrismate signare in fronte.] Virtus autem huius sacramenti est, donatio spiritus sancti ad robur: qui in baptismo datus est ad remissionem. Vnde Rabanus [A summo sacerdote per impositionem manus pacifico traditur baptizato: vt roboretur per spiritū sanctum, ad prædicandum aliis illud quod ipse in baptismo consecutus est.] Item, [Omnes fideles per manus impositionem Episcoporū post baptismum accipere debent spiritum sanctum, vt pleni Christiani inueniantur.]

Eusebius Papa epi. 3. ad episco. Campa. & Tusciæ. Et de cons. dist. 5. cap. Manus Greg. lib. 3. epi. 9. Et de cons. dist. 4. cap. Presb. De inst. cle. li. 1 ca. 31. de cō se. dist. 5. ca. Nouissime. Vrbanus 1. Pap. epi. 2. Et de conse. dist. 5. ca. Omnes fideles. Circa medium. Et de conse. dist. 5. c. De his verò.

Melchiades in epist. ad Hispaniarum Episcopos, cuius initium, Dilectissimi, &c.

B

[Scitote vtrunque esse magnum sacramentum, sed unum maiori veneratione tenendum, sicut à maiori huius datur. Ecce maius dicit sacramentum confirmationis: sed forte nō ob maiore virtutē & vtilitatē quā conferat, sed quia à dignioribus datur, & in digniore parte corporis fit, scilicet in fronte: vel forte quia maiorē augmentū virtutum præstat: licet baptismus plus ad remissionem valeat. Quod videtur innuere Raba

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus, dicens, [in vnctione baptismi spiritum sanctum descendere ad habitationem deo consecrandã: in hac verò eiusdem septiformem gratiã cũ omni plenitudine sanctitatis & virtutis venire in hominem.] Hoc sacramentum tantùm à ieiunis accipi, & ieiunis tradi debet, sicut & baptismus: nisi aliter cogat necessitas. Nec deber iterari, sicut nec Baptismus vel Ordo. Nulli enim sacramento facienda est iniuria: quod fieri putatur, quando non iterandum iteratur. Sed vtrum aliqua vel nulla iterari possint, quæstio est. Nam de Baptismo & Ordine, quod non debeant iterari, apertè Aug. dicit, [Vtrumque sacramentum est, & quadam consecratione datur: illud quidem cùm baptizatur; illud verò cùm ordinatur. Ideoque in ecclesia catholica vtrumque nõ licet iterari: quia neutri facienda est iniuria.] Quod indubitanter etiam de Confirmatione tenendum est. De aliis verò, vtrùm iterari valeant vel debeant, postea differemus.

Can. 1. de in fid. cle. §. 31. Et de consec. dist. 5. c. Nouissime. De cons. d. 5. Vt epis. & proximis diebus.

Li. 2. cõ. epi. Parme. cap. 13. to. 7. Et habe. 1. q. 1. c. Quod quidam dicunt.

DE SACRAMENTO ALTARIS & Eucharistiæ.

DISTINCT. VIII.

POST sacramentum baptismi & confirmationis sequitur Eucharistiæ sacramentum. Per baptismum mundamur: per eucharistiam in bono consummamur. Baptismus æstus vitiorum extinguit: eucharistia spiritualiter reficit. Vnde excellenter eucharistia dicitur, id est bona gratia: quia in hoc sacramento non modò est augmentum virtutis & gratiæ, sed ille totus sumitur, qui est fons & origo totius gratiæ. [Cuius figura præcessit, quando manna pluit deus patribus in deserto, quotidiano cœli pascebãtur alimento. Vnde, Panem angelorum manducauit homo. Sed tunc qui panem illum manducauerunt, mortui sunt. Iste verò panis vitæ qui de cœlo descendit, vitam mundo tribuit.] [Manna illud de cœlo, hoc super cœlum. Illud scaturiebat in diem alterum reseruatum, hoc ab omni corruptione alienũ. Quicunq; religiosè gustauerit, corruptionem non videbit.] Illud datum fuit antiquis post transitũ maris rubri, vbi submersis Aegyptiis liberati sunt Hebræi: ita hoc cœleste manna non nisi renatis præstari dẽt. Panis ille corporalis populum antiquũ ad terrã promissionis per desertum eduxit. Hæc esca cœlestis fideles huius seculi desertum transeuntes in cœlum subuehit. Vnde rectè viaticum appellatur: quia in via non reficiens, vsq; in patriam deducit. Sicut ergo in mari rubro figura baptismi præcessit, ita in mãna significatio dominici corporis. Hæc duo sacramenta dẽmonstrata sunt, vbi de latere Christi sanguis & aqua profluxerunt: quia Christus per sanguinẽ redẽptionis, & aquam ablutionis nos redimere venit à diabolo & à peccato: sicut Israelitas per sanguinem agni paschalis ab exterminatore, & per aquã maris rubri ab Aegyptiis liberauit. Huius ẽt sacramenti ritum Melchisedec ostendit vbi panem & vinum Abrahę obtulit. Vnde, vt ait Amb. [intelligi datur, anteriora esse sacramenta Christianorum, quàm Iudæorum.]

Amb. lib. de iis qui myst. init. ca. 8. tom. 4. Exod. 16. c

Psal. 7.

Ioan 6. d

Amb. ibid. cap. 9.

Exod. 16. c

Ioan 19. f

Exo. 12. b

Exo. 14. g

Gen. 14. d

De sacr. li. 1 cd. 4. & li. 4. c. 3. to. 4.

De institutione sacramenti.

Hic etiam alia consideranda occurrunt, quatuor. s. sacramentum, institutio, forma, & res. Sacramentum Dominus instituit, quando post typicum agnum corpus & sanguinem suum discipulis in cœna porrexit. Vnde Eusebius Emisenus, [Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus, necesse erat ut die cœnæ sacramentum nobis corporis & sanguinis consecraret: vt coleretur iugiter per mysterium quod semel offerebatur in pretium.]

Mat. 26. c

In sermo. de corp. & sanguine domini. Et de cõsecr. dist. 2. cap. Quia corpus.

De forma.

Forma verò est, quam ipse ibidem edidit, dicens,

Mat. 26.

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc est corpus meum: & pòst, Hic est sanguis meus. Cùm enim hæc verba proferuntur, conuersio fit panis & uini in substantiam corporis & sanguinis Christi: reliqua ad laudem Dei dicuntur. Vnde Ambrosius, [Sermone Christi hoc conficitur sacramentum: quia sermo Christi creaturã mutat: & sic ex pane fit corpus Christi, & uinum cum aqua in calicem missum, bt sanguis consecratione uerbi cœlestis.] [Consecratio quibus fit verbis? attende quæ sunt uerba: Accipite & comedite ex eo omnes: hoc est corpus meũ. Et iterum, Accipite & bibite ex hoc omnes. hic est sãguis meus.] [Per reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo defertur, oratio præmittitur pro populo, pro regibus.] Item Augustinus, [Credendũ est q̃ in illis verbis Christi sacramenta conficiantur: reliqua omnia nihil aliud sunt, quã laudes, vel obsecrationes fidelium & petitiones.] Ecce quæ sit institutio & forma huius sacramenti. Vbi cõsideratione dignũ est, quare illud sacramentum post cœnam dedit discipulis. Dominus igitur Iesus ad inuisibilia paternæ maiestatis migraturus, celebrato cum discipulis typico paschate, quodã memoriale eis cõmẽdare uolẽs, sub specie panis & uini corpus & sanguinem suum ira eis tradidit, vt ostenderet legis ueteris sacramenta: inter quæ præcipuum erat agni paschalis sacrificium in morte sua terminari, ac legis nouæ sacrãmẽta substituit: in quibus excellit mysterium Eucharistiæ. Ideo et post alia dedit, ut hoc vnũ arctius memoriæ discipulorũ infigeretur, & ab ecclesia deinceps frequentaretur. Sed nõ exinde discipliná sanxit in posterũ, vt post alios cibos sumatur, sed potius à ieiunis sũmi oportet, sicut Apostolus docet, vt singulari reuerentia diiudicetur, id est discernatur ab alijs cibis, quod Dñs Apostolis dispondendũ reliquit. Vnde Augustin. [Apparet, cum primò acceperũt discipuli Eucharistiã, nõ eos accepisse ieiunos: nõ ideo tamen calumniandũ est vniuersæ ecclesiæ, q̃ à ieiunis sumatur semper. Placuit enim spiritui sancto vt in

Ibi. 4. de sacr. c. 4. 10. 4. & de cõs. dist. 2. Panis est.

Ambr. ibidem, cap. 5.

Ibidẽ, ca. 4. 1. Tim. 2. a De cons. dist. 2. ca. Verũ sub figura: & Augu. epi. 59. c. 2.

Eucharistiæ sacramentum post cœnam institutum.

1. Cor. 11. a

Aug. Ianua. ca. 118. circa finem, to. 3.

rit in honore tanti sacramenti, prius in os Christiani dominicum corpus intraret, quàm alii cibi: ideo ubiq; mos iste seruatur. Non. n. quia post cibos dedit Dominus, ideo pransi vel cœnati illud accipere debent, ut illi faciebãt quos Apost. redarguit. Nam Saluator, quò vehementius commẽdaret mysterij illius altitudinẽ, vltimũ hoc voluit infigere cordibus & memorię discipulorũ, à quibus ad passionẽ digressurus erat. Quo alit ordine deinceps sumeretur, Apost. per quos ecclesias dispositurus erat, reseruauit docendum.]

De cõs. dist. 2. Liquet apparet.

1. Cor. 11. d

D

De sacramento & re.

Nunc quid ibi sacramentum, sit & quid res, videamus. [Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma.] Forma ergo panis & vini quæ ibi videtur, est sacramentum, id est signum sacræ rei: quia præter speciẽ quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire. [Tenent ergo species vocabula rerũ quæ ante fuerunt, scilicet panis & uini.] Huius autem sacramenti gemina est res, una scilicet contenta & significata, altera significata & non contenta. Res contenta & significata, est caro Christi, quam de Virgine traxit, & sanguis quem pro nobis fudit. Res autem significata & non contenta, est unitas ecclesiæ in prædestinatis, uocatis, iustificatis, & glorificatis. Hæc est duplex caro Christi, & sanguis. Vnde Hieron. [Dupliciter, inquit, intelligitur caro Christi & sanguis, vel illa quæ crucifixa est & sepulta, & sanguis qui militis lancea effusus est: vel illa spiritualis ac diuina, de qua ipse ait, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: &, Nisi manducaueritis carnem meã, & biberitis meum sanguinem, non habebitis uitam æternã.] Sunt ergo hic tria distinguenda: unũ quod tãtum est sacramentũ: alterum, quod est sacramentũ & res: & tertiũ, quod est res & nõ sacramentũ. Sacramẽtũ & non res, est species uisibilis panis & uini: sacramentum & res, caro Christi propria & sanguis: res & nõ sacramentum, mystica eius caro. Porrò illa species visibilis,

Aug. de ci. dei, li. 10. c. 5. 10. 5. et de cons. dist. 2. c. Sacrificiũ De cõ. dist. 2. c. Species.

Rom. 8. f Cõmẽ. ad 1. ca. epist. ad Eph. in me dio. to. 9. & habe. de cõ. dist. 2. cap. Dupliciter, Ioan. 6. f

visibilis, sacramentum est geminæ rei: quia utrāmq; rem significat, & vtriusq; rei similitudinem gerit expressam. Nam sicut panis præ ceteris cibis corpus reficit & sustentat, & vinū homine lætificat atq; iebriat: sic caro Christi interiore hominē plus cæteris gratiis spiritualiter reficit & saginat. Vnde, Calix meus inebrians quàm præclarus est. Habet etiam similitudinē cū re mystica, quæ est vnitas fideliū: ita sicut ex multis granis conficitur vnus panis, & ex pluribus acinis vinū in vnū cōfluunt: sic ex multis fidelibus personis vnitas ecclesiastica cōstat. Vnde Apostolus, Vnus panis & vnū corpus multi sumus, &c. Vnde Augustinus, [Vnus panis & unum corpus ecclesia dicitur, pro eo q; sicut vnus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulate connectitur. Hoc mysteriū pacis & vnitatis nobiscū Christus in sua mesa cōstituit. Qui accipit hoc mysterium vnitatis, & nō tenet vinculū pacis, nō accipit hoc mysteriū pro se: sed contra se.] Cuius ergo sacramentū est corpus Christi proprium, de Virgine sumptū: quia vt corpus Christi ex multis membris purissimis & immaculatis cōstat, ita societas ecclesiastica ex multis personis à criminali macula liberis cōstitit. In cuius rei typo facta est arca Domini de lignis setim: quæ sunt imputribilia, & alba spinæ similia.]

Psal. 103.

Psal. 22.

1. Cor. 10. d In serm. ad infantes, ad altare de sacramēto: et 1 serm. 28. ad fratres in eremo. De cō. dis. 2 c. Quia pascha. Ephes. 4. a Aug. Ad idam phemia spiritus sancti. Verba sunt in glossa 1. Cor. 11 Exod. 25. a

DE DIVERSIS MODIS MANDVCANDI.

A DISTINCT. IX.

Hie. 26. inp Ioan. & li. senī. Prosc. c. 339. Et habetur de cons. dis. 2.

T sicut duæ sunt res illius sacramenti, ita etiam duo modi manducandi: vnus sacramentalis, scilicet quo boni & mali edunt: alter spiritualis, quo soli boni manducant. Vnde Augustinus. [Quid est Christum manducare? non est hoc solum in sacramento corpus eius accipere: multi enim indignè accipiunt: sed in ipso manere, & habere ipsum in se manentem. Spiritualiter enim manducat, qui in vnitate Christi & ecclesiæ, quam sacramentum significat, manet. Nam qui discordat à Christo, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem bibit: etsi tantæ rei sacramētum ad iudicium sibi quotidie accipiat.] Spirituale māducationē Aug. distinguens à sacramentali, ait, [Vt quid paras ventre & dentem? crede, & manducasti.] [Credere enim in eū, hoc est comedere † panē & vinum. Qui credit in eū, manducat eum.] Ité, [Quomodo māducādus est Christus? Quomodo ipse dicit, Qui manducat carnē meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Si in me manet, & ego in eo, tunc bibit: qui uerō in me nō manet, nec ego in illo: & si accipit sacramentum, acquirit magnum tormētum.] Item, [Nullā ambigendum est, tunc quenquam corporis & sanguinis Domini participem fieri, quando Christi membrū efficitur: nec alienari ab illius panis calicisq; consortio, & si antequā illum panem edat & calicē bibat, de hoc seculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat: quia illius sacramēti beneficio nō priuatur, quando ille in hoc quod illud sacramentū signat, inuenitur. In illo enim sacramento corpus & sanguinē suum nobis cōmendauit: quod & fecit nosipsos. Nam & nos corpus ipsius facti sumus.] Item, [Qui discordat à Christo, non māducat carnē eius, nec sanguinē bibit: etsi tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi quotidie accipit.]

1. Cor. 11

Exod. 25. a

De errore quorundam, qui dicunt à bonis tantum corpus Christi sumi.

Hæc verba & alia huiusmodi, vbi de spirituali māducatione agitur, quidam obtuso corde legentes, et veris caligine inuoluti sunt adeo, vt præsumpserint dicere, corpus & sanguinē Christi à bonis tantum sumi, & nō à malis. Sed indubitāter tenendū est, à bonis

ca. Quid est Christum. Tra. 25. in per Ioan. Ibid. nec. 26.

† panem vinum, habet Augusti. De verbis domini, ser. 11. Et dec. dist. 2. c. a. Quid est. Christum. Aug. ad infantes ad altare d sacr. Et de cons. dist. 2. cap. 72 possunt.

Augur. lib. 1 sen. Prosc. c. 339. Et 8 con. d. 2. c. Quid discordat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumi non modò sacramentaliter, sed & spiritualiter: à malis uero tantùm sacramentaliter, id est sub sacramento, scilicet sub specie uisibili, carnem Christi de Virgine sumptā, & sanguinem pro nobis fusum sumi: sed non mysticam: quæ tantum bonorum est. Quod subditis probatur testimonijs. Greg. ¶ Est quidem in peccatoribus & indignè sumētibus vera Christi caro, & uerus sanguis, sed essentia, non salubri efficientia.] Item August. [Multi indigne accipiunt corpus Domini: de quibus Apost. ait, Qui manducat & bibit calicē Domini indignè, iudicium sibi mā ducat & bibit. Per quod docemur, quàm sit cauendū, malè accipere bonum. Ecce enim factū est malū, dū malè accipitur bonum: sicut econtra Apostolo factū est bonum, cùm bene accipitur malum, scilicet dū stimulus satanæ patienter portatur. Ergo & mala prosunt bonis, sicut angelus satanæ Paulo,]¶ & sancta obsunt malis: bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Vnde qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: nō quia res illa mala est, sed quia malus malè accipit qd̄ bonū est.]Idem, [Indignè quis sumēs corpus Christi, nō efficit vt quia malus est, malū sit quod accipit: vel quia nō ad salutē accipit, nil accipiat. Corpus. n. & sanguis Dñi nihilominus erat in illis, quibus ait Apostol. Qui manducat indignè, &c.] His aliisque pluribus apertè ostenditur, quod etiam à malis uerum corpus Christi & sanguis sumitur, sed sacramentaliter, non spiritualiter.

Ca. 1. l. 2. expositionis 1. Reg. circa med. ti.

Sup Ioā. tra. 26. post medium, to. 9.

1. Cor. 11. f

2. Cor. 12. c

Aug. tra. super Ioā. 6. post mediū

Aug. li. 5. contra Donat. cap. 8.

1. Cor. 11. f

De intelligentia quorundam uerborum ambiguorum.

C Secundum hos duos modos sumendi, intelligēdi quorundam uerborum ambiguè dictorum distinguēda est. Ait enim Augustinus, [Bonus accipit sacramentum & rem sacramenti, malus verò sacramētū & non rem.]Sacramentum hic dicit corpus Christi proprium de Virgine natum: rem verò spiritualem Christi carnem. Bonus ergo vtcunque Christi carnē accipiens

Hom. 26. super Ioā. quo ad sententiā: & in glos. ad illud 1. Cor. 2. Quis ista cognouit.

lus verò tantùm sacramētū, id est corpus Christi sub sacramento, & non rem spiritualem. Item, Non manducans mandcat, & manducans non manducat: quia non manducans sacramentaliter, aliquando manducat spiritualiter, & econuerso. Et qui manducāt spiritualiter, ueritatem carnis & sanguinis dicuntur sume re, quia ipsam efficientiam habent, id est remissionem peccatorū: pro quā uidetur orari cū dicitur. Per ficiāt nobis Domine, quæsumus, tua sacramenta quod continent, vt quod nunc specie gerimus, rerum ueritate capiamus. Rerum ueritatem dicit ipsam efficiētiā quasi dicat, Per hec sacramenta ps̄ta, ut sicut sacramentaliter carnem Christi sumimus, ita spiritualiter sumamus. Vel petit sacerdos, vt Christus qui nunc sub specie panis & uini sumitur manifesta uisione, sicut in essentia diuinitatis est quandoque accipiatur. Confiat ergo, à bonis & à malis sumi corpus Christi, sed à bonis ad salutem, à malis ad perniciem.

In cōplēdo missæ. De cōs. dist. 2. cap. Spacies.

DE HAERESI ALIORVM, QVI DICENT. *corpus Christi non esse in altari nisi in signo.*

A

DISTINCT. X.

VNT item alij, præcedentium insaniam transcendentes, qui Dei uirtutem iuxta modum naturalium rerum mentientes, audacius ac periculosius veritati contradicunt, asserentes in altari non esse corpus Christi uel sanguinem, nec substantiam panis uel uini in substantiam carnis & sanguinis conuerti, sed ita Christum dixisse, Hoc est corpus meum, sicut Apostolus dixit, Petra aūt erat Christus. Dicunt. n. ibi esse corpus Christi tamtū in sacramēto, ad est in signo, & tantū in signo manducari à nobis. Qui errandi occasionem sumunt

1. Cor. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 6. f Aug. super ps. 54. et de cōs. dist. 2. cap. Prima quidem. Aug. super ibid. ps. 98. Adoratio sca bellum.

sumūt à verbis Veritatis: vnde prima hæresis facta est in discipulis Christi. [Cùm.n. diceret, Nisi quis mādaucauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit uitam æternam: illi non intelligentes dixerunt, Durus est hic sermo: quis potest eum audire? & abierunt retrò.] [Illis discedentibus instruxit duodecim qui remanserant. Spiritus est, inquit, qui uiuificat: caro nihil prodest: uerba quæ locutus sum uobis, spūs & uita sunt. Intellexisti spiritualiter, spūs & uita sunt. Intellexisti carnaliter: nēc sic spiritus & vita sunt: sed tibi nō sūt. Spiritualiter intellige quæ locutus sū. Non hoc corpus quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem quē fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentū aliquod vobis commendaui. Spiritualiter intellectum vinificabit vos: caro autem nō prodest quicquam.] Sunt etiam & alia, illorum infamiæ fomitem ministrantia. Ait.n. Aug. [Donec seculum finiatur, furfum est Dominus: sed tamen etiam hic nobiscum est veritas Dominus. Corpus.n. in quo resurrexit, in uno loco esse oportet: veritas autē eius ubiq; diffusa est.] Itē, [Vna persona est Deus & hō: vbique per id q̄ est Deus, in cœlo per id q̄ homo est. Christus dicit etiam, Pauperes semper habetis uobiscum: me autem non semper habebitis.] His aliisq; vtitur præfati hæretici in assertionem sui erroris.

Tract. 50. super Ioan. in fine. Augustī. ad Dardanū, epi. 57. non lōge à prin. Matt. 26. a

B *Determinatio præmissorum.*

Quæ ex eadem ratione omnia accipienda sunt: nā enim verbis his negatur, verū corpus Christi à fidelibus sumi, vel in altari esse: sed his Veritas Apost. & in eis nos instruxit, q̄ ipsius corpus non per partes diffectum, ut putauerunt illi discipuli qui retro ierunt, sed integrum, nec visibiliter in forma humana, sed inuisibiliter sub forma panis & uini corpus & sanguinem nobis traderet. Quem sensum Augustī. confirmans, [Ipsum quidem, & nō ipsum corpus quod videbatur, māducaturi: ipsum quidē, inuisibiliter, non ipsū visibiliter.]

De cōs. dist. 2. cap. Nouit. ex epi. Aug. ad Ianuarium.

visibiliter.] Item, [Et si necesse est illud celebrari visibiliter, necesse est tamen inuisibiliter intelligi.] Ita *Aug. super* eriā intelligēdum est corpus Christi esse in vno loco, *Psal. 98. lo-* scilicet visibiliter in forma humana: veritas tamē eius *co præalle-* id est diuinitas, vbique est: veritas etiam eius. i. verum *gato.* corpus, in omni altari est, vbicunque celebratur. Sic etiam illud intelligendum est, Pauperes semper habetis vobiscum: me autem non sēper habebitis, secūdum corporalem præsentiā. s. qua cum eis cōuersabatur. Similiter per id quod homo est, in cœlo est, scilicet visibiliter: inuisibiliter autem est in altari: quia nō in forma humana apparet, sed forma panis & uini operitur. Vnde & inuisibilis caro eius dicitur, quæ vere est in altari. Sed quia in specie sua nō apparet, inuisibilis dicitur. Ait enim Aug. [Hoc est qđ dicimus, qđ *Mat. 26. a* mundis omnibus approbare contēdimus, sacrificium Ecclesiæ duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine: sacramento & re sacramēti, id est, corpore Christi: sicut & Christi persona cōstat & conficitur ex Deo & homine, cùm Christus sit verus Deus & homo: quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, ex quibus cōficitur. Conficitur autem sacrificium ecclesiæ duobus, sacramento, & re sacramēti, id est, corpore Christi. Est ergo sacramentum, & res sacramenti, idem corpus Christi.] Ecce inuisibilem dixit carnem Christi, quia forma panis operta sumitur & tractatur. Idemq; corpus Christi, dixit esse sacramentum & rem: ex quo cōfirmatur quod suprà diximus. Deinde addit quod magis mouet lectorem. [Caro, inquit, eius est, quam sub forma panis opertam in sacramento accipimus: & sāguis eius, quem sub vini specie ac sapore poramus: carne videlicet carnis, & sanguis sacramentum est sanctificatæ carne & sanguine vtroq; inuisibili, intelligibili, & spirituali significatur corpus Christi visibile & palpabile, plenum gratia & diuina maiestate.]

Extant hæc verba apud Lanfrancū, non ita procul ante medium lib. Et citantur de cōsec. dist. 2. ca. Hoc est.

De cōs. dist. 2. c. Hoc est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C *Quæ sit intelligentia præmissorum.*

Attẽde his diligenter: quia tropo quoddam vtitur hic Augustinus, quo solet res significãtes rerũ sortiri vocabula quas significãt. Hic enim visibiles species panis vocatur nomine carnis, & visibiles species vini nomine sanguinis. Inuisibilis verò & intelligibilis dicitur caro Christi, quia secundũ illam speciem nõ videtur caro, sed intelligitur: ita & sanguis. Caro ergo inuisibilis dicitur esse sacramentũ carnis visibilis: quia species panis, secundum quam non videtur caro illa, est sacramentum carnis visibilis: quia carne inuisibili i specie, secundum quam caro Christi non videtur caro, significãt corpus Christi, qđ est visibile & palpabile, vbi i sua forma apparet. Ita & de sãguine accipi debet. Quem sensum confirmat Aug. aperiens qualiter prędicta intelligenda sint, quia obscurè dixerat, consequẽter dicens [ita panem vocari corpus Christi, cum verè sit sacramentum corporis Christi quod in cruce pollutum est, sicut ipsa immolatio, quæ fit manibus sacerdotis, vocatur Christi passio, non rei ueritate, sed significandi mysterio: & sicut sacramentũ fidei dicitur des.] Satis respondtum est hæreticis, & obiectionibus eorũ, qui negant verum corpus Christi in altari esse, & panem in corpus, uel uinum in sanguinem mystica consecratione conuerti, dicentes, Quis audeat mãducare dominum suum? Quis etiam audeat dicere, quotidie formari corpus Christi de materia vel substantia, quæ non fuit caro Virginis?

De cõse. dist. 2. Hoc est qđ dicimus, para. Sicut ergo.

Autoritatibus probat verum corpus Christi esse in altari, & id in panem conuerti.

D Hæc & his similia obiiciũt illi, in diuino mysterio legem naturæ sectantes: quorum perfidiam subdita conuincunt testimonia. Ait. n. Veritas, Accipite: hoc est corpus meum. Item Ambrosius [Si autem valuit sermo Heliæ, ut ignem de cœlo deponeret, non valebit tantum sermo Christi, vt substantias mutet? De totius mundi operibus legitur, Quia ipse dixit, & facta sunt, &c. Sermo igitur, id est filius, qui potuit ex nihilo facere qđ non erat, non potest ea quæ sũt, in id mutare quod non erant? † Non enim minus est creare, quàm mutare nouas naturas rebus.] Item, [Si ordinem quærimus, viro mixta fœmina generare cõ fecerat. Liquet ergo, ꝙ præter naturæ ordinem Vir parthenogenerauit, & hoc quod confitemur corpus, ex Virgine est. Quid ergo hic quæris naturæ ordine in Christi corpore, cùm præter naturam sit ipse partus ex Virgine?] Item, [Ante benedictionẽ alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ante cõsecrationem aliud dicitur, post consecrationẽ sanguis nuncupatur. Tu dicis, Amen, id est, verum est. Quod sermo fonat, affectus sentiat.] Item Augu. [In specie panis & vini quam videmus, res inuisibiles, id est carnem & sanguinem honoramus: nec similiter pendimus has duas species, sicut ante consecratio pendebamus. Cum fideliter fateamur, ante consecrationẽ panem esse & vinum quod natura formauit, post consecrationem verò, carnem Christi & sanguinem, ꝙ benedictio consecrauit.] Item Amb. [Panis est in altaris vsu situs, ante verba sacra: vbi accessit consecratio, de pane fit Christi caro. Quomodo autẽ potest quod est panis, esse corpus Christi? consecratione, quæ fit sermone Christi.] Item, [Si tanta vis est in sermone Domini, vt inciperent esse quæ non erant: quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud cõmutentur? Sic quod erat panis ante consecrationẽ, iã corpus Christi est post cõsecrationem: quia sermo Christi creaturã mutat: & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua in calicem missum fit sanguis, consecratione verbi cœlestis.] Item Aug. [Sicut per spũm deum ex substantia panis & vini idem corpus Christi & sanguis cõsecratur. Corpus Christi & ueritas est, & figura. Veritas, dum corpus Christi & sanguis vt spiritus sancti ex panis vinique substantia efficitur:

Mat. 26. a
Amb. lib. de his q myst. initi. cap. 9.
4. Reg. 9.
Gene. 1. & Psal. 32. b
† Non enim minus est nouas reb. dare, quàm creare.
Sic apud Ambro.
Ibidem.
Ibidem.
De cõse. dist. 2. Nos autẽ.
Li. de Sacr. 4. c. 4. & de cõse. dist. 1. Panis est.
Ibidem.
In ser. quidã de verbis euãg. cuius initiũ, Veri Christiani, quæ est Christus, sic sed non rep. in vulg. exẽ plari. & de cõs. dist. 2.

Yy 2 Figura

Figura uerò est id quod exterius sentitur.] Item Eusebius Emisenus, [Inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, uerbo suo, secreta potestate commutat.] Ex his aliisque plurimis constat, verum corpus Christi & sanguinem in altari esse, imo integrum Christum ibi sub utraque specie: & substantiam panis in corpus, uinique substantiam in sanguinem conuerti.

Virtum sub. in serm. de corpore & sang. Dom.

DE MODO CONVERSIONIS.

A DISTINCT. XI.

SI autem quæritur, qualis sit illa conuersio, an formalis, an substantialis, uel alterius generis: definire non sufficio: formalem tamen non esse cognosco: quia species rerum quæ ante fuerant, remanent, & sapor, & pondus. Quibusdam esse uidetur substantialis, dicentibus sic substantiam conuerti in substantiam, ut hæc essentialiter fiat illa. Cui sententiæ præmissæ autoritates consentire uidentur.

B *Oppositio.*

Sed huic sententiæ sic opponitur ab alijs, Si substantia panis, inquiunt, uel uini conuertitur substantialiter in corpus uel sanguinem Christi, quotidie fit aliqua substantia corpus uel sanguis Christi, quæ ante non erat, & hodie est aliquid corpus Christi, quod heri non erat, & quotidie augetur corpus Christi, aeque formatur de materia, de qua in conceptione non fuit factum. Quibus hoc modo responderi pōt, quia non ea ratione dicitur corpus Christi confici uerbo cœlesti, quod ipsum corpus in conceptu Virginis formatum, deinceps formetur: sed quia substantia panis uel uini, quæ ante non fuerat corpus Christi uel sanguis, uerbo cœlesti fit corpus & sanguis. Et ideo sacerdotes

cerdotes dicuntur conficere corpus Christi & sanguinem, quia eorum ministerio substantia panis fit caro, & substantia uini fit sanguis Christi: nec tamen aliquid additur corpori uel sanguini, nec augetur corpus Christi uel sanguis.

C *Augustin. in lib. Sententiarum Prosperi.*

Si uerò quæris modum quo id fieri possit, breuiter respondeo, Misterium fidei credi salubriter potest, inuestigari salubriter non potest. Quòd ergo corpus Christi, panis mutatione in id, non augmentatur, nec sanguis ex uini conuersione; eius uoluntati & potentiæ adscribatur, qui idem corpus de Virgine eduxit: fit ergo substantia illa ita sine eius augmēto. Nec tamen concedunt quidam quòd substantia panis aliquando sit caro Christi: et si fiat caro Christi, sicut farina facta est panis, & aqua facta est vinum, nec tamen dicitur, farina est panis, & aqua est vinum. Alij verò concedunt, illud quod erat panis vel uini, post consecrationem esse corpus & sanguinem: non tamen sequitur, Panis est caro Christi, vel vinum est sanguis, quia substantia panis vel uini, postquā facta est caro Christi vel sanguis, non est substantia panis vel uini, sed caro & sanguis. Ideo distinguendum videtur, cum dicitur, substantia panis, vel id quod erat panis, modo est corpus Christi. Manens enim panis non est corpus Christi: sed mutata in id quod facta est, est corpus Christi. Nec dicimus substantiam panis vel uini materiam esse corporis vel sanguinis Dominici: quia non de ea vt de materia formatur corpus, sed ipsa formatur in illud, & efficitur illud. Vnde Augustinus, [Corpus Christi dicimus illud, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum sumimus in memoriam dominicæ passionis, quod cum per manus hominis ad illam visibilem speciem perducatur, non sanctificatur, vt sit tam diuinum sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu Dei.]

Libr. de Trin. 3. c. 4. in fi. Et de consec. dist. 2. cap. Corpus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Asserunt quidam dictum panem transire in corpus Christi.

D Quidã verò fiedicunt conuersionem illã esse intelligendam, vt sub illis accidentibus, sub quibus erat prius substantia panis & vini, post consecrationẽ sit substantia corporis & sanguinis, sic tamẽ vt non ea afficiatur: & sic asserunt dictum panẽ transire in corpus Christi, quia vbi erat panis, nunc est corpus Christi. Q3 si est, quid ergo fit de substantia panis & vini? Illi dicunt vel in præiacentẽ materiã resolui, uel in nihilũ redigi. Alij verò putauerunt ibi substantiã panis & vini remanere, & ibidẽ corpus Christi esse, & sanguinẽ: & hac rõne dici illã substantiã fieri istam, quia vbi est hæc, est & illa: quod mirum est: & ipsam substantiam panis vel vini dicunt esse sacramentum. Sed q̃ non sit ibi substãtia, tñ corpus Christi & sanguis, ex prædictis & subditis apertè ostenditur. Ait. n. Ambro. (Panem istum quem sumimus in mysterio, nihil intelligo utiq; qui manu sancti spiritus formatus est in utero Virginis, & igne pathionis decoctus in arca crucis. Panis. n. angelorum factus est cibus hominũ. Vnde Veritas ait, Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi: & iterum, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ex his namq; duabus sententijs apertè datur intelligi, quia panis ille & iste, non duo, sed unus panis & vna caro, procul dubio vnum efficitur corpus. Illud verò, illud sanè, quod sumptum est de Virgine, quod resurrexit, & in cœlum ascendit,) Item Gregorius, (Quis fidelium habere dubium potest, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem cœlos aperiri, in illo CHRISTI mysterio angelorum choros adesse, summa & ima sociari, vnum quid ex inuisibilibus atque visibilibus fieri?) Idem, (Eodem momento & in cœlum rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari uidetur. Sicut diuinitas uerbi totum implet mundum, ita multis locis illud corpus

† vt ex eis non efficiatur.

De cõs. dist. 2. c. Omnia quæ.

Ioan. 6.c

Li. 4. dialo. ca. 58. & de cõsec. dist. 2. cap. Quid sit sanguis.

Ibidẽ, apud Gratianũ.

corpus consecratur. Nec sunt tamen multa corpora Christi, sed vnũ corpus, & vnus sanguis. Ideoq; siue plus siue minus quis inde percipiat, oẽs æqualiter corpus Christi integerrimè sumũt.) Post consecrationẽ ergo nõ est ibi substantia panis vel vini, licet species remaneant. Est enim ibi species panis & vini, sicut & sapor. Vnde aliud videtur, aliud intelligitur.

E *Quare sub alia specie.*

Sub alia aũt specie tribus de causis carnẽ & sanguinem tradidit Christus, & deinceps sumendũ instituit: vt fides (haberet meritum, quæ est de his quæ nõ videntur: quia (fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum.) Et ideo ẽt, ne abhorreret animus quod cerneret oculus: quia non habemus in usu carnem crudã comedere, & sanguinem bibere. Quia ergo Christũ vorari dentibus fas non est, in mysterio carnem & sanguinem nobis cõmendauit. Et ẽt ideo, ne ab incredulis religioni Christianæ insultaretur. Vnde Aug. (Nihil rationabilius, quàm vt sanguinis similitudinem sumamus, vt & ita veritas non desit, & ridiculum nullum fiat à paganis, q̃ cruorem occisi hominis bibamus.) (Ne ergo hoc fieret, & ne veluti quidam horror esset cruoris, in similitudinem accipimus sacramentum.) Ex præmissis iam liquet, quare sua alia specie, & quare sub ista hoc sacramentum Dñs celebrauerit, & celebrari à nobis instituerit.

Greg. homi. 26. super E. mang.

Aug. in ser. præalle. Et de cons. dist. 2. c. Verum sub figura. Amb. lib. 5. de Sac. c. 1. & de cõsec. dist. 2. cap. Panis est.

F *Quare sub duplici specie.*

Sed quare sub duplici specie sumitur, eũ alterutra totus sit Christus? Vt ostenderetur totã humanã naturam assumpsisse, vt totam redimeret. Panis enim ad carnem refertur, vinum ad animam: quia vinum operatur sanguinem: in quo sedes animæ à Physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur, vt animæ & carnis susceptio in Christo, & vtriusq; libertatio in nobis significetur. (Valet enim (vt Ambro. ait) ad tuitionẽ corporis & animæ quod percipimus: quia Christi pro salute corporis, sanguis verò pro

Commen. ad 1 1. cap. epi. 1. ad Cor. 11. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

anima nostra offertur: sicut præfigurauit Moyses: Caro, inquit, pro corpore vestro offertur, sanguis pro anima: sed tamen sub vtraq; specie sumitur, quod ad vtraque valet: quia sub vtraq; sumitur ipse totus Christus. Sed si in altera tantùm sumeretur, ad alterius tantù. Leuit. 17. c. animæ vel corporis, non vtriusq; pariter tuitionem valere significaretur. Sub vtraque specie tamen totus sumitur Christus: nec plus sub vtraq;, nec minus sub altera tantùm sumitur. [Eadem enim ratio est (vt ait Hilarius) in corpore Christi, quæ in manna præcessit. De quo dicitur, Qui plus collegerat, non habuit amplius: nec qui minus parauerat, habuit minus.] Et licet sub vtraque specie idẽ sumatur totus Christus, tamen non fit conuersio panis nisi in carnem, nec vini, nisi in sanguinem. Nec debent dici duo sacramenta, sed vnum: quia sub vtraque specie idem sumitur. Neq; debet iterari sacrameutum: quia benedictio nõ reperitur super speciem eandem. Neque alia substantiæ in sacrificium veritatis offerri debet: quia de alijs non potest consecrari corpus Christi vel sanguis.

Hila. Papa, de cõsec. dist. 2. cap. Vbi pars est. Exod. 16. d

G *Quare aqua admisceatur.*

Aqua verò admiscenda est vino: quia aqua populum signat, qui per Christi passionem redemptus est.

Ex 3. comi. Bracara. 1. Et de consec. dist. 2. cap. Cum omne.

[Calix ergo dominicus, iuxta Canonum præceptũ, aqua & vino mixtus debet offerri: quia videmus in aqua populũ intelligi, in vino ostendi sanguinẽ Christi. Cum ergo in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentiũ plebs ei in quem credit copulatur: quæ copulatio aquæ & vini sic miscetur in calice Christi, vt mixtio illa non possit separari. Nam si vinum quis tantùm offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis.]

H *Iulius Papa.*

Si verò quæritur, an irritũ sit quod geritur, si aqua prætermittatur: audi quod sequitur in eode canone.

Ibidem. [Non põt, inquit, calix Domini esse aqua sola, aut vinum solũ, nisi vtrunq; misceatur.] Item Cyprianus. [Calix

[Calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrunq; misceatur. sicut nec corpus Domini potest esse farina sola, nec aqua sola, nisi vtrunque fuerit adunatũ, & panis vnius compage solidatum.] Si quis tamen non intendens introducere hæresim, obliuione vel ignorantia aquam prætermiserit, non videtur esse irritum sacramentum: sed ille grauiter est corripiendus. Nam & Græcorum ecclesia nõ apponere aquam dicitur. Quod etiam ex dictis Cypriani videtur posse colligi: ait enim, [Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc seruauerit, quod nos Dominus facere & exemplo & magisterio docuit, põt simplicitati eius indulgentia Dominivenia concedi. Nobis verò nõ potest ignosci, qui nũc à Domino instructi sumus, vt calicẽ Domini cũ vino mixtũ, secundũ od Dominus obtulit, offeramus.] Ex hoc videtur, q̃ si quis simpliciter vel ignorãter vinũ offerat sine aqua, sacramẽtũ cõficiat. Aqua verò nullatenus sine vino potest offerri in sacrificio', nec panis nisi de frumẽto: nec granũ frumẽti, nisi redactum fuerit in panem: quia Christus & panẽ se dicit, & grano frumenti se comparat. Quod ergo suprà dictum est non posse vinũ solũ offerri, determinari oportet: recipit enim exceptionẽ. Nõ potest, nisi sim pliciter vel ignoranter fiat: vel non potest, id est non debet. Quibusdam tamen videtur hoc generaliter verum. Colligitur etiam ex prædictis, q̃ Christus vinũ aqua mixtum dedit discipulis. Corpus verò tale dedit, quale tunc habuit, id est mortale & passibile. Nunc verò sumitur à nobis immortale & impassibile: nec tamen maiorẽ habet efficientiam. Eucharistia quoq; intincta non debet dari populo pro supplemẽto communionis: quia nõ legitur Christus alicui discipulorum præbuisse panem intinctum nisi Iudæ. [Tunc vera non accepit Iudas corpus Christi, sed tantùm panem: corpus verò & sanguinem Christi antè cũ alijs discipulis perceperat.

Lib. 2. epist. 3. Et de cõsec. dist. 2. cap. Sicut sancti ficando.

Eadem epist. Et de consec. dist. 2. cap. Scripsimus.

Ioan. 6. d

Ioan. 12. d

Quòd nõ debeat populo dari hostia intincta.

De cõs. di. 2. c. Cũ omne. Aug. ser. 28 ad fratres in eremo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VBI ILLA ACCIDENTIA fundantur.

A DISTINCT. XII.

SI autem quæritur de accidentibus quæ remanent, id est de speciebus, & sapore, & pondere, in quo subiecto fundentur: patius mihi videtur fatedum existere sine subiecto, quàm esse in subiecto: quia ibi nõ est substantia, nisi corporis & sanguinis dominici: quæ non afficitur illis accidentibus. Non enim corpus Christi talem habet in se formam, sed qualis in iudicio apparebit. Remanet ergo illa accidentia per se subsistentia ad mysterij ritum, ad gustus, fideiq; suffragiũ: quibus corpus Christi habens formam & naturam suam tegitur.

B *De fractione & partitione.*

Solet ẽt quæri de fractione & partitione quę ibi videtur fieri, vtrũm vera sit. & si ibi vera fractio est, cuius rei sit, vel in qua re fiat. Cũq; non sit ibi alia substãtia quã Christi, si in aliqua substãtia est illa fractio, in corpore Christi videtur esse. Sed ecõtra, cũ ipsum corpus incorruptibile sit (quia immortale & impassibile) in ipso non posse esse videtur. Nam & Christus redarguit carnalẽ sensum discipulorum, qui putabãt carnem Christi sicut aliam in partes diuidendam, & morsibus dilacerandam. Ideo quibusdã placet, q̃ nõ sit ibi fractio sicut videtur: sed dicitur frangi, quia videtur frangi. Quibus obijcitur quod ait Ambr. [Nihil falsi putandum est in sacrificio veritatis: sicut sit in magorum præstigijs, vbi delusione quadam fallãtur oculi, vt videant esse quod non est.] Ad hoc illi dicunt, Non fallit nos visus, nec fallitur: quod esset, si crederetur ita frangi vt videtur. Nec illusio est: quia ad vtilitatem fiebat, non ad deceptionem ita fiebat sicut & Christus se ostendit duobus discipulis in via in specie peregrini: nec in eo tamen talis forma erat sed oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent.

Ioan. 6. g

Opinio quæ vitanda.

Luc. vlt.

C *Aliorum opinio.*

Alij verò dicunt, quòd sicut ibi species panis est, & non est ibi res cuius vel in qua sit illa species: ita est ibi fractio, quæ non fit in aliqua re: quia nihil ibi frangitur: quod mirabiliter dei potentia fieri dicunt, vt ibi sit fractio, vbi nihil frangitur.

D *Aliorum opinio.*

Alij tradunt corpus Christi essentialiter frangi & diuidi, & tamen integrum & incorruptibile existere. Quod se colligere asserunt ex confessione Berengarij: qui confessus est coram Nicolao Papa & pluribus Episcopis, panem & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solùm sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Christi esse: & sensualiter non solùm sub sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari & frangi, & fidelium dentibus atteri.

Cõfessio Berengarij. & habe. de cõs. dist. 2. cap. Ego Berengarius.

E *Sententia probabilior.*

Sed quia corpus Christi incorruptibile est, sanè dici potest fractio illa & partitio non in substantia corporis, sed in ipsâ forma panis sacramentalis fieri: vt vera fractio & partitio sit ibi, quæ fit non in substantia corporis, sed in sacramento, id est specie. Ne autem mireris vel insultes si accidentia videantur frãgi, cùm ibi sint sine subiecto: licet quidam asserant ea sustentari in aere. Et ibi vera fractio & partitio, quæ fit in pane, id est in forma panis. Vnde Apostolus ait, Panis quę frangimus: quia forma panis ibi frangitur, & in partes diuiditur. Christus verò integer manet, & totus est in singulis. Vnde Augustinus, [Quid do Christus manducatur, vita manducatur. Sed quis audeat manducare dominum suum? Et tamen veritas inuitans nos ad manducandum ait, Qui manducat me, viuit propter me. Nec occiditur Christus vt manducetur, sed mortuos viuificat: quando manducatur, reficit

1. Cor. 10. d

Infer. de nec bis Euan. et habe. de cõs. d. 2. c. Inui tas: & in gloss. ord. x

1. Corin. 10. non deficit, viuit manducatus, quia surrexit occisus: nec quando manducamus, partes de illo facimus: & quidem in sacramento sic fit. Item, [Norunt fideles quomodo manducent carnē Christi: vnusquisque accipit partē suā: vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes māducatur, & manet integer totus: per partes māducatur in sacramēto, & manet integer totus in cælo, manet integer totus in corde tuo.] Ideo ista dicūtur sacramenta, quia in eis aliud videtur, & aliud intelligitur: videtur panis & calix: qđ & oculi renunciāt: quod autē fides instrucda postulat, panis est corpus Christi, calix est sanguinis. Ex his datur intelligi, qp fractio & partes, quæ ibi videtur fieri, in sacramēto fiūt, id est in specie visibili. Ideoq; illa Berengarij verba ita distinguenda sūt, vt sēsualiter nō modo in sacramēto, sed in veritate dicatur corpus Christi tractari manibus sacerdotū frāgi verō & alteri dentibus, verē quidem, sed in sacramento tantūm. Vera ergo est ibi attritio & partitio: sed in singulis partibus totus est Christus. Vnde Hieronymus, [Singuli accipiūt Christū dominū, & in singulis portionibus totus est: nec per singulas minuitur, sed integrū se præbet singulis.] Item Hilarius, [Vbi pars est corporis, ibi est & totū.]

Ibidem.

In ser. quodā et habe. de cons. dist. 2. ca. Singuli accipi.

De cōs. dist. 2. cap. Vbi F pars.

Quid ille partes significent.

De cōs. dist. 2. cap. Triforme.

Quid aūt partes illæ significent, Sergius Papa tradit, inquiens, [Triformæ est corpus Christi: pars obdita in calicē missā, corpus Christi qđ iā surrexit, monstrat: pars comesta, ambulans adhuc super terrā: pars in altari vsque ad finem Missæ remanens, corpus iacēs in sepulcro significat: quia vsque in finē seculi corpora sanctorum in sepulchris erunt.] Et sicut partes illæ mysticam tenēt significationē, ita etiā & fractio, passionis Christi & mortis est repræsentatio. Vnde ipse ait, Hoc facite in meā commemorationē, id est in memoriā passionis & mortis meæ. Nam, vt ait Ambr. [Quia in morte Christi liberati tumus, huius in edendo & bibendo carnem & sanguinem, memores esse debemus.]

Luce 22. b Sup. 1. Cor. 11. et hab. de cons. dist. 2. ca. Quia in mysterio.

debemus.] Sed caueat quisque ne indignè percipiat: quia iudicium sibi manducat. [Non enim est iste panis qui vadit in corpus, sed panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Sic ergo viue, vt quotidie merearis accipere.] [nec accedas indignus. Indignus est qui aliter celebrat mysteriū quām Christus tradidit,] vel qui habens mortale peccatum accedit. [Ergo etsi sint peccata quotidiana, vel non sint mortifera, antequam accedas, dimitte debitoribus tuis. Si dimittis, dimittetur tibi: & sic securus accede. Panis enim saluaris est, non venenum. Si ita accedis, spiritualiter manducas. Spiritualiter enim manducat, qui innocentiam ad altare portat.]

Aug. de verbis dñi, sermo. 28. seu Amb. li. 5. de Sacr. ca. 4. Et de cōs. dist. 2. cap. Nō iste panis.

Ambro. ad 11. c. epi. 1. ad Cor.

Trēt. 26. sup. Ioan.

G *Si illud sit sacrificium, & si sæpius immoletur Christus.*

Post hæc quæritur, si qđ gerit sacerdos, propriè dicatur sacrificiū vel immolatio: & si Christus quotidie immoletur, vel semel tantūm immolatus sit. Ad hoc breuiter dici potest, illud quod offertur & cōsecratur a sacerdote, vocari sacrificium & oblationē: quia memoria est & repræsentatio veri sacrificij & sanctæ immolationis facte in ara crucis. Et semel Christus mortuus in cruce est, ibique immolatus est in semetipso: quotidie aūt immolatur in sacramento: quia in sacramento recordatio sit illius quod factum est semel. Vnde Augustī. [Certum habemus quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, & tamen ne obliuiscamur quod semel factum est, in memoria nostra omni anno fit, scilicet quoties pascha celebratur. Nunquid toties Christus occiditur? sed † tantūm anniuersaria recordatio repræsentat quod olim factum est: & sic nos facit moueri tanquam videamus Dominum in cruce. Item, [Semel immolatus est Christus in semetipso: & tamē quotidie immolatur in sacramento. Quod sic intelligendum est, quia in manifestatione corporis & distinctione membrorū semel tantū in cruce pependit, offerens se Deo patri hostiā redēptionis efficacē, eorū scilicet quos prædestinauit.]

Heb. 7. d Super Psa. 21. in præf. expos. 2. Et de cōsec. dist. 2. c. Semel Christus. Rom. 6. b

† tamen, Aug. ad Bo. epist. 23. & hab. de cōse. dist. 2. c. Semel immolatus.

Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item Ambros. [In Christo semel oblata est hostia ad salutē potens. Quid ergo nos? nonne per singulos dies offerimus? Etsi quotidie offeramus, ad recordationē eius mortis sit: & una est hostia, non multæ. Quomodo una, & nō multæ? quia semel immolatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius: idipsum. & semper idipsum offertur: proinde hoc idem est sacrificium. Alioquin quoniam in multis locis offertur, multi sunt Christi? nō: sed vnus ubiq; est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus: sicut quod vbiq; offertur, unum est corpus, ita & unum sacrificium. Christus hostiam obtulit: ipsam offerimus & nunc: sed quod nos agimus, recordatio est sacrificii.] Nec causa suæ infirmitatis repetitur, quia perficit hominem: sed nostræ, quia quotidie peccamus. Ex his colligitur esse sacrificium & dici, quod agitur in altari: & Christum semel oblatum, & quotidie offerri: sed aliter nunc, aliter nunc. Et etiam quæ sit uirtus huius sacramenti ostenditur, remissio scilicet peccatorum venialium, & perfectio virtutis.

Christ. id habet hom. 17 in epi. ad Hebræ. & allegatur de cons. d. ſt. 2. cap. In Christo.

Quæ ſit huius ſacramenti virtus. l. 1. de ſa. cap. 6.

H *De causa institutionis.*

Institutum est enim hoc sacramentum duabus de causis, in augmentum virtutis, scilicet charitatis, & in medicinam quotidianæ infirmitatis. Vnde Ambro. [Si quoties effunditur sanguis Christi, in remissionē peccatorum effunditur, debeo ipsum semper accipere, qui semper pecco, debeo semper habere medicinā.] Item Augustī. [Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel sit passus: quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non pōt. Et quia quotidie labimur quotidie Christus mystice immolatur pro nobis.] [Dedit enim nobis hoc sacramentū salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & illā mori nō pōt: per hoc sacramentū remissionem consequamur. Quotidie comeditur ipse & bibitur in veritate, sed integer & viuus manet.] Item, [Mysteriū fidei dī: quia credere debes q; ibi salus nostra cōsistat.] Si

Ex ſer. de ſacram. altaris. Decon. diſt. 2. cap. Verum ſub figura. Lib. 4. contra duas ep. Pela. ca. 10. & lib. de verbis domin. ſer. 28 et de conſ. di. 2. c. Quid ſit ſanguis.

Si autem quæratur, Vtrùm quotidie communicandū sit, quid inde tradit. Aug. [Quotidie, inquit, eucharistiam accipere, nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, grauari magis dico eucharistiæ perceptione, quam purificari. Et licet quis peccato mordeatur, si peccandi tamen de cetero non habeat voluntatem, & sōtis faciat lachrymis & orationibus, accedat securus: sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non grauant.] [Si verò non frequentius, saltem ter in anno homines communicent, nisi forte quis criminalibus impediatur: in Pascha scilicet, & Pentecoste, & in natali.] [Omnes ergo communicent, qui noluerint carere ecclesiasticis luminibus.]

Lib. de eccleſ. dogma. c. 53. Et de con. di. 2. c. Quotidie.

Fabianus papa, de cō. di. 2. ca. Et ſi non Anacle. epi. 1. de conſ. di. 2. c. Peralia.

SI HAERETICI ET EXCOMMVNICATI *hoc sacramentum conficiant.*

A DISTINCT. XIII.

SOLET etiam quæri, vtrùm praui sacerdotes hoc sacramentum conficere queant. Ad quod dici potest, quòd aliqui, licet sint praui, conficerant verè, scilicet qui intus sunt nomine & sacramento, etsi non vita: quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris. Vnde Augu. [Intra catholicam ecclesiā in mysterio corporis & sanguinis Domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrātis, sed in verbo perficitur creatoris, & virtute spiritus sancti. Credendum est enim, quòd in verbis Christi sacramenta conficiantur.] Sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per spiritum sanctum suā efficit carnem & sanguinem. Item Gregor. [Putant quidam communionem corporis minus esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorū vita eorum oculis

De poteſtate conſecrandi. Lib. de corpore domini: & allegatur 1. q. 1. ca. Intra catholicam. Ioan. 1. c. 1. quæſt. 1. cap. Multi ſecularium

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis videtur ignobilis. Heu in quàm magnum laqueũ incidunt, vt diuina & occulta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credant: cum unus idemq; spiritus sanctus in tota ecclesia inuisibiliter ea mysteria & operando sanctificet, & sanctificando benedicat.

1.Cor.12.b Exisido.li. 6. Etym.c.19. Mysterium ideo dicitur, quòd secretam & reconditã habeat dispensatio nem: Sacrificium verò, quasi sacrũ factum: quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriã dominicæ passionis. Sacramẽtum est in aliqua celebratione, cùm res ita fit, vt aliquid significatæ rei accipiamus. Sacramẽta sunt, baptisma, chrisma, corpus Christi: quæ ideo sacramenta dicuntur, quia sub tegumento visibilium rerum diuina uirtus secretius salutem eorundem sacramẽtorum operatur. Vnde à secretis virtutibus vel sacris Sacramenta dicuntur. Panis & calicis sacramentum Græcè eucharistia dicitur, Latinè bona gratia interpretatur: & quid melius corpore & sanguine Christi? Siue ergo per bonos siue per malos ministros intra ecclesiã dispensetur, sacramentũ tamen est: quia spiritus sanctus viuificat: bonorũ dispensatorũ meritis ampliatur, nec malorũ attenuatur.] Hoc de corpore Domini, hoc & de baptismate & chrismate dicendum est & tenendũ: quia virtus diuina secretius operatur in eis: & diuina solũ modo est hæc uirtus siue potestas, non humanæ etiã

Non est recipẽda hæc. Magistri sententia. caciæ. Illi verò qui excõmunicati sunt, uel de hæresi manifestè notati, non uidetur hoc sacramentum posse cõficere, licet sacerdotes sint: quia nemo dicit in ipsa cõsecratione, Offero, sed, Offerimus, quasi ex persona ecclesiæ. Et ideo cũ alia sacramenta extra ecclesiã possint celebrari, de hoc non vr. Quod etiã Augustinus tradere videtur dicens, [Recolite nomẽ, & adhærete ueritate. Missa n. dicitur, eo q; cœlestis mittitur ad consecrandum uinificum corpus aduenias: in xta dictũ sacerdotis dicentis, Omnipotens Deus iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuũ, &cæt.] Idcirco nisi angelus uenerit, missa nequã-

Aug. in ser. de corpore Christi.

quam iure uocari potest. Nunquid n. si hoc mysteriũ hæreticus ausus fuerit usurpare, angelum de cœlis mittet deus oblationem eius consecrare? maximè cum eis dem per Propheram comminatus sit, dicens, Maledicam benedictionibus uestris. Quòd si benedictionibus eorum se asserit maledicturam Veritas, quid erit de hostia? Ergo dicemus illam posse benedici ab illo, quem scimus à Deo fore maledictum cum sua benedictione? Si enim] Deus maledixerit benedictionibus hæreticorũ, &† schismaticus benedixerit: quis eorum prævalebit? Nunquid benedictio maledicti ad nihilũ poterit redigere uerba uerissima comminantis Dei? Ex his colligitur, quòd hæreticus à catholica ecclesia præcisus nequeat hoc sacramentũ cõficere: quia sanctiangeli, qui huius mysterij celebrationi assistunt, tũc non adsunt quando hæreticus vel† schismaticus hoc mysteriũ temerare præsumit. Nõ enim dubitari licet, ubi corporis dominici & sanguinis mysteria geruntur, supernorum ciuium adesse conuentus.

Mala.2. a

† *symoniacus.*

† *simoniacus.*

Hieronymus super cap. 2. Malach. verba Prophetæ sic exponit, *Maledicam benedictionibus uestris, id est, his quæ nunc meæ benedictionibus possiderit, uel quicquid a uobis benedicetur, per me erit maledictum: uel quoniam non benedicunt sanctis, ex uero corde uel quia qui iniqué agunt, benedicuntur ab eis, adulantur q́, peccatoribus, dum modo diues sint.* Et habetur 1.q.1.c. Multi secularium, ad fi. Et lib. 2. de Trin. statim post prin. q.1.c. Maledicam.

In huius autem mysterii explerione, sicut formam seruari, ita ordinem haberi, scilicet vt sit sacerdos, & intentione adhiberi oportet, vt illud facere intendat. Sed si non credit de illo mysterio, sicut veritas habet, numquid potest intendere illud conficere? & si nõ intendit, numquid conficit? Aliqui dicunt, etiam non credẽs de illo mysterio sentientem posse intendere, non quidem illud conficere, quod iam esset rectè credere, sed agere id quod agitur ab alijs, dũ illud conficitur: & sic dicitur intentionem intentio dicas deesse cõficiendi

illud mysterium, tamen ex quo intendit ea dicere & agere quæ ab aliis geruntur, impletur mysterio. Illud etiam sanè dici potest, q̃ à brutis animalibus corpus Christi non sumitur, etsi videatur. Quid ergo sumimus, vel quid manducat? Deus nouit. De hoc cœlesti mysterio aliqua perstrinximus, à catholicis fideliter tenenda. Qui.n. his contradicit, hæreticus iudicatur.

Non probatur hæc magistri opinio.

B *Quid faciat Hæreticum, & quid sit Hæreticus.*

Ne autem ignores quid faciat Hæreticũ, vel quid sit Hæreticus, audi breuiter quid inde sancti doctores tradant: Hilarius ait, [Exciterunt plures qui cœlestium verborum simplicitatem, non veritatis ipsius absolutionem susceperunt, aliter interpretantes quàm dictorum virtus postularet. De intelligentia enim hæresis, non de scriptura est, & sensus, non sermo sit crimen.] Idem in 8. [Intelligentiæ sensus in crimine est.] Hieronymus, quòd ex verbis inordinatè platis incurritur hæresis. Augu. definiens quid sit hæreticus, ait, [Hæreticus est qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ principatusque sui gratia, fallas ac nouas opiniones gignit vel sequitur.]

Hilar. de trinit. lib. 2. ſub poſt prin.

Super ca. 2. Oſee.

Lib. de vtili. cred. ad Honoratũ, c. 1. tom. 6.

Gregorius super Ezechielem, homil. 10. *Qui in expositione sacri eloquij, vt auditoribus placeat, aliquid fingit, sua verba loquitur, nõ Dei. Qui autem in verbis dominicis aliter quàm is qui protulit senserit, etsi sub alio intellectu, tamen ad ædificationem charitatis tẽdit, Domini sunt verba quæ dicit.*

DE POENITENTIA.

A DISTINCT. XIIII.

Super 3. ca. Eſaiæ, 10. 5. Et tom. 1. de virginitate ſeruãd. ca. 19. medium.

POST hæc de pœnitentia agendum est. Pœnitentia longè positis à deo necessaria est, vt appropinquent. [Est enim (vt ait Hieron.) secunda tabula post naufragium: quia si quis vestem innocentiæ in baptismo perceptam peccãdo corruperit, pœnitentiæ remedio reparare potest. Prima tabula est baptismus: vbi deponitur vetus homo, & induitur nouus: secunda, pœnitẽtia: qua post lapsum resurgimus, dum vetustas reuersa repellitur, & nouitas perdita resumitur. Post baptismum prolapsi per pœnitentiam renouari valent, sed non per baptismũ. Licet homini sæpius pœnitere, sed non baptizari. Baptismus tantum est sacramentum: sed pœnitentia dicitur & sacramentum, & virtus mentis. Est enim pœnitentia interior, & est exterior. Exterior, sacramentũ est: interior, virtus mentis est: & vtraque causa salutis est & iustificationis. Vtrùm verò omnis exterior pœnitentia sit sacramentum, vel si non omnis, quæ hoc nomine censenda sit, consequenter inuestigabimus.

ruperit, pœnitentiæ remedio reparare potest. Prima tabula est baptismus: vbi deponitur vetus homo, & induitur nouus: secunda, pœnitẽtia: qua post lapsum resurgimus, dum vetustas reuersa repellitur, & nouitas perdita resumitur. Post baptismum prolapsi per pœnitentiam renouari valent, sed non per baptismũ. Licet homini sæpius pœnitere, sed non baptizari. Baptismus tantum est sacramentum: sed pœnitentia dicitur & sacramentum, & virtus mentis. Est enim pœnitentia interior, & est exterior. Exterior, sacramentũ est: interior, virtus mentis est: & vtraque causa salutis est & iustificationis. Vtrùm verò omnis exterior pœnitentia sit sacramentum, vel si non omnis, quæ hoc nomine censenda sit, consequenter inuestigabimus.

A pœnitentia cœpit Ioannis prædicatio, dicentis, Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Quod autẽ præco docuit, illud post Veritas prædicauit, exordium sumens sermonis à pœnitẽtia. [Pœnitentia dicitur à punicdo, qua quis punit illicita quæ commisit.] Pœnitentiæ virtus timore concipitur. Vn de Esaias, A timore tuo Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis. [Est autem pœnitẽtia, vt ait Ambros. mala præterita plangere, & plangenda iterũ non committere. Item Greg. [Pœnitere, est anteacta peccata deflere, & fleuda non committere. Nã qui sic alia deplorat, vt alia tamen committat, adhuc pœnitẽtia magere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest, si peccata luxuriæ quis defleat, & adhuc auaritiæ æstibus anhelat? His verbis quidam vehementius inhærentes, contendunt verè pœnitentem vltrà nõ posse peccare damnabiliter: & si grauiter peccauerit, veram nõ præcessisse pœnitentiam. Quod etiam aliis munitur testimonijs. Ait enim Isidorus, [Irrisor est, & non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet. Nec videtur Deum poscere subditus, sed subtannare superbus. Canis reuersus ad vomitum, est pœnitẽs ad peccatum. Multi lachrymas indesinenter fundunt, &

Matth. 3. a

Matth. 4. c

Iſido. lib. 6. Ety. ca. vlti.

Eſaiæ 26. c

iuxta 70.

In ſerm. qua de Eſaia.

drag.

Ho. 34. ſup Euang.

Li. 2. de ſum mo bo. c. 16. & de pæ. di. 3 c. Irriſor. 2. Pet. 2. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccare non desinunt. Quosdam accipere lachrymas ad pœnitentiam cerno, & affectum pœnitentiæ non habere: quia inconstantia mentis nunc recordatione peccati lachrymas fundunt, nunc reuiuiscente vitu, ea quæ fleuerunt iterando committunt. Isaias de peccatoribus dicit, Lauamini, mũdi estote. Lauatur & mũdus est, qui & preterita plangit, & flenda iterũ non cõmittit. Lauatur, & non est mundus, qui plangit quæ gessit, nec deserit, & post lachrymas ea quę defleuerat repetit.] dem. [Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Nihil profunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil valet venia à malis poscere, & mala denuo iterare. Item Greg. [Qui cõmissa plangit, nec tamen deserit, pœnæ grauiori se subijcit.] Ite Ambr. [Reperiuntur sæpius agendã pœnitentiã purãt: qui luxuriãtur in Christo. Nã si vere pœnitentia in Christo agerent, iterandã postea nõ putarent: quia sicut vnũ baptisma, ita est vna pœnitentia.] His aliisq; plurib⁹ vtuntur in assertionem suæ opinionis. Sed Ambr. dicit, [Hæc vera pœnitentia est, cessare à peccato. Et iterum, Magni profectus est renunciasse errori. Imbutos enim vitijs animos exuere atq; emendare, virtutis est perfectæ, & cę'estis gratiæ.] Et ideo tanẽ ita definiri põt, Pœnitentia est virtus vel gratia qua cõmissa mala cum emendationis proposito plangimus & odimus, & plãgenda vlterius committere nolumus: quia pœnitentia vera est, in alio dolere, & odire vitia. Vnde illa verba præmissa, Pœnitere est ante acta defiere, & flenda non committere recte sic accipi possunt, vt nõ ad diuersa tempora, sed ad idem referantur: vt [tempore quo defiet commissa mala, non cõmittat voluntate vel opere flenda: quod innuitur ex verbis consequentibus. Nam qui sic alia deplorat, &c. Hinc Aug. ait, [Cauendum est ne quis existimet nefanda illa crimina, quæ in cui agũt, regnum Dei non possidebit, quotidie perperrãda, & eleemosynis quotidie redimẽda. In melius est. n. vita mutanda, & per eleemosynas de

Extra 1. e Lib. tynonymorum per. 48. et vlt. & de pœn. d. 3. cap. Inanis, parte 3. pastor. admonitione 31. & de pœ. di. 5. c. Qui admissa. Libr. 2. de pœn. c. 10. in fin. 1.

In illud 2. Cor. 2. ne forte abundantiori.

Super psal. 118. ser. 12. paulo post princip.

Quid sit Pœnitentia.

In Ench. ca. 70. to. 3. & de pœn. dist. 3. cap. tanè cauendum. Gal. 5. d.

de peccatis præteritis, ppiciandus est Deus, nõ ad hoc emendus quodãmodo, vt ea semper liceat impunè cõmittere. Neminẽ. n. dedit Ixamentum peccãdi, etsi misserando deleat cõmissa peccata, si non satisfactio congrua negligatur. Ite Pius Papa, [Nihil prodesi hoi ie iunare & orare, & alia religionis opa agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur.] Qui ergo à malis sic mentẽ reuocat, vt cõmissa plangat, & plãgenda cõmittere non velit, nec satisfacere negligit, vere pœnitet. Nec ib non est vera pœnitentia, quia forte pòst, nõ de proposito, sed casu vel infirmitate peccabit. Ille aũt irrisor est, & non pœnitens, qui sic cõmissa plangit, vt plãgenda volũtate vel opere cõmittere nõ desinat. Ille et qui post lachrymas repetit quæ fleuit, lauatur ad repus: sed mundus non est, t. illa munditia nõ est ei sufficies ad salutẽ: quia est momentanea, nõ perseuerãs. Ite illud, [Inanis est pœnitentia quã sequens culpa coinquinat, sic intelligendũ est: Inanis est, [carẽs fructu illius pœnitentiæ quã sequens culpa non inquinat. Illius. n. fructus est vitatio gehennæ, & adeptio gloriæ. Morti ficatur. nulla pœnitentia, & alia anteacta bona, per sequens peccatũ, vt non sortiantur mercedẽ, quã metuerunt eũ fierent, & quã haberent si peccatum non fuecederet. Sed etsi de peccato succedenti pœnitentia agatur, & pœnitentia quæ præcessit, & alia anteacta bona reuiuiscunt: sed illa tantũm quæ ex charitate prodierũt. Illa. n. sola viua sunt, quę ex caritate fiũt. Ideoq; si per sequentia peccata mortificantur, per subsequentem pœnitentiã reuiuiscere possunt. Quę vero sine caritate fiũt, mortua & inania gũantur, & ideo ꝑ pœnitentiã reuiuiscere nõ valent. Similiter intelligendũ e illud, Nihil prosũt lameta, &c. Et illud, nihil valet, &c. Su. n. replicetur petã, nihil valet ad salute vel ad venã sine precedes lameta: qa nihil relingitur de vitæ mũditia: qa aut peccata dimissa redeũt, ut quibusdã placet cum replicantur, vel si non redeunt, eis tamen deletis pp ingratitudinẽ ita reus & immũdus constituit, cũ adhuc

Epist. ad omnes ecclesias Et de pœn. dist. 3. ca. Nihil prodest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dist.22. in expiandis implicatur, acsi iam deleta redirent. De hoc tamen, scilicet an peccata redeant, post plenius agemus. Similiter nihil valet ad salutem obtinendam, vel ad munditiam vitæ habendam, veniam de malefactis poscere, & malefacta denuò iterare. Ita etiam intelligendum est illud quod idem Augu. alibi ait, [Pœnitentia est quædã dolentis vindicta, semper puniens in se quod dolet commisisse.] Et infrã, [Continuè dolendum est de peccato: quod declarat ipsã dictionis virtus. Pœnitere enim est pœnam tenere: vt semper puniat in se vleiscendo, quod commisit peccando. Ille autem pœnam tenet, qui semper vindicat quod cõmisisse se dolet.] Pœnitẽtia ergo est vindicta semper puniens in se quod dolet cõmisisse. [Quid restat nobis, nisi dolere in vita? vbi.n. dolor finitur, deficit & pœnitentia. Si verò pœnitẽtia finitur, quid relinquitur de venia? Tamdiu gaudeat & speret de gratia, quamdiu sustentatur à pœnitẽtia. Dicit enim Dominus, Vade, & amplius noli peccare: non dixit, Ne pecces, sed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo fiet nisi dolor in pœnitentia continuè custodiatur? sed semper doleat, & de dolore gaudeat: & non tristis quod doleat: sed ex fide doleat, & non semper doluisse dolear.]

Aug. lib. de vera & falsa pœnitẽt. cap. 8. & de ver. dist. 3. Pœnitentes. Idem li. c. 19 Ibid. ca. 13. Ioã. 5. c. 8. b Pulchre id explicat Ambro. in illud Psal. 37. Cor meum conturbatum est.

B *Determinatio intelligentiæ dictorum.*

De pœnitentia perfectorũ, vel ad salutem sufficiẽti intelligendum est quod suprà dixit, scilicet, Pœnitẽtia est vindicta semper puniens quod commisit: & alia huiusmodi. Illud verò, Si pœnitentia finitur, nihil de venia relinquitur: dupliciter accipi põt. Si enim, inxta quorundam intelligentiam, peccata dimissa redeunt, facilè est intelligere nihil de venia relinqui: quia peccata dimissa iterum replicãrur. Sicut enim ille qui ex seruitute in libertatem manumittitur, interim verè liber est, & tamẽ pp offensam in seruitutẽ postea reuocatur: sic & pœnitentis peccata verè dimittuntur. & ti propter offensam quæ replicatur, iterum redeunt. Si verò

verò non redire dicantur, sanè potest dici etiam sic nihil de venia relinqui: non qp dimissa peccata iterũ imputẽtur, sed quia propter ingratitudinem ita reus & immundus constituitur, acsi illa redirent.

C *De solenni & vnica pœnitentia.*

Illud autem quod Ambro. ait, Reperiuntur, &c. & sicut vnum baptisma, ita & vna pœnitentia: non secundum generalem, sed secundũ specialẽ morem ecclesiæ de solenni pœnitentia dictum intelligitur, quæ apud quosdam semel celebrata non iteratur. Item illud aliud Ambrosij, [Pœnitentia semel vsurpata nec verè celebrata, & fructum prioris ausert, & vsum sequentis amittit:] de solenni intelligitur. [Solennis ergo pœnitentia, vt Ambr. in eodem ait, est quæ fit extra ecclesiam in manifesto, in cinere & cilicio: quæ pro grauioribus horrendisq; ac manifestis delictis rãtum imponitur. Et illa non est iteranda pro reuerentia sacramenti, & ne vilescat & cõtemptibilis fiat hominibus.] Vnde Augustinus, † Quamuis caute & salubriter prouisum sit, ut locus illius humilimæ pœnitentiæ semel in ecclesia cõcedatur, ne medicina vilis minus vtilis esset ægrotis: quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit: Quis tame audeat Deo dicere, Quare huic homini qui post pœnitentiam primã rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterũ parcis?] Origenes quoq; de hac solenni pœnitentia, quæ pro grauioribus criminibus iniũgitur, ait, [Si non aliqua culpa mortalis inuenerit, quæ non in crimine mortali, vel in blatphemia fidei, sed in sermonis uel in morum uitio consistat: hæc culpa semper reparari põt: nec interdicitur aliquando de hmõi pœnitentiã agere: sed non ita de grauioribus criminibus. In grauioribus.n. criminibus semel tantum † pœnitentiæ conceditur locus. Cõia quæ frequenter incurrimus, semper pœnitentiã recipiũt, & semper remittuntur.] Cõia dicit uenialia peccata, & fortè mortalia quædam alijs minus grauia: quæ sicut sæpe cõ-

Lib. 2. de pœnit. cap. 10. Ibid. ca. 11. Ibid. ca. 10. Ad Macedoniũ, epist. 54. non long à princi. Super Leui. c. 25. hemi. 15. à medio, tomo 1. † Ita legitur apud Cyrillũ in Orig. additur, vel ra ro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittuntur, ita frequenter per pœnitentiam redimuntur. Sed de grauioribus criminibus semel tantùm agitur pœnitentia, scilicet solennis. Nam & de illis, si iteretur, iteratur pœnitentia, sed non solennis. quod tamen in quibusdam ecclesijs non seruatur.

Auctoritatibus probat, quòd non semel tantum, sed frequenter peccata dimittantur per pœnitentiam.

Quòd verò pœnitentia non semel tantùm agatur, sed frequenter iteretur, & per eam frequenter iteratur venia præsteatur, pluribus sanctorum testimonijs probatur. Ait enim Augustinus scribens contra quosdã hæreticos qui peccantibus post baptismum semel tantùm dicebant vtilem esse pœnitentiam, ita: [Adhuc in tãt̃ p̃fidi, qui sapiãt plus quã oportet: nõ sobrij, sed excedentes mesurã: dicũt, Etsi semel peccantibus post baptismum valeat pœnitentia, non tamen sæpe peccantibus proderit iterata: alioquin remissio, ad peccandum esset incitatio. Dicunt enim, Quis non semper peccaret, si sæpe per pœnitentiã redire posset? Dicite enim Dominum meritatorẽ mali, si semper peccãtibus sui mentẽ & ei peccata placere, quibus semper præsto est gratia. Errant autem: conflat enim multum ei peccata displicere, qui semper præsto est ea destruere. Si ea amaret, non semper ea destrueret.] Idem ad Macedonium, [Tantum hominum iniquitas aliquando progreditur, vt etiam post peractam pœnitentiam, & post altaris reconciliationem, uel similia uel grauiora cõmurant. Et tã Deus facit & super tales ortũ solem suũ, nec minus tribuit quam ante tribuerat, largissima munera uitæ & salutis. Et quamuis eis in ecclesia locus ille pœnitentiæ non concedatur, Deus tamen sæpe per eos suæ patientiæ non obliuiscitur. Ex quorũ numero si quis nobis dicat, Dicite mihi, vtrũ aliquid profit ad uitam futurã, si in illa uita illecebrosissimæ uoluptatis blandimenta contẽpsero, si me pœnitendo vehementius quã prius exercuerò, si vberius fleuero, si melius vixero, si pauperes largius sustentauero, si charitate ardentius flagrauero: quis vestrũ ita desipit, vt huic homini dicat, Nihil tibi ista in posterũ proderunt: vade, saltem huius uitæ suauitate fruere? Auertat Deus tam immanem sacrilegamq; dementiam.]

Lib. de uera & falsa pœnitẽtia. c. 5. in initio, tomo 4.

Rom. 11. a

Epi. 54. nõ longe à principio. 2. & de pœn. di. 3 Inuantum.

Matt. 5. g

Item Ioannes Chrysostomus. de reparatione lapsi, [Talis, mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: nunquam spernit pœnitentiam, si ei sincerè & simpliciter offeratur, etiã si ad fanum quis peruenerit malorũ, & inde tamen uenit reuertit ad uirtutis uiam: suscipit libenter & amplectitur, & facit omnia quatenus ad priorem reuocet statu. Quòdq; est adhuc præstãtius & eminentius, & si non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulamcunque tamen, & quantumlibet breui tempore gestam non respuit pœnitentiam: suscipit et ipsam, nec patitur, quãuis exiguę conuersionis, perdere mercedem.] Exemplis etiam hoc idem astrui potest. Dauid enim per pœnitentiã, adulterij simul & homicidij veniã impetrauit: & grauiter tamen postea deliquit in populi enumeratione: quod populi multitudo prostrata offendit. [Illud autem mirabile est, q̃ angelo ferienti plebem se obtulit, dicens, Circe iste quid fecit? fiat manus tua in me, & in domum patris mei. Quo facto, statim sacrificio dignus iudicatur, qui absolutione æstimabat indignus. Nec mirum si tali sua oblatione pro populo, peccati sui adeptus est ueniam, cùm Moyses offerendo se pro plebis errore, peccata diluerit.] His alijsq; testimonijs pluribus euidenter ostenditur, per pœnitentiam non semel tantùm, sed sæpius nos à peccatis surgere, & veram pœnitentiam sæpius agi. Voluntariè enim peccantibus nobis, vt ait Apostolus, pro peccatis non relinquitur hostia, secunda scilicet: quia semel tantũ Christum oportuit pati: nec relinquitur secundus baptismus. Relinquitur verò secunda pœnitentia, & tertia, & deinceps, vt Ioannes Chrysostomus super hunc locum ait, [Sciendum, inquit, quòd hic quidam exurgunt

Epist. 5. ad Theodorum lapsum. Et de pœn. dist. 3. ca. Talis.

2. Reg. 11. 12. & 24. Ambro. in apologia Dauid, ca. 7. in fine, & in 10. 4.

2. Par. 21. c

Exod. 32. g

Heb. 10. Hom. 20. in 10. cap. ad Hebræ.

Universidad de Deusto Biblioteca

exurgunt, horum verborum occasione pœnitentiã auferentes: quasi per pœnitentiã non valeat peccator post lapsum resurgere secundò, & tertiò, & deinceps. Verumetiam in hoc pœnitentiam non excludit, nec propitiationem, quæ sæpe fit per pœnitentiam, sed secundum baptismum & hostiam.]

QVOD PLVRIES IRRETITVS PECcatis non possit pœnitere de vno vere, nisi de omnibus pœniteat.

DISTINCT. XV.

IT sicut prædictis autoritatibus illorũ error conuincitur, qui pœnitentiam sæpius agendam non putant, & per eam à lapsu peccantes frequenter surgere dissentiunt: ita eisdem istorum opinio eliditur, qui pluribus irretitum peccatis asserunt de vno verè pœnitere, eiusdemque veniam à Domino consequi posse sine alterius pœnitentia. Quod etiam autoritatibus astruere conantur.

Nahum 1. secũdũ 70. Ait enim propheta, Non iudicabit Deus bis in idipsum: vel, vt alij transtulerunt, Non consurget duplex tribulatio. Si ergo, inquiunt illi, aliquis sacerdoti fuerit confessus vnum de duobus vel pluribus peccatis, & de illo iniunctam sibi pœnitentiam à sacerdote satisfactione expleuerit cæteris tacitis, non pro illo peccato amplius iudicandus est, de quo satisfecit ad arbitrium sacerdotis, qui vicem Christi in ecclesia gerit. Ideoque si de eo iterum iudicetur, bis in idipsum iudicat Deus, & consurget duplex tribulatio: sed de his oportet illud tantùm intelligi, qui præsentibus suppliciis commutantur in bonum, & sic perseuerant: super quos non consurget duplex tribulatio. Qui verò inter flagella duriores & deteriores fiunt, vt Pharao, præsentibus æterna connectunt: vt temporale supplicium

De pœ. d. 3. ca. Sunt plures. parag. ãnoriãs.

sit eis æternæ pœnæ initium. Vnde Aug. [Ignis succensus est, &c. id est, vindicta hic incipiet, & ardebit vsque ad extremam damnationem.] Hoc contra illos notandum est, qui dicunt illud, scilicet, Non iudicabit Deus bis in idipsum, ad omnia pertinere flagella, quia quidam hic flagellis emendantur, alij hic & in æternum puniuntur. [Quinque enim modis flagella contingunt, vel vt iustis per patientiam merita augeãtur, vt Iob: vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, vt Paulo: vel ad corrigenda peccata, vt Mariæ lepra: vel ad gloriam Dei, vt de cæco nato: vel ad initium pœnæ, vt Herodi: quatenus hic videatur, quid in inferno sequatur: secundum illud, Dupliciter cõtritione contere eos Domine.] Illa ergo autoritas Nahum nõ cogit nos sentire, omnia quæ temporaliter puniũtur, non vlterius à Deo punienda. Nam etsi super eundem locum Hieronymus dicat Aegyptios & Israelitas à Deo temporaliter punitos, ne in æternum punirent: non est tamẽ de omnibus generaliter intelligendum. Ait enim sic, Quod genus humanum diluuio, Sodomitas igne, Aegyptios mari, & Israelitas in eremo perdidit, scitote ideo temporaliter pro peccatis punisse, ne in æternũ puniret: quia non iudicabit Deus bis in idipsum. Qui ergo puniti sunt postea non puniẽtur: alioquin metitur scriptura: quod nefas est dicere.]

Secundũ vẽ apud Greg. li. 18. Mor. ca. 12. Citatur de pœn. dist. 3. cap. Ignis Beda & gl. ordi. ad 2. cap. Marci. Iob 1. d 2. Cor. 12. c Num. 12. b Ioan. 9. d Actu. 12. d Hier. 17. c

Super illud 1. c. Nahũ, Quid cogitatis cõtra Dominum? Gen. 7. d Gen. 19. c Exod. 14. g

B *Quæ sit intelligentia præmissorum.*

Attende lector his verbis, & caue ne de omnibus generaliter intelligas, sed de his tantùm, qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt, credentes in Deũ Hebræorum: quam, etsi breuem & momentaneam, tamen non respuit Deus. quòd autem qui per tẽporale flagellum non corriguntur, pòst æternaliter puniantur, ibidem ostendit, agens de fideli deprehenso in adulterio, qui decollatur. Vbi ostendit leuia peccata breui & temporali supplicio purgari, magna verò diuturnis æternisque supplicijs reseruari: ita inquiens [quæ erat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur,

Hieron. ad eundem locũ Nahum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

collerur, quid de eo postea fiat. Aut enim punietur, & falsum est quod dicitur, Non iudicabit Deus bis in id ipsum: aut non punietur, & optandum est adulteris, vt hic breui pœna puniantur, vt frustrentur cruciatus æternos. Ad quod respondemus, Deum vt omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras, & nō præueniri sententia Iudicis, nec illi in peccatore exercendæ dehinc pœnæ auferri posse tatem: & magnum peccatum magnis diuturnisq; fluit cruciatibus: si quis vero paulus sit temperaliter, vt ille qui Israelitæ maledixerat, & qui in Sabbato ligna collegerat, tal es postea non puniri: quia culpa leuis præsenti supplicio compensata sit. Leuis. n. culpa leui supplicio compensatur.] His satis innuit Hieronymus, grauia peccata & hic puniri graui supplicio, & in futuro puniendæ æternaliter, de quibus pœnitentia non agitur inter flagella. Leuia vero quæ hic puniuntur, leui pœna compensationem recipere: quod in bonis fieri non ambigimus: & in malis forte etiam fit ita. Satis iam apparet, quod illi de prophetia induxerunt, non facere pro eis qui dicunt, ei qui crimen sibi reseruat, de alio veniam præstari per pœnitentiam. Alias quoque auctoritates inducunt. Ait. n. Gregorius, [Pluit Dominus super vnam ciuitatem, & super alteram non pluit: & eandem ciuitatem ex parte compluit, & ex parte aridam relinquit. Cùm ille qui proximum odit, ab alijs vitijs se corrigit, vna eademq; ciuitas ex parte compluitur, & ex parte arida remanet: quia sunt quidā qui cùm quædā vitia resecēt, in alijs grauiter perdurant.] Item Ambrosius, [Prima consolatio est, quia non obliuiscetur misereri Deus: secunda, per punitionē: vbi etsi fides defit, pœna satisfacit & releuat.] Ratione quoq; vtuntur, dicentes, Si is qui vnum peccatum cōfiteretur, altero tacito, satisfactionem à sacerdote iniunctam expleuerit: nunquid si & peccatum tacitum confessus fuerit, pro vtroque ei pœnitentia imponetur? longè hoc videtur à ratione, & ecclesiæ consuetudine.

Telesi, legit Hieron. Leuit. 24. b. Num. 15. d

Super Ezech. hom. 10. Et habetur de cons. dist. 3. cap. Pluit.

Super psal. 118. serm. 18. in prin. Et de consec. dist. 3. c. Prima consolatio.

suetudine: quæ pro eodem peccato, nisi reiteretur, nullis bis pœnitentiam imponit. Fuit ergo illa peccati condigna satisfactio, vnde & peccatum deletum videtur.

C

Quomodo accipienda sunt præmissa.

His responderi potest sic, illud Gregorii, Pluit Dominus, &c. non ad criminis veniam, sed ad operis prauæ delectionē referendū est: vt ideo pars ciuitatis dicatur compluiri, quia ab actu & delectatione peccati, cui antè seruiebat, modō cessat; nō quod eius veniam habeat. Vocaturq; pluuia illa talis continētia, qua ab opere peccati reuocatur; quia ex fonte gratiæ Dei id cordi instillatur: vt vel sic paulatim ad pœnitentiā veniat: vel eo minus à Deo puniatur, qui diuturniori delectatione & actu peccati maius sibi accumulasset tormentum. Si vero ad indulgentiam reatus pluuia referatur, euangelicæ sententiæ contraire videbitur. Si. n. propter immisericordiā, qua quis proximo suo nō miseretur, etiā quæ dimissa sunt replicantur ad pœnam: multo magis quæ nondū sunt dimissa propter odiū fraternum, ad pœnā reseruari probantur. [Et si ille qui arbiter suæ voluntatis constitutus est, non potest inchoare nouā vitam, vt ait Augustinus, nisi poeniteat eū veteris vitæ:] quomodo ad nouitatē indulgentiæ præueniet qui odij vetustatē non deposuit? Illud etiā est ait Ambrosius, Et si fides defit, pœna satisfacit, &c. non de fide intelligitur qua creditur in Deū, sed de cōscientia delicti. Deest. n. fides, cùm conscientia peccati non subest. Nā cùm delicta omnia nemo intelligat, est aliquando in homine peccatū cuius nō habet cōscientiā. Vnde Apostolus, Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Cū ergo quis flagellatur pro peccato cuius non est cōscius, si patienter fert pœnam, & humiliter amplectitur, cognitos se fortè peccatis habere cō non intelligit, & pro eo punitiā Deo; pœna illa satisfacit, & releuat grauatū. Ad hoc aūt quōd dicitur de satisfactione illa, Si satisfactio non fuit, iterum

De pœnit. dist 3. cap. Quærat hic aliquis præsul. Illud autem Greg. super quæ ad finē cap.

Matt. 18. d

Lib. de Pœnit. medicin. c. 1.

Psalm. 18.

1. Cor. 4. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

iterum imponenda est: si verò iterum imponenda nō
est, satisfactio fuit: & si satisfactio fuit, veniam impetrauit: Responderi potest, satisfactionem ideo nō fuisse, quia ille dignos fructus pœnitentiæ non fecit. Est
Genna. li. de Eccles. dog. cap. 54. enim satisfactio pœnitentiæ, (vt ait Augustinus) peccatorum causas excidere, nec suggestionibus earum
Auguſt. in Ench. c. 75. in principio aditum indulgere.] Item, [Sanè qui sceleratè viuunt,
Lucæ 11. f nec curant talem vitam moresq; corrigere, & inter ipsa facinora sua eleemosynas frequentare nō cessant
frustra ideo sibi blandiuntur, quia Dominus ait. Date
Ibid. ca. 72. in fine. eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Hoc
enim quàm latè pateat non intelligunt.] [Multa enim
Ibi. in initio eiusdem. sunt genera eleemosynarum, quæ cùm facimus, adiuuamur. [Non solùm qui dat esurienti cibum, sitienti potum, & huiusmodi, sed etiam qui dat ueniam petenti, eleemosynam dat: & qui emendat verbere, in quē potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, vel orat vt ei peccatum dimittatur, eleemosynam dat: quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati, & non voluntati:] [sed ea maior est, qua ex corde dimittimus
Ibid. ca. 73. in principio. quod in nos quisque peccauit. Minus enim magnum est, erga eum esse benevolum qui tibi nihil mali fecit: illud multo grandius, vt ruum etiam inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & si potest facit, semper bonum velis, faciasq; cùm possis.] Quod ergo Dominus ait, Date eleemosynam, & omnia munda sunt
Ibid. ca. 75. vobis, [tanè intellecturi sumus, vt nō credentibus in Christum munda sint omnia, si eleemosynas istas de-
Ibid. ca. 76. derint?] [Qui enim vult ordinatè eleemosynam dare, à se debet primùm incipere, & eam primùm sibi dare. Est enim eleemosyna opus misericordiæ: veriſi-
Eccles. 30. d meque dictum est, Miserere animæ tuæ placēs Deo.]
[Non ergo se fallāt, qui per eleemosynas largissimas
Ibid. ca. 77. fructuum suorum vel pecuniæ, impunitatem se emere æstimāt in peccatis permanentes: quæ ita diligun-
Pſal. 10. tur, vt in eis optent versari. Qui verò diligit iniquitatem,
odit

odit animam suam: & qui odit animam suam, nō est misericors ei, sed crudelis. Diligendo quippe eam secūdum seculum, odit eam secūdum Deum. Si ergo vult ei dare eleemosynam, per quam fit munda, odiat eā secundum seculum, & diligat eam secūdum Deum.]
[Hæc eleemosyna, quam sibi homo primitus debet, mundantur interiora. Ad quod hortās Christus ait, Mundare quæ intus sunt. Immundis enim nihil est mundum: sed polluta sunt eorum mens & conscientia, vt ait Apostolus. Immūdi verò sunt omnes, quos non mundat fides, qua creditur in Christum: de qua scriptum est, Mundans fide corda eorum. Sed ne illas eleemosynas quæ fiunt de fructibus terræ, respuere Christus videretur, Hæc, inquit, oportuit facere, scilicet iudicium & charitatem Dei, & illa non omittere, id est eleemosynas fructuum terrenorum.] Ex his datur intelligi, quod in peccato mortali permanentes, etsi eleemosynas largas faciant, non tamen per eas satisfaciunt: quia inordinatè agunt, dum à se non incipiunt. Nec propriè dicitur eleemosyna tale opus, dum sibipsis crudeles existunt, non placentes Deo. Non ergo dicenda est illa peccati satisfactio, quam quis agit pro vno peccato, dum perdurat in altero. [Quia nihil prodest ieiunare & orare, & alia bona agere, nisi mens reuocetur à peccato.] Et si aliquando conuersus tacitum peccatum sacerdoti fuerit confessus, de utroque imponenda est ei satisfactio: quia de primo condignè non satisfecit,

Ibi. ſparſim c. 75. et 76.
Matt. 24. c
Tit. 1. d
Act. 15. a
Matt. 23. a
Pius papa, epiſt. 1. Et de pœn. diſt. 3. Nihil prodeſt.

D *Secundum quosdam fuisse satisfactionem.*

Quibusdam tamen uidetur fuisse satisfactio, sed infructuosa, dum in peccato altero perstitit: percipietur tamen fructus eius, incipietq; proficere, cum peccati alterius pœnituerit. Tunc enim utrumq; dimittitur peccatum, & satisfactio præcedens uiuificatur, quæ fuerat mortua: sicut baptismus illi qui fictè accedit, tunc primùm uiuificat, cum fictio à mente recedit per pœnitentiam. Et in huius opinionis munimentū autoritates inducunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lib. de vera & falsa pœnit. c. 14. in fine, to. 4.

Super illud Aggæi 1. Seminastis multũ, &c. item 6. et de pœn. dist. 3. Si quando.

inducunt. Ait enim Augustinus. [Pium est credere, & nostra fides expostulat, vt cùm gratia Christi in homine destruxerit mala priora, etiã remuneret bona: & cùm destruxerit quod suũ non inuenit, diligit bonũ quod in peccante plantauit.]Ite Hieronymus. [Si quando videris inter multa peccata quęquam facere aliqua iusta opera, non est tam iniustus Deus, vt propter multa mala obliuiscatur paucorũ bonorũ: sed facietea metere, & in horrea congregare, quæ bona in terra seminauit.]Sed hæc dicta intelligimus de illo q in charitate quodãtempore bona facit, & bonus est, alio verò tempore malus est, & multa peccata facit. Non ergo intelligendum est, eũ inter multa peccata iusta opera fecisse, quasi simul eodemq; tempore peccata fecerit & iusta opera: sed diuersis tẽporibus utraque fecisse. Nisi n. bonus foret quando bona fecit, nõ seminasse diceretur in terra bona. Destructis ergo malis post opera bona commissis, priora bona, in charitate. s. facta, quæ sequentia mala mortificauerant, pœnitentia de illis malis habita, uiuificantur & remunerãtur. Vnde Apostolus, Iacientes fundamentũ pœnitẽtiæ ab operibus mortuis; opera mortua nominãs, priora bona significat, quæ per sequens peccatum erant mortua: quia hi peccando priora bona irrita fecerint. Hæc sicut peccando irrita fiunt, ita per penitentiã reuiuiscunt, & ad meritum æternitatis prodesse incipiunt. Similiter & illud bonum amat Deus quod plantauit in peccante, in illo. s. qui post illud bonum peccauit. non simul peccans & bonum operans extitit: quia talis hominis opus non diligeret Deus ad remunerationẽ. Potest etiam accipi de operibus bonis, quæ ab aliquo fiunt deum malus est, & in peccato mortali persistit vel ad tempus, vel usq; in finem: quæ dicuntur a Deo remunerari, & non dari obliuioni, non quia proficiant ad uitam æternam obtinendam, sed ad tolerabilius extremi iudicij supplicium sentiendum: sicut de fide & cæteris quæ sine charitate habentur, Aug. ait: si quis

Hebr. 6. a

De pœnitentia, dist. 3. Quid ergo. Para. Potest etiam.

Si quis non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem spiritus & vinculum pacis quo ecclesia connecti tur, in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, famem, persecutionem, vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucem, timore gehẽnæ: nullo modo ista culpanda sunt: imò & hæc laudanda est patientia. Non enim dicere poterimus, melius ei fuisse vt Christum negando nihil horũ pateretur, quæ passus est confitendo: sed æstimandum est fortasse tolerabilibus ei esse futurum iudicium, quàm si Christũ negando nihil horum pateretur: vt illud quod ait Apostolus, Si tradidero corpus meũ, ita vt ardeã, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest; nihil prodesse intelligatur ad regnum obtinendum, nisi ad extremi iudicij tolerabilius tubeũdum supplicium.]Item, [Hæc propter charitatẽ dicta sunt: si quæ in nobis nõ potest esse vera † pœnitentia: quoniam in bonis charitas dei est, quæ tolerat omnia.]

Li. de patientia, c. 16. to. 4. Et de pœn. dist. 3. cæ. Si qs autem.

1. Cor. 13. b

Aug. ibi cæ. 23.

† patientia, legu Augu. 1. Cor. 13. c

E

Persuingit dictorum summam, ut alia addat.

Ex his ostenditur, bona quæ sine charitate fiunt, prodesse quidem ad tolerabiliorem pœnã sentiendã, sed non ad vitam obtinendam. Illa etiam quę in charitate quis facit, si post ea prolapsus fuerit, nec exutrexerit, non esse in memoria Dei Ezechiel dicit, Si auer terit se iustus à iustitia, & fecerit iniquitatem, nũquid uiuent omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ quas fecit. In cuius loci expositione Greg. ait, [Hoc nobis maximè considerandum est, qa cum mala committimus, sine causa ad memoriam transacta bona reuocamus: quoniam in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum præterutorum.] Intelligendum est hoc, ad uitã percipiendã bona præterita non dare fiduciam, etsi ad mitiorem pœnam: alioquin præmissæ autoritati August. obuiaret. Et bona ergo siue charitate facta, & bona in

Ezec. 18. f

Ho. 11. sup Ezec. Et de pœn. dist. 3. Illa sũa.

charitate facta, quę concomitatur mortalis culpa, quã non delet sequens pœnitentia, ad fenium mitioris pœnæ proficiunt, non ad vitæ fructum.

Auctoritates aliæ inducit contra eos qui dicunt de vno peccato pœnitentiam agi, alterò tacito.

F Satis arbitror illis esse responsum, qui asserunt de vno crimine pœnitẽtiam agi, & veniam præstari, alio in delectatione retento, vel per confessionem non exposito: qui non modo præmissis auctoritatibus cõtra- rur, sed etiam subditis. Ait enim August. [Sunt plures quos pœnitet peccasse, sed non omnino, reservantes sibi quædam in quibus delectentur: non animaduertẽtes Dominum simul mutũ & surdum à dæmonio liberasse, p hoc docens nos nunquam nisi de omnibus sanari. Si enim vellet peccata ex parte reseruari, habẽti septem dæmonia manente vno proficere potuerat sex expulsis: expulit autem septem, vt omnia crimina simul eicienda doceret. Legionem verò dæmonũ ab alio eiciẽs, nullum reliquit de omnibus qui liberatum possideret: ostendens quòd si etiam peccata sint mille, oportet de omnibus pœnitere. Nunquam alĩ quem sanauit Dominus, quem non omnino liberauit. Totũ enim hominem sanauit in sabbato: quia & corpus ab omni infirmitate, & animam ab omni cõtagione liberauit, iudicãs pœnitentẽ oportere simul dolere de omni crimine. Scio enim Dominũ inimicũ omni criminoso. Quomodo ergo qui crimẽ seruat, de alio recipiet veniam? Sine amore dei consequetur veniã: sine quo nemo vnquam inuenit gratiam. Hostis enim dei est, dum offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Iam enim ne vera pœnitentia inueniret gratiam. Pœnitentia enim vera ad baptismi puritatem cõsitentem conatur ducere. Rectè n. pœnitens quicquid sordis post purificationem baptismi contraxit, oportet vt abluat, saltem lachrymis mentis: sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi nõ declarant. Sed sciat se culpabiliter durum, qui deflet damna temporis, vel mortem amici, & dolore peccati nõ ostendit lachrymis.] [Quẽ

Lib. de vera & falsa pœ. ca. 3. vo. 4.

Marci 7.c

Luce 8.f

Marci 5.b

Ioan. 7.d.

Ibidẽ, c. 10

Aug. li. 50. hom. 10. ho.

Ex de pœ. 41.

Si nos. d. 3. Per mienuet.

De pœ. dist. 5. c. Fratres nostros.

ergo pœnitet, omnino pœnitear.] Idem, [Pœnitentes, si verè estis pœnitentes, & non estis irridetes nos, fute vitam, reconciliamini deo. Pœnitentiam agis, genua figis, & rides: subsannas dei parientiam. Si pœnitentiam agis, pœnitet te: si non pœnitet te, non es pœnitens. Si ergo pœnitet, cur facis quæ male fecisti? Si fecisse pœniret, noli facere: si adhuc facis, certè non es pœnitens.] Item Innocentius secundus, [Admonemus fratres nostros, ne falsis pœnitentiis laicorũ animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur.] Falsam autẽ pœnitentiã esse constat, cum spretis pluribus de vno solo pœnitentia agitur: vel cùm sic agitur de vno, vt non discedatur ab alio.

Repetit de vera pœnitentia, vt addat quædam.

Ex præmissis perspicua fit notitia veræ pœnitentiæ vel satisfactionis. Illa enim vera est pœnitentia, quæ peccatũ aboleat: quod illa sola facit quæ scelus corrigit. Illa verò scelus corrigit, quæ odium commissi criminis & committendi, cũ desiderio satisfaciendi affert. Iudas enim pœnituisse legitur sine assecutione veniæ: omnia tali pœnitentia nõ correxit crimẽ. Vnde Hiero. [Nihil Iudæ profuit egisse pœnitentiam, per quã sceleus corrigere non potuit. Si quando frater sic peccat in fratrem, vt emendare ualeat quod peccauit, potest et diuinũ: sinautem permanent opera, frustra uocem assumunt pœnitentiæ: hoc est quod de eo dicitur, Et oratio eius fiat in peccatum: nut non solum emendare nequiuerit prodigionis nefas, sed propri homicidii scelus addiderit.] Caue qualiter intelligas illud, Vt emendare ualeat quod peccauit, &c. Non enim emendatio hic intelligenda est, rei depræ recõpensatio, sed delicti execrabilis & abominandi, cum satisfactionis desiderio. Demit enim iniustè quis alicui, quod restituere non ualet, ut oculum, uel uitam, & huiusmodi:

Mat. 22. d

Circa illud Marc. 27.

Quid ad nos. 9. & de pœ. dist. 5. Nihil Iudæ.

Psal. 108.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& tamen si pœnituerit peccati cum amore condignæ satisfactionis, veniam habet. Nec ideo quisquam putet, qui rem alienam iniuste abstulerit, quam reddere potest, de illo peccato pœnitere, ac veniam consequi, nisi restituat ablatum. [Quamdiu enim res propter quam peccatum est, non redditur, si reddi potest, non agitur pœnitentia, sed fingitur.]

Aug. epist. 54. ad Macedonii, post medium. Et 14 q. 6. c. Si res.

DE TRIBVS QVAE IN POENITENTIA CONSIDERANDA SUNT.

A DISTINCT. XVI.

Chrys. homi. quadam de pœni. Et de pœ. dist. 1. c. Perfecta pœnitentia.

IN perfectione autem pœnitentiæ tria observanda sunt, scilicet, compunctio cordis, cõfessio oris, satisfactio operis. Vnde Ioannes os aureum, [Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ferre: in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Hæc est fructifera pœnitentia,] vt sicut tribus modis Deum offendimus, scilicet corde, ore, & opere, ita tribus modis satisfaciamus. [Sunt enim tres peccati differentiæ (vt ait Augustinus) & in corde, & in facto, & in consuetudine, vel verbo, tanquam tres mortes: vna quasi in domo, scilicet cùm in corde consentitur libidini: altera quasi prolata iam extra portam, cùm in factum procedit assensio: tertia, cùm vi malæ consuetudinis tanquam mole premitur animus, vel noxiæ defensionis clypeo armatur, quasi in sepulchro iam fœtẽs. Hæc sunt tria genera mortuorum, quæ Deus legitur suscitasse.]

Aug. li. 1. de ser. domi. in mõte, c. 23. circa finem. Item tract. 49. in Ioan. Et ser. 44. de uerbis domi.

Hanc ergo triplici morti, triplici remedio occurrit, contritione, confessione, satisfactione. Compunctio nobis commendatur ibi, Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra: Confessio ibi, Iustus in principio sermonis accusator est sui. Verè enim confitetur, qui se accusat, qui execrando malum sibi imputat.

Ioelis 2. c

Prouer. 18. c

Et ibi, Effundite coram illo corda vestra. Et iterum, Confitemini alterutrum peccata vestra. Satisfactio à Ioanne præcipitur, vbi ait, Facite dignos fructus pœnitentiæ: scilicet vt secundum qualitatem & quantitatem culpæ sit qualitas & quantitas pœnæ. [Non. n. par dẽt esse fructus boni operis eius, qui nihil vel minus peccauit, & eius qui grauius cecidit.] Ideo discretio pœnitenti valde necessaria est, vt illa gerat quæ tradit Augustinus, dicens, [Consideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseuerantia, in uarietate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius vitij multiplici executione. Oportet enim pœnitere fornicantem secundum excellentiam sui status vel officij, vel secundum modum meretricis, & in modu operis fuit: & qualiter turpitudinem egerit, si in loco sacro, si in tempore orationi constituto, ut sunt festiuitates & tempora ieiunij. Consideret quantum perseueraverit, & defleat quòd perseueranter peccauerit, & quanta victus fuerit impugnatione. Sunt enim qui non solùm non uincuntur, sed vltro se peccato offerunt, nec expectant tentationem, sed præueniunt uoluptatem. Et pertractet secum, quàm multiplici actione vitij delectabiliter peccauit. Omnis ista varietas confitenda est & deflenda, ut cùm cognouerit quòd peccatum est multum, citò inueniat deum propitiũ. In cognoscendum augmentum peccati, inueniat cuius ætatis fuerit, cuius sapientiæ, & ordinis? Immoretur in singulis istis, & sentiat modum criminis, purgans lachrymis omnem qualitatem vitij: defleat virtutem, qua interim caruit. Dolendum est enim non solùm & peccauit, sed quia virtute se priuauit. Defleat etiam quoniam offendens in uno, factus est omnium reus. Ingratus. n. extitit, qui plenus uirtutibus Deum omnino nõ timuit. In hoc. n. quisque peccator fit culpabilior, quo est deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Alio etiam modo offendens in vno, factus est omnium

Pral. 61.

Iacobi 5. d

Matth. 3. b

Luce 3. c

Beda in 3. c. Luc. et Greg. ho. 20. Euā.

De uera & falsa pœn. c. 14. in prī: tomo 4.

Iaco. 2. b

Gen. 3. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

seus: quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio.] [Ponat se omnino in iudicio & potestate sacerdotis, nihil sui reseruans sibi: vt omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda vita animæ, quæ faceret pro vitanda corporis morte: & hoc cum desiderio: quia vitam recuperat infinitam. Cum gaudio, facere debet immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus: semper deprecetur deum, offerat Deo mentem & cordis contritionem: deinde & quod potest det de possessione: & tunc quod offert, se curus offerat. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Prius dicit ad Abel, quàm ad munera eius. In iudicio ergo cordis conferenda est eleemosyna tribuentis. Nec considerandum est quantum, sed qua mente, qua affectione dat quod potest. Qui ergo sua peccata redimere vult temporalium oblatione, prius offerat mentem. Caueat etiam ne ductus verecundia diudat apud se confessionem, vt diuersa diuersis velit sacerdotibus manifestare. Quidam enim vni celant, quæ alij manifestanda conseruant: quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper venia carere, ad quam per frusta putat peruenire. Caueat etiam ne prius ad dominicum corpus accedat, quàm confortetur bona conscientia, & doleat quòd nondum audeat sumere, quem multùm desiderat, cibum salutarem. Cohibeat etiam se à ludis, à spectaculis seculi, qui perfectam vult consequi remissionis gratiam. Isti sunt digni fructus pœnitentiæ, animam captiuam elaqueantes, & in libertate seruates.] Et infrà, [Quærat anima dignos fructus, etsi non dignos pœnitentiæ. Sunt enim digni fructus virtutum, qui non sufficiũt pœnitentibus. Pœnitentia enim grauiores postulat, vt dolore & gemitibus mortuus impetret vitam.] Ex his ostenditur, qui sint digni fructus pœnitentiæ, quibus vera satisfactio expletur: & quòd non omnes digni fructus, sunt digni fructus pœnitentiæ: quod de illa pœnitentia intelligitur, quę maiorum est criminum. Nõ enim sufficiunt

Vnde, c. 15.

Gen. 4. b

Aug. ibi. 15

ciunt grauiter delinquentibus, quæ sufficiunt minus vel parum peccantibus.

B

Quæ sit falsa Satisfactio.

Et sicut sunt digni fructus pœnitentiæ, ac vera satisfactio, ita & indigni fructus, & falsa satisfactio, id est falsa pœnitentia. Vnde Gregorius, [Falsas pœnitentias dicimus, quæ nõ secundum autoritates sanctorũ pro qualitate criminũ imponuntur. Ideoq; miles vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis grauioribus irretitus ad pœnitẽtiam venerit, vel qui bona alterius iniustè detinet, vel qui odium in corde gerit: recognoscat se veràm pœnitentiam non posse peragere, nisi negotiũ relinquat, vel officium deserat, & odium ex corde dimittat, & bona quæ iniustè abstulit, restituat. Nec tamen desperet: interim quicquid boni facere potest, hortamur vt faciat, vt deus cor eius illustret ad pœnitentiam.] Cùm sit pœnitentia interior & exterior, de vtraque per præmissa satis apparet quæ sit vera, & quæ sit falsa.

Gregor. septimus dicit. de pœn. dist. 5. cap. falsas.

C

De tribus actionibus Pœnitentiæ.

Prædictis verò adiiciendum est, quòd tribus modis agitur pœnitentia, ante baptismũ, scilicet de prioribus peccatis, post baptismum de grauioribus quæ post cõmittuntur. Est etiam pœnitentia venialium quotidiana: quæ etiam humilior est & perfectorum. Vnde Augustinus, [Tres sunt actiones pœnitentiæ, quas mecũ eruditio vestra recognoscit. Vna est quæ nouum hominem parturit, donec per baptismum omnium prius territorum ablutio fiat peccatorum: quia nullius liæ voluntatis arbiter, nisi pœniteat eum veteris vitæ, nouam inchoare põt: à qua paruuli sunt immunes cùm baptizantur: quia nondũ possunt vti libero arbitrio. q bus tamen ad remissionem originalis peccati prodest eorum fides à quibus offeruntur. Altera est actio pœnitentiæ post baptismum: quæ sit pro illis peccatis, quæ legis decalogus cõtinet.] [Agunt ergo homines

Hom. de vtilitate & necessitate pœnitentiæ. quæ est 50. c. 1. & 4. in tom. 10.

Augu. epist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

108. *quæ sit ad Seleucianam.*

pœnitentiam ante baptismum de peccatis prioribus, ita tamen ut etiam baptizentur sicut Petrus ait, agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Domini, &c. Agunt etiam pœnitentiam, si post baptismum ita peccauerunt, ut excommunicati & reconciliari postea mereantur. Est etiam pœnitentia bonorũ & humilium fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes, „Dimitte nobis debita nostra, &c. Neq; ea nobis dimitti uolumus, quæ dimissa in baptismo non dubitamus, sed illa quæ humanæ fragilitati, quamuis parua, tamen crebra subrepunt: quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment, sicut unum aliquod grande peccatum. Quid.n. interest ad naufragium, an uno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim surrepens aqua in sentinam per negligentium culpam impleat nauem & submergatur? Ideo ieiunium, & eleemosynæ, & orationes inuigilent: in quibus cũ dicimus, Dimitte nobis debita nostra, &c. manifestamus nos habere quod nobis dimittatur: & in his uerbis humiliantes animas nostras, quotidianam agere pœnitentiam non cessamus.]

Act.2.f

Matth. 6.b

Matth. 6.b

D *De satisfactione uenialium.*

Quæ autem pro uenialibus fit satisfactio sufficiat,

Ca.71.to.3. & de pœni. dist. 3. Sed uerba.

Augustin. insinuat, ita inquiens in Enchiridio, [De quotidianis & breuibus leuibusq; peccatis, sine quibus hæc uita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere, Pater noster qui es in cœlis, &c. Delet omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa à quibus uita fidelium etiam scelerate gesta, sed pœnitendo in melius commutata

Matth. 6.b

discedit: sicut ueraciter dicitur, Dimitte nobis debita nostra, ita & ueraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: i. si fiat quod dicitur: qa & ipsa eleemosyna est veniam petentibus omnino ignoscere.] Ex his aliisque præmissis iam facilè est intelligere, quæ pro uenialibus sit exhibenda satisfactio. Sufficit enim dominica oratio cũ ieiunio aliquo & eleemosynis, sic tamẽ ut præcedat contritio aliquãtula, & addatur confessio, si adsit facultas, de qua confessione post tractabitur. Pro grauioribus uero peccatis hæc etiam in satisfactione adhibenda sunt, sed multò uehementius atque districtius quia, ut ait Augustinus, [ad agendam pœnitentiam non sufficit mores in melius commutare, & à malis factis recedere, nisi de his quæ facta sunt satisfaciat Domino per pœnitentię dolorẽ, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.]

Lib. de pœn. medicina, c. 5. to. 9. et ho mi. 50. quæ est de ritis. ac necessit. pœ. c. 15. to. 10.

TRIA PROPONUNTUR QUAERENDA, primùm, an sine confessione dimittantur peccatum.

A DISTINCT. XVII.

Io oritur quęstio multiplex: primò.n. quæritur, utrum absq; satisfactione, & oris confessione, p̃ solã cordis cõtritionẽ peccatũ alicui dimittatur: Secundò, an aliquãdo sufficiat cõfiteri Deo sine sacerdote: Tertio, an laico fideli facta valeat confessio. In his.n. ẽt docti diuersa sentire inueniuntur: quia super his uaria ac penè aduersa tradidisse uidetur doct. Dicũt.n. quidã, sine confessione oris & satisfactione operis neminẽ à peccato mũdari, si tps illa faciẽdi habuerit. Alii uerò dicunt, ante oris cõfessionẽ & satisfactionẽ in cordis cõtritione peccatũ dimitti à Deo, si tamen uotũ cõfitẽdi habeat. Vnde prophe

Psal. 31. Cassiod. in glo. ordina.

ta, Dixi, confitebor aduersũ me iniustitiã meã Do. & tu re. imp. &c. Quod exponẽs Cassiod. ait, [Dixi. i. deliberaui apud me q̃ cõfitebor, & tu remisisti. Magna pietas dei, q̃p ad solã promissionẽ peccatũ dimiserit. Votũ

In eundem

.n. pro operatione iudicatur.] Itẽ Aug. [Nondũ pronũciat promittit se pronunciaturũ, & Deus dimittit:

Psal. 31. nõ lõge a prin cipio.

q̃a hoc ipsũ dicere, quoddã pronũciare est corde. Nõ dũ ẽ uox ĩ ore vt hõ audiat cõfessionẽ, & deus audit.]

Psal. 50. Ezec. 18. e

Item, Sacrificiũ Deo ſpũs cõtribulatus, cor cõtritũ. &c.

Alibi

De pœn.di. 1. cap. 1. In quacunque: & c. Conuersum. quasi p totum.

Alibi etiam legitur, Quacunque hora peccator conuersus fuerit & ingemuerit, vita viuet, & non morietur. Non dicitur, ore cõfessus fuerit, sed, conuersus ingemuerit. Vnde datur intelligi, q̃ etiam ore tacẽte uenia interdum consequimur. Hinc etiam leprosi illi, quibus Dominus præcepit ut ostenderent se sacerdotibus, in itinere antequã ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo insinuatur, q̃ antequam ora nostra sacerdotibus aperiamus, id est, peccata confiteamur, à lepra peccati mundamur. Lazarus etiam non prius de monumento est eductus, & pòst à domino suscitatus: sed intus suscitatus prodiit foras viuus, vt ostenderetur suscitatio animæ præcedere confessionem.

Luc. 17. d

Ioan. 11. f

Aug. de verbis do. ser. 8

[Nemo enim põt confiteri, nisi suscitatus: quia à mortuo, velut qui non est, perit cõfessio.]Nullus ergo cõfitetur, nisi resuscitatus. Nemo autem suscitatur, nisi qui à peccato soluitur: quia peccatũ mors animæ est: quę vt est vita corporis, ita eius vita Deus est. His aliisq; pluribus autoritatibus probatur, ante confessionem vel satisfactionem sola compunctione peccatũ dimitti: quod qui negant, eas determinare laborant: necnon in huius sententiæ depressionẽ, & ad suæ opinionis assertionem, autorum testimonia inducunt.

Eccl. 17. d

Esa. 43. d

Ait n. Dominus per Esaiam, Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris. Item Amb. [Non potest quisquam iustificeri à peccato, nisi peccatum ipsum antea fuerit confessus.]Idem dicit, [Confessio à morte animam liberat: confessio aperit paradisum: confessio spem salutis tribuit: quia non meretur iustificari, qui in vita sua non vult peccatum confiteri. Illa cõfessio nos liberat, quæ fit cum pœnitentia. Pœnitentia verò, est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis quæ quisque commisit.]Item Ioan. [Non potest quisquam gratiã Dei accipere, nisi purgatus fuerit ab omni peccato per pœnitentiæ confessionem, & per baptismum.]Itẽ Augustin. [Agite pœnitentiam, qualis agitur in ecclesia. Nemo dicat sibi, Occultè ago pœnitentiam: quia apud

Lib. de paradiso, ca. 14. in fi. tom. 4

Idem ī ser. quadrag. de pœnit. di. 1. c. Ecce nũc.

Io. Chry. de pœn. di. 1. c. Non potest.

Aug. li. 50 homi. 49.

apud Deum ago: nouit Deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est, Quæ solueritis super terram, soluta erunt in cœlis? Ergo sine causa claues datæ sunt? Frustramus uerbum Christi? Iob dicit, Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri?]Item Amb. [Venialis est culpa, quam sequitur confessio delictorum.]Item Aug. super illum locum Psal. Non absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum, [Puteus est profunditas iniquitatis: in quam si ceciderit, non claudet super te os suum, si tu non claudis os tuum. Confitere ergo, & die, De profundis clamaui ad te domine, &c. & euadet. Clausit super illum, qui in profundum cùm uenerit, conremnit: à quo mortuo, uelut qui non sit, perit confessio.]Item, [Nullus debitæ grauioris pœnæ acceptet ueniam, nisi qualemcunq;, etsi longè minorem quàm debeat, soluerit pœnam. Ita enim impartitur à Deo largitas misericordiæ, ut nõ relinquatur iustitia disciplinæ.]Item Hier. [Qui peccator est, plangat delicta propria uel populi, & ingrediatur ecclesiam, de qua propter peccata fuerat egressus, & dormiat in sacco: ut præteritas dilicias, per quas deum offenderat, ut cõsuetæ austeritate compenset.]His aliisq; autoritatibus nituntur asserere, sine confessione uocis & aliqua solutione pœnæ neminem à peccato mundari.

Mart. 16. c

Iob. 31. d

Li. de Par. cap. 14.

Super psal. 68. in fine conci. 1.

Psal. 129.

Prosp. 18. c

Eccl. 17. d

Aug. de cõtinentia, c. 6. tom. 4. Ad cap. 1. Ire. Et alle. de pœn. dis. 1. c. Qui sã ctus sacer.

B *Cui sententiæ potius consentiendum sit.*

Quid ergo super his sentiendum, quid tenendum? Sanè dici potest, q̃ sine confessione oris, & solutione pœnæ exterioris peccata delentur per contritionẽ & humilitatem cordis. Ex quo enim proponit mente cõpuncta se confessurũ, Deus dimittit: quia ibi est confessio cordis, etsi non oris: per quam anima interius mundatur à macula & contagione peccati cõmissi, & debitum æternæ mortis relaxatur. Illa ergo quæ superius dicta sunt de confessione & pœnitentia, uel ad cõfessionem cordis, uel ad interiorem pœnam referenda sunt. Sicut illud Augustini. [Quòd nullus dicitur ueniam

Non recte hic sentit. Magi. Hier.

Suprà, lit. a

veniam consequi, nisi prius quantulamcunque peccati soluerit pœnam:] vel de exteriori pœna accipienda sunt, & ad contenentes uel negligentes referenda: sicut illud, Nemo dicat, occultè ago, &c. Nonnulli n. ita peccata confiteri negligunt & erubescunt, & ideo non merentur iustificari. Sicut enim præcepta est nobis interior pœnitentia, ita & oris confessio, & exterior satisfactio, si adsit facultas. Vnde nec verè pœnitens est, qui confessionis uotũ non habet. Et sicut peccati remissio munus Dei est, ita pœnitentia & confessio, per quam peccatum deletur, non potest esse nisi à Deo, vt Augustinus ait: [Iam, inquit, donum spiritus sancti habet qui confitetur & pœnitet: quia non potest esse confessio peccati & compunctio in homine ex se ipso. Cùm enim irascitur sibi quisque & displicet, sine dono spiritus sancti non est.] Oportet ergo pœnitentem confiteri, si tempus habeat: & tamen antequam fit confessio in ore, si uotum sit in corde, præstatur ei remissio.

In illud Ps. 50. Spiritũ sanc. tuũ ne auferas. a me.

C *Si sufficit soli Deo confiteri.*

Iam secundum quæstionis articulum inspiciamus, scilicet, vtrùm sufficiat peccata confiteri soli Deo, an oporteat confiteri sacerdoti. Quibusdam visum est sufficere, si soli Deo fiat confessio sine iudicio sacerdotali & confessione ecclesiæ: quia Dauid dixit, Dixi, cõfitebor do. & tu remisisti. &c. non ait, sacerdoti: & tamen remissum sibi peccatum dicit. Ité Ambrosius, [Ideo sicut Petrus, quia culpa obrepsit ei: nõ inuenio quid dixerit, inuenio quòd fleuerit. Lachrymas eius lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non pot, ablui potest. Lauant lachrymæ delictũ, quod uocem pudor est confiteri: & veniæ fletus consulit & uerecundiæ.] Hoc idem etiam Maximus dicit episcopus. Ité Ioannes Chrysostomus, [Non tibi dico vt te prodas in publicum, neque apud alios accuses, sed obedire te volo prophetæ dicenti, Reuela Deo viam tuam. Ante Deum ergo tua confitere peccata: apud uerum iudicem

Psal. 31. f Super Lu. li. 10. in fine cõmenta ry ad c. 22. tomo. 4. Et in ser. q habetur. 46 apud Ambrosium. Super c. 12. ad Heb. ho. 31. post me-

dicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientia: tuæ memoria: & tunc demum spera te misericordiam posse consequi. Si habueris peccata tua in mente continuè, nunquam malum aduersus proximũ in corde tuo tenebis.] Idem, [Peccata tua quotidie dicito, vt deleas illa. Sed si confunderis alicui dicere, dicito ea quotidie in anima tua. Non dico vt confitearis ea conseruo tuo, ut tibi exprobret: dicito Deo, qui curat ea. Nec enim si non dixeris, ignorat ea: cùm faciebas ea, præsto erat: cùm admitteres ea, cognouerat. Nunquid ea vult à te cognoscere? Peccare non erubuisti, & confiteri erubescis? Dicito in hac vita, vt in alia requiem habeas: dicito ingemiscens & lachrymans. In codice scripta sũt peccata tua. Spongia peccatorũ tuorũ lachrymæ tuæ sint.] Item Prosper, [Illi quorũ peccata humanã notitiam latent, non ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata, si ea cõfiteri uel emẽdare noluerint, Deũ quẽ habent testem, ipsum & habituri sunt vltorem. Quod si ipsi sui iudices fiant, & ueluti suæ iniquitatis vltores, hic in se uoluntariam pœnã seueriſſimæ animadversionis exerceant: tẽporalibus pœnis mutabũt æterna, supplicia, & lachrymis ex uera cordis contritione fluentibus restinguent æterni ignis incendia.] Et infrà: [Facilius sibi Deũ placabunt illi, qui aut proprijs cõfessionibus crimẽ produnt, aut nescientibus aliis ipsi in se uoluntariæ excõmunicationis ferunt sententiam: & ab altari, cui ministrabant, non animo, sed officio separati, uitam suam quasi mortuã plãgunt, certi q; reconciliato sibi efficacis pœnitentiæ fructibus Deo, non solùm amissa recipiãt, sed ẽt supernæ ciuitatis gaudia recipiãt.] His autoritatibus innituntur, qui sufficere contendunt Deo confiteri peccata sine sacerdote. Dicunt enim, q; si quis timẽs detegi culpã suam apud homines, ne inde opprobrio habeatur, vel alij suo exemplo ad peccandũ accingãtur, & ideo tacet homini, & reuelat Deo, consequitur veniam.

diũ eiusdẽ. Psal. 36.

Hom. 2. in psal. 50. ad eum uersũ Et peccatũ meum cõtra me est semper, post medium hom.

Li. 1. de uita actiua cap. 7. Et de pa. dis. 1. c. Porrò illi.

Ibidem, cap. Facilius.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod non sufficit soli Deo confiteri, si semper adsit, si tamen homini possit.

D

Sed quòd sacerdotibus confiteri oporteat, non solùm illa autoritate Iacobi, Confitemini alterutrum peccata uestra, &c. sed etiam aliorum pluribus testimonijs comprobatur. Ait enim Augustinus, [Iudicet seipsum homo uoluntariè dum potest, & mores conuertat in melius: ne cùm iam non poterit, præter uoluntatem à Domino iudicetur: & cùm in se protulerit seueriſſimæ medicinæ, sed tamen utiliſſimæ sententiam, ueniat ad antiſtites, per quos illi claues ministrantur ecclesiæ. Tanquam bonus iam incipiès esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, à præpositis sacramentorum accipiat satisfactionis suæ modum, in offerendo sacrificio contriti cordis deuotus & supplex. Id tamen agat quod non solùm sibi prosit ad salutem, sed etiam ad exemplum cæteris: ut si peccatum eius non modò in graui malo, sed etiam in scandalo aliorum est, atque hoc expedire utilitati ecclesiæ uideatur antiſtiti, in notitiam multorum uel totius plebis agere pœnitentiam non recuset: ne lethali plagę per pudorem addat tumorē.] [Cùm tanta est plaga peccati & impetus morbi, ut medicamenta corporis & sanguinis Domini differēda sint, autoritate antiſtitis debet se quiſque remouere ab altari ad agendam pœnitentiam, & eadem autoritate reconciliari.] Item Leo Papa, [Multiplex misericordia Dei ita lapſibus subuenit humanis, ut non modò per baptiſmum, sed etiam per pœnitentiam spes uitæ reparetur, sic diuinæ uoluntatis præſidijs ordinatis, ut indulgentiam Dei nisi ſupplicationibus sacerdotum nequeant obtinere. Christus enim hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem, ut confitentibus pœnitentiæ satisfactionem darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionē sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.] Item Augustinus, [Quem pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lachrymis ostendat: reptæ sentiat uitam suam Deo per sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confeſſionem. Præcepit enim Dominus mundandis, ut ostenderent ora sacerdotibus: docens corporali præsentia confitenda peccata, non per nuncium, non per scriptum manifestanda. Dixit, n. ora monstrate: & omnes, non unus pro omnibus: non alium statuatis nuncium, qui pro uobis offerat inunus à Moyse statutum: sed qui per uos peccatis, per uos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remiſſionis. Ex misericordia enim hoc præcepit Dominus, ut nemo pœniteret occulto. In hoc enim quòd per seipsum dicit sacerdoti, & erubescentiam uincit timore Dei offensi, fit uenia criminis: fit enim ueniale per confeſſionem, quod criminale erat in operatione. Etsi non statim purgatur, fit tamen ueniale quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ donans, nihil eorum quæ commiſit, nūcio Dei negauit. Deus enim, qui misericors & iustus est, sicut seruat misericordiā in iuſtitia, ita & iuſtitiam in misericordia. Opus n. misericordiæ est peccanti peccata dimittere: sed oportet ut iustus misereatur iuſtè. Considerat enim si dignus est, non dico iuſtitia, sed & misericordia. Iuſtitia enim sola damnat: sed dignus est misericordia, qui spirituali labore quærit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam. Et quoniam uerecundia magna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. Vnde patet, quod quanto pluribus confitebitur in spe ueniæ turpitudinem crimi†nis, tanto facilius consequetur, gratiam remiſſionis. Ipſi enim sacerdotes plus iam possunt prouocere, plus confitentibus parcere.] Item Leo Papa, [Quāuis pietatis fidei uideatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non ueretur: tamen quia non omnium sunt huiusmodi peccata, ut ea quæ pœnitentiam poscunt, non timeant publicari

Ieiuni. 50. quæ est de uerbis Apo. cap. 11. in. 10.

Et de pœn. dist. 1. Iudicet.

Augus. epi. 118. ca. 3.

Epi. 91. ad Theodorum Forolini Et de pœ. di. 1. cap. Multiplex.

Lib. de uera et falsa pœ.

cap. 10. Et de pœ. dist. 1. c. Quem pœnitet.

Lucæ 17. d

Leu. 13. & 14.

† tempore

Epi. 80. & de pœni. di. 1. cap. Quæ uis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cari: remoueatur improbabilis consuetudo, ne multi à pœnitentiæ remedijs arceãtur, dum aut erubescut, aut timent inimicis sua facta reserare, quibus possunt legum percelli constitutione. Sufficit enim confessio, quæ primùm Deo offertur, & tunc etiam sacerdotis qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.] Ex his aliisq; pluribus indubitanter ostenditur, oportere Deo primùm, & deinde sacerdoti offerri cõfessionem: nec aliter posse perueniri ad ingressum paradisi, si adsit facultas.

E *De tertio articulo, scilicet, an sufficiat confiteri Laico.*

Nunc priusquam præmissis autoritatibus, quę his contradicere videntur, respondeamus, tertiam quæstionem intueamur. Quod enim secunda quæstio continebat, scilicet, an sine confessione & iudicio sacerdotis soli Deo confiteri sufficeret, expeditum est, & certificatum præmissis testimonijs, quòd non sufficit confiteri Deo sine sacerdote, nec est uerè humilis & pœnitens, si non desiderat & requirit sacerdotis iudicium. Sed nunquid æquè ualet alicui confiteri socio uel proximo suo, saltè cùm deest sacerdos? Sanè ad hoc potest dici, quòd sacerdotis examen requirendum est studiosè: quia sacerdotibus concessit Deus
Matt. 16. potestatem ligandi atque soluendi. Et ideo quibus ipsi dimittunt, & Deus dimittit. Si tamen defuerit sacerdos, proximo uel socio est facienda confessio. Sed curet quisque sacerdotem quærere, qui sciat ligare & soluere. Talem enim esse oportet, qui aliorum cri-
Lib. de uera et falsa pœ. ca. 10. mina diiudicat. Vnde Augustinus,] Qui uult confiteri peccata ut inueniat gratiam, quærat sacerdotem qui sciat ligare & soluere: ne cùm negligens circa sa-
Ime dio cauſæ, ro. 4. cerdotem extiterit, negligatur ab eo, qui eũ misericorditer mo-
Et de pœni. dist. 1. net & petit: ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Tanta itaque uis confessionis est, ut
Finem pœn. si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sæpe enim cõ-

tingit, quòd pœnitens non potest uerecundari coram sacerdote, quem desiderat nec tempus, nec locus offert. Et si ille cui confitebitur, potestatem non habeat soluendi, sit tamen dignius uenia ex sacerdotis desiderio, qui crimen confitetur socio. Mũdati enim sunt *Lucæ 17.d* leprosi, dum irent ora ostendere sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Deum ad cor inspicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem quæritur eos sani & lætis sed dum quærunt, antequam perueniãt, moriuntur. Sed misericordia Dei ubique est: qui & † iustis parce *† forte, ipsis* re nouit: etsi non tam cito, sicut si soluerentur à sacerdote. Qui ergo confitetur, sacerdoti omnino meliori quã potest, confiteatur. Et si peccatum occultum est, *Ibid. ca. 11.* sufficiat referre in notitiam sacerdotis. Nã in resurrectione filię Archisynagogi pauci interfuerũt qui uide- *Matth. 9. c* runt: nondũ.n.erat sepulta, nondum extra portam de- *Marci 5. c* lata, nondũ extra domũ in notitiam portata. Intus resuscitauit, quam foris inuenit, relictis solis Petro, & Iacobo, & Ioanne, & patre & matre puellæ: in quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesiæ. Quos autem extra inuenit, aduertendum est quomodo suscitauit. Flebat enim turba post filiũ uiduæ: fleuit Mar- *Lucæ 7.b* tha & Maria supplicantes pro fratre: flebat & turba *Ioan. 11.d* Mariam secuta. In quo docemur, publicè peccãtibus non propriũ, sed ecclesię sufficere meritum. Laboret *Aug. ibid.* ergo pœnitens in ecclesia esse, & ad ecclesiæ unitatem *cap. 11.* tẽdere. Nisi enim unitas ecclesiæ succurrat, nisi quod deest peccatori sua oratione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim, quòd omnes orationes, & eleemosynę ecclesię, & opera iustitiæ & misericordiæ succurrant recognoscenti mortẽ suam ad conuersionem. Ideoque nemo digne pœnitere potest, quem non sustineat unitas ecclesiæ. Ideoque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab unitate ecclesiæ diuisos.] Ex his satis apertum & absolutum pmissę q̃stionis articulus. Quærẽdus est

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim sacerdos sapiens & discretus, qui cum potestate simul habeat iudicium: qui si forte defuerit, confiteri debet socio. Beda verò inter cõfessionem venialium & mortalium distinguit super illum locum, Confitemini alterutrum peccata vestra. Ait enim, [Coæqualibus quotidiana & leuia, grauiora verò sacerdoti pandamus, & quãto iusserit tempore, purgare curemus:] [quia sine confessione emẽdationis, peccata nequeunt dimitti. Sed & grauiora coæqualibus pãdenda sunt, cùm deest sacerdos, & vrget periculũ. Venialia verò, etiam sacerdotis oblata copia, licet cõfiteri coæquali, & sufficit, vt quibusdam placet, si tamen ex cõtemptu nõ pretermittatur sacerdos. Tutius est tamẽ & perfectius vtrinque generis peccata sacerdoribus pandere, & cõsilium medicinæ ab eis quærere, quibus concessa est potestas ligandi & soluendi.

Super ca. 5. epi. Iacobi.

Ibid. super il lud, Ita si in peccatis sit, remittentur illi.

Hic operis qualiter superdictæ auctoritates intelligendæ sunt.

F

De pæ. d. 1. ca. Quis aliquando. Lit. a.

Cùm ergo ex his aliisque pluribus testimoniis perspicuum fiat, & indubitabiliter cõstet, peccata primũ Deo, deinde sacerdoti esse confitenda, & si ipse defuerit, etiam socio illud Ioan. Chrys. superiùs positũ nõ est ita intelligẽdum, vt liceat alicui, si tempus habeat, sacerdoti non confiteri: sed quia sufficit vbi crimen occultũ est, soli Deo per sacerdotem dicere, & semel. Nec oportet publicari coram multis, quod occultum est. Quod notauit, dicens, Nõ tibi dico vt te prodas in publicum. Sicut.n. publica noxa publico eget remedio, ita & occulta secreta confessione, & occulta satisfactione purgatur. Nec necesse est, vt quod sacerdoti semel confessi sumus, iterum cõfiteamur: sed lingua cordis, non carnis, apud verum iudicem id iugiter cõfiteri debemus. Vnde idem Ioannes ait, [Nunc autẽ si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in cõspectu Dei pronuncies, & pro eis deprecaris, citius illa delebis. Si verò obliuiscaris, tunc eorum recordaberis nolens, quando publicabuntur, & in cõspectu

Hom. 31. ad Hebræ.

ctu omnium amicorũ & inimicorũ, sanctorumque angelorum proferentur.] Ita etiam illud Ambrosii, [Lachrymæ lauant delictum, quod voce pudor est cõfiteri:] ad publicam pœnitentiam referendum est. Ibi enim virtute lachrymarum & confessionis offendes significare voluit, quod lachrymæ occultę & cõfessio secreta, sicut quæ fit soli sacerdoti, lauant delictum quod pudet aliquem publicè confiteri. Quod verò dicit se lachrymas Petri legisse, non satisfactionem vel confessionem, per hoc non excludit illa. Multa enim facta sunt, quæ scripta non sunt: & forte nondum facta erat institutio confessionis, quæ modò est. Similiter & illud Prosperi, Si sui iudices fiant, mitabuntur æterna supplicia: & illud, Facilius Deum placabunt sibi, qui aut propriis confessionibus crimen produnt, aut nescientibus aliis in se sententiã excommunicationis ferunt: ad publicam confessionem & satisfactionem referri oportet. Non enim solis sacerdotibus ius ligandi atque soluendi datum est, si cuique suo arbitrio se pœna vel excommunicationis sententia ligare, & absque sacerdotali iudicio se ipsum Deo vel aliis reconciliare liceat: quod ecclesiasticæ institutioni & cõsuetudini penitus repugnat. Petius ergo, si publicè peccasti, publicè confitere te reu, & emẽda. Si verò occultè deliquisti, etiam sic nõ taceas: nec tamen dico vt publicès. Taciturnitas enim peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quis celat, ne reputetur foris, qualem se iam diuino conspectui exhibuit: quod ex fonte superbiæ nascitur. Species n. superbiæ est, se velle iustum videri qui peccator est: atque hypocrita conuincitur, qui instar primorum parentum vel tergiuersatione uerborum peccata sua leuigare contendit, vel sicut Cain peccata sua reticendo supprimere quærit. Vbi ergo superbia regnat & hypocrisis, humilitas locum non habet. Sine humilitate verò alicui veniam sperare nõ licet. Vbi est ergo taciturnitas confessionis, non est sperandæ venia criminis. Iam

Supra, lit. e.

Supra, lit. e.

Hesychius sup. Leu. & refert. alleg. de pœ. dist. 1. cap. Quis aliquando. para.

Gene. 4. f

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. Chr. in opere imperf. circa illud Matt. 3. ha pizabātur ab eo, confit.

certissimè liquet, quàm sit detestabile peccati silentium, & econuerso quàm sit necessaria confessio. [Est enim confessio testimonium conscientiæ Deum timentis. Quis enim timet iudicium Dei, peccatum nō erubescit confiteri. Perfectus timor soluit omnem pudorem: cōfessio peccati pudorem habet, & ipsa erubescentia est grauis pœna. Ideoque iubemur confiteri peccata, vt erubescentiam patiamur pro pœna: nam hoc ipsum pars est diuini iudicij.] Si ergo quæritur, an cōfessio sit necessaria, cùm in contritione iam deletum sit peccatum: dicimus quia quædam punitio peccati est, sicut satisfactio operis. Per confessionem etiam intelligit sacerdos, qualiter debeat iudicare de crimine. Per eam quoque peccator fit humilior & cautior.

DE REMISSIONE SACERDOTIS.

A DISTINCT. XVIII.

HIc quæri solet, si peccatum omnino dimissum est à Deo per cordis contritionem, ex quo pœnitens votum habuit confitendi, quid postea dimittatur ei à sacerdote. Video enim quo vinculo eū liget, scilicet temporalis pœnæ, sed nō à quo eum absoluat: & ideo quæro. Ante pœnitudinem quippe cordis, anima rei maculam habet & fœtorem peccati, atque æternæ vltionis vinculo ligata existit. Si verò ante confessionem per cordis contritionem Deus per seipsum, sine ministerio sacerdotis, & debitum omnino relaxat, & animam interius purgat à contagione & fœtore peccati; quid ergo mudat? quid dimittit sacerdos? vbi sunt claues illæ quas

Matt. 16. c. & 18. c. Dominus tradidit Petro & successoribus eius, dicens, Tibi dabo claues regni cælorum: &, Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta, &c? Vt autem

tem præmissa quæstio plenius explicari valeat, quæsi altius ducto reti, de his clauibus & vsu earum disseramus. *Luc. 5. a*

B — *De clauibus.* — m2 clauium.

Claues istæ non sunt corporales, sed spirituales, discernendi scientia, & potentia iudicādi, id est, ligandi & soluendi: qua dignos recipere, & indignos debet excludere à regno ecclesiasticus iudex: qui sicut habet vis ligandi, ita & soluendi. Vnde Ambrosius, [Dominus pari ius & soluendi esse voluit, & ligādi, qui vtrūque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet.] Et infrà, [Certum est quòd Ecclesiæ vtrumque licet: hæresis vtrumque nō habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Rectè ergo Ecclesia hoc sibi vēdicat, quæ verōs sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quę veros sacerdotes non habet.] *Amb. lib. 1. de Pœnit. c. 2. & habe- tur de pœni. dist. 1. cap. Verbū Dei.*

C — *De usu clauium.* —

Vsus verò harum clauium multiplex est, discernere scilicet ligandos & soluendos, ac deinde ligare vel soluere. [Qui enim (vt ait Gregor.) indignos ligat vel soluit, propria potestate se priuat, id est, dignum priuatione se facit.] *Hom. 26. su per Euang.*

D *Si sacerdos possit dimittere vel retinere peccata.*

Sed quæritur, vtrùm à peccato soluere valeat sacerdos, i. à culpa, vt culpæ macula abstergat, vel debitum æternę mortis soluere valeat. Quidam arbitrati sunt, cum peccator dupliciter ligatus teneatur, vt prædictū est, i. mentis contagione ac cæcitate, & debito futuræ pœnæ, alterum curari per Deum, alterum solui per sacerdotem; Patitur enim per peccatum quasdam tenebras interiores & maculas, à quibus nisi liberetur, proticietur in tenebras exteriores. Cùm autem liberatur ab his, sufficiunt à morte peccati. Vnde Apostolus, Surge qui dormis, & illuminabit te Christus. Solus enim Christus, nō sacerdos, animā resuscitat, ac pulsis tenebris interioribus & maculis, eā illuminat & mū- *Opinio quorundam. Hugo. li. 2. de sacr. par. 14. cap. 8. Matt. 22. b Ephes. 5. c*

dit, qui animæ faciem lauat: debitum verò æternæ pœ-
Ioan. 11. f næ soluere concessit sacerdotibus. Quod in resurrectione Lazari signatum asserunt: quę Christus prius per se interius viuificauit, deinde foras exire iussit: eumque adhuc ligatum soluere Apostolis præcepit: quia, vt aiunt, ipse interius animũ à caligine maculaq; peccati emundat, sacerdotibus verò dedit vinculum
Aliorũ sententia. æternæ mortis soluere. Alij verò dicunt, solũ Deum, nõ sacerdote, debitũ æternæ mortis dimittere, sicut & animã interius per se viuificat: nec tamen diffitentur sacerdotibus traditam potestatem peccata dimittendi & retinendi: Quibus dictum est, Quorum remi-
Ioan. 20. f seritis peccata, &c. Sicut enim Christus retinuit sibi potestatem baptismi, ita & pœnitentiæ. Et ideo sicut interius gratia sua animam illuminat, ita & simul debitũ æternæ mortis relaxat. Ipse enim per seipsum peccata pœnitentium tegit: & tunc tegit, quando ad pœnam non reseruat. Tunc ergo tegit, quãdo debitũ pœnæ soluit. Quod aũt ipse tegat, aperte dicit Aug. ex
Sup psal. 31 non longè à prin. 2. enarrationis. ponens illum locum Psal. [Quorum tecta sunt peccata, id est, cooperta & abolita. Si.n texit Deus peccata, noluit aduertere: si noluit aduertere, noluit animaduertere. i. punire, sed ignoscere. Ita ergo dicit à Deo tecta, vt deus non videat, id est, æternaliter puniat. Vide
In eundem psal. 31. in prin. enim. Ad eundem Psal. sup eũ locũ. Beatus vir cui, &c. te enim Dei peccata, est ad pœnam imputare.] Auerte faciem à peccatis, hoc est ea ad pœnam non reseruare. Item Hieronymus, [Quibus Deus dimittit peccata, tegit, ne in iudicio reuelentur.] Item Cassiodorus, [Qui grauia habent peccata, aliis Deus imputat, aliis per misericordiam non imputat.] Ex his aperte ostenditur, quòd deus ipse pœnitentem soluit à debito pœnæ, & tunc soluit, quando intus illuminat, inspirando veram cordis contritionem. Cui sententiæ ratio suffragatur, & autoritates attestantur. Nemo.n. verè compungitur de peccato, habens cor contritum & humiliatum, nisi in charitate. Qui autem charitatẽ habet, dignus est vita. Nemo autẽ simul vita & mor-

te dignus est. Non est ergo tunc ligatus debito æternæ mortis. Filius enim iræ esse desiit, ex quo diligere *Ephes. 2. a* & pœnitere cœpit. Ex tunc ergo solutus est ab ira, quæ non manet super illum, qui credit in Christum, sed su *Ioan. 3. b* per illum qui non credit. Non ergo postmodum per sacerdotem cui confitetur, ab ira æterna liberatur, a qua iam liberatus est per Dominum, ex quo dixit, Cõ fitebor. Solus ergo deus hominem interius mundat à *Esa. 43.* peccati macula, & à debito æternæ pœnæ soluit: qui p *Amb. lib. 3.* prophetam ait, Ego solus deleo iniquitates & peccata *de Spir. sanc.* populi. Item Amb. [Verbum Deum dimittit peccata, *c. 19. Et lib.* sacerdos est Iudex. Sacerdos quidem officium suum *2. de Cain et* exhiber, sed nullius potestatis iura exercet.] Idem, [Il- *Abel, c. 4. Et* le solus peccata dimittit, qui solus pro peccatis nostris *de pœ. dis. 1.* mortuus est.] Item August. [Nemo tollit peccata, nisi *c. 1. Verbum* solus Deus, qui est agnus tollens peccata mundi. Tol- *Dei.* lit autem & dimittendo quæ facta sunt, & adiuuando *Aug. li. 50.* ne fiant, & perducendo ad vitam, vbi omnino fieri *Hom. hom.* non possunt.] His aliisque pluribus testimoniis docetur, Dominum solum per se peccata dimittere, & si- *23. in medio* cut dimittit quibusdam, ita & aliorum quorundam *Ioan. 1. d* peccata retinet.

Quod sacerdotes etiam dimittunt peccata, & tenent peccata suo modo.

E

Nec ideo tamen negamus sacerdotibus concessam potestatem dimittendi & retinendi peccata, cùm hoc Veritas in Euangelio apertè doceat. Hinc Augu. ait, *Matt. 16. c* [Ecclesiæ charitas, quæ per spiritum sanctum diffun- *& Ioã. 20. f* ditur in cordibus eorum qui participes sui sunt, peccata dimittit, eorum qui non sunt, tenet.] Idem, [Sacer- *Super Ioan. trac. 121. in* dotes possunt cõfitentibus parcere: quibus.n. remittũt, *fine.* remittit Deus. Lazarum enim de monumento fuscitatum obtulit discipulis soluendum: per hoc ostendes *Aug. lib. de* potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit *fa cœm. ca.* enim, Quodcunque solueris super terram, erit solutũ *10. to. 4.* & in cœlo, &c. hoc est, Ego Deus, & omnes cœlestis cu- *Ioan. 11. f* riæ ordines, & omnes sancti in gloria mea laudant nõ *Matt. 16. c*

Universidad de Deusto
Biblioteca

biscum & confirmant quos ligaris & soluitis, Non dixit, quos putatis ligare & soluere: sed in quos exercetis opus iustitiæ vel misericordiæ. Alia aut opera vestra in peccatores nō cognosco.] Idem, [Cum veraciter ad deum conuersio peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur, quibus ipse veraci conuersione coniungitur. Spiritus sanctus ea dimittit: qui datus est omnibus sanctis sibi charitate cohærentibus, siue se nouerint corporaliter, siue nō. Similiter cū alicuius tenetur peccata, ab eis tenentur, à quibus ille cordis prauitate disiungitur: siue notis corporaliter, siue ignotis.] [Oēs enim mali, spiritualiter à bonis seiuncti sunt.] Ecce hic dicit peccata dimitti, vel teneri à sanctis viris, & ramen spiritum sanctum ea dimittere dicit. Et quod maiori considerationē dignū est, idem etiam dicit, quòd deus per se vel per sanctos suos tantū dimittit peccata. Ait enim sic, [Sacramentum gratiæ dat deus etiā per malos, ipsam vero gratiam, non nisi per seipsum, vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorū, vel per seipsum facit, vel per ipsius columbæ membra: quibus ait, Si cui dimiseritis, dimittentur.] Ecce quàm varia à doctoribus traduntur super his: & in hac tanta varietate quid tenendū? Hoc sanè dicere ac sentire possumus, quòd solus deus dimittit peccata & retinet: & tamen ecclesiæ contulit potestate ligandi & soluendi: sed aliter ipse soluit & ligat, aliter ecclesia. Ipse enim per se tantùm dimittit peccatum, quia & animam mundat ab interiori macula, & à debito æternæ mortis soluit.

Lib. 6. cōtra Donat. c. 4.

De conf. dist. 4. Quo exaudit.

Ibidem, c. 5.

Lib. 5. cōtra Dona. c. 21.

Et de conse. dist. 4. Quo exaudit.

F *Quomodo sacerdotes ligant vel soluunt à peccatis.*

Non autem hoc sacerdotibus concessit, quibus tamen tribuit potestatem soluendi & ligandi, id est ostendendi homines ligatos vel solutos. Vnde Dominus se profusum sanitati prius per se restituit, deinde ad sacerdotes misit, quorum iudicio ostenderetur mundatus. Ita etiam Lazarum iam viuificatū obtulit discipulis soluendum. Quia etsi aliquis apud deum sit solutus, non

Grauis Magistri lapsus Matth. 8. a Luc. 5. c Ioan. 11. f

non tamen in facie ecclesiæ solutus habetur, nisi per iudicium sacerdotis. In soluendis ergo culpis & retinendis ita operatur sacerdos euangelicus, & iudicat, sicut olim legalis in illis qui contaminati erant lepra, quæ peccatum signat. Vnde Hieronymus super Matthæum, vbi dominus ait Petro, Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris super terrā, erit solutū & in cœlis: [Hūc, inquit, locū qui dā nō intelligentes, aliquid sumunt de supercilio Pharisęorū: vt dānare innoxios, uel soluere se putent noxios, cū apud deū nō sēteria sacerdotū, sed reorū vita quæratur. In Leuitico se ostēdere sacerdotibus iubētur leprosi, quos illi nō faciunt leprosos vel mundos, sed discernunt qui mundi vel immundi sunt.] Ita & hic aperte ostēditur, q̄ nō sēper sequitur deus ecclesię iudiciū: quæ per surreptionē & ignorātia interdū iudicat, deus aūt sēper iudicat fm veritatē. Et in remittendis & retinendis culpis id iuris & officij habent euangelici sacerdotes, quod olim habebant sub lege legales in curādis leprasis. Hi ergo peccata dimittunt vel retinent, dum dimissa à deo vel retenta iudicant & ostendunt. Ponunt enim sacerdotes nomen Domini super filios Israel, sed ipse benedicit, ut legitur in Numeris. Hunc modum ligandi & soluendi Hieronymus suprà notauit.

Leui. 13. et 14. a. Hier. 16. ca. Matth.

Leui. 14. a

Num. 6. d

G *Alios modos ligandi & soluendi.*

Ligant quoque sacerdotes, dum satisfactionē pœnitentiæ confitentibus imponunt. Soluunt, cùm de ea aliquid dimittunt, uel per eam purgatos ad sacramentorum communionem admittunt: quē modum superius Leo Papa notauit. Secundum hunc modum dicuntur etiam sacerdotes dimittere peccata uel retinere. Vnde superius Augustinus dixit, Quibus remittunt, remittit Deus, &c. Opus n. iustitię exercēt in peccatores, cùm eos iusta pœna ligāt: opus misericordię, dum

Dist. præc. lit. D. Hæ dist. li. E.

dum de ea aliquid relaxant, vel sacramentorum communioni conciliant: alia opera in peccatores exercere nequeunt. Et notandum est, quia quos satisfactione pœnitentiæ ligant, eo ipso à peccatis solutos ostendunt: quia non imponitur alicui satisfactio pœnitentialis, nisi quem sacerdos verè pœnitentem arbitratur. Alij vero non imponit: & eo ipso peccatum retineri à deo iudicat. Quod aute hoc ad claues pertinear, Augusti. ostendit dicens, [Frustrà claues ecclesiæ, qui si ne arbitrio sacerdotis pœnitentiam agit, si sine oris confessione criminis indulgentia impetratur.] Est & alius modus ligandi & soluendi, qui per excommunicationem geritur, dum aliquis secundum canonicam disciplinam tertiò vocatus ad emendationem manifesti delicti, & satisfacere vilipendens, sententia ecclesiæ à loco orationis, & sacramentorum cõmunione, & fidelium consortio præscinditur, vt erubescat, & pudore sceleris conuersus pœniteat: vt sic spiritus eius saluus sit. Quòd si pœnitentiam profitens respuerit, negatæ communioni admittitur, & ecclesiæ reconciliatur. Hæc est autem ecclesiæ anathemarizatio: hanc pœnam illis qui dignè percelluntur, infligit, quia gratia dei & protectio illis amplius subtrahitur, ac sibi ipsis relinquuntur, vt sit eis liberum ruere in interitum peccati: in quos etiam maior diabolo fæuiendi datur potestas. Orationes quoq; ecclesiæ, & benedictionum ac meritorum suffragia, ijs nequaquam suffragari purantur.

Sententiali ter lib. 50. hom. 49. Excommunicatos.

1. Cor. 5. b

Quomodo secundum hos modos intelligendum sit illud,

H *Quodcunque solueris &c.*

Secundùm hos ligandi & soluendi modos, quo verum est quod dicitur, Quodcunq; solueris super terram, erit solutu & in cœlis, & quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis, &c? Aliquando autem offendum solutos vel ligatos, qui non sunt soluti vel ligati apud deum: & pœna satisfactionis vel excõmunicationis interdum indignos ligant vel soluunt, & indignos

Matt. 16. c & 18. c. 14 quæst. 3. Si quis non.

indignos sacramẽtis, admittunt: & dignos admitti arcent. Sed intelligendum est hoc in illis, quorum merita solui vel ligari postulant. Tunc.n. sententia sacerdotis iudicio dei & totius cœlestis curiæ approbatur & confirmatur, cũ ita ex discretione processit, vt eorum merita non contradicant. Quoscunq; ergo soluunt vel ligant, adhibentes claues discretionis eorum meritis, soluuntur vel ligantur in cœlis: i. apud deũ: quia diuino iudicio sacerdotis sententia sic progressa approbatur & confirmatur. Quos ergo secundùm merita sententia ecclesiæ percellit, ædificat & illi fortius sunt apud deum. Qui aũt non meruit, sententia ecclesiæ non læditur, nisi contemnat. Vnde Orig. [Exiit quis à ueritate, à fide, à charitate, per hoc exit de cælis ecclesiæ, et si episcopi uoce non abijciatur: sicut contrà aliquis non recto iudicio foras mittitur: sed si non egit vt mereretur exire, nihil lædit. Interdum enim qui foras mittitur, intus est: & qui foris est, intus videtur retineri.] Ecce qualis & quantus est vsus Apostolicarum clauium. Iam ostendum est ex parte, qualiter sacerdotes dimittunt peccata vel retinent & tamen retinuit sibi deus quandam singularem potestatem dimittendi uel retinendi: quia ipse solus per se debuit æternæ mortis soluit, & animam interius purgat.

Ad 24. ca. Leuit. hom. 1. 4. in me. d. 20. 1.

Quæ sint interiores tenebræ, & interior macula.

Hic quæritur quæ sit illa macula, & quæ sint illæ tenebræ interiores, à quibus deus interius animã purgat, cùm ueram pœnitentiam immittit. De tenebris & interiori caligine satis facile est & intelligere & respondere. Cùm.n. quis mortaliter delinquit, & gratia uirtutis priuatur, si qua præcessit, & naturalium bonorum læsionem patitur. Vnde & intellectus obtunditur. & totus homo interior obtenebratur: & ita quasi caligine quadam mens obuoluitur: quæ caligo peccati pœna est. hanc uerò deus pellit, cùm pœnitentiam immittit, per quam perdita bona restituit, & uitiata reparat.

Psal. 147 reparat. Vnde prophera, Nebulam sicut cinerē spargit. Sed quæ est macula peccati, à qua animam lauat? Ecce n. quis voluit facere homicidium, & patrauit, quo patrato desinit tam velle quàm facere: nondum tamē vere & humiliter pœnitet, nec cōfiteri proponit: quæ ergo remansit in alia illius macula? Mala voluntas quidē fuit macula illius animæ, sed illa transiit. Macula ēt est, si pœnitere cōtemnit. sed hoc est peccatum aliud à præcedēti. Quæ ergo macula remansit, à qua ipse in pœnitentia purgatur? Polluta quidē est alia, quousq; pœniteat, sicut erat dū id ea prauа erat voluntas. Sicut n.
Leuitic. 11. f Num. 19. b qui tangit morticinium vel aliud immundum, ita pollutus est post tactum quousq; lauatur, sicut fuit dum tangeret: ita post actum peccati ita polluta remanet alia, sicut fuit in ipso actu peccati: quia ita est longè à deo per dissimilitudinē, qui est vita & munditia mentis, sicut fuit dum peccatum ageret. Ipsa ergo dissimilitudo quæ inest animæ ex peccato, & est à Deo elōgatio, animæ macula intelligitur, à qua purgatur in pœnitētia. Hoc aūt solus deus facit, qui solus suscitat animam & illuminat. quod sacerdotes nequeunt: qui tamē medici sunt animarum. Vnde Prophera. Nūquid
Psal. 87. e medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Quod exponens Aug. ait, [Boni doctores rectē medici dicuntur
Super eundē ps. 10. 8. qui nūquam curare ministerio possunt, sed non mortuos suscitare. Sola n. Dei gratia mortui reuiuiscunt.]

QVANDO HAEC CLAVES DANTVR, & quibus.

A DISTINCT. XIX.

POSTQVAM ostēsum est quæ sint claues Apostolicæ, & quis earum vsus, superest inuestigare, quando illæ claues dentur, & quibus. Dantur hæ claues per ministerū Episcopi alicui in promotione sacerdotij. Cùm n. recipit ordinem sacerdotalem,

talem, simul & has claues recipit. Sed nō vt q; omnes vel soli sacerdotes has claues habeāt: quia plerique ante factam ordinationem scientiam discernendi habent: plures post consecrationem ea carent. Sanè dici pōt, q; alteram clauium istarum, id est scientiam discernendi, non habent omnes sacerdotes: vnde dolendum est atque lugendum. Multi n. licet indiscreti, atq; scientiæ, quā eminere debent, exortes, sacerdotij gradum recipere præsumunt, vita & scientia eo indigni: qui nec ante sacerdotium, nec post, scientiam habent discernendi, qui ligandi sint vel soluendi. Ideoq; illam clauem in consecratione non recipiunt: quia semper scientia carent. Qui verò ante sacerdotium scientia discernendi præditi sunt, licet habeant discretionem, non tamen in eis est clauis: quia non valent ea claudere vel aperire. Ideoq; cùm promouetur in sacerdotem, clauem discretionis rectè dicitur accipere: quia & antehabita discretio augetur, & sit in eo clauis: ut ea iā valeat vti ad claudendum vel aperiendum.

Si alteram clauem omnes habeant, scilicet potentiam ligandi & soluendi.

B Cùmque iam constet, non omnes sacerdotes illas duas claues habere, quia scientia discernendi plerique carent: de altera, id est potentia ligādi & soluēdi quæritur, vtrùm omnes sacerdotes eam habeant. Quidā enim hanc potestatem putant illis solis esse concessā, qui doctrinam simul ac vitam Apostolorum seruāt. Illas enim claues promisit Dominus Petro & imitatoribus eius tantùm, vt aiūt: qui etiam autoritatibus Matt. 16. c vtuntur in munimentū suæ opinionis. Hoc n. dicunt Aug. sensisse, vbi superius ait, [Remissionem peccatorum vel per seipsum facit deus, vel per columbæ mēbra.] Dicit etiam ibidem, peccata dimitti vel tenēri sacerdotis. Idem super Exodum, vbi de lamina aurea legitur, Erat autem lamina aurea semper in fronte sacerdotis, [Hæc, inquit, significat fiduciam bo-

Dist. 18. d. 2 Ex lib. 5. contra Donatistas, cap. 1 Exod. 28. f

næ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aug. quæ. 120 in 28. ca. Exod. Homil. 26. Iacinct. Quoad sensum ho. 1. super 16. cap. Matth.

nis uitæ: quam qui uerè perfecteque, non significatio ne sed ueritate sacerdos habet, solus pòr auferre peccata.] Item Greg. [Illi soli habent in hac carne posita potestate ligandi & soluendi, sicut sancti Apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina teneant.] Ité ex dictis Orig. [Hæc potestas soli Petro concessa est, & imitatoribus Petri: Nam quicunq; uestigia Petri imitatur, habet rectè ligādi & soluēdi potestatē.] His aliisq; testimonijs instituntur, qui asserunt potestate ligandi ac soluendi illis solis concessā sacerdotibus, qui uita & doctrina polleut sicut Apostoli.

C *Aliorum sententia uertor.*

Alijs autem uidetur, (quod & mihi placere fateor) cunctis sacerdotibus hanc clauem dari, scilicet ligādi & soluendi: sed non eā rectè ac dignè habent, nisi qui uitam & doctrinam Apostolicam seruant. Nec præmissæ auctoritates malos sacerdotes hanc potestatem negant habere: sed illos solos dignè hac rectè hac potestate uti significant, qui præditi sunt uita & doctrina Apostolica: quia soli ipsorū Apostolorū imitatores dignè rectèq; possunt ligare & soluere: fit per Dominū tātū, uel per sanctos, in quibus habitat spiritus sanctus, dignè & rectè fit remissio uel retentio peccatorum. Fit tamē & per illos qui sancti nō sunt, sed nō dignè uel rectè. Dat enim deus benedictionem dignè petenti, etiam per indignū ministrum. Quod uerò hanc potestatē habeant omnes sacerdotes, Hieronymus testatur super illum locū euangelij, ubi Dominus dixit Petro, Tibi dabo claues regni cœlorum: [Habent quidem, inquit, eandem iudiciariā potestatem alij Apostoli: habet & omnes ecclesia in episcopis & presbyteris. Sed ideo Petrus eā specialiter accepit, ut omnes intelligant, q̄ quicunque ab unitate fidei & societate ecclesiæ se separauerit, nec à peccatis solui, nec ęlum potest ingredi.] Item quod sacerdos, etiā si malus sit, gratiā tamē trāsfundit pro suæ dignitatis officio, Augustinus ostendit, dicens, [Dictū est à Dño in Numeris ad

Verba habẽtur in glos. circa hūc locū cāz. & à quibusdā asseruntur Rabano.

ad Moysen & Aaron sacerdotes, Vos ponite nomen meum super filios Israel, & ego Dominus benedicā eos: ut gratiam traditio per ministerium ordinantis transfundat hominibus, nec uoluntas sacerdotum obesse uel prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas sacerdotalis officij & ordinis, hinc aduertamus: dictū est de nequissimo Caipha, inter cætera: Hoc autē à semetipso non dixit: sed cùm esset pontifex anni illius, prophetauit. Per quod ostenditur, spiritum gratiæ nō pertransire per quāuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, ut officij ministerium exhibeat. Dei autem est, effectum tribuere benedictionis.] Hinc euidenter ostenditur, ordinē nō priuari potestate tribuendi gratiā ob ministri indignitatem. Huic tamen Aug. sententiæ uidetur obuiare qđ ait Hesychius: [Sacerdotes, inquit, nō propria uirtute benedicūt, sed quia figurā Christi gerunt: & pp eū q in ipsis est, plenitudinem benedictionis tribuunt: nec solum is qui sacerdotium fortitus est, sed quicunque Christū in seipso habet, & eius figurā gerit per cōuersationē bonā, sicut Moyses, idoneus est ut benedictionem præstet.] Ecce hic habes, quòd non solùm sacerdos, sed omnis in quo Christus habitat, benedictionē præstat. Sed alia est benedictio, quę solis sacerdotibus congruit, alia quæ ab omnibus bonis cōmuniter exhibetur. Denique illi sacerdotes in quibus Christus habitat, benedictionis plenitudine tribuere dicuntur: non quia soli illi transfundant gratiā, sed quia illi solicite & dignè id agunt. Nec subditos mala uita sacerdotis lædit, si bona faciūt quæ ille dicit. Vnde Gregorius, [Multi dum plus uitam sacerdotū quàm suā discutiunt, in erroris foueam dilabuntur: minus consideratē, qđ non eos uita sacerdotum lædere, si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus autem se commodarent.]

In lib. ẽ ver. meum super filios Israel, & ego Dominus benedicā eos: ut gratiam traditio per ministerium ordinantis transfundat hominibus, nec uoluntas sacerdotum obesse uel prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis.

seris et uoui tetia. cuæ. 21 Nume. 6. d

Ioan. 11. g.

Lib. 2. super Leuit. ca. 9.

Matt. 23. & 1. qu. 1. cap. Multi secularium.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De hoc quod scriptum est in Malachia, Maledicam benedictionibus vestris.

D Præmissæ uerò sententiæ, qua dicitur, etiam per mali sacerdotis ministerium transfundi gratiam benedictionis, uidetur obuiare quod Dominus per Ma- *Malac.2.a*
lachiã prophetã malis sacerdotibus cõminatur, Male- *Ezech.13.d*
dicam benedictionibus uestris. Et alibi, Væ his qui uiuificant animas quæ non uiuunt, & mortificant animas quæ nõ moriuntur. Si enim maledicit Dominus benedictionibus eorum, & si animę quas uiuificãt, nõ uiuũt: quomodo per eos gratia benedictionis transfunditur? Sed illud capitulum, Maledicam, &c. quidã referunt ad hæreticos, qui ab ecclesia præcisi sunt, & ad excommunicatos, quorum benedictiones fiunt maledictiones, his qui eorum sequuntur errores. Illud verò alterum, scilicet, uiuificant, &c. super omnes illos sacerdotes exponunt, qui absque claue scientię, & forma bonæ uitæ præsumũt ligare vel soluere. Sed *Rom.2.a*
nullus officio sacerdotis vti debet, nisi immunis sit ab illis quæ in alijs iudicat: alioquin seipsum condemnat.

E *Qualis debet esse iudex ecclesiasticus.*

Lib.de vera et falsa pœ. cap.20. Qualem autẽ oportet esse qui aliorũ iudex constituitur, Aug. describit, ita dicens. [Sacerdos, cui omnis offertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorũ sit iudicandus, quæ in alio iudicare est promptus. Iudicans enim alium, qui est iudicandus, cõdemnat seipsũ. Cognoscat ergo se purgere i se qđ *De pœ. dist. 6 Quivult.*
alios uidet sibi offerre: caueat vt à se peccetur, quicqđ *Rom.2.a*
in alio damnosum reperit. Animaduertat, quod qui *Ioan.8.a*
sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Ideo enim liberauit peccatricem, quia non erat qui iustè proijceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandũ cognosceret? Nullus enim erat sine peccato: in
Venialia appellatpec cata.q̃ i veteri lege nõ quo intelligitur omnes fuisse reos. Nam uenialia remittebantur per cæremonias. Si quod ergo in eis peccatum erat, criminale erat. In hoc ergo patentissimũ est crimen sacerdotũ, & detestabile, qui nõ prius se iudicant

dicant, antequam alios alligant. Caueat spiritualis in- *puniebãtur*
dex, sicut non commisit crimen nequitiæ, ira non ca- *morte aut*
reat munere scientiæ. Oportet vt sciat cognoscere quic *mutilatiõe.*
quid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc postulat, vt quod debet iudicare discernat. Diligẽs ergo inuestigator sapiẽter interroget à peccatore, quod forsan ignorat, vel verecundia velit occultare. Cognito vero crimine, varietates eius nõ dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cętera quæ suprà diximus, quibus cognitis, adsit benevolus, paratus erigere, & se cũ omnẽ portare: habeat dulcedinem in affectione, discretionem in varietate, doceat perseuerãtiam, caueat ne corruat, ne iustè perdat iudiciariã potestatem. Et si enim pœnitẽtia possit ei acquirere gratiam, non tamẽ mox restituit in potestatem primam. Etsi Petrus post lapsum restitutus fuerit, & sæpe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non tamen est necesse, vt omnibus concedatur quasi ex autoritate. Inuenitur autoritas quæ concedit & quasi imperat, inuenitur alia quæ nõ cõcedit, sed vetat: quæ scripturæ nõ repugnant, sed concordant. Cum enim tot sunt qui laborantur, † vt pristinam dignitatem ex autoritate defendant, & quasi usum peccãdi sibi faciant, rescindeda est spes ista. Si verò locus est ubi ista non concurrãt, restituí põt qui peccant. [Ex his satis perpenditur, quã *† ne*
Ezech.13.d
sit debeat esse sacerdos, qui alios ligat & soluit, discretus. f. & iustus: alioquin mortificat sæpe animas quæ non moriuntur, & uiuificat quæ nõ uiuunt: & ita incidit in maledictionis iudicium. Illud autẽ Malachiæ, *Mala.2.a*
scilicet, Maledicam benedictionibus uestris, siue super hæreticos tantùm & excommunicatos, siue super omnes sacerdotes qui usta & scientia carentes benedicere præsumunt, dictum accipiatur, sic intelligi potest, [Maledicam benedictionibus uestris, id est, his quæ mecũ benedictionibus possidetis: quia faciam ea cedere uobis in maledictionem, non in benedictionem. *Hier. nõ lon ge à princi. commẽtary*
Quia etsi benedicunt sanctis, non hoc facitis ex uero

ad 2.ca.M 4 Lach.tom.6 corde, & ideo eorum benedictio eis vertitur in maledictionem. Vel, maledicam benedictionibus vestris id est, quod à vobis benedicitur, à me erit maledictū: quia benedicunt iniquè agentibus, adulanturq; peccantibus, dummodò diuites sint.]

DE HIS QVI IN FINE POENITENT.

A DISTINCT. XX.

In epist. 90. respōsione. 5. Et de pœnit. di. 7. in prī. Aug. li. 50. Hom. homi. 41. Et de pœ distinc. 7. Si. quis positus.

S CIENDVM est etiam, quòd tempus pœnitentiæ est vsq; ad extremum articulum vitæ. Vnde Leo Papa, [Nemo è disperandus, dum in hoc corpore cōstitutus est: quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.] Augustin. tamen de pœnitentiam differentibus ita scribit, [Si quis positus in vltima necessitate voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit, fateor vobis, nō illi negamus quod petit: sed non præsumimus quia benè hinc exit. Si securus hinc exierit, ego nescio. Pœnitentiam dare possumus, securitatem verò non. Nunquid dico damnabitur? sed nec dico liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? age pœnitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quia securus es: quia pœnitentiam egisti eō tempore quo peccare potuisti. Si vis agere pœnitentiam quando iam peccare non potes: peccata te dimiserunt, non tu illa.] Item, [Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur: quid horum tibi sit futurum nescio. Ergo tene certum, & dimitte incertū.] Sed quare hoc dixit Augustin. cùm pœnitentia quæ in fine agitur, in psalmo appelletur sacrificium vespertinum, quod erat acceptabilius in lege: & cùm in quacunque die inuocetur Deus, adsit: & quacunque hora ingemuerit & cōuersus fuerit peccator, vita viuet, & non morietur? Sed illa dixit Augustin. propter illos qui

Ibidem. Psal. 140. Ex d. 12. e Eccles. 17 d Ioelis 2. f Ezech. 18. e

qui pœnitentiam vsque in finem vitæ protrahunt: & tunc non ex Dei amore videntur pœnitere, sed timore mortis, quasi ex necessitate. Vnde idem quasi aperiens quare superiora dixerit, ait, [Nullus expectet quā do peccare non potest. Arbitrij enim libertatem quæ & falsa, ca. rit Deus, vt deleri possint commissa, non necessitatē: 17, to. 4. & charitatem, non tantùm timorem: quia non in solo de pœ. dis. 7. timore viuit homo. Quem ergo ferò pœnitet, opor- c. Nullus en tet non solùm timere iudicem, sed & diligere: quia si- pectet. ne charitate nemo saluus esse potest. Non ergo tantùm timeat pœnam, qui pœnitet, sed anxietur pro gloria. Quæ conuersio si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix vel ratò est tam iusta cōuersio, timendum est de pœnitente ferò, maximè cùm filij quos illicitè dilexit, sint præsentes, vxor & mundus ad se vocent. Multos solet serotina pœnitentia decipere: Sed quoniam Deus semper potens est, semper etiam in morte iuuare valet, quibus placet. Cùm ergo opus sit non hominis sed Dei, fructiferā pœnitentiā inspirare eam potest quandocunque vult sua misericordia, & remunerare ex misericordia, quos damnare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt quæ impediunt, & lanuentem retrahunt, periculosissimum est, & interitui vicinum, ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium. Sed magnum est, cui Deus tūc inspirat (si quis est) veram pœnitentiam.] [Sed si etiam sic conuersus Ibid. ca. 18. vita viuat, & non moriatur, non promittimus quòd euadat omnem pœnā. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructū conuersionis. Hic autem ignis etsi æternus non sit, tamē miro modo grauis est: excellit. n. omnem pœnā, quam vnquam passus est aliquis in hac vita. Nunquam in carne tanta inuēta est pœna: licet mirabilia martyres passi sint tormenta, & multi nequiter iniqui tanta sæpe fuss inuerint supplicia.] Ex his satis ostenditur, quā periculosum sit differre pœnitentiā vsq; in finē vitæ.

Aug. lib. de pœnit. uera

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si tamen etiam tunc vera habeatur pœnitentia, hominem liberat, & vitam mortuo impetrat: non ficta men, vt nullam sentiat pœnam. nisi forte tanta sit vehementia gemitus & contritionis, quæ sufficiat ad delicti punitionem. Licet ergo sit difficile vt tunc sit vera pœnitentia, quæ tam sera venit, quando cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimit, vt vix homo aliquid cogitare valeat: melior est tamen sera quàm nulla. Pœnitentia enim etsi in extremo vitæ hiatu adueniat, sanat & liberat. Multùm sera fuit Latronis pœnitentia, sed non fuit sera indulgentia. [Sed licet Latro veniam meruisset in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatus peccandi & perseuerandi auctoritatem.]

Lucæ 23. f Aug. ibidem cap. 17.

B *De His qui hic pœnitentiam non complent.*

Si verò quæritur de illis qui in hac vita pœnitentiã non complent, vtrùm transituri sint per ignem, vt ibi compleant quod hic minus fecerunt: idem dicimus de istis esse sentiendum, & de his qui in extremis pœnitent. Si enim tanta fuerit cordis contritio & delicti exprobratio, vt sufficiat ad puniendum peccatum, liberi ab alijs pœnis transeunt ad vitam, etsi inexpleta fuerit pœnitentia: quia perfectè pœnituerunt, & ingemuerũt corde. Qui verò non adeò conteruntur corde, & ingemiscunt pro peccato, si ante expletionem pœnitentiæ discesserint, ignem purgatorium sentient, & grauius

Hebr. 10. f punientur quàm si hic implessent pœnitentiam. Horrendum est. n. incidere in manus Dei viuentis: Deus enim cùm sit misericors & iustus, ex misericordia pœnitenti ignoscit, non reseruans peccatum ad pœnam æternam. Ex iustitia verò impunitum nõ dimittit delictum. Aut enim punit homo, aut Deus. Homo autẽ punit pœnitendo, Deus autẽ pœnam exigendo. Et est pœnitentia interior, & exterior. Si ergo interior pœnitudo fuerit tanta, vt sit sufficiens vltio peccati, Deus qui hoc nouit, ab illo qui taliter pœniret, vlteriùs pœnam non exigit. Si verò interior pœnitudo non sufficit in vindictam peccati, nec exterior pœnitentia impletur, Deus, qui modos & mensuras peccatorum & pœnarum nouit, addit pœnam sufficientem. [Studeat ergo quisq; sic delicta corrigere, vt post mortẽ nõ oportea pœnam tolerare. Quædam enim peccata mortalia, in pœnitentia fiunt venialia: non tamen mox sanãtur. Sæpe. n. infirmus moreretur, si non medicaretur: non tamen statim medicatus sanatur. Languet victus, qui prius erat moriturus. Qui autem impœnitẽs moritur, omnino moritur, & eternaliter cruciatur. Si enim semper viueret, semper peccaret.]

Aug. de vera & falsa poen. ca. 18.

C *De illo cui sacerdos indiscretus iniungit paruam pœnitentiam.*

Si verò de illo quæritur, qui satisfactionem iniunctam impleuerit, quę ignorantia vel negligentia sacerdotis, pœnã condigna non fuit, vtrùm de vita migrãs, ab omni pœna liber sit: idem respondeo, quod suprà de illo qui pœnitentiam non compleuit dixi: q; si tãtum ex iumento interioris doloris, vt sufficiat in vindictam peccati, omnino liberatus est: si verò non sufficiat dolor interior simul cũ pœna iniuncta, addet deus pœnam. Quod aũt interdum sufficiat dolor interior ad vindictã peccati, certũ documentũ habemus in illo latrone, qui tãta mentis contritione & cõfessione, statim vt conuersus fuit, paradisũ ingredi meruit. Sed quia dispensatores ecclesiæ contritionis quantitatem non perpendunt, quibus nõ est datum intelligere occulta cordis, omnibus leges pœnitentiæ constituunt, tam magis quidem minus de peccato dolentibus. Quorum studium ad hoc præcipuè tendere debet, vt cordis dolorem, quantum fas est, cognoscant, & secundum ipsius modum satisfactionem iniungant. Vnde Aug. [In actione pœnitentiæ, vbi tale commissum est, vt is qui commisit, à Christi etiam corpore separetur: non iam consideranda est mensura temporis, quam dolore, sed fine. Cor enim contritum & humiliatum Deus nõ despicit. Verùm quia plerunque dolor alterius cordis

Lucæ 23. f

In Euch. ca. 65. Et d poe. d sinc. 1. In actione.

Psal. 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

occultus est alteri, nec in aliorũ notitiã, nisi per verba vel alia quæcunq; signa procedit, cũ sit corã illo cui dicitur, Gemitus meus à te non est absconditus: recte cõstituuntur ab his qui ecclesijs præsunt, tempora pœnitentiæ: ut satisfaciat etiam ecclesiæ, in qua peccata ipsa remittuntur: extra eã quippe non remittuntur. Ipsa.n. ipsũm sanctũ pignus accepit, sine quo non remittuntur vlla peccata.] Itẽ Hiero. [Mensuram temporis in agenda pœnitentia ideo non satis aperte præfigunt canones pro vnoquoque crimine, vt de singulis dicant qualiter vnumquodque emendandum sit: sed magis in arbitrio sacerdotis intelligẽtis relinquẽdum statuerunt: quia apud Deum non tantum valet mensura temporis, quantum doloris: nec abstinẽtia tantum ciborum, quantum mortificatio vitiorũ. Ideoq; tempora pœnitentiæ pro fide & conuersatione pœnitentium abbreuianda præcipiunt, & pro negligentia protelanda: pro quibusdam tamen culpis modi pœnitentiæ sunt impositi.]

Psal.37.

1.Cor.1.d De pæ.di.1. c.Mensurã.

Quod morientibus non sit imponenda satisfactio, sed innotescenda.

C

Solet etiam quæri, vtrùm satisfactionis lex moritu ris sit imponenda. De quo Theodorus Cantuariensis Episcopus in pœnitentiali suo sic ait, [Ab infirmis in periculo mortis positis, pura inquirenda est confessio peccatorũ: non tamen est illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda: & cũ amicorũ orationibus, & eleemosinarũ largitionibus pondus pœnitentiæ subleuandũ, si forte migrauerint.* Si uerò cõualuerint, pœnitentiæ modũ à sacerdote impositũ diligenter obseruent. A lijs verò, pro qualitate peccatis pœnitentia, decernenda est præsidentiũ arbitrio.] Vnde Leo Papa, [Tempora pœnitudinis habita moderatione constituenda sunt tuo iudicio, prout conuersorũ animos perspexeris esse deuotos. Pariter etiam habere debes ætatis senilis intuitum, & respicere periculorũ quorumcunque, uel ægritudinem necessitates.] In

26.quæst.7 c. Ab infirmis.

** Ex concil. Carthag. 4. can. 76. & 78.*

Epist.79.ad Nicetã. Et 26.q.7.ca. Tempora pœ.

In necessitate non est neganda pœnitentiæ vel reconciliatio.

E

Sciendum etiam, q; tempore necessitatis non est neganda pœnitentia vel reconciliatio pœnitentibus. Vnde Leo Papa, [His qui tempore necessitatis & periculi vrgentis instantia præsidiũ pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec recõciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. Quòd si ita aliqua ægritudine aggrauati sunt, vt qđ paulo antè poscebant, sub præsenti significare non ualeant, testimonia eis fideliũ circunstantium prodesse debebunt, vt simul & pœnitentiæ & recõciliationis cõsequantur beneficiũ.] Item Iulius Papa, [Si presbiter pœnitentiã abnegauerit morientibus, reus erit animarũ: quia Dominus ait, Cũ cõuersus fuerit, tũc saluus erit. Vera enim confessio vltimo tempore potest esse: quia non modò temporis, sed etiam cordis Deus inspector est: sicut latro probat.]

Epi. 91. ad Theodorum. Et 26.q.6. c.His qui.

26.q.6.c.Si presb. Idẽ habet Celesti. Papa in epi. 2.ad epis. Galliæ, c.2. Et citatur ex eo 26.q. 6. Agnoumus.

Quod presbyter non reconcilier inconsulto Episcopo, nisi necessitate.

F

Non debet tamen presbyter pœnitentem reconciliare inconsulto Episcopo, nisi vltima necessitas cogat. Vnde in Carthaginensi concilio, [Presbyter inconsulto Episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente Episcopo vltima necessitas cogat. Cuiuscunque pœnitentis publicum crimen est, quòd vniuersã commouerit vrbem ante absidia, scilicet introitum ecclesiæ, manus ei imponatur.] Item Aurelius dixit, [Si quis in periculo constitutus fuerit, & se recõciliari diuinis altaribus petierit, si Episcopus absens fuerit, debet presbyter consulere Episcopum, & sic periclitantem eius præcepto reconcilare. Inconsulto verò Episcopo non potest excõmunicatos vel publicè pœnitentes presbyter reconciliare.] Vnde in Carthaginensi concilio secundo statutũ est, [Vt chrisma vel reconciliatio pœnitentium, & puellarum consecratio à

Conc.Car.3. c.32. Et habe.26.q.6. c. Presbyter inconsulto. Ex cõc. Car. 2.c.4. Et 26 q.6.c. Aurelius epis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

presbyteris non fiat.] Item, [Reconciliare quenquam in publica missa presbytero non liceat: puellarum tamen consecratio cõsulto Episcopo, per presbyterum fieri valeat.] Vnde in Carthaginensi concilio tertio, [Presbyter inconsulto Episcopo virgines non consecret: chrisma verò nunquam conficiat. Sicut præcepto Episcopi potest presbyter consecrare virgines, sic & reconciliare pœnitentes.]

Ca. 7. Ex 26. q. 6. c. Si inbet.

Ibidem Cap. 36. Ex 26. q. 6. ca. Presbyter.

An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad pœnitentiam præuenitur morte.

G

Si autem quæritur de illo qui ad pœnitentiam festinans, sacerdotem inuenire non potuit, & ita decessit, vtrùm oblatio eius sit recipiẽda: dicimus quia est. Vnde in Epanensi cõcilio, [Si aliquis fuerit mortuus † qui non sit confessus, & testimonium habet bonũ, & non poterat venire ad sacerdotem, sed præoccupauit eum mors in domo vel in via: faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.]

26. q. 6. ca. Si aliquis. † qui iam sit Sic Gratianus.

DE PECCATIS QVAE POST HANC vitam dimittuntur.

A

DISTINCT. XXI.

OLET etiam quæri, vtrùm post hanc vitam aliqua peccata remittantur. Quod aliqua post hanc vitam remittantur, Christus ostendit in Euangelio, vbi ait, Qui peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Ex quo datur intelligi, sicut sancti Doctores tradunt, quòd quædam peccata in futuro dimittentur: quedam enim culpæ in hoc seculo relaxantur, quædam verò paruæ etiam in futuro: quæ quidem post mortem grauant, sed dimittuntur, si digni sũt, si bonis actibus in hac vita meruerint vt

S

Matt. 12. c Lucæ 12. b

Greg. lib. 4. Dial. c. 39. Et 25. dist. c. Qualis hinc

vt dimittantur eis. De illis etiam qui ædificant lignũ, fœnum, stipulam, dicit Augustinus quod ignem tribulationis transitoriæ inuenient cremabilia ædificia quæ secum portauerunt cremantem. Aut enim sic, [Post istius sanè corporis mortẽ, donec de igne purgatorio veniatur ad diem damnationis & remunerationis, si hoc temporis internallo spiritus defuncto rum qui ædificauerunt lignum, fœnum, stipulam, huiusmodi ignem dicantur perpeti, quem alij nõ sentiunt qui huiusmodi ædificia non portauerunt, vt inueniant ignem transitoriæ tribulationis venialia consumentem, non redarguo: quia fortasan verum est.] [Sed quia dicitur, Saluus erit quasi per ignem, contẽnitur ille ignis. Grauior tamen erit ignis ille, quàm quicquid potest homo pati in hac vita.] Hic apertè insinuatur, quòd illi qui ædificant lignum, fœnum, stipulam: quædam cremabilia ædificia, id est, venialia peccata secum portant, quæ in igne emendatorio cremantur. Vnde constat, quædã venialia peccata post hanc vitam delere.

1. Cor. 3. c

Li. 21. de Ciuit. Dei. c. 26. 10. 5.

Aug. ad primũ versum Psalmi 37.

1. Cor. 3. c

B

Quòd alij citius, alij tardius purgantur in igne.

In illo autẽ igne purgatorio alij tardius, alij citius purgantur, secundum quòd illa pereuntia magis vel minus amauerunt. Vnde Aug. [Post hanc vitam increpabile non est, nonnullos fideles per ignem quendã purgatorium, quanto magis minusve bona pereũtia dilexerunt, tanto tardius citiusve saluari,] [Vnde nõ frustra illa tria dixit Apostolus, lignum, fœnum, stipulam, quæ illi ædificant: qui etsi aliena nõ rapiãt, rebus tamen infirmitati concessis aliqua dilectione inhærent. Qui secundũ suos amandi modos, vel diutius vt lignũ, vel minus vt fœnum, vel minimum vt stipula ignem sustinebunt.] [Qui verò superædificãt aurum, argentum, & lapidem pretiosum, de vtroque igne securi sunt, non solum de illo æterno, qui crucia turus est impios in æternum, sed etiam de illo emendatorio, quo purgabuntur quidam saluandi.]

In Ench. c. 69. tom. 3.

Augusti. in Psa. 80. nõ longe à fine.

Idẽ in psal. 37. non longe à principio.

Oppositi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C *Oppositio.*

Hic obijci potest, Si per lignum, fœnum, stipulam, venialia intelliguntur peccata, & nullus adeò perfectus est, qui venialiter non peccet: ergo qui ædificant aurum, argentum, & lapidem preciosum, ædificant etiam lignum, fœnum, stipulam: ergo per ignem transibunt. Ad quod dicimus, quia nõ omnis qui venialiter peccat, lignum, fœnum, stipulã ædificat: sicut econuerso non omnis qui cõtemplatur Deum, & diligit proximum, & opera bona facit, ædificat aurũ argentum, lapidem preciosum. Et tamen in auro intelligitur contẽplatio Dei, in argẽto dilectio proximi, in lapide preciosо bona opera. Sed illi qui ædificant lignum, fœnum, stipulam, Deum contemplãtur, & proximum diligunt, & opera bona faciũt, nec tamen ædificant aurum, argentum, & lapidem preciosum. ¶ Hæc enim ædificat, qui sic illa tria facit, vt cogitet quæ sint Dei, & quomodo placeat Deo, non mundo. Lignum vero & fœnum & stipula accipi possunt secularium rerum, quamuis licitè concessarum, tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore non possint. Hæc ergo ædificat is qui cogitat quæ mũdi sunt, quomodo placeat mũdo, qui circa diuitias suas quodam carnali affectu tenetur: & tamẽ ex eis multa beneficia facit, nec pro eis aliquid fraudis vel rapinæ molitur. Ex his ergo patet, q̃ non idẽ homo simul hęc & illa edificat. Illa enim ędificatio perfectorum tantùm est, qui nõ cogitãt placere mũdo, sed tantũ Deo: qui etsi venialiter aliquando peccãt, feruore charitatis ita absumitur in eis peccatum, sicut gutta aquæ in camino ignis: & ideo nunquam secum portant cremabilia. Hæc autem interior ædificatio minorum est, qui nõ tantũ Deo, sed etiam mundo placere cogitant, Deum tamen præponũt. Si verò mundum præponerent, nõ superædificarẽt, sed destruerent fundamentum. Affectiones ergo carnales quibus dediti sunt domibus, coniugibus, possessionibus, ita vt nihil prę̃ponant Christo, illis tribus significantur, quæ in mentes perfectorũ non cadunt, etsi alia venialia admittant. In cordibus verò minorũ interdum durant vsque in finẽ: qui cum talibus ædificiis transeunt, sed dissoluuntur in igne. Ipsi verò merito fundamenti salui erunt: grauissimam tamen pœnam sentient.] Ex quo apparet, quantam hic misericordiam exhibet Deus, & quantam ibi exerceat seueritatem: cùm pro eodem peccato multò grauius ibi puniat, quàm hic.

1. Ioan. 1. a
Prou. 20. b
Eccl. 7. c
Solutio.

Aug. de fide & operibus, ca. 16. in. 4. Et in Enoch. c. 68.
1. Cor. 7. f

D *Opinio quorundam cum obiectione.*

Sed fortè dices illud esse accipiendum de pœna peccati, non de ipso peccato, quòd Gregorius dicit quædã leuia in futuro dimittenda. Si enim ueram pœnitentiam habuerit quis, peccata omnia dimissa sunt ei: sed pœna fortè remansit. Ideoq; si verè pœnitens obijt, sine peccato transijt. Si autem verè pœnitens nõ est in obitu, maculam portat quæ nunquam delebitur. Qui verò ædificat lignum, fœnum, stipulam, verè pœnitet: gaudet bonus est, & charitatem habet, & in charitate de hac vita transit: ergo sine peccato transit. Non sequitur. Verum quidem est, quòd quia bonus est, & charitatẽ habet, verè pœnitet: & tamen cum veniali peccato trãsit, quod non deleuit pœnitentia. Pœnitentia enim nõ delet nisi peccatum illud, quod deserit homo. Tale autem peccatum sæpe in hac uita nõ relinquitur ab homine: & tamen uerè poenitens est, etsi non de omnibus uenialibus poeniteat. Potest enim quis de omni mortali & de omni veniali pœnitere, excepto vno vel pluribus, uenialibus quidem. Sicut habet quis charitatem, & unum uel plura uenialia: quod de criminalibus nullatenus esse potest. Est enim aliquis bonus charitatem habens, sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hæc secularia: talis existens subita morte opprimitur. In illo terreno affectu mortuus est: & tamen saluabitur: à quo non se hic absoluit: ergo post hanc vitam ab illo purgabitur. Constat ergo, quædã peccata, scilicet leuia, post hanc vitam dimitti. Si verò

Supra lit. a

Responsio.

de pœna

Universidad de Deusto
Biblioteca

de pœna peccati illud intelligi voluissent autores, cur magis commemorassent leuia quam grauia, cùm etiã grauium pœna hic in expleta post hanc vitam restet?

E *De generali Confessione, quid prosit.*

Post hæc considerandum est, quid prosit confessio illa, vbi singula peccata quæ quisque fecit, non exprimuntur. Sanè dici potest, quòd omnia criminalia semel saltem oportet in cõfessione exprimi, nisi aliqua à mente exciderint. Sed quia nemo delicta intelligit omnia, generaliter saltem ea confitere, quorum memoriam non habes: & sic nihil celasti de sceleribus tuis. Venialia verò, quia innumerabilia sunt, sufficit generaliter confiteri, nisi aliqua sint frequenter iterata: perfectius est tamen etiam illa exprimere, si vales. Idcoq; quotidie generaliter fit confessio in ecclesia, pro venialibus .i. peccatis quæ quotidie admittimus, & pro illis mortiferis, quorũ notitiã nõ habemus. Vnde Augustinus, [Veritatẽ dicit deo pœnitens, quando nihil illi de cõmissis sceleribus celat: non q̃ etsi † voluntate celauerit, Deus ignoret: sed veritatẽ sibi dicit vult ab eo, vt veniã consequatur, Si verò mente aliqua excideriut, confitetur veritatẽ Deo, cùm generaliter dixerit, Deus qui nosti occulta cordis, & opera mea & delicta à te non sunt abscondita: quibus veniã largiaris precor: & hæc est veritas confitentis, quam diligit Deus.] Vnde Psalmista, Ecce enim veritatem dilexisti. Hic insinuatur, q̃ generalis confessio etiam mortalia delet, quorum intelligentia non habetur.

Psal. 18.

Lib. 5. Hypo gnost. paulò post initiũ tom. 7.

† Voluntate Act. 1. d. Psal. 68. Psal. 50.

F *Nemo confitetur peccata quæ non fecit.*

Sicut autem pœnitens celare non debet peccatum suum, quia superbia est, ita nec humilitatis causa, fateri se reum illius quod se non commisisse nouit: quia incauta est talis humilitas, & peccatorem constituit. Vnde Augustinus, [Cùm humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequã mentiaris, mendacio efficeris quod vitaras: veritas in te non est, nisi ita te dixeris peccatorem, vt etiam esse cognoscas. Veritas autem

De verbis Apost. ser. 29. in medio, to. 10.

tem ipsa est, vt quod es dicas. Nam quomodo est veritas, vbi regnat falsitas?]

Et. 22. q. 2. Cùm humilitatis.

G *De pœnis sacerdotis qui peccatum publicæ confitentis.*

Caueat autem sacerdos ne peccata confitentium aliis prodat: alioquin deponat. Vnde Gregorius, [Sacerdos ante omnia caueat, ne de his qui ei cõfitentur, peccata alicui recitet, non propinquis, non extraneis, nec (quod absit) pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat.] Quod verò dictũ est, vt pœnitens eligat sacerdotẽ sciente ligare & soluere, videtur contrarium ei quod in canonibus reperitur, vt nemo .s. alterius parochianum iudicare præsumat. Sed aliud est fauore vel odio propriũ sacerdotẽ contemnere, quod canones prohibent: aliud cæcũ vitare, quod Vrbanus facere monet: ne si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadant. Ait. n. Vrbanus secundus, [Placuit vt nulli sacerdotũ deinceps liceat quemlibet confessum alteri sacerdoti ad pœnitentiam suscipere, sine eius consensu cui se prius commisit, nisi pro ignorantia illius, cui prius confessus est. Qui verò contra hoc facere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit.

De Pœnit. dist. 6. cap. Sacerdos.

Ibid. parag. Quod autẽ. 9. q. 2. quasi per totum.

Matt. 15. b Ibid. dist. 6. cap. Placuit deinceps.

SI PECCATA DIMISSA REDEANT.

A DISTINCT. XXII.

VMQVE multis autoritatibus suprà Dist. 17. l. c sit assertum, in vera cordis cõtritione peccata dimitti ante oris confessionẽ, vel operis satisfactionem, ei etiã qui aliquando in crimen relapsurus est: quæritur, si post cordis contritionem confiteri contempserit, vel in peccatũ idem vel simile cecidit, an peccata dimissa redeant. Cuius quæstionis solutio obscura est & perplexa, aliis asserẽtibus, aliis cõtrà negantibus

Dist. 14 l. d

Amb. super Luc. ad Eph. in fin. Et in gloss. interlin. ibidem. Matt. 18. d Le pæn. di. 4. in prin. et ca. sequēti. Li. 4. dial. c. uls. Et de pœnit. dist. 4. Constat.

negantibus peccata semel dimissa ulterius replicari ad pœnā. Qui verò dicunt peccata dimissa redire, subditis se muniunt testimonijs. Ambrosius ait, [Donate inuicem, si alter in alterum peccat: alioquin Deus repetit dimissa. Si enim in his contēptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiam, per quam misericordiam dederat: sicut in Euangelio de seruo nequam legitur, qui in conseruum suum impius deprehensus est.] Item Rabanus, [Nequam seruū tradidit Deus tortoribus, quoad usq; redderet vniuersum debitum: quia nō solùm peccata, quæ post baptismum homo egit, reputabuntur ei ad pœnam, sed etiam originalia, quæ in baptismo sunt ei dimissa.] Item Gregorius, [Ex dictis Euangelicis cōstat, quia si ex corde non dimittimus quod in nos delinquitur; & hoc rursum exigi, quod iam nobis per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus.] Item Augustī. [Dicit Deus, Dimitte, & dimittetur tibi: si ego prius dimisi, dimitte vel postea. Nā si non dimiseris, reuocabo te: & quicquid dimiseram, replicabo tibi.] Itē, [Qui diuini beneficij oblitus, suas vult vindicare iniurias; non solùm de futuris peccatis veniam non merebitur, sed etiam præterita, quæ iam sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur.]

Super Lucā lib. 4. c. 48. Lucæ 6. f

Item Beda, [Reuertar in domum meam, &c. Timendus est ille uerticulus, non exponendus: ne culpa quā in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos uacantes opprimat.] Item, [Quemcunque enim post baptisma siue prauitas hæretica, seu cupiditas mundana arripuerit, mox omnium prosternet in ima vitiorū.]

Ibidem.

Li. 1. contra Donat. c. 12 Et de cō. di. 4. cap. Qūo euasidit.

Item Augustinus, Redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertissimè Dominus in Euangelio docet in illo seruo, a quo dimissum dominus debitum petijt, eo q; ille conseruo suo debitum nollet dimittere.] His autoritatibus innitūtur, [qui dicunt, peccata dimissa, si replicantur, redire simpliciter. Quibus opponitur, Si quis pro peccato, de quo pœnitu, & indulgentiam accepit, iterum punitur, non uidetur iu-

stum. Si punitur pro eo quòd peccauit, & non emendauit, iustitia est aperta. Si uerò requiritur quod fuerat cōdonatum, uel iniustitia est, uel iustitia occulta. Videtur etiā Deus bis in idipsum iudicare, & duplex tribulario cōsurgere: quod scriptura negat. Sed ad hoc potest dici, quòd neq; duplex tribulatio consurgit, neque iudicat Deus bis in idipsum. Hoc enim fieret, si post condignam satisfactionem & sufficientem pœnā iterum puniret: sed non satisfecit dignè & sufficienter, qui non perseuerauit. Debuit enim iugem peccati habere memoriam, non ad faciendum, sed ad cauendū. [Debuit non obliuiscī omnes retributiones Dei: quæ tot sunt, quot sunt peccatorum remissiones.] Tot ergo debuit cogitare dona Dei, quot mala sua, ac pro illis usque in finem gratias agere. Sed quia ingratus ad uomitum, sicut canis, rediit, ante acta bona mortificatum, & peccatum dimissum reuocabit: ut cui humiliato antè Deus peccatum dimiserat, eidem postea elato & ingrato imputet.

Nahū. 1. c.

Aug. super Psal. 102.

Aliorum sententia.

Sed quia absonum uidetur, ut peccata dimissa iterum imputentur, placet quibusdam, neminē pro peccatis semel dimissis iterum à Deo puniri. Sed ideo dicuntur dimissa redire & imputari, quia propter ingratitudinem ita reus & peccator constituitur, ut ante fuerat. Sic enim quod dimissum fuerat dicitur exigi, quia remissionis percepræ ingratus, ita reus fit ut ante fuerat. Vtrique parti quæstionis probāti fauent doctores. Ideoq; alicui parti non præiudicans, studioso lectori iudicium relinquo, addens, mihi tutum fore ac saluti propinquum, sub mensa dominorum micas edere.

Matt. 15. c

Quid sit hic Sacramentum & Res.

Post prædicta restat inuestigare quid in actione pœnitentiæ sit Sacramentum & Res. Sacramētum enim signum est sacræ rei. Quid ergo hic signū est? & quæ res sacra huius signi? Quidam dicunt sacramentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gādulphus in 4. sen. circa finem sui tractatus de pœnit.

rum hic esse, quod exterius tantùm geritur, scilicet exterior pœnitentia, quæ est signum interioris pœnitentiæ, scilicet cōtritionis cordis, & humiliationis. Quod si est, non omne sacramentum euangelicum id efficit quod figurat. Exterior enim pœnitentia non efficit interiorē: potius interior causa est exterioris. Sed ad hoc inquiunt illi, hoc esse intelligendum de illis sacramentis quæ in nouo testamento instituta sunt, vt est sacramentum baptismi, confirmationis, & corporis Christi. Sacramentū verò pœnitentiæ, sicut & coniugii, ante tempus gratiæ, etiam à primordio humani generis fuit. Vtrūque enim institutum fuit in primis parentibus. Item, si exterior pœnitentia sacramentum est, & interior res sacramēti, sæpius præcedit res sacramentum, quàm sacramentum rem. Sed nec hoc inconueniens est. Nam & in aliis sacramentis quæ efficiūt quod figurant, hoc sæpe cōtingit. Quidam autem dicunt, exteriorem pœnitentiam & interiorē esse sacramentum, nec duo sacramēta, sed vnum, vt speciēs panis & vini non duo sunt sacramēta, sed vnum. Et sicut in sacramento corporis, ita etiam in hoc sacramento dicunt aliud esse tantùm sacramentum, scilicet exteriorem pœnitentiam, aliud sacramentum & rem, scilicet interiorem pœnitentiam, aliud rem & non sacramentum, scilicet remissionem peccatorum. Interior enim pœnitentia, & res est sacramenti; id est, exterioris pœnitentiæ, & sacramentum remissionis peccati, quam signat & facit. Exterior quoq; pœnitentia, & interioris signum est, & remissionis peccatorum.

Alterū sententia.

DE SACRAMENTO VNCTIONIS extremæ.

A DISTINCT. XXIII.

Tria unctionis genera.

PRAETER præmissa est etiam aliud sacramentum, scilicet vnctio infirmorum, quæ fit in extremis, oleo per Episcopum consecrato. Et sunt tria genera

genera vnctionis: est enim vnctio quæ fit chrismate: quæ dicitur principalis vnctio: quia in ea principaliter paracletus datur. Vnde & propter abundantiam gratiæ duos liquores mixtos habet, oleum scilicet & balsamum, oleum conscientiæ, balsamum † famæ Christi. Chrisma verò græcè, vnctio latinè dicitur. Nec tamē omne oleum ad vnctionem sanctificatū chrisma vocatur, sed illud solùm quod miscetur cū balsamo: quo capita Regum & Pontificum vnguntur: quo etiā baptizatos sacerdos vngit in vertice, & Pontifex per impositionem manus confirmandos vngit in fronte. Est & alia vnctio, qua catechumeni & neophyti vnguntur in pectore & inter scapulas in perceptione baptismi. Tertia verò vnctio est quæ dicitur oleum infirmorum de qua nunc agitur.

Vidi Hug. li. 2. de sacr. par. 15. c. 1.

† *bonæ famæ.*

B

A quibus institutum sit hoc sacramentum.

Hoc sacramentum vnctionis infirmorū ab Apostolis institutū legitur. Ait enim Iacobus, Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orēt super eum, vngētes eū oleo in nomine Domini: & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, dimittentur ei. In quo ostenditur, duplici ex causa sacramētū hoc institutum, scilicet ad peccatorum remissionem, & ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Vnde cō stat, eum qui hanc vnctionem fideliter deuoteque percipit, & in corpore & in anima alleuiari, si tamen expedit vtrinq; alleuiet. Quòd si fortè corporis valetudinem illi habere non expedit, illā quæ est animæ, sanitatem in hoc sacramento acquirit. Et sicut in aliis sacramentis, ita & in isto aliud est sacramētū, aliud res sacramēti. Sacramentū est ipsa vnctio exterior, Res sacramenti, vnctio interior quæ peccatorū remissione & virtutū ampliatione perficitur. Et si ex contemptu vel negligentia sacramentum hoc prætermittitur, periculosum est & damnabile.

Hug. ib. c. 2. Iaco. vlt. d

C

De iteratione huius sacramenti.

Quærunt aliqui, si hoc sacramētum iterari possit, cum

Hug. ib. c. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lib.2 cõtra epis. Parme. ca.13. Et 1. q.1. Quod quidam.

cum baptismus & alia quædam sacramenta semel suscepta non iterentur. Augustin. dicit ſ sacramentũ non iterandum, & sacramento non faciendam esse iniuriam: ſed hoc dicit, vbi agit de sacramento baptismi, & confirmationis, & ordinationis. Vnde nõ videtur illud generaliter accipiendum, sed de sacramento baptismi, confirmationis, & ordinationis: quæ nullatenus sunt repetenda: quia semel tantùm, & nõ sæpius datur baptismus, confirmatio, & ordinatio. Sacramẽtum verò altaris, & pœnitẽtiæ, & coniugij, sæpe iterari videtur: quia sæpe sacramentũ corporis percipitur, sæpe frequenter pœnitentia agitur, coniugiũ, sæpe cõtrahitur. Quare ergo vnctio similiter non potest iterari? Si morbus non reuertitur, medicina non iteretur. Si verò morbus nõ potest cohiberi, quare medicina debet prohiberi? Sicut oratio iterari potest, ita & vnctio iterari posse uidetur. vtraque enim illic cõmemorat Iacobus, & vtrunque alteri cooperatur ad conferẽdam allevationem corporis & animæ. Cur ergo negatur, vnctionem super infirmum posse iterari, ad impetrandam sæpius sanitatem mentis & corporis, cùm propter id sæpe iteranda sit oratio? Quidam autem de omni sacramento intelligi nolunt quòd non sit iterandum, scilicet secundum totum illud quod pertinet ad sacramentum, dicentes quædam sacramenta sæpius posse suscipi, quædam verò non. Nec tamen quæ sæpius sumuntur, totaliter iterãtur, vt sacramentum altaris & vnctionis: quæ licet sumantur sæpius, tamen quia nõ iterum benedicitur eadem hostia, vel idem oleum, non iteratur sacramentum cum iniuria. Sed dicet quis, Sic & baptismus non iteratur, etiam si aliquis frequenter baptizetur, dum eadem aqua non iterum benedicatur. Sed aliud est, inquiunt illi, de benedictione aquæ qua fit baptismus, aliud de benedictione panis & olei, Potest enim baptismus celebrari in aqua, etiam non benedicta: quia illa benedictio pro reuerentia tantùm sit & decore, nõ uirtute sacramẽti: sed

Aliorum opinio.

Hug. li. 4. sẽt. c. Præter supradicta.

Obiectio.

Responsio.

sed corpus Christi non potest confici nisi de pane cõsecrato, nec vnctio illa fieri potest nisi de oleo ab Episcopo consecratio. Ideoque illa sanctificatio ad uirtutem sacramenti pertinere videtur. In cõiugio quoque semel tantùm benedicitur quisque, non sæpius. [Benedicitur enim (vt ait Ambrosius) cum prima, & nõ secũda vxore.] Si ergo cùm dicitur sacramentum cõmẽ. *sup* 1. *Cor.* 7. Et *in* non esse iterandum, nec iniuria ei esse facienda, ratione dicti referas ad sanctificationem rei qua sacramentum expletur, de omni sacramento generaliter uerum est: si verò ad susceptionem sacramenti, de quibusdam verum est quòd non iterantur crebra susceptione, & de alijs verò quibusdam non: quia frequenter sumuntur: vt hoc vnctionis sacramentum, quod in omni penè ecclesia sæpe repetitur.

Amb. in fi. gl. super illud eiusdem tum in Domino.

DE ORDINIBVS ECCLESIASTICIS.

A DISTINCT. XXIIII.

Hug. lib. 2. parte 3. c. 4.

NVNC ad considerationem sacræ ordinationis accedamus. Septem sunt spiritualium officiorum gradus siue ordines: sicut ex sanctorum patrum dictis apertè traditur, & capitis nostri, scilicet Iesu Christi, exemplo mõstratur, qui omnium officia in semetipso exhibuit, & corpori suo, quod est Ecclesia, eosde ordines obseruãdos reliquit. Septẽ autem sunt, propter septiformẽ gratia sancti spiritus: cuius qui non sunt participes, ad gradus ecclesiasticos indignè accedũt. Illi verò in quorũ mentibus diffusa est septiformis gratia spiritus sancti, cum ad ecclesiasticos ordines accedunt, in ipsa spiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur.

Quare septẽ sint ordines Esaiæ 11.

* *Quales assumendi, sint ad Clerum.*

[Tales autẽ ad ministeriũ spirituale eligẽdi sũt clerici, qui dignè possint dominica sacramẽta tractare, *in epi.* 1. *ad*

Clem. Papa

Melius est enim Episcopo paucos habere ministros, qui possint dignè opus dei exercere, quàm multos inutiles, qui ordinatori graue onus indurant.] Tales enim decet esse ministros Christi, qui septiformis gratia Spiritus sancti sint decori, & quorum doctrina & cõuersationis forma, eadem gratia in alijs transfunda tur, ne cœlestes margaritas spiritualium verborũ ostiorumq; diuinorũ sordidæ vitæ pedibus conculcent. In sacramẽto ergo septiformis spiritus septẽ sunt gradus ecclesiastici. s. Ostiarij, Lectores, Exorcistæ, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Sacerdotes: omnes tamen clerici uocantur, ideſt, sortiti. Corona enim signaculũ est, quo signantur in partem sortis ministerij diuini. Corona regale decus significat: quia seruire Deo regnare est. Vnde ministri ecclesiæ, reges esse debent, vt se & alios regãt: quibus Petrus ait, Vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c. Summitas capitis defuper nudatur, vt eorum mens ad dominũ libera monstretur, quæ reuelata facie gloriã Dei cõtẽpletur. Summitas enim capitis est eminentia mentis: Denudatio capitis est reuelatio mẽtis. Clericus enim secretorum Dei non ignarus esse debet. Tondentur etiam capilli vsque ad reuelationem sensuum, scilicet oculorum & aurium: vt vitia in corde & opere pullulantia deceantur præcidenda, ne ad audiendum & intelligendum verbum Dei prepediatur mens, pro quo seruato reddetur in excelsis corona. Tonsuræ autẽ ecclesiasticæ vsus à Nazaræis exortus videtur: qui prius crine ter uato deinde ob vitæ continentiam caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponebant. Hinc vsus inoleuit: vt qui diuinis cultibus mancipantur, quasi Nazaræi. i. sancti, crine posito inueniantur. Sicut ad Ezechielẽ dicitur, Fili hominis sume gladium acutũ, & due super caput tuum & barbum. In actibus etiam Apostolorum, Priscillam & Aquilam hoc fecisse legimus, Paulus quoque & alij quidam discipuli Christi hoc fecerunt. Recte ergo in quibuslibet gradibus constituti, clerici

Iacobum apostolum de sacris nostris & habetur dist. 23. c. Tales. Matth. 7. a

De corona & tonsura. Hug. lib. 2. parte 3. c. 1. 1. Petri 2. b 2. Cor. 3. d

Hug. vbi supra cap. 2.

Isid. li. 2. of. eccle. cap. 4. Num. 6. b

Ezech. 5. a Actuũ 18. c & 21. d

clerici vocantur, quorum nomina & rationes nominum Isidorus exponens, ait, [Cleros & clericos hinc appellatos esse credimus, quia Mathias electus est sorte: quem primùm per Apostolos legimus ordinatum. *vos.* Cleros enim Græce, Latinè sors vel hæreditas dicitur. Ideo ergo dicti sunt clerici, quia sunt de sorte domini, vel quia Deum partem habent. Generaliter verò clerici nuncupati sunt omnes, qui in ecclesia Dei deseruiunt: quorum gradus & nomina sunt hæc, Ostiarius, Lector, &c.

Isid. li. 7. Ety. c. 12. Et dist. 21. cap. Clete. Actuũ 1. d Nu. 3. et 18.

C. *De Ostiarijs.*

[Ostiarij, ijdem & Ianitores, sunt, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi, vt non ingrederetur in illud immundus. Dicti autẽ ostiarij, eo quod præsint ostijs templi. Ipsi enim tenẽtes clauem, omnia intus & extrà custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, dignos recipiunt, indignos respuunt.] Vnde & eis, cùm ordinantur, claues ecclesiæ dantur ab episcopo: & dicitur eis, Sic agite, tanquã rationem Deo reddituri pro rebus quæ clauibus istis recluduntur. Hoc officium Dominus in sua persona suscepit, quando flagello de funiculis facto vendentes & emẽtes eiecit de templo. Ipse enim se ostiarium significãs dicit. Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.

Isid. lib. 7 Ety. c. 12. in fine. 1. Par. 26. a Ex con. 4. Cart. can. 9 Et de consec. dist. 23. c. Ostiarius. Et Hug. ubi supra, c. 5. Ioãnis 2. c. Ioãnis 10. b

D *De Lectoribus.*

Secundus est gradus Lectorum. [Lectores à legendo, sicut Psalmistæ à psalmis canendis vocati sunt. Illi enim prædicant populis quid sequantur: isti cãtant, vt excitent ad compunctionem animos audientium: licet quidam lectores ita miserabiliter pronuncient, vt quosdam ad luctum & lamentationem cõpellant. *Cleros.* Idem etiam Pronunciatores vocantur, qui portò annunciant: quia tam erit clara eorum vox, vt etiam longè positorum aures adimpleat.] Ad lectores autem pertinet lectiones pronunciare, & ea quæ prophetæ nunciauerunt populis prædicare; vt iam ex officio

Hugo ibidẽ, cap. 7. Isid. lib. 7. Ety. cap. 12. Et dist. 21. c. Lectores. Idem li. 2. de off. c. 11 Et dist. 25. cap. Per lectores.

ficio in ecclesia legat prophetias & lectiones. Vnde & ei, vidente populo traditur ab Episcopo codex diuinarum lectionum, & dicitur, Accipe, & esto verbi dei relator, habiturus, si fideliter impleueris officium, partem cum his qui bene verbum dei ministrauerunt. Qui ad hunc gradum prouehitur, literarum scientia debet esse instructus, vt sensum verborum intelligat, vim accentuum sciat, distincte legat: ne confusione pronuntionis intellectum auditoribus auferat. Attendat quid indicatiue, quid interrogatiue sit legendum, vbi sit in oratione facienda distinctio. Hæc enim nisi seruata, intellectu turbat, & alios ad risum prouocat. Auribus & cordi consulere debet vox lectoris. Hoc officium impleuit Christus, cum in medio seniorum librum Esaiæ aperiens, distincte ad intelligendum legit, Spiritus Dominus super me, &c. Ex quo lectoribus datur intelligi, quia gratia spirituali clarere debent, qui alijs verbum Dei annunciant. Hic ordo formam & initium à prophetis accepisse videtur: quibus dicitur, Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam.

Ex Eccl. Car. 4. capite 8. Dist. 23. ca. Lector.

Lucæ 4. c

Esaiæ 61. a

Esaiæ 58. a

E *De exorcistis.*

Tertius est ordo Exorcistarū. [Exorcistæ autem ex Græco in Latinū adiurantes vel increpantes vocatur. Inuocant enim super catechumenos, & super eos qui habent spiritum immundum, nomen Domini adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis.] Ad Exorcistā ptinet exorcismos memoriter retinere, manusq; suggenergumenos & catechumenos in exorcizando imponere. Debet autem habere spiritum mundum, qui spiritibus immundis imperat: & malignum expellere de corde suo, quem expellit de corpore alieno: ne me dicina quam alij facit, sibi non prosit, & dicatur ei, Medice cura teipsum. Hi cùm ordinātur, accipiūt de manu Episcopi librum exorcismorum, & dicitur eis, Accipite, & habetote potestatē imponēdi manus suggenergumenos vel catechumenos. Hoc officio vsus est Dominus, quādo saliua sua tetigit aures & linguā surdi

Hug. ubi su pra, cap. 8. Isi. li. 7. Ety. c. 13. Et dist. 21. c. cleros. Dist. 25. ca. Perlectis.

Lucæ 4. d

Ex cō. Cart. 4. c. 7. et Isi. vbi supra. c. 13. et di. 13 c. Exorcista. Mar. 7. d

surdi & muti, dicēs, Ephetha, quod est, Adaperire: per hoc docens, nos spiritualiter debere aperire aures præcordiorū hominū ad intelligendū, & ora ad confitēdum: vt pulso dæmone spiritus sanctus vas suum recipiat. Hoc etiā officio vsus est Christus, cū dæmonia eos multos sanauit. Hic ordo à Salomone videtur descendisse: qui quendā modū exorcizādi inuenit, quo dæmones adiurati ex obsessis corporibus pellebātur. Huic officio mancipati Exorcistæ vocati sūt. De quibus Christus in euāgelio, Si ergo in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri i. Exorcistæ, in quo eijciunt?

Matt. 8. d

Dist. 21. ca. Decreti. Glo. 3. Reg. 4. & Iosephus lib. 8. antiq. ca. 2.

F *De acolytis.*

Quarto loco succedunt Acolyti. [Acolyti verò Græcè, Latinè ceroferarij dicūtur, à deportādis cereis quando legendum est Euangelium, vel sacrificium offerendū. Tunc.n. accēduntur luminaria, & deportātur ab eis, nō ad effugādas aeris tenebras, cū sol eo tēpore rutilet, sed ad signū lætitiæ demonstrandum: vt sub typo luminis corporalis, illa lux ostēderur, de qua legitur, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominē venientē in hunc mundū.] Ad Acolytū pertinet præparatio luminarium in sacrario. Ipse cereum portat, ipse vrceolum cū vino & aqua suggesta, pro eucharistia, subdiaconis præparat. [Hic cū ordinātur, cū edocti fuerint ab Episcopo qualiter in officio suo agere debeāt, ab archidiacono accipiūt candelabrum cum cereo, & vrceolum vacuum.] Hoc officiū Dominus se habere testatur, dicens, Ego sum lux mūdi: qui sequitur me, nō ambulat in tenebris. Huius officij formam illi gerebant in veteri testamento, qui lucernas candelabri componebant, & accēdebant igne cœlesti, ad illuminandas tenebras aquilonares.

Hug. ubi supra, c. 9. Isi. c. 12. li. præ alle. Dist. 21. c. Cleros. Ioan. 1. a Dist. 25. ca. Perlectis. Ex conci. 4. Car. ca. 6. Ioan. 8. b Exod. 27. e Ioan. 6. b. et 23. a Exo. 25. a

G *De subdiaconis.*

Quintus est ordo Subdiaconorū. [Græcè Hypodiacones vocantur, quos nos Subdiacones dicimus, Qui ideo sic appellantur qui subiacent præceptis & officijs Leuitarū. Oblationes enim in tēplo à fidelibus

Hug. ubi supra, c. 10. et Isi. ibidem: Et dist. 21. ca. Cleros.

1.Esdræ 2.b. Dist.25. ca. Perlectis. Isi. de eccl. off. lib.2.c. 10. et Greg. regist. epist. 42. lib. 1. Esaiæ 52.d

suscipiunt, & Leuitis superponendas altaribus defe-runt. Hi apud Hebræos Narhinæi vocabantur, id est, in humilitate Domino seruientes.] Ad subdiaconum pertinet calicem & patenam ad altare Christi defer-re, & Leuitis tradere, eisque ministrare: vrceolū quo que, & aquamanile, & manutergium tenere: Episco-po, & presbyteris, & leuitis, pro lauandis ante altare manibus, aquam præbere. His lex continentiæ impo nitur: quia altari propinquantes, vasa corporis & san-guinis Christi portant. Vnde illud implere debent, Mundamini qui fertis vasa Domini. Ad hos etiã per-tinet tantum de oblationibus ponere in altari, quan-tum sufficere possit populo: necnõ corporalia, & pal-las, & subtratoria lauare. Hi cùm ordinantur, accē-piunt de manu Episcopi patenam & calicem vacuū: ab archidiacono verò vrceolum cum aquamanili, & manutergium. Hoc officio vsus est Dominus, quan-do linteo se præcinxit, & mittens aquam in peluim, pedes discipulorum lauit, & linteo tersit.

Ex cõ. Cart. 4. cap. 5.

Ioan. 13.a

H *De diaconis.*

Hug. lib.2. par.3.c.11. Nu.3.b. & 8.d.et 18.a Num.4.a Num. 18.a In decre. dis-tinc.78. Isid lib.7. Ety.cap.12. Dist.21. ca. Clerot.

Diaconorum ordo sextum tenet locū, propter se-narij perfectionem. Hic ordo in veteri testamento a tribu Leui nomen accepit uel traxit: dicūtur enim & Leuitæ. Præcepit quippe Dominus Moysi, vt post or dinationē Aaron & filiorū eius, prorsus tribus Leui ad diuini cultus ministeria ordinaretur, & consecra-retur Domino: & seruirent pro Israel coram Aaron & filijs eius in tabernaculo: ipsiq; gestarent arcā, & tabernaculū, & omnia vasa eius, & in circuitu taber-naculi excubarēt, & in trāsportando tabernaculo ipsi deponerent, rursumq; componerent. A viginti quin-que annis & supra missi sunt seruire in tabernaculo. Quā regulā in nouo testamento sancti patres constitue-runt, quia hæc ætas ad ferenda onera est robustior. [Leuitæ ergo ex nomine autoris vocati sunt. De Le-ui enim Leuitæ exorti sunt: à quibus in templo my-stici sacramenti mysteria explebātur. Hi Græce Dia-cones,

Dist.25.ca. Perlectis.

Num.4.a

Isid.vbi supra, cap.8. Actuũ 6.b

De cõ.di.2. c.episcopus. Apoc.8.a 1.Tim.3.a Ex cõ.Cart. 4.cap.4.& Isidorus de Eccl.of.c.8. Dist.23.ca. Diaconus. Matt.11.d 1.Tim.3.b Matt.26.c

nones, Latinè ministri dicuntur: quia sicut in sacerdo te consecratio, ita & in Diacono mysterii dispensatio habetur.] Ad Diaconum pertinet assistere sacerdoti-bus, & ministrare in omnibus quæ aguntur in sacra-mentis Christi, s. in baptismo, in chrismate, in pate-na, & calice: oblationes quoq; inferre, & disponere in altari: cõponere etiã mensam Domini & vestire, cruce sem ferre, & prædicare euangeliũ & epistolã ad popu lum. Nam sicut Lectoribus vetus testamentum, ita Diaconibus nouum prædicare præceptum est. Ad ip sum etiam pertinet officium precum, & recitatio ca-techumenorum nominũ. Ipse præmonet aures ha-bere ad Dominũ: ipse donat pacem, & ipse annũciat. Quod autem huic ordini à Moyse statutum est, hoc est in nouo testamento repræsentatur, cũ Diacono su per læuũ humerũ stola ponitur, & casula in diebus ieiunij cõplicatur: quia quicquid laboris & sustinen-tiæ in hac vita toleratur, quasi in læua portatur, do-nec in dextera, i. æternitate, requies habeatur. Hic or-do ab Apostolis celebratus est, qũ (vt legitur in Actibus Apost olorũ) septem uiros plenos spiritu sancto ad hoc officium elegerunt, & oratione præmissa, ma nus eis imposuerunt. Vnde & consuetudo moleuit, vt in ol matrice ecclesia septẽ Diacones circa Christi arã, quasi septẽ columnæ, assistant. Hi sunt septẽ an-geli tuba canentes in Apocalypsi: qui quales esse de-beant Apostolus docet, Timotheo scribens. Hi cum ordinãrur, solus Episcopus eis manum imponit: quia ad ministerium applicãtur. Ponit eis orarium, id est stolam, super læuũ humerũ, vt per hoc intelligãt se ac sepisse iugum Domini suaue, quo ad sinistra perti-nentia diuino timori subiiciant. Accipiunt & textum euangelij, vt intelligant se esse præcones euangelij Christi. Hi autem antequam ordinentur, proben-tur, vt docet Apostolus: & sic ministrent, nullum cri-men habentes. Hoc officio vsus est Christus, quan-do post cœnam sacramentũ carnis & sanguinis disci-

pulis

Luce 22. d

pulis dispensauit, & quando Apostolos dormientes ad orationem excitauit, dicens, Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.

Hugo c. 12. li. præalle. Isid. 7. Ety. c. 13. Di. 12 cap. cleros.

1 *De presbyteris.*

Septimus est ordo Presbyterorum. [Presbyter Græce, senior interpretatur Latine. Non modò pro ætate vel decrepita senectute, sed propter honorē & dignitatem quam acceperunt, Presbyteri nominantur, quorum prudentia & maturitate conuersationis præcellere debent in populo. Vnde scriptū est, Senectus

Sapien. 4. b

venerabilis est, nō diuturna, nec annorū numero cōputata. Cani enim sūt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Ideo autem etiam Presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant: qui licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicē non habent sicut

Di. 23. para. 1. supra. Act. 8. cap. 19. a † non.

Episcopi: quia ipsi nec chrismare frontem signāt, nec paracletum dant: quod solis deberi Episcopis lectio Actuum Apostolorū demōstrat. Vnde apud veteres idem Episcopi & Presbyteri fuerunt: quia illud est nomen dignitatis, † hoc ætatis.] Sacerdos nomen habet compositum ex Græco & Latino, quod est sacrū dans, siue sacer dux. Sicut enim Rex à regendo, ita Sacerdos à sacrando dictus est: conficerat enim & sanctificat. Antistes verò sacerdos dictus est ab eo, q̄ antēstat: primus enim est in ordine ecclesiæ. Ad presbyterum autem pertinet sacramentum corporis & sanguinis Domini in altari Dei conficere, orationes dicere, & dona Dei benedicere. Qui cùm ordinantur, iunguntur eis manus, vt intelligant se accepisse gratiā consecrandi, & charitatis opera debere extendere ad omnes. Accipiunt & stolam, quæ vtrunque tenet latus: quia debent esse muniti armis iustitiæ cōtra aduersa & prospera. Accipiunt etiā calicē cum vino, & patenā cum hostijs, vt per hoc sciant se accepisse potestatem placabiles Deo hostias offerendi. Hic ordo à filijs Aaron sumpsit initium. Summos enim pontifices & minores sacerdotes instituit Deus per Moysem qui

Dist. 25. c. Perlectis.

Rom. 6. b Isid. li. 2. de Eccl. of. c. 7. Dist. 1. post princip. Exod. 29. a

qui ex præcepto Dei, Aaron in summum pontificē, filios verò eius vnxit in minores sacerdotes. Christus quoq; duodecim elegit discipulos prius, quos & Apostolos vocauit: quorū vicē gerunt in ecclesia maiores pontifices. Deinde alios septuaginta & duos discipulos designauit: quorū vicem in ecclesia tenent presbyteri. Vnus autem inter Apostolos princeps extitit Petrus: cuius vicarius & successor est pōtifex summus: vnde dicitur Apostolicus: qui & Papa vocatur, scilicet pater patrum. Qualis autem eligi debeat presbyter, Apost. scribens Timotheo ostendit: ubi nomine Episcopi presbyterum significat. Hoc autem officio vsus est Christus, cùm seipsum in ara crucis obtulit, idem sacerdos & hostia, & quando post cœnam panem & vinum in corpus suum & sanguinem commutauit. Ecce de septē ecclesiæ gradibus breuiter elocuti, quid ad quemque pertineat insinuauimus. Cumque omnes spirituales sint & sacri, excellenter tamen canones duos tantùm sacros ordines appellari censent, Diaconatus. s. & Presbyteratus: quia hos solos primitiua ecclesia legitur habuisse, & de his solis præceptum Apostoli habemus. Apostoli enim in singulis ciuitatibus episcopos & presbyteros ordinauerūt. Laudabilis etiam ab Apostolis ordinatos legimus: quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos verò & Acolytos procedente tempore ecclesia sibi constituit.

Matt. 16. a

Luce 10. a

Matt. 16. a

1. Tim. 3. a

Matt. 27. f Hebr. 9. c Matt. 26.

1. Tim. 3. b

Actuū 6. b De ætat. & qual. ord. c. A multis.

K *Quid sit quod hic dicitur Ordo.*

Si autem quæritur, quid sit quod hic vocatur Ordo, sanè dici potest signaculū esse. i. sacrum quoddā, quo spiritualis potestas traditur ordinato, & officiū. Character ergo spiritualis, vbi fit promotio potestatis, ordo vel gradus vocatur. Et dicuntur hi ordines sacramenta, quia in eorum perceptione res sacra, i. gratia, confertur: quā figurant ea quæ ibi gerūtur.

L *De nominibus dignitatis vel officij.*

Sunt & alia quædam non ordinum sed dignitatū vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isido. lib. 7. etym. ca. 12. vel officiorum nomina. Dignitatis simul & officij nomen est Episcopus. [Episcopatus autē vocabulum inde dictum est, quòd ille qui Episcopus efficitur, superintendat, curam scilicet subditorum gerens. Ἐπισκοπεῖν. n. Græcè, Latinè intendere dicitur. Episcopi autē Græcè, Latinè speculatores interpretantur. Nam speculator est præpositus in ecclesia dictus, eo quòd speculetur atq; prospiciat populorum infra se positorum mores & uitā. Pontifex est princeps sacerdotū, quasi uia sequetiū. Ipse & summus sacerdos nūcupatur: ipse. n. Leuitas & Sacerdotes efficit: ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit.]

Extr. de. 21. c. Clerot.

Aug. 19. de ciu. dei cap. 19.

Exod. 33. b

M *De quadripartita ordine episcoporum.*

Isid. ibi. & eadem dist. [Ordo autem Episcoporum quadripartitus est, scilicet in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, & Episcopis. Patriarcha Græcè, summus patrū interpretatur: quia primum .i. Apostolicum tenet locum: vt Romanus, Antiochenus, Alexandrinus: sed omnium summus est Romanus. Archiepiscopus, princeps Episcoporū. Archos. n. Græcè, Latinè principeps dicitur. Metropolitæ autem à mensura ciuitatum dicuntur. Singulis. n. prouincijs præeminent: quorum autoritati & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt. Solicitudo. n. totius prouinciæ ipsis Episcopis commissa est. Omnes autē superius designati ordines, Episcopi nuncupātur.] Nota q; Archiepiscoporum nomine primates superius significatsse videtur, & Metropolitanorū, quos nunc Archiepiscopos dicimus. Horum autem discretio à Gentilibus introducta videtur, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. [Sacerdotes. n. Gentilium flamines dicebantur: qui habebant in capite pileum, in quo erat brevis virga, desuper habēs aliquid lanæ: quod cum per æstum ferre non possent, filum tantum in capite ligare cœperunt. Nudis. n. capitibus eis incedere nefas erat. Vnde à filo quo vrebātur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Sed festis diebus filo depositō, pileum imponebant pro sacerdotij eminentia.] [Vates à vi mentis appellati sunt. Cuius significatio multiplex est: modò. n. sacerdote, modò prophetā, modò poetā significat.] [Cantor verò vocatur, qui vocem modulatur in cātu. Huius sunt duo genera, Præcentor, & Succentor. Præcentor, qui uocē præmittit in cantu: Succentor, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autē dicitur, quia consonat. Qui autē non consonat nec concinit, concentor non erit.] His breuiter tractatis, admonendi sunt Christi ministri, quatenus sicut excellunt ordinis dignitate, ita præcellāt vitæ sanctitate, vt plebs eis cōmissa, eorumq; disciplinis edocta, grata nter eis obediat, & eorū imitatione de die in diē proficiat, à quibus diuina sacramenta percipiunt, & missarum solēnia audiunt. Missa autē dicitur, vel quia missa est hostia, cuius cōmemoratio fit in illo officio: vnde dicitur, Ite, missa est, id est, sequimini hostiam, quę missa est ad cœlestia, tendentes post eam: vel quia missus cœlestis venit ad consecrandum dominicum corpus, per quem ad alrare cœleste defertur hostia. Vnde & dicitur, Missa est.

Hug. lib. 2. part. 3. cap. 12.

2. Cor. 11. g

Isid. ibid. eadē. præalle.

DE ORDINATIS AB HAERETICIS.

A DISTINCT. XXV.

S Orbet etiam quæri, si hæretici ab ecclesia præcisi & damnati possint tradere sacros ordines: & si ab eis ordinati, redeuntes ad ecclesiæ vnitatē, debeant re ordinari. Hanc quæstionem perplexam ac penè insolubilem faciunt doctorum verba: qui plurimùm dissentire videntur. Videntur. n. quidam tradere, hæreticos sacros ordines dare non posse, nec illos qui ab eis ordinari videtur, gratiam recipere. Dicit enim Inno. [Arrianorum clericos non videri suscipiendos cum sacerdotij vel ministerij

In epist. 18. c. 3. ad Alex. episcop.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et 1.q.1.c. Arrianos. Epist. 22.c. 3. Et 1.q.1. c. Venũ est.

sterij alicuius dignitate: quibus solum baptisma ratũ esse permittit, quod in nomine patris & filii & spiritus sancti percipitur. Dicit etiã eos non posse dare spiritũ sanctũ, quem amiserunt: [& ordinatos ab hæreticis, caput habere uulueratũ: & eũ qui honorẽ amisit, honorem dare non posse: nec illum aliquid accepisse: quoniam in dante nihil erat, quòd ille posset accipere. Tradit etiam, venientibus ab hæreticis per manus impositionem, laicam tantum tribuendam communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogandum.] Greg. etiam dicit [sacrilegam esse Arrianorum consecrationem, cum ex eorum manu communio percipitur.] Cyprian. etiam dicit, [omnia quæcunque faciunt hæretici, carnalia, & inania, & sacrilega esse: & eorum altaria falsa, & illicita sacerdotia, & sacrificia sacrilega: qui more simiarum, quæ cùm homines non sint, formam imitantur humanam; vultum ecclesiæ catholicæ & autoritatẽ sibi vendicant, cum ipsi in ecclesia non sint, & cùm sint sacrilegi, sacerdotium administrant, & altare ponunt: cùm nec sacrificari oblatio illic possit, ubi spiritus sanctus non sit: nec cuiquam Dominus per eius preces & orationes prosit, qui Dominum ipsum violauit.] Hieron. quoque asserit, [omnia quæ offeruntur ab hæreticis contaminata esse in conspectu Domini: quia licet sancta videantur specie sui, tamẽ quia contacta sunt ab illo qui pollurus est, polluuntur omnia.] Idem, [Odit Deus sacrificia hæreticorum, & à se proijcit: & quoties in nomine eius cõgregati fuerint, detestatur fœtorem eorum, & claudit nares suas.] Idẽ, [Illi offerunt panem sacrilegum, &c.] Leo etiam testatur, [extra ecclesiam nec rata esse sacerdotia, nec uera esse sacrificia.] Idem etiam dicit, [Per crudelissimam uesaniam in Alexandrina sede omnium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio: & parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria.]

Li.3. de diz. lo. ca. 31. Li.1. epi.6. ad Magnũ Et c.tatur 3.q.3.ca. Si quis inquit circa medium. Ad eũ locũ Aggæi 2. Interroga sacerdotes. Et 1.q.1.c. Sic populus. Super illud Amos. 5. Odi & proieci festiuitates. Ad 8. c. Oues. Leo epi. 40. ad Anato. c. 1. Idẽ epist. 75. ad Leonem Augustum.

His aliisq; testimoniis astrui videtur, sacramenta ecclesiastica, præcipuè corporis & sanguinis, ordinationis & confirmationis, per hæreticos non posse ministrari.

B *Autoritates ponit quæ uidentur præmissis obuiare.*

Contrà autem alij sentire uidentur, ꝙ ab hæreticis etiam præcisis, sacri ordines, sicut & baptismus, tradi valeant: nec ab hæreticis redeuntes, qui illic ordinati sunt & baptizati, iterum ordinandi sunt, sicut nec baptizandi. Vnde Augu. [De hæreticis etiam damnatis quod quidã dicunt, Baptisma quod accepit non amittit qui recedit ab ecclesia, ius dãdi quod accepit, amittit: multis modis apparet inaniter dici: Primò, quia nulla ostenditur causa, cur ille qui illud baptisma amittere non potest, ius dandi possit amittere. Vtrunq; enim sacramentum est, & quadã consecratione utrũque homini datur: illud cũ baptizatur, istud eũ ordinatur. Ideo non licet in catholica ecclesia vtrunq; iterari. Nam si quando ex ipsa parte uenientes, etiã præpositi, pro bono pacis correcto schismatis errore susceptisunt; etsi usum est opus esse, vt eadẽ officia gererent quæ agebant; nõ sunt rursus ordinãdi. Sed sicut baptismus in eis, ita in eis mansit ordinatio integra: quia in præcisione fuerat vitium, quod in unitate pacis est correctũ: nõ in sacramentis, quæ vbicunq; sunt, sibi uera sunt. Et cùm ipsi expedire videtur ecclesiæ, vt præpositi eorũ uenientes ad catholicã societatẽ, honores suos ibi non administrent: non eis tamẽ ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed super eos manent. Ideoq; non eis manus imponitur: ne nõ homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. Sicut autẽ in baptismo est ius, quod ꝙ eos dari possit, sic in ordinatione ius dandi est: vtrunq; quidẽ ad perniciẽ suam. Sed aliud est, non habere, aliud perniciosè habere, aliud sacrilegiũ habere.] Idem, [De his qui ab ecclesia vnitate separati sunt, nulla iã quæstio est, quin & habeant, & dare possint: sed perniciosè habent, pernicioseq; dant:

Li.2.contra epist. Parmen.c.13.to. 7. Et habetur 1.qu.1. Quod quidam. Aug.in eisdem lib.& cap. Ephes.4.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

dant: quia extra vinculum pacis sunt. Neutri sacramento facienda est iniuria. Sicut non recte habet qui ab vnitate recedit, sed tamen habet, & ideo redeunti non redditur: sic etiam non recte dat qui ab vnitate recedit, & tamen dat: & ideo qui ab eo accipit, venienti ad unitatem nō iteratur.] Idē. [Aliud est non habere aliquid, aliud est non iure habere, vel illicitè vsurpare. Non ergo ideo non sunt sacramenta Christi & ecclesiæ, quia eis illicitè vtuntur, nō modò hæretici, sed etiā oēs impij: sed illi corrigendi sunt & puniendi, illa autē sunt agnoscenda & veneranda.] Itē Greg. [Quòd dicitis, ut qui ordinatus est, iterum ordinetur, valde ridiculum est: vt. n. baptizatus semel, iterum baptizari non debet, ita qui cōsecratus est semel, in eodem ordine non valet iterum consecrari. His aliisq; autoritatibus videtur asseri, in omnibus impijs, etiam in hæreticis præcisis & damnatis. Christi sacramenta permanere cum iure dādi. Possunt. n. dare, sed perniciosè & quibus dederint, non sunt iterum ordinandi: quæ præmissis ex opposito obuiare uidentur.

Aug. li. 3. contrà Donat. cap. 10

Lib. 2. Regist. epist. 32. ad Ioā. Rauennatē episcopum Et dist. 68. cap. Sicut semel.

C *Determinatio præmissæ contradictionis autoritatum.*

Et habet. 1. q. 1. parag. Opponitur autem.

Hæc autem quidam ita determinant: dicunt enim hæreticos accepta sacerdotali vel episcopali vnctione ab ecclesia recedentes, baptismi quidē dandi ius retinere, sed nō habere facultatem tribuendi sacros ordines, uel consecrandi dominicū corpus, postquā præcisi & damnati sunt ab ecclesia. Sicut degradatus episcopus non habet potestatē largiendi sacros ordines: facultatem tamen baptizandi non amisit. Quod uero Augustinus ait, intelligunt dictū de hæreticis, qui nō sententia ecclesiæ, sed prauitate sensus sui à fide uel unitate ac doctrina unitate diuisi sunt: qui licet tales sint, ius tamen ordinandi & consecrandi habēt. Et qui ab eis ordinantur ante manifestam præcisionem, etiā si cū eis apertè exierint, & sententia ecclesiæ damnati fuerint: tamē si redierint, uerū ordinandi nō sunt. Et vbicunque legitur de ordinatis ab hæreticis, quod seruan-

Prima opinio, et falsa.

Suprà lit. b

tis ordinibus ministrare ualeant, uel iterum ordinandi non sint: de huiusmodi accipiēdum dicunt. Nam postquam præcisi fuerint, & dānati iudicio ecclesiæ, ius ordinandi & consecrandi eis detractum asserunt: in degradatis, uel excommunicatis. Alij uerò dicunt, sacramenta ab hæreticis & præcisis secundum formā ecclesiæ celebrata, uera esse, & rata: quia recedētes ab ecclesia ius dandi & consecrandi non perdiderunt: & qui sic ab hæreticis ordinantur, cùm redeunt, iterum ordinandi nō sunt. Quæ uerò ab hæreticis aliter quā in ecclesia, fiunt, falsa sunt & inania: & qui à talibus ordinari uidentur, non munus, sed uulnus accipiunt. Et secundum hanc differentiā uariè de his loquuntur Doctores. Quidam uerò dicunt eadem sacramenta ab hæreticis præcisis posse celebrari, quæ à catholicis, si ab illis formā ecclesiæ seruetur: & ab eis celebrata uera esse & rata, quantum ad se: quantum uerò ad effectum, falsa esse & inania, & in his qui malè tractant, & in his qui malè suscipiunt: & ideo irrita & falsa: quia quod promittunt, & conferre creduntur, non tribuunt. Damnanda etiā dicuntur: quia illicitè dantibus uel accipientibus sunt in iudicium. Polluta etiam dicuntur, non quantum ad se, sed propter indignam hæreticorum tractationem. Ideo Gregorius communionem Arrij uocat execrationem: & Innocentius Nouatij ordinationem, dānationem: non quia in se sint, sed quia male dantes uel accipientes tales faciunt. Sicut etiam Hieronymus sacrificia eorum, panem sanctus uocat, non quantum ad se, sed quantum ad effectum. Nonnulli uerò tradunt, illos hæreticos, qui in ecclesia ordinati sunt, ius ordinādi & consecrandi, etiam cum separati fuerint, habere. Qui uero in schismate uel hæresi positi, ab eis ordinati & inuenti fuerint, illo iure carent. Ideoque cùm ordinare uolunt, uulnus potius infligunt, quàm gratiam conferant.

Tertia opinio.

To. 6. ad ca. 2. et 3. Osee.

Quarta opinio ecclesia ordinati sunt, ius ordinādi & consecrandi, nio falsa: et videtur esse Grat. ami.

D *De Simonia, vnde dicatur, & quod sit.*

De Simoniacis uerò nō est ambigendum quin sint

Hug. li. 2.

de Sacram. pa. 10. tra. de Simoniacis.

hæretici qui tamen ante sententiam degradationis & ordinant & consecrant. Et licet simoniaci proprie dicantur, qui instar Simonis magi impretiabilem gratiam pretio conducere volunt, & qui pro ministerio sacro pretiũ recipiũt in modũ Giezi, Giezitæ vocãdi sunt; omnes tamen & dantes & accipientes, Simoniaci dicuntur, & vtriq; eadem sententia percellũtur.

Act. 8. d 4. Reg. 5. f

E *De his qui scienter à Simoniacis ordinantur.*

Vrbanus Papa. 1. q. 1. Si quis à simo.

Differt tamen inter eos qui ordinantur à simoniacis scienter, & eos qui ignoranter. Qui enim sciẽter à simoniacis se permiserint consecrari, imo execrari, eorum consecratio omnino irrita est. Qui verò ordinãtur à simoniacis, quos, cùm ordinantur, nesciunt esse simoniacos, qui & tunc pro catholicis habentur: eorum ordinatio misericorditer sustinetur.

De his qui dicunt se emere corporalia, non spiritualia.

F

Paschalis. 1 q. 3. ca. Si qs obiecerit.

[Si verò aliqui obiecerint, se non consecrationes emere, sed res ipsas quæ ex cõsecratione proueniunt, penitus desipere probantur. Nam quisquis horum alterum vendit, sine quo alterum non habetur, neutrũ uendere derelinquit.]

G *Distinctio simoniacorum.*

1. q. ca. Statuimus decretum.

Simoniacæ autem hæresis tripartita est distinctio. Alij enim simoniacè à simoniacis ordinantur, alij simoniacè à non simoniacis, alij nõ simoniacè à simoniacis. Vnde Nicolaus Papa, [Statuimus decretũ de simoniaca tripartita hæresi, id est, de simoniacis simoniacè ordinantibus vel ordinatis, & de simoniacis simoniacè à non simoniacis, & de simoniacis nõ simoniacè à simoniacis: Simoniaci simoniacè ordinati vel ordinatores, secundũ canones à proprio gradu decidant. Simoniaci etiam simoniacè à nõ simoniacis ordinati, similiter ab officio remoueantur. Simoniacos verò non simoniacè à simoniacis ordinatos, misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio permittimus permanere. Quod intelligendũ est de his qui ordinantur à simoniacis, ignorantes eos esse simoniacos. Hoc facit simoniacos non reatus criminis, sed ordinatio simoniaci.

Alexander Papa de his qui violenter à Simoniacis vel ab hæreticis ord nantur.

H

Alexãder scribit. 1. qu. 1. cap. Erga simoniacos. 1. q. 1. Cõsules Non tenetur hic Magister.

Similiter cùm decernit Alexander Papa, simoniacos omnino damnandos, ac deponendos, subintelligendum est, nisi uiolenter quis attractus fuerit. De his enim & à quibuslibet hæreticis uiolenter ordinatis, dicit Innocentius, quòd possunt habere aliquem colorem excusationis, si statim discedunt ab eis, & pessimo eorum conciliabulo renunciant.

I *De ætate Ordinandorum ita decreuit Nicolaus Papa.*

D. ß. 77. & 78. quasi p totum.

[Sacri, inquit, canones sanxerunt, ut Subdiaconus non ordinetur ante quatuordecim annos, nec Diaconus ante uiginti quinque, nec Presbyter ante triginta. Deinde, si dignus fuerit, ad Episcopatũ eligi potest: quod nos etiam pari modo seruari iubemus.] Item Fabianus, [Si quis triginta ætatis non impleuerit annos, nullo modo Presbyter ordinetur, etsi valde sit dignus: quia & ipse Dominus triginta annorũ baptizatus est, & sic cœpit docere.

Luc. 3. a Matth. 4. d Luc. 4. b

DE SACRAMENTO CONIVGII, CVIVS institutio & causa ostenditur.

DISTINCT. XXVI.

CVM alia sacramenta post peccatum & propter peccatum exordium sumpserint, Matrimonij sacramentum et ante peccatum legitur institutum à Domino: non tamen ad remẽdium, sed ad officium. Refert enim scriptura Genes. in Adam misso sopore, atque una de costis eius sumpta, & exinde muliere formata, virum in spiritu intelligentem, ad quem usum mulier fa-

Genes. 2. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt. 19.a ta esset, post extasim propheticè dixisse, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.

B *De duplici institutione Coniugij.*

Hebr. 13.a Coniugij aũt institutio duplex est: Vna ante peccatum ad officium facta est in paradiso, vbi esset torus
Hugo li. 2. de Sacram. immaculatus & nuptiæ honorabiles: ex quibus sine
par. 11. c. 3. ardore conciperent, sine dolore parerent: Altera post peccatum ad remedium facta extra paradisum, propter illicitum morum deuitandum. Prima, vt natura multiplicaretur: Secunda, vt natura exciperetur, & vitium cohiberetur. Nam & ante peccatum dixit Deus,
Gene. 1.d Gene. 9.b Crescite & multiplicamini: & post peccatũ, omnibus penè hominibus per diluuium consumptis. Quod verò ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officium, post peccatum verò ad remedium cõcessum,
Super Gene. lib. 9. ca. 7. tom. 3. Augustinus testatur, dicens, [Quod sanis est ad officium, ægrotis est ad remedium. Infirmitas enim incontinentiæ, quæ est in carne per peccatum mortua, ne cadat
Ibid. ca. 3. in ruinam flagitiorũ, excipitur honestate nuptiarũ.] [Si verò non peccassent primi homines, sine carnis incentiuo ac feruore libidinis ipsi ac successores eorum
Cap. 10. conuenirent.] [Et sicut remunerabile est aliquod bonum opus, sic coitus eorum bonus esset & remunerabilis. Quia verò propter peccatũ lethalis concupiscentiæ lex membris nostris inhæsit, sine qua carnalis nõ
Rom. 7.d fit commixtio, reprehensibilis est, & malus coitus, nisi excusetur per bona coniugij.]

Quando secundum præceptum, quando secundum indul-

C *gentiam contractum sit Coniugium.*

Hugo lib. 4. Sentẽs. trac. de Coniugio, cap. 1. Prima institutio habuit præceptum, secunda indulgentiam. Didicimus enim ab Apostolo, humano generi propter vitandam fornicationem indultum esse
1. Cor. 7.a coniugium. Indulgentia verò, quia meliora non eligit, remedium habet, non præmium: à quo si quis declinauerit, meretur exitiale iudicium. Quod secundũ indul-

indulgentiam conceditur, voluntarium est, non necessarium: alioquin transgressor esset, qui illud nõ faceret. Et potest sanè intelligi illud sub præcepto dictũ hominibus primis ante peccatum, Crescite, & multiplicamini. Quo etiam post peccatum tenebantur, vsquequo est facta multiplicatio, postquam secundum indulgentiam matrimonij contractus fuit. Ita etiam post diluuium, quo vniuersum penè humanũ genus deletum est, secundum præceptum dictum est filiis Noe, Crescite, & multiplicamini. Multiplicato verò homine, secundum indulgentiam contractum est, non secundùm imperium. Gene. 1.d Gene. 9.b

D *Quibus modis accipiatur Indulgentia.*

Indulgentia autẽ diuersis modis accipitur, scilicet, pro concessione, pro remissione, pro permissione. Et est cõcessio in nouo testamento de minoribus bonis, & permissio de minoribus malis. De minoribus bonis est coniugium: quod non meretur palmam, sed est in remedium. De minoribus malis, id est, de venialibus, est coitus qui fit causa incontinentiæ. Illud enim, coniugium scilicet, indulgetur, id est, conceditur: illud verò, id est, coitus talis, indulgetur, id est, permittitur, id est, toleratur, ità quod non prohibetur.

E *Quod Nuptiæ sint bonæ*

Fuerunt aũt nonnulli hæretici nuptias detestantes, qui Tatiani appellati sunt. [Hi nuptias omnino damnant, ac pares fornicationibus aliisque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suorum numero coniugio vrentem marem vel fœminam.] Quòd aũt res bona sit coniugium, non modo ex eo probatur, q̃ Dominus legitur coniugium instituisse inter primos parentes, sed etiam quod in Cana Galilææ nuptiis interfuit Christus, easque miraculo commendauit, aqua in vinum conuersa. Quj etiam postea virum dimittere vxorem prohibuit, nisi causa fornicationis. Apost. etiam ait, Virgo non peccat, si nubat. Constat ergo tem bonam esse matrimonium: alioquin non esset
Aug. de Hæresibus, c. 25 tomo 6. Damasc. li. 100 Hæresium, c. 41. et 46. Hug. 4. Sententiarum. cap. 3. Gene. 1.d Ioan. 2.a Matt. 19.b 1. Cor. 7.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacramentum. Sacramentū enim sacrum signū est.

F *Cuius rei sacramentum sit Coniugium.*

Cùm ergo coniugium sacramentum sit, & sacrū signum est, & sacræ rei, scilicet coniunctionis Christi & ecclesiæ, sicut ait Apost. Scriptum est, inquit, Relinquet homo patrē & matre, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Sacramentū hoc magnū est. Ego autē dico in Christo & in ecclesia. Vt enim inter coniuges coniunctio est secundum consensum animorum, & secundū permixtione corporum; sic ecclesia Christo copulatur voluntate & natura: quia ideo vult cum eo: & ipse formam sumpsit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa sponso spiritualiter & corporaliter, id est, charitate ac conformitate naturæ. Huius vtriusque copulæ figura est in coniugio. Consensus enim cōiugum, copulam spiritualem Christi & ecclesiæ quæ fit per charitatē, significat: cōmixtio vero sexuum, illam significat quæ fit per naturæ conformitatem.

Ephes. 5. g
Gene. 2. d

Qualiter intelligendum sit illud, Mulier illa non pertinet ad matrimonium, cum qua non est commixtio sexuum.

G Inde est quòd quidam doctorum dixerunt, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, quæ non experitur carnalē copulam. Ait enim Augu. [Non dubium est, illam mulierē nō pertinere ad matrimoniū, cū qua docetur non fuisse commixtio sexus.] Item Leo Papa, [Cū societas nuptiarū nā à principio fuit instituta, vt præter cōmixtionem sexuum † nō haberet in se Christi & ecclesiæ sacramentum; non dubium est, illam mulierem nō pertinere ad matrimonium, in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium.] Item Augu. [Non est perfectum coniugium sine commixtione sexuum.] Hoc si secundùm superficiem verborum quis acceperit, inducitur in errorem tantum, vt dicat sine carnali copula nō posse contrahi matrimonium, Sine cōnium, & inter Mariā & Ioseph nō fuisse cōiugiū, vel non

27. q. 2. ca. Non est. In epist. 92. ad Rust. Narbon. ca. 4. † Hæc negatio non est apud Leonē. Lib. 1. Solil. loqui. c. 10. sententialiter vo. 1. vbi dicit

non fuisse perfectum: quod nefas est sentire. Tanto.n. sanctius sunt atque perfectius, quanto à carnali opere immunius. Sed superius posita, ea ratione dicta esse intelligendum est, non quin pertineat mulier illa ad matrimonium, cum qua non est permixtio sexuum: sed nō pertinet ad matrimonium quod expressam & plenam tenet figuram cōiunctionis Christi & Ecclesiæ. Figurat.n. illam unionem Christi & Ecclesiæ quę est in charitate, sed non illam quæ est in naturæ conformitate. Est ergo & in illo matrimonio typus coniunctionis Christi & Ecclesiæ, sed illius tantum, qua Ecclesia Christo charitate uniturː non illius, qua per susceptionem carnis, capiti membra uniuntur. Nec ideo tamen minus sanctum est coniugium: quia, ut ait Aug. [In nuptiis plus ualet sanctitas sacramenti, quā fœcunditas uentris.] Est etiam coniugium signū spiritualis coniunctionis & dilectionis animorū, qua inter se coniuges unri debent. Vnde Apost. ait, Viri, diligite uxores uestras ut corpora uestra.

sactū corpo rū uxor habere nō pōt.

Eph. 5. g

Lib. de bono cōiugali, ca. 18. tom. 6.

Ephes. 5. e

QVAE SVNT CONSIDERANDA in Coniugio,

A DISTICT. XXVII.

ROGAT hæc aduertendum est, quid sit Coniugiū, & quę sit efficiēs cā cōiugij, & causa propter quā contrahi debeat, & quæ sint bona coniugij, & quomodo ꝑ ea excusetur conus carnalis, quæ sint legitimæ personę ad matrimoniū. Sunt & alia plura in matrimonio consideranda, quæ sub compendio perstringemus.

B *Quid sit coniugium.*

Sunt ergo Nuptiæ uel matrimonium, uiri mulieris; coniunctio maritalis, inter legitimas personas in individuam uitæ consuetudinem retinens. Ad indiui-

Definitio Matrimonij Glossæ or

Universidad de Deusto
Biblioteca

di, circa il-
lud 1. Cor. 7.
De quibus a-
te. Et 27. q.
2. in prin.

duam consuetudinem vitæ pertinet, quòd absque cõsensu alterius neuter continentiam profiteri potest, vel orationi vacare: & quòd inter eos, dum viuunt, vinculum coniugale permanet, vt alij se copulare non liceat: & vt mutuum alter alteri exhibeat, quod quisque sibi. Hac autem descriptione legitimorum & fidelium tantùm matrimonium includitur.

C *De consensu qui efficit Coniugium.*

Efficiens autem causa matrimonij est consensus, non quilibet, sed per verba expressus: nec de futuro, sed de præsenti. Si enim consentiunt in futurum, dicentes, Accipiam te in virum, & ego te in vxorem; nõ est iste consensus efficax causa matrimonij. Item si consentiant mente, & non exprimant verbis, vel aliis certis signis, nec talis consensus efficit matrimonium. Si autem verbis explicant, quod tamen corde nõ volũt, si non sit coactio ibi vel dolus, obligatio illa uerborũ, quibus consentiunt dicentes, Accipio te in uirum, & ego te in uxorem, matrimonium facit.

Auctoritatibus probat quod solus consensus
D *faciat Matrimonium.*

Quòd aũt cõsensus matrimonium faciat, subditis probatur testimonijs. Ait. n. Isidorus, [Consensus facit matrimonium.] Item Nicolaus Papa [Sufficiat solus
27. q. 2. in prin. ubi supra, c. Suffi.
secundum leges eorum cõsensus, de quorũ coniũctionibus agitur: qui solus si fortè in nuptijs defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrãtur.] Item
In opere imperfecto, ho. 32. ad c. 19. Matth. in medio.
Ioan. Chrysо. [Matrimonium quidẽ non facit coitus, sed uoluntas: & ideo non soluit illud separatio corporis.] Item Ambros. [Non defloratio uirginitatis facit
Lib. de instit. uirg. c. 6.
coniugium, sed pactio coniugalis.] Ex his apparet, quod cõsensus, id est pactio coniugalis, matrimonium facit, & ex tunc coniugium est, etiam si nõ præcellit, uel secuta est copula carnalis.

E *Quando incipiat esse Coniugium.*

Quod enim ab ipsa desponsatione, in qua pactio coniugalis exprimitur, coniuges sint, sanctorum testimonia

monia probant. Ait enim Ambrosius, [Cùm initiatur coniugium, coniugij nomen adsciscitur: cùm coniũgitur uiro, coniugium est, non cùm uiri admixtione cognoscitur.] Item Isidorus, [Coniuges uerius appellantur à prima desponsationis fide, quãuis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus.] Item Augustinus. [Coniunx uocatur (scilicet MARIA) ex prima desponsationis fide, quam concubitu non cognouerat, nec fuerat cogniturus: nec perierat, nec mendax manserat coniugis appellatio, ubi non fuerat nec futura erat carnis ulla cõmixtio. Propter quod fidele cõiugiũ ambo parẽtes Christi uocari meruerunt, nõ solũ illa mater, sed & ille pater eius, sicut coniunx matris eius: vtrunque tamen mente, non carne.] Ex his euidenter insinuatur, quòd ex tempore quo intercedit consensus uoluntarius ac matrimonialis, qui solus coniugium facit, ueri coniuges sunt sponsus & sponsa.

Li. 6. & ca. citatis.
Lib. Ety. 9. cap. vltimo.
Li. 1. de nup. & concupiscentia, cap. 11. tom. 7.
Matt. 12. d Lucæ 2. g. Lucæ 8. c.

Secundum quosdam non est coniugium ante carnalem
F *copulam, sed sponsi & sponsæ sunt.*

Quidam tamen asserunt, uerum coniugium non contrahi ante traductionem & carnalem copulã, nec uerè coniuges esse aliquos, antequã intercedat cõmixtio sexus: sed à prima fide desponsationis uir spõsus, & mulier spõsa est, nõ cõiũx. Spõsos autem & spõsas coniuges frequenter appellari dicunt, non quia sint, sed quia futuri sunt: cuius rei sponsionem inuicem fecerunt. Et secundum hoc uerba præmissarum autoritatum intelligenda fore tradunt.

G *Qua ratione nitantur.*

Quòd uerò inter spõsam & coniugem plurimum inter sit, ex eo astruunt, quia licet sponsæ ante carnalem copulam inconsulto uel nolente sponso monasterium eligere: quo facto, sponso etiam licet aliam ducere. Coniugatus uerò uel coniugata, nec continentiam nisi ex communi consensu seruare ualet, nec monasteriũ petere, nisi uterque cõtinẽtiã pari

Spõsa potest monasteriũ eligere, non requisito spõsi consensu. 27. q. 7. ca. Desponsatã.

ter

Universidad de Deusto
Biblioteca

Li.6.regist. epi.20. quæ est in oratione epi. regi. 184. & habetur vbi supra, cap. Decreta. ter profiteatur. Quod verò liceat sponsæ monasterium eligere, autoritatibus sanctorum probatur. Ait.n. Eusebius Papa, [Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere: tamen licet sibi monasterium eligere.] Item Greg. [Decreta legalia desponsatam, si conuerti voluerit, nullo penitus censuerunt damno mulctari.] Refert etiam Hiero. q̃ Macarius inter Christi eremitas præcipuus, celebrato nuptiali conuiuio, cùm vespere thalamum esset ingressurus, ex vrbe egreditur transmarina petiit, & eremi solitudinem sibi elegit. Beatus etiam Alexius similiter ex nuptijs diuina gratia uocatus, sponsam deseruit, & nudus Christo famulari cœpit. His autoritatibus & exemplis liquet, licere sponsis sine consensu suarum sponsarum, & conuerso, continentiam profiteri.

Legitur hoc In Vitis patrum, parte 1. Vita S. Macarii Rom. 7. q. 2. cap. Scripsit nobis.

Quod coniugatus vel coniugata nequeant continentiam profiteri sine alterius consensu.

H

Lib. 9. regist. epi. 39. post medium. Et 27. q. 2. ca. Sunt qui. Matth. 5. c. & 19. b

Hoc autem coniugatis nullatenus licet. Non.n. potest uir melioris vitæ propositum sumere sine] vxoris consensu, & econuerso. Vnde Greg. scribens Theoctistæ patritiæ, [Sunt qui dicunt, religionis gratia coniugia debere solui. Verùm sciẽdum est, quia etsi hoc lex humana concessit, tamen lex diuina prohibuit. Si verò vtrisq; conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare? Sic enim multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus & prius continentem vitam duxisse, & post ad sanctæ ecclesiæ regimina migrasse. Si verò continentiam quam uir appetit, mulier non sequitur, aut quam vxor appetit, vir recusat, coniugium diuidi non potest: quia scriptum est, Mulier

1. Cor. 7. a

potestatem sui corporis non habet, sed uir: similiter & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.]

Greg. lib. 9. Regist. cap. 44. Et 27. q. 2. ca. Agathosa.

Idem, [Agathosa latrix præsentium questa est, virum suum contra voluntatem suam in monasterium esse conuersũ. Quapropter experientiæ tuæ præcipimus, vt diligenti inquisitione discutias, ne forte eius uoluntate conuersus sit, vel ipsa mutare se promiserit. Et si hoc

hoc repereris, & illum in monasterio permanere prouideas, & hanc, sicut promisit, mutare uitam compellas. Si verò nihil horum est, nec quondam fornicationis crimen (propter quod licet uxorem dimittere) prædictam mulierem commisisse cognoueris, ne illius conuersio vxoris relictæ in seculo fieri possit perditionis occasio, volumus ut maritum suum illi, etiam si iam tonsuratus est, reddere debeas, omni prorsus excusatione cessante: quia nisi fornicationis causa uirũ uxorem dimittere nulla ratio concedit. Postquam.n. copulatione coniugij uiri & mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, & ex parte remanere in seculo.] Item ex octaua Synodo, [Si quis coniugatus cõuerti ad monasterium velit, non est recipiendus, nisi prius à coniuge castimoniam profiteri fuerit absolutus. Tales ergo coniuges tunc sine culpa sequuntur Christum, relicto seculo, si habent ex parte voluntate castitatis consensum.] Item, [Si uir & uxor diuertere pro solia religiosa inter se consenserint uita, nullatenus sine consensu Episcopi fiat: ut ab eo singulariter prouiso constituantur loco. Nam uxore nolente, uel altero illorum, etiam pro tali re matrimo-

Matth. 5. c. & 19. b

27. q. 2. ca. Si quis.

Ex syn. Eugen. quarti. & in dec. c. iuste, ca. 36. & 27. q. 2. Si uir.

nium non soluitur.] Item Aug. [Si abstines sine uxoris uoluntate, tribuis ei fornicandi licentiam: & pecca tum illius, tuæ imputabitur abstinentiæ.] Item Nicolaus Papa, [Scripsit nobis Thaberga regina, regiæ se uelle dignitate, uel maritali copula exui, & sola uita priuata esse contentam desiderare. Cui rescripsimus, non hoc aliter fieri posse, nisi eandem uitam uir eius Lotharius elegerit.] Ex his patet, q̃ coniugati sine cõmuni consensu monasterium eligere, continentiam profiteri, uel habitum religionis sumere non ualent: & si fecerint, reuocari debent. Sponsi uero possunt sine communi consensu monasterium eligere. Vnde uidetur inter sponsum & sponsam coniugium non esse. Ideoq; asserunt à prima fide desponsationis coniuges appellari, nõ re præsentium, sed ipe futurorum:

Id hẽt Chrysost. hom. 1. ī psal. 50. Et 27. q. 2. Si abstines.

27. q. 2. ca. Scripsit.

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia ex fide, quam ex desponsatione sibi inuicem debent, postea efficiuntur coniuges. Præmissas autē auctoritates, quibus asserit̃ q̃ cōsensus matrimoniū facit, ita intelligi volunt, vt consensus vel pactio coniugalis, non ante coitum faciat matrimonium, sed in coitu. Sicut n. defloratio virginitatis non facit matrimonium, nisi præcedat pactio coniugalis, ita nec pactio coniugalis antequam adsit copula carnalis. Ex pactione ergo coniugali sponsi & sponsæ fiunt ante coitum: in coitu verè efficiuntur coniuges. Facit etiam pactio coniugalis, vt quæ prius erat sponsa, in coitu fiat coniunx.

I *Responsio ad prædicta, cum determinatione superiorum.*

His autem ita respondemus, Fit aliquando desponsatio, vbi est compromissio viri & mulieris de contrahendo matrimonio: non est autem ibi consensus de præsenti. Est & desponsatio habens consensum de præsenti, id est pactionem coniugalem, quæ sola facit coniugium. In illa ergo desponsatione, vbi est pollicitatio contrahendi matrimonium, sponsi tantum & sponsæ fiunt, non coniuges: & talibus sponsis licet sine communi consensu cōtinentiam profiteri, & monasterium eligere. In ea verò desponsatione vbi est consensus de præsenti, coniugium contrahitur, & ab illius desponsationis prima fide veri coniuges appellantur. Secundū hanc distinctionem desponsationis, de sponsis uariè loquuntur doctores.

K *Quomodo accipiatur Sponsa in subditis capitulis.*

27.q.2.ca. *Si quis uxorem.* *Quòd sponsam dimissam alteri cognato ducere non liceat.*

Aliquando enim spōsas uocant, quæ talem habuerunt desponsationem, vbi fuit pactio coniugalis de præsenti: & ille verè coniuges sunt. Vnde Gregor. [Si quis uxorem desponsauerit vel subarrauerit, quamquam postmodum, præueniente die mortis eius, nequiuerit eam ducere in uxorem, tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio: & si inuentum fuerit factum, separetur omnino.] Item Iulius Papa, [Si quis desponsauerit vxorem vel subarrauerit,

uerit, & vel præueniente die mortis, vel irruentibus quibusdam causis eam nō cognouerit; nec frater eius, nec ullus de consanguinitate eius eandem sibi tollat in vxorem vllo vnquam tempore.] Item Gregorius. [Qui desponsatam proximi sui puellam ceperit in cōiugium, anathema sit ipse, & omnes consentientes ei: quia secundum legem Dei mori decernūtur. Nam diuinæ legis mos est sponsas appellare coniuges: ut in Euang. Accipe Mariam coniugem tuam. Et in Deuteron. Si quis alterius sponsam in agro uel quolibet loco oppresserit: vel adduxerit in domum suam, moriatur: quia uxorem proximi sui violauit: non quæ iam vxor erat, sed quæ à parentibus vxor fieri debebat.] Ex his colligitur, quod sponsæ quædam coniuges sunt ante commixtionem sexuum. Sed fortè illud mouet quod in fine capituli dicitur, Non quæ iam vxor erat, sed quæ uxor fieri debebat. Quod non ita intelligi debet, quasi vxor uerè non fuerit, ex quo pactio coniugalis intercessit: sed quia nondum traducta fuerat, nec res vxoria intercesserat, scilicet, concubitus coniugalis.

27.q.2.ca. *Si quis desponsauerit.* *Ibid. c. Qui desponsata.* *Leuit. 20.b* *Matth. 1.d* *Deut. 22.d*

L *Quod aliter accipitur in his aliis capitulis Sponsa.*

Hæc etiam sponsa est, quæ sic uiro desponsata est, ut non interceſſerit consensus de presenti, sed sponsio futuri. Secundum quem modum illud decretū in colligitur, [Si quis sponsam filij oppresserit, & post filius eius eā duxerit, pater postea, non habeat uxorem, nec mulier uirum: filius qui patris facinus ignorauit, aliam ducat.] Si cōiunx illa fuisset, (quod vtiq; foret, si in sponsalibus pactio coniugalis intercessisset) non permitteretur sponso aliam ducere. Mœchis autem pœna non nubendi ex rigore infligitur, ut alij terreantur. Item ex eodem, [Quidam desponsauit vxorem & dotauit, & cum ea coire non potuit: quam clanculo frater eius corrupit, & grauidam reddidit: decretum est, ut quamuis nupta, non potuerit esse legitimo

Ex cōc. Tib. c. 43. Et 27 q. 2. cap. Si quis sponsā. *Ibidē, c. 41. & h. tit. ubi supra, c. quidam desponsauit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitimo viro, desponsatam tamen fratri frater habere non possit: sed mœchus & mœcha fornicationis quidem uindictam sustineant, licita verò eis coniugia non negentur. [De illa desponsatione hoc intelligi debet, vbi non fuit consensus coniugalis de præsenti, alioquin non liceret eis alia sortiri coniugia. Secundum hoc etiam illud intelligi debet, [Statutum est à sacro conuentu, ut si quis sponsam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugij maneat. Et si ipsa eidem crimini consentiens nō fuerit, licentia nubendi alteri non negetur.] Apparet hanc fuisse desponsatam sine pactione coniugali de præsenti, & ideo non fuisse coniugem, cui uiuente sponso, alteri nubendi licentia non negatur. Sunt. n. quædam nuptialia pacta de futuro, ex quibus sponsi & sponsæ uocantur, nec exinde coniuges sunt. Et est pactio quædam coniugalis de præsenti, quæ sponsum & sponsam etiam coniuges facit. Et vtraq; pactio desponsatio uel sponsalia interdum dicuntur: proprie tamē spōsalia dicuntur quędā solēnia pacta nuptialia.

27. qu. 2. c. Statutum.

Quare non statim tradantur sponsæ.

M

Li. 8. cōsec. c. 3. Et vbi supra, c. Institutum.

De nuptialibus pactis, vbi est tantùm sponsio futuri, ait Aug. [Institutum est, ut iam pactæ sponsæ non statim tradantur, ne uilem habeat maritus datam, quam non suspirauit sponsus dilatam.]

Quæ sponsa sit vidua mortuo sponso, & quæ non.

N

27. q. 2. ca. Quòd autē. parag. Item si sponsa.

Et est sciendum, quòd illa sponsa quæ tantùm in futuro est pacta, mortuo sponso non remanet uidua: quia non fuerat uir eius. Vnde si quis eam duxerit, ad sacros ordines conscendere non prohibetur: quia non duxit uiduam. Viduæ enim maritus æquè sicut bigamus, sacerdos fieri prohibetur. Ex tali autem copula nullus arcetur à sacris ordinibus.

Qui alterius sponsam ea mortua ducit, ad sacros ordines accedere potest.

O

Decist. 34. ca. Valentino.

Secundum hoc intelligendum est, quod ait Pelagius Papa, de illo qui mortuo sponso eius sponsam duxit

duxit in uxorē. [Nihil est, inquit, quantum ad hunc articulum attinet, quòd ei obuiet de Canonicis institutis, quin ad sacros ordines promoueri ualeat.] Si uero talis sponsa fuisset, inter quam & sponsum eius, consensus de præsenti intercessisset, eo mortuo vidua remansisset, cui copulatus in coniugio, vlterius ad sacros ordines non accederet, eam uiduam duxerit. Non est ergo ambigendum, quin solus de præsenti consensus coniugium efficiat, & exinde ueri coniuges appellentur. Ideo post talem consensum, si quis alij se copulauerit, etiam si carnis commixtio illic sequatur, ad priorem copulam reuocandus est.

Magister hic non vera pitur.

SI CONSENSVS DE FVTVRO CVM iuramento faciat coniugium.

A

DISTINCT. XXVIII.

Hic quæri debet, vtrùm consensus de futuro, addito etiam iuramento, coniugium efficiat: vt si quis promittat, uel etiam iuret alicui, se vsque ad tēpus placitum illam ducturum, & illa promittat uel iuret se illi nupturam; nunquid talis sponsio eos coniuges facit? Si mutato proposito alter vel vterque ad alienam copulam transit, nunquid ob priorem sponsionem iuramento subnixam, secundæ fœderationis pactum scinderetur? Considera quia longè aliud est promittere, & aliud facere. Qui promittit, nondum facit. Qui ergo promisit se in uxorē ducturum aliquam, nondum eam duxit in vxorem, & quæ spopondit se nupturam, nō dum nupsit. Quomodo ergo coniuges appellari possunt, qui nondum contrahunt, sed in futuro se contracturos iurando promittunt? Item, Si ex ui iuramenti ad futurum pertinentis mox efficiuntur coniuges, cur iurant in futuro se facturos, quod in præsenti

Universidad de Deusto Biblioteca

senti efficiunt ? Item, Si ex quo iurant, mox efficiuntur coniuges, tunc rem hanc efficiunt quam iurant se facturos. ideo dico, quòd coniugium tunc non fuit, sed futurum promittitur. Si uero ille post uxorem duxit, & illa marito nupsit, coniugium vtrinque fuit, & non potest dissolui. Præcedens ergo mendacium vel periurium pœnitentia est corrigendum, sed coniugiũ sequens non est dissoluendum. Non aurem sic est, quando † iuramentum coniugij, præsentis consensus attestatione firmatur: quia post talem consensum si quis alij se copulauerit, etiam si prolem procreauerit, & irritum debet fieri, & ipse ad priorem copulam reuocari.

† *Forte sic, cõiugij præsentis consensus iuramenti attestatione.*

In auth. quibus mo. nat. eff. l. par. ꝙ. penult. col.

B *Quæ uidentur obuiare præmissis.*

Præmissæ autem sententiæ uidetur obuiare illud quod leges tradunt, [Si quis tactis diuinis scripturis iurauerit mulieri se eam legitimam uxorem habiturum, uel si in oratorio tale sacramentum dederit, sit illi legitima uxor, quamuis nulla dos, nulla alia scriptura interposita sit.] Sed hic ostenditur, quid fieri uel esse debeat, non quid tunc fiat. Non enim per illud iuramentum tunc fit uxor, sed fieri debet, quia iuratum est. Potest & de illo iuramento hoc dictum intelligi, ubi de præsenti consentiunt, ac sibi inuicem suscipiunt. Illi etiam sententiæ qua dictum est, solum consensum facere coniugium, uidetur obuiare quod Euaristus Papa ait, [Aliter legitimum non fit coniugium, nisi ab his qui super fœminam dominationem habere uidentur, & à quibus custoditur, uxor petatur, & à parentibus sponsetur, & legibus dotetur, & à sacerdote, ut mos est, benedicatur, & à paranymphis custodiatur, ac solenniter accipiatur. †] Item, [Ita legitima sciuote esse connubia: aliter uero præsumpta, non coniugia, sed adulteria, † uel fornicationes sunt, nisi uoluntas propria suffragata fuerit, & uota succurerint legitima.] Hoc autem non ita intelligendum est, tanquam sine enumeratis

Epistol. 1. Et 30. q. 5. ca. Aliter.

† *Addit Euarist. cũ precibus & benedictionibus.*

† *Addit, uel contubernia uel stupra.*

meratis non possit esse legitimũ coniugium: sed quia sine illis non habet decorem & honestatem debitam. In huius enim sacramenti celebratione, sicut in aliis, quædam sunt pertinentia ad substantiam sacramenti, vt consensus de præsenti, qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium: quædam verò pertinentia ad decorem & solennitatem sacramenti, vt paranymphi traditio, Sacerdotum benedictio, & huiusmodi: sine quibus legitimè fit coniugium, quantum ad veritatem, non quantum ad honestatem sacramenti. Sine his ergo non quasi legitimi coniuges, sed quasi adulteri uel fornicatores conueniunt, vt illi qui clanculò nubunt: & vtique fornicatores essent, nisi eis suffragaretur voluntas verbis expressa de præsenti, quæ legitimum inter eos facit matrimonium. Nam & cõsensus occultus de præsenti per verba expressus, coniugium facit, licet non sit ibi honestus contractus: sed matrimonium non sanxit consensus qui in occulto fuit. Si enim alterum dimiserit, non cogitur iudicio ecclesiæ redire, & commanere quasi cum coniuge: quia non potest probari testibus cõtractus qui in occulto est factus. Quòd si ipsi qui in occulto sibi consenserunt, eundem consensum voluntariè in manifesto profiteantur, tunc vtique propria voluntas suffragatur: & legitima vota succurrunt ad sanciendum cõiugium, quod prius occultè fuerat contractum. Voluntas ergo verbis expressa in occulto ad hoc suffragatur, vt fiat coniugium: manifestè verò expressa suffragatur, vt sanciat & roboret, ac liberum sit ecclesiæ de hoc iudicare, si expedierit.

Quæ ad necessitatem, ꝙ ad decorem pertinent sacramenti.

C *De qua re sit consensus ille, an de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.*

Hic quæritur, cùm consensus de præsenti matrimonium faciat, cuius rei consensus sit ille, an carnalis copulæ, an cohabitationis, an vtriusque. Si cohabitatio- nis consensus matrimonium facit, tunc frater cum so-

27. qu. 2. ca. *Sufficiat. pa. 1a. sed quæritur.*

rore, pater cum filia potest cõtrahere matrimonium: si carnalis copulæ, tunc inter Mariam & Ioseph non fuit coniugium. [Proposuerat enim Maria in virginitate manere, nisi Deus aliter facere iuberet: secundum quod videtur angelo dixisse, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? id est, me non cognituram proposui. Neque enim quia virum tunc non cognoscebat, necesse erat inquirat quomodo posset habere filium, sed quia se nunquam cognituram proposuerat.] Dicit enim Beda quòd in virginitate manere disposuerat. Si ergo contra suum propositum pòst consensit in carnalem copulam, videtur facta voti rea mente, etsi non opere† violati. Dicamus ergo quòd consensus cohabitationis vel carnalis copulæ, non facit coniugium: sed consensus coniugalis societatis, verbis secundum præsens tempus expressus: vt cùm vir dicit, Ego accipio te in meam non dominam, non ancillam, sed coniugem. Quia enim non ancilla vel domina datur, ideo nec de summo, nec de imo à principio formata est, sed de latere viri, ob coniugalem societatem. Si de summo fieret, vt de capite, videretur ad dominationem creata: si verò de imo, vt de pedibus, videretur ad seruiturem subiicienda. Sed quia nec in dominam, nec in ancillam assumitur, facta est de medio, id est de latere: quia ad coniugalem societatem assumitur. Cùm ergo sic conueniunt, vt dicat vir, Accipio te in meam coniugem: & dicat mulier, Accipio te in meum virum: his verbis vel aliis idem significantibus exprimitur consensus, non copulæ carnalis, vel cohabitationis corporalis, sed coniugalis societatis: ex qua oportet eos cohabitare, nisi fortè causa religionis pari voto corporaliter separentur vel ad tempus, vel vsque in finem.

Aug. de sancta virginitate, c. 4. tom. 6.

Lucæ 1. d

In 1. c. Luc.

† *violata.*

Gen. 2. e

Supra, li. 2. dist. 18. dit. c

COACTIO EXCLVDIT CONSENSVM coniugalem.

A

DISTINCT. XXIX.

PORTET autem consensum coniugalem liberum esse à coactione. Coactus enim consensus, qui nec consensus appellari debet, coniugium non facit, sicut testatur Vrbanus Papa, scribens Sanctio regi Arragoeum in hæc verba, [De neptis tuæ coniugio, quam te cuidam militi daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione confirmasti, hoc æquitate dictante decreuimus, vt si illa virum illum omnino (vt dicitur) renuit, & in eadem voluntate persistit, vt viro illi se prorsus deneget nupturam; nequaquam eam inuitã ac renitẽtem eiusdem viri cogas coniugio copulari.] Idem, [Si verum esse cõstiterit, quod nobis legati Iordanis principis retulerunt, scilicet quòd ipse coactus & dolens filiam suam flentem, & pro viribus renitentem, Raynaldo desponsauerit; quoniam legum & canonũ autoritas talia sponsalia non approbat, ne ignorantibus leges & canones nimis durum videatur, ita sententiam temperamus, vt si princeps cum assensu filiæ id quod cœptum est perficere voluerit, concedamus: sin autem, legatus noster vtrasque partes audiat: & si nihil fuerit ex parte Raynaldi quod amplius impediat, ab ipso Iordane sacramentum, quo constet hæc quæ dicta sunt, accipiat. Et nos canonum & legũ scripta sequentes, deinceps non prohibemus quin alij viro (si voluerit) prædicta eius filia tantùm in Domino nubat.] Ex his apparet, coniugium fieri inter consentientes & spontaneos, non inter renitentes & inuitos. Veruntamen qui inuitè & coactè coniuncti sunt, si postea ab aliquo temporis spacio sine contradictione & quærimonia cohabitauerint, facultate discedẽ-

31. q. 2. cap. De neptis.

Ibidem, cap. Si verum.

1. Cor. 7. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

di vel reclamanti habita, cõsentire videntur: & consensus ille consequens supplet, quod præcedens coactio tulerat.

B *Quis consentire dicatur.*

In lib. Pandectarum. Consentire autem probatur, qui euidenter non contradicit: secundum illud, In sponsalibus eorum cõsensus exigendus est, quorum in nuptijs desideratur. Intelligitur tamen semper patri filia consentire, nisi euidenter dissentiat. Item Sponsalia, sicut nuptiæ, consensu fiunt cõtrahentium. Et ideo sicut in nuptijs, ita & in sponsalibus patris familias filiã cõsentire oportet: quæ si patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur.

DE ERRORE QVI EVACVAT consensum.

A DISTINCT. XXX.

Consule 29. q. 1. ubi hæc eadem usque ad literam b reperies.

NEc solùm coactio impedit vel excludit consensum, sed etiam error. Non autẽ omnis error consensum impedit. Est enim error alius personæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ quando hic putatur esse homo ille, & est alius. Error fortunæ, quando putatur esse diues qui pauper est, vel econuerso. Error cõditionis, quando putatur esse liber, qui seruus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error fortunæ & qualitatis, coniugij cõsensũ nõ excludit. Error verò cõditionis coniugale consensum euacuat: de qua conditione postmodũ tractabimus.

Diff. 36. huius. Error quoque personæ consensum cõiugale non admittit, [vt si quis fœminam nobilem in cõiugium petat, & pro ea alia ignobilis tradatur ei, nõ est inter eos coniugium: quia non consensit vir in istam, sed in aliam.] Vt si quis promitteret mihi se venditurum aurum,

aurum, & pro auro offeret mihi aurichalchum, & ita me deciperet: nunquid diceret consensisse in aurichalchum? nunquam volui emere aurichalcum: nec ergo in illud consensi: quia consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo error materiæ excludit cõsensum, ita & in coniugio error personæ. Sed obijcitur de Iacob, qui pro Rachel septem annis seruierat, & supposita est ei Lia: nunquid error personæ excluserit coniugium, cùm non in eam, sed in Rachel consenserit? Sed quod ibi factum est, in mysterio gestum non improbe traditur: ibi tamen etsi non præcessit, secutus est consensus: nec ex illo concubitu, qui consensum præcessit, fornicarij iudicantur, cùm ille maritali affectu eam cognouerit, & illa uxorio affectu debitum persoluerit, putans lege primogenitarum & paternis imperijs se illi iure copulatã. Excusatur etiam, quia Dei consilio in mysterio ita actum est. Hodie etiam excusaretur ille cui insciо uxoris, soror lectulum eius ingressa se subijceret: quę cùm fine spe coniugij perpetuo manere censeatur, illæ tamen qui cognouit eam per ignorãtiam, excusatur: quod per simile probatur. Si etiam diabolus transfigurans se in angelum lucis, credatur bonus, non est error periculosus. Quod autem vir ille in illam mulierem non consenserit, ex fimili ostenditur. Si quis hæreticus nomine Augustini vel Ambrosij, alicui catholico se offeret, eumque ad suæ fidei imitationem vocaret, si ille assentiret, in cuius sententiam fidei diceretur consensisse? Non in hæreticorum sectam, sed in integritatem fidei, quam ille hæreticus se mentiebatur habere. Error verò fortunæ consensum nõ excludit. Quæ enim nubit pauperi, putãs illum esse diuitem, non potest renunciare priori conditioni, quamuis erranerat. Nec error qualitatis: vt si quis ducat vxorem meretricem vel corruptã, quam putat esse castam vel virginem, non põt eã dimittere.

Ex 60. cap. Enchiridij. 1. Cor. 11. c.

45. q. 1. ex 2 ca. In lectis.

Oppositio. Genes. 29. d

Solutio.

B *De coniugio Mariæ & Ioseph.*

Præmissis aliquid addendũ est de modo illius cõsen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aug. li. 23. contra Faustū Manic. ca. 8. & 9. tomo 6.

sus, qui inter Mariam & Ioseph interceſſit. Sanè credi poteſt, non ſolùm Mariam, ſed etiam Ioſeph apud ſe diſpoſuiſſe virginitatem ſeruare, niſi deus aliter iuberet: eoſque ſic conſenſiſſe in coniugalem ſocietatem, vt vterque de altero, reuelante ſpiritu ſancto, intelligeret quòd virginitatem ſeruare vellet, niſi Deus aliter inſpiraret: ſed illam voluntatem verbis non expreſſerant: poſtea verò expreſſerunt, & in virginitate permanſerunt. Conſenſit ergo Maria in maritalem ſocietatem, ſed non in carnalem copulam, niſi de eadem ſpecialiter Deus præciperet: cuius etiam conſilio in maritalem conſenſit copulam: quia virginitatem ſeruare volebat: & ideo non aliter cõſenſiſſet in coniugalem ſocietatem, niſi familiare Dei conſiliũ habuiſſet: de qua Auguſtinus ſic ait, [Beata Maria propoſuit ſe ſeruaturam votum virginitatis in corde: ſed ipſum votũ non expreſſit in ore. Subiecit ſe diuinæ diſpoſitioni, propoſuit ſe perſeueraturam virginẽ, niſi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatẽ ſuam diuinæ diſpoſitioni, conſenſit in carnalem copulam, non illam appetendo, ſed diuinæ inſpirationi in utroque obediendo: poſtea verò ſimul cum viro labiis expreſſit, & uterque in uirginitate permanſit.]

27. qũ. 2. ca. Beata Maria.

C *Quod perfectum inter eos fuit coniugium.*

Inter quos, ut ait Auguſtin. perfectum fuit coniugiũ: perfectũ quidem nõ in ſignificatione, ſed in ſanctitate. Sanctiora ſunt enim coniugia pari voto con-

In epiſt. ad Editiãt quæ eſt 199. tinentium. Vnde Aug. [Quod Deo pari uoto & conſenſu uouerat is, ambo pſeuerãter reddere debuiſtis: à quo propoſito ſi lapſus eſt ille, tu ſaltem perſeuera.

Ibidem. paulo poſt. Non quia pariter temperabaris à commixtione carnali, ideo maritus tuus eſſe deſtiterat: imò verò tanto ſanctius coniuges manebatis, quantò ſanctiora concorditer placita ſeruabatis.] Perfectũ ergo fuit Mariæ & Ioſeph coniugium in ſanctitate: perfectum etiã fuit ſecundum triplex bonum coniugii, fidem ſcilicet, proles, & ſacramentum. [Omne enim nuptiarum bonũ (ut

(ut ait Augu.) impletum eſt in illis parentibus Chriſti; fides, proles, ſacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominum: Fidem, quia nullum adulterium: Sacramentum, quia nullum diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat ſine pudenda concupiſcentia carnis, quę accidit ex peccato: ſine qua concipi uoluit, qui ſine peccato futurus erat. Et licet non interceſſerit coniugalis concubitus, coniuges tamen uerè fuerunt mente, non carne, ſicut & parentes:] quamuis Ambroſius dicat perfectum fieri coniugiũ per carnalem copulã: [In omni, inquit, matrimonio coniunctio intelligitur ſpiritualis: quã confirmat et perficit coniunctorũ cõmixtio corporalis.] Sed intelligendum eſt coniugiũ perfici cõmixtione corporali, non quantum ad ueritatem uel ſanctitatem coniugij, ſed quantũ ad ſignificationem: quia perfectius unionem Chriſti & Eccleſiæ tunc figurat.

Li. 1. de nup. ptiis et cõcu. c. 11. & 12. to. 7. Et 27. q. 2. c. Omne itaque.

Li. de patriarchis, c. 11 & 12. to. 4. Et 27. q. 2. ca. In omni.

D *De cauſa finali Coniugij.*

Expoſito quæ ſit efficiens cauſa matrimonij, conſequens eſt oſtendere ob quam cauſam ſoleat uel debeat contrahi matrimonium. Eſt igitur finalis cauſa matrimonij contrahendi principalis procreatio prolis: propter hoc enim inſtituit deus coniugium inter primos parentes, quibus dixit, Creſcite & multiplicamini, &c. Secunda eſt, poſt peccatum Adæ uitatio fornicationis. Vnde Apoſtolus, Propter fornicationem unuſquiſque habeat uxorem ſuam, & unaquæque habeat uirum ſuum. Sunt & aliæ cauſæ honeſtæ, ut inimicorum reconciliatio, & pacis redintegratio: ſunt etiã & aliæ cauſæ minus honeſtæ, propter quas aliquando contrahitur, ut uiri mulieriſque pulchritudo: quæ animos amore inflammatos ſæpe impellit in ire coniugium, ut ualeant ſuum explere deſiderium. Quæſtus quoque & diuitiarum poſſeſſio frequenter eſt coniugij cauſa, & alia multa: quæ cuiq; diligentiã adhibẽti facile eſt diſcernere. Nec eſt aſſentiendũ illis,

Gene. 1. c. 1. Cor. 7. A

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui dicunt nō esse coniugium, quod propter has causas minus honestas contrahitur: Constat enim ex præmissis, coniugium fieri ex communi consensu verbis de præsenti expresso, quamuis amor ad hoc attraxerit. Cuius rei documētum præstat Iacob, qui Rachel
Dist. 27. & 28.
Genes. 29. c
decoram facie & uenusto aspectu amauit, eamq; multum diligens ait, Seruiam tibi pro Rachel septem annis. In Deut. etiam legitur, Si uideris in medio captiuorū muliere pulchrā, & adamaueris eam, uoluerisq; uxorem habere, introduces eam in domum tuā, &c.
Deute. 21. b

E *Quod malus finis non contaminat sacramentum.*

Et licet fine non bono contrahatur coniugiū, quādo species contrahentis mouet animum, coniugium tamen bonum est, quia uitia mala uel intentio seruetis alicuius, sacramentum nō contaminat. Habuit autē coniugium Mariæ & Ioseph alias causas speciales scilicet vt virgo solatio uiri sustentaretur, & vt diabolo partus celaretur, vt Ioseph esset testis castitatis, defendēs eā ab infamia suspitionis, ne vt adultera dānaretur.
Glossa circa illud Mat. 1 Cùm esset desponsata ex Origen.

DE TRIBVS BONIS CONIVGII.

A DISTINCT. XXXI.

Super Gen. lib. 9. ca. 7. tomo 3.

POST hæc de bonis coniugii, quæ sint, & qualiter coitum excusent, dicendum est. Tria sunt principaliter bona coniugii. Vnde Augus. [Nuptiale bonum tripartitum est, scilicet fides, proles, sacramentum. In fide attenditur, ne post uinculum coniugale cum alio uel alia coeatur. In prole, vt amanter suscipiatur, religiosè educetur. In sacramento, vt coniugium non separetur, & dimissus uel dimissa nec causa prolis alteri coniungatur.]

B *De publici separatione.*

Separatio autem gemina est, corporalis scilicet, & sacramentalis. Corporaliter possunt separari causa fornicationis, uel ex communi consensu causa religionis, siue ad tempus, siue usque in finem. Sacramentaliter verò separari non possunt dum uiuunt, si legitimæ personæ sint. Manet enim uinculum coniugale inter eos, etiam si aliis à se discedentes adhæserint. Vnde Augustinus, [Vsque adeo manent inter uiuētes semel inita iura nuptiarum, ut potius sint inter se coniuges etiam separati, quam cum aliis quibus adhæserunt.] Item, [Manet inter uiuentes quoddam coniugale uinculum, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre: sicut apostata anima de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita sacramentum fidei non amittit quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur enim redeunti, si amisisset abscedens. Habet autem hoc qui recesserit, ad cumulum supplicij, non ad meritum premij.] Item, [Quibus placuit ex consensu ab usu carnalis concupiscentiæ in perpetuum continere, absit vt uinculum inter illos coniugale rumpatur: imò firmius hæret, quò magis ea pacta secum gerunt, quæ charius concordiusque seruanda sunt, non uoluptatis corporum nexibus, sed uoluntarijs animorum affectibus.] Et attende quod tertium bonum coniugii dicitur sacramentum, non quòd sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei sacræ signum est, id est, spiritualis & inseparabilis coniunctionis Christi & Ecclesiæ.
Mat. 16. b
1. Cor. 7. a
Li. 1. de nu. & concu. c. 10. tomo 3.
Ibidem.
Ibid. c. 11.
Hug. 4. Sen. ca. 5. para. Nunc quæ sunt.

C *Hæc tria non adsunt omni coniugio.*

Et est sciendum, ab aliquibus contrahi coniugiū, vbi hæc tria bona non comitantur. Deest enim fides, vbi vir cum alia, vel mulier cum alio coit. Hoc ergo bonum ita coniugio adhæret, vt ex eo, si adsit, amplius commendetur coniugium: si non adsit, non inde annihiletur. Quæ enim adultera est, non ideo coniunx non est: imò si coniux nō esset, adultera esse non
Hugo lib. 2 de Sacram. par. 11. c. 5

non posset. Non enim est adulterium nisi cũ fides tori violatur legitimi: quod cùm fit, culpa cõmittitur, sacramentum uero non cassatur. Bonum quoq; prolis non omnibus adest coniugibus. Quidam enim pari uoto continentiam seruant: alij pro ætatis defectu, uel alterius rei causa generare non ualent. Nec omnes illi etiam, qui prolem recipiũt, bonum prolis habent. Nã bonum prolis dicitur non ipsa proles, uel prolis spes, quæ ad religionem non refertur, uerùm ad hæreditariam successionẽ: (ut cùm quis hæredes tertenæ possessionis habere desiderat) sed spes ac desiderium quo proles ad hoc queritur, ut religione informetur. Multi ergo prolem habent, qui tamen bono prolis carẽt: nec ideo tamen coniugium esse desinit. Sacramentũ uero ita inseparabiliter coniugio hæret legitimarum personarum, ut sine illo coniugium non esse uideatur: quia semper manet inter uiuentes uinculum coniugale: ut etiam interueniente diuortio fornicationis causa, coniugalis uinculi firmitas non soluatur. Vbi uerò non inter legitimas personas contrahitur coniugium, nõ adest illud bonum quod dicitur sacramentum: quia potest solui talium copula: de quibus post dicetur. Quòd uero coniugium sit inter eos qui coniugali affectu, non tamen gratia prolis, sed explendæ libidinis causa conueniunt, nec fornicarij, sed coniuges appellentur: ostendit Aug. inquiens: [Solet quæri, cum masculus & fœmina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro incontinentia solius concubitus causa copulantur, ea fide media, ut nec illa cum altero, nec ille cum altera faciat id; utrùm nuptiæ sint uocandæ. Et potest fortasse non absurdè hoc appellari connubiũ, si usque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit: & prolis generationem, quamuis non ea causa coniuncti sint, non tamen uoluerint, ut uel nolint sibi nasci filios, uel etiam opere malo aliquo agant ne nascantur. Cæterùm si uel utrunque, uel unum horum

Dist. 34. Lib. de bono coniugali, ca. 5. 10. 6. Et 32. q. 2. c. Solet qri.

um desit, non inuenio quo modo has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibi ad tempus adhibuerit, donec aliquam dignam honoribus aut suis facultatibus inueniat, quam in coniugio adducat animo ipso adulter est, nec cum illa quam cupit inuenire, sed cum ista cum qua sic cubat, ut cum ea non habeat maritale consortium.] Ecce coniuges dicuntur, qui solius concubitus causa conueniunt: si tamen prolis generationem aliquo malo dolo nõ uitet.

D

De his qui procurant uenena sterilitatis.

Qui uerò uenena sterilitatis procurant, non coniuges, sed fornicarij sunt. Vnde Aug. [Aliquando coalique peruenit hæc libidinosa crudelitas, uel libido crudelis, ut etiam uenena sterilitatis procuret, & si ni hil ualuerint, cõceptos fœtus intra uiscera aliquo modo extinguat uel fundat, uolendo prolem suam prius interire quàm uiuere; aut si in utero uiuebat, occidi antequàm nasci. Prorsus si ambo tales sint, cõiuges non sunt: & si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt: Si uerò ambo tales non sunt, audeo dicere, aut illa quodãmodo est mariti meretrix, aut ille adulter uxoris.]

De nupt. et conc. li. 1. c. 15. 10. 7. Et 32. q. 2. ca. Aliquãdo.

E

Quando sint homicidæ qui procurant abortum.

Hic quæri solet de his qui abortũ procurant, quando iudicentur homicidæ, uel non. Tunc puerperium ad homicidium pertinet, quando formatum est, & animam habet, ut Augustinus super Exod. asserit: [Interme autem puerperium, ubi non est anima uiua, ex ad homicidium pertinere noluit.] Dicit etiam Augustinus. [quòd informe puerperium non habet animam: ideoque mulctatur pecunia, non redditur anima pro anima. Sed iam formato corpori anima data, non in conceptu corporis nascitur cum semine damnata. Nam si cum semine & anima exitus de anima, multæ animæ quotidie pereunt, cùm semen fluxu

Aug. lib. q. super Exo. cap. 80. 32. q. 2. ca. Quod uero. Lib. qu. uet. ac no. te. ca. 23. 10. 4.

xu non proficit natiuitati. Primum oportet domũ compaginari, & sic habitatorem induci. Cùm ergo lineamenta compacta non fuerint, vbi erit anima?] Item Hieron. ad Algasiam. [Semina paulatim formãtur in vtero: & tamdiu non reputatur homicidium, do nec elementa † conflata suas imagines membraque suscipiant.] Ex his apparet, tunc eos homicidas esse qui abortum procurant, cùm formatum est & animatum puerperium.

Tu. 3. epist. 1 solut. qu. 4.
† confusa, le gu Hiero.

F *De excusatione coitus, quæ sit per hæc bona.*

Hug. 4 sen ten. cap. 4.

Cũ ergo hæc tria bona in aliquo cõiugio simul cõcurrunt, ad excusationem coitus carnalis valent. Quando enim seruata fide tori causa prolis coniuges conueniunt, sic excusatur coitus, vt culpam non habeat. Quando nerò deficiente bono prolis, fide tamen seruata conueniunt causa incontinentiæ, non sic excusatur vt non habeat culpam, sed venialẽ.

Lib. de bono cõiugali, c. 6. tomo 6. libellõ, ca. 7.

Vnde August. [Coniugalis cõcubitus generandi gratia, nõ habet culpã: concupiscentiæ verò seruandæ fide tamen cum coniuge, propter tori fidem, venialẽ habet culpam.] Item, [Hoc quod coniugati vicissim concupiscentia vruntur inuicem vltra necessitatem liberos procreandi, ponam in his pro quibus quotidie dimittimus, Dimitte nobis debita nostra, &c. Vbi aũt hæc bona desunt, fides scilicet & proles, nõ videtur coitus dẽfendi à crimine. Vnde in sententiis Xysti Pythagorici legitur, Quinis ardentior amator propriæ vxoris adulter est. Item Hieron. [Sapiẽs iudicio amat coniugẽ, nõ affectu: nõ regnat in eo impetus voluptatis, nec præceps fertur ad coitum. Nihil est fœdius quam vxorem amare quasi adulteram. Qui dicunt se causa humani generis vxoribus iungi, imitentur falsa pecudes: & postquã vẽter vxoris intumuerit, non petãt filios, nec amatores se vxoribus exhibeãt, sed maritos.] Ide, [In matrimonio opera liberorum concessa sunt: voluptates autem quæ de meretricum amplexibus rapiuntur, in uxore iure damnatæ.]

Matt. 6. b Ciras Hier. li. 1. con. Iouinia. et 3 18 cap. Ezech. Lib. 1. contra Iouinia. 1 ji ne. Et 32. q. 4. ca. Origo quidem. 32. qu. 4. c. Liberorum.

De

G *De indulgentia Apostoli, quommodo sit accipienda.*

Sed si concubitus qui fit causa prolis, culpa caret, quid Apostolus secundum indulgentiam permittit? [Ca. 11. aut, Hoc autẽ dico secundũ indulgentiam. Cui enim præstatur venia, nisi culpæ? Per hoc et quidam probare volunt nupcias esse peccatum. Sed, vt prædictum est, indulgẽtia alia est concessionis, alia permissionis. Egerat Apostolus de nuptijs & de carnali coitu, & ad vtrumque retulit illud. Hoc aũt dico sm indulgentiam. Indulgentur enim nuptiæ secundũ concessionem, & concubitus nuptialis qui fit tãtùm causa prolis. Cõcubitus nero qui est præter necessitatem generandi, ob incontinentiã indulgetur secundũ permissionem: quia ibi est aliqua culpa, sed leuis. Ideoq; non iubetur, nec conceditur, sed permittitur: quia nõ est laudabilis, sed venialis. De hoc Aug. sic ait, [Fortè aliquis dicet, Si uenià cõcessit Apostolus, ergo peccatum sunt nuptiæ. Cui enim venia, nisi peccato cõceditur? Planè quod infirmitati permisit secundũ ueniam, audeo dicere peccatum esse: veniam nãque cõcedes. Apostolus, concubitum attendit coniugatorũ, vbi est incontinentiæ malũ. Incontinentię malũ est, quod vir cognoscit uxorem etiam vltra necessitatẽ procreandi liberos: sed & ibi est nuptiarum bonum.] [Non enim quia incontinentia malum est, ideo cõiugium; vbi est concubitus præter intentionẽ generationis, non est bonum: non propter illud malum culpabile est hoc bonum: sed illud malũ fit ueniale propter bonum nuptiale: quod non reprehendit Apostolus, sed malum incontinentiæ.] Idem, [Cõcubitũ qui nõ fit causa prolis, nuptiæ nõ cogũt fieri, sed impetrant. Quibusdam tamen nõ ita sit nimius, ut impediat tẽpora quæ orationi debentur, nec immutetur in eum vsum qui est contra naturam. Concubitus enim necessãrius causa generandi, inculpabilis, & soluspte nuptialis est. Ille verò qui vltra necessitatẽ progreditur, non rationi, sed libidini obsequitur: & hũc nõ exigere, sed

Dist. 26. li. 8

1. Cor. 7. a

Citatur in Glos. mõs. sup per illud 1. Cor. 7. Secundum indulgentiam.

Li. 9. de Gẽ. adli. c. 7. 12. de bono viduitatis, ca. 4. sententia Aug. li. 2. de nu ptijs & cõcupisc. ca. 10. 20. 6.

reddere

Universidad de Deusto Biblioteca

reddere cõiugi ne fornicetur, ad coniugem pertinet. Si uerò ambo tali concupiscentiæ subiguntur, rem faciunt quæ non est nuptiarum: cuius delicti non sũt nuptiæ hortatrices, sed deprecatrices.][Decus quidem coniugale est castitas procreandi, & reddendi carnalis debiti fides: hoc est opus nuptiarum, quod ab omni peccato defendit Apostolus dicens, Non peccat uirgo si nupserit.]ſ Cùm ergo culpabilis non sit generandi intentione cõcubitus, qui propriè nuptijs imputandus est, quid secundũ ueniam concedit Apostolus, nisi quòd cõiuges debitum carnis exposcunt, nõ propaginis uolũtate, sed libidinis uoluptate? Quæ tamen uoluptas non propter nuptias cadit in culpã, sed propter nuptias accipit ueniam. Immoderata ergo progressio secundum ueniam conceditur. Quocirca & hinc laudabiles sunt nuptiæ, quia et illud qđ nõ pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Non enim iste concubitus quo seruitur concupiscentiæ, sic agitur, ut impediatur fœtus quẽ postulãt nuptiæ.]ſ Omnino ergo in genere suo nuptiæ bonæ sunt: quia fidẽ tori seruant, & prolis suscipiẽdæ causa utrũq; sexum commiscent, & impietatem separationis horrẽt.]Sãctitati etiã cõiugij nec coniunx infidelis obesse potest, sed potius fidelis prodest infideli, vt Apostolus docet. Ex his ostẽditur, qp coniuges qui causa prolis tãtum conueniũt, uel qui exigentibus debitũ reddunt, defendit à peccato sanctitas coniugij, bonumq; nuptiale. Si enim absque peccato non posset fieri concubitus coniugalis, non præcepisset Dominus post diluuium eos copulari, dicens, Crescite & multiplicamini, cùm iam sine carnali concupiscentia non possint commisceri.

Ibid. c. 11.

1. Cor. 7. g Aug. c. 14. li. 1. de nupt. et concupis. tomo 7.

Aug. li. 3. cõtra Iulianum c. 16.

1. Cor. 7. b Hug. 4. sen. capite 4.

Gene. 9. a

H *Quod non omnis delectatio carnis peccatum est.*

Hug. ibidẽ.

Sed fortè aliquis dicet, omnem carnis concupiscentiam & delectationẽ, quæ est in coitu, malam esse & peccatũ, quia ex peccato est & inordinata. Et nos dicimus illam concupiscentiam semper malã esse, quia semper est & pœna peccati: sed non semper peccatum est. Sæpe enim delectatur uir: sanctus secundum carnem in aliqua re, ut requiescendo post labore, edendo post esuriem: nec tamen talis delectatio est peccatum, nisi sit immoderata. Sic & delectatio quæ fit in coitu conugali, cui adsunt illa tria bona, à peccato defenditur. Videtur tamen beatus Gregorius aliter sentire, scilicet qp sine peccato non possit fieri carnalis cõmixtio, dicens, [Vir cum propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua, ecclesiam intrare non debet. Quamuis diuersæ hominum nationes de hac re diuersa sentiãt, & alia custodire uideantur, Romanorũ tã sæpe ab antiquioribus usus fuit, post admixtionẽ propriæ cõiugis, & lauacri purificationẽ quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum temperare. Nec hoc dicentes culpam reputamus esse coniugium: sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine uoluptate carnis fieri non potest, à sacri loci ingressu est abstinendum: quia uoluptas ipsa sine culpa nullatenus esse potest.]

Greg. in expõne ad 10. Interrogatione Aug. Cantuariensis episcopi, I fine 12. li. Regist. Et hab. 33. q. 4. ca. Vir cũ propria

1

Determinat autoritatem.

Hoc autem ne prædictis obuiet, intelligendum est in illis, qui non gratia prolis cõueniunt: quorum uoluptas non est sine peccato. Et nix aliqui reperiri possunt adhuc amplexus carnales experiẽtes, qui nõ interdum conueniant præter intentionẽ procreandæ prolis. Hoc autẽ quoties fit, ab ingressu ecclesiæ abstinẽdum est. Et quòd ita intelligendum sit, Gregorius cõsequenter ostendit: [Si quis verò sua coniuge, nõ cupidine uoluptatis raptus, sed tantùm creandorũ liberorũ gratia utitur, iste profectò, siue de ingressu ecclesiæ, siue de sumẽdo corporis dominici mysterio, suo se iudicio relinquẽdus: quia prohiberi à nobis nõ debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cũ uerò non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habeant coniuges etiã de commixtione sua quod defleãt. Tunc aũt uir qui

Ibidem.

post

Universidad de Deusto
Biblioteca

post admixtionem coniugis lotus aqua fuerit, etiam sacram communionem ualet accipere, cùm ei secundum præfinitam sententiam ecclesiam etiam liceuerit intrare.]

DE SOLVTIONE CARNALIS DEBITI.

A DISTINCT. XXXII.

1. Cor. 11. a

SCIENDVM etiam est, quòd cùm in omnibus alijs uir præsit mulieri, ut caput corpori (est enim uir caput mulieris) in soluendo tamen carnis debito pares sunt. Ideo Apostolus utrique pariter præcipit in hac causa fi-

1. Cor. 7. a

bi inuicem subiici, inquiens, Vir debitū reddat uxori, similiter & uxor uiro: quia mulier non habet potestatem sui corporis, sed uir: similiter & uir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: quia nec mulier ad alium uirum, nec uir ad aliam mulierem potestatem sui corporis habet: nec uir ad continēdum, nec mulier potestatem habet sine mutuo consensu, sed alter alterius potestatē habet corporis: ut pacēti alteri non liceat alteri negare debitum. In hoc.n. pares sunt, quia nec uiro, nec mulieri corpus suum licet alij tradere: sed sibi inuicem debitores sunt in hac causa, ne peccandi detur occasio. Per qđ nō dominiū tollitur uiro, sed uitiū. [Debent enim sibi coniugati non solùm ipsius sexus sui commiscendi: fidem, liberorum procreandorum causa, (quæ prima est in ista mortalitate societas) verùm ēt infirmitatis inuicē accipiendæ, ad illicitos concubitus deuitandos, mutuā quodāmodo seruitutem: ut etsi alteri eorum continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit. Ad hoc enim neuter habet potestatem sui corporis quod adeo uerum est, ut etiam quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis & incontinentiæ causa expetit uel ille de matrimonio, uel illa, non

Li. de bono coniuga. ca. 6. to. 6. Et 32. q. 2. ca. Quicquid si ser.

sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas.] [Reddere enim debitum coniugale nullius est criminis: exigere autem ultra generandi necessitatem, culpæ est uenialis. Fornicari verò uel mœchari, puniendi est criminis.]

Ibidē, ca. 7. Adpſ. 149.

Quod neuter continere ualeat, nisi ex communi consensu.

Quòd verò sine consensu uxoris uir cōtinere non ualeat, subditis probatur testimonijs. Ait enim Augustinus, [Si dicat uir, Continere iam uolo, Nolo autem uxor tnō potest. Quod enim tu uis, illa no uult. Numquid per continētiam tuam illa debet fieri fornicaria? Si alij nupserit te uiuo, adultera erit. Non uult tali lucro Deus tale damnum compensari. Redde debitum, & si non exigis, redde. Pro sanctificatione perfecta deus tibi computabit, si non quod tibi debetur exigis, sed reddis quod debes uxori.] Idem, [Secūdum uerba Apostolica, etiā si uir continere uoluisset, & tu noluisses, debitum tibi reddere cogeretur: & illi Deus imputaret cōtinentiam, si non suæ, sed tuæ cōcederet infirmitati, ne in adulteriū caderes.] [Quisquis ergo cōmittens infirmitati uxoris, reddit, nō exigit debitum; sicut si propter propriam infirmitatem ducit uxorem, plangens potius quia sine uxore esse nō potuit, quàm gaudens quia duxit; securus expectat diē nouissimū.]

Et 33. q. 5. c. Si dicat uir. Aug. epist. Et 33. q. 5. cap. Secundum uerba. In præfa. ex positi. psalm. 147.

Idē. [Una sola causa esse potest, qua te ad id quod uoluisti, non modò non hortaremur, sed etiā prohiberemus implere: si fortè tua coniunx hoc tecum suscipere, animi uel carnis infirmiate recusaret. Nā uouenda talia non sunt à coniugatis, nisi ex consensu & uoluntate cōmuni: & si præpropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quàm persoluenda promissio. Nō enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid uouerit, sed potius usurpare uetat alienum.] Idem, [Apostolus nec ad tempus, ut uacent orationi, nisi ex consensu uoluit coniuges carnali inuicem fraudare debito.] Idem, [Manifestum est, ita uoluisse legē fœminā sub uiro esse, ut nulla eius uota quæ abstinentiæ cau-

Idem ad Armentarium, epi. 45. in fine, tom. 1. Et 33. quæst. 5. Una sola. Aug. li. 1. de adulterinis cōiugijs. c. 2. Lib. 4. qua super Num

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap.57.to.4 sa vouerit, reddantur ab ea, nisi autor fuerit vir per-
Et 33.q.5 mittendo. Nam cùm ad peccatum eiusdem viri perti-
Mulier fœmina nere voluerit lex, si prius permiserit, & postea prohi-
est. buerit; non tamen dixit vt faciat mulier quod vouerat, quia permissa iam prius à viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuit quod prius concesserat: non tamen mulieri ex hoc iussum dedit, vt cùm prius vir ei concesserit, postea si prohibuerit, cõtemnatur.] Ex his apparet, quòd uir vel mulier continentiã Deo offerre non potest sine communi consensu, nec alter alteri debitum negare debet. Si verò quilibet eorum alterum à suo iure absoluerit, ad præteritã seruitutem nunquid reuocare poterit? Hoc enim videtur Augustinus suprà voluisse. Quibusdam videtur, quòd mulier nõ discedens à domo viri, quæ viro permittente continentiam vouerit vel promiserit, eodẽ prohibente soluere non valeat: & hoc propter dignitatem viri, qui est caput mulieris. Sed melius hoc intelligitur in tali casu, vbi vir concedit mulieri vouere continentiam, & ante votũ prohibet implere. Si verò habitum mutauerit, non potest reuocari, secũdum illud, [Qui vxorem suam velari permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.]

Excell. Remen. 33.q.5 Qui uxorem

Lib. quæ uetet. ac tua ieiunia. quæ. 127 ad finem.

C *Quibus temporibus cessandum sit à coitu.*

Et licet debitum poscenti semper sit soluendũ, non licet tamen qualibet die poscere. Vnde Augustinus cum vxore sua aliquando licet conuenire, aliquando non. Propter processionis enim dies & ieiuniorum aliquando non licet conuenire: quia etiam à licitis abstinendũ est vt facilius impetrari possit quod postulatur.] Idem, [Quoties.n. vel dies natiuitatis, uel reliquæ festiuitates aduenerint, non solùm à concubinarum consortio, sed etiam à proprijs vxoribus abstinere.] Item Ambrosius [Si causa procreandorũ filiorum ducitur vxor, non multũ tempus concessum videtur ad ipsum vsum: quia & dies festi, & dies processionis, & ipsa ratio cõceptus & partus iuxta legẽ cessa re

In sermo. de dominica 2. aduẽtus. Et 33.q.4. Christiano, &, Quotiescũq;

Circa illud 1. Cor. 7. Ne uos tẽtet Sa

te vsum carnis his debere temporibus demonstrant.] *tanas et 23.*

D *Hieronymus uidetur dissentire à præmissis.* *q.4. Si causa*

Illi aũt quod dictũ est, reddere debitum nõ esse peccatum, videtur obuiare quod ait Hieronymus, [Qui cunque vxori debitũ reddit, vacare nõ potest orationi, nec carnes agni edere.] Item, [Si panes propositionis ab his qui vxores suas tetigerant, comedi nõ potuerant, quãtò magis panis qui de cœlo descendit, nõ põt violari atq; contingi? non q̃ nuptias condẽnemus, sed quòd eo tẽpore quo carnes agni manducaturi sumus, vacare à carnalibus operibus debeamus.] Hoc capitulũ maximè ad ministros ecclesiæ ptinere videtur: quibus non licebat sacra officia celebrare atq; mysteria tpe cõiugalis amplexus. quo ẽt præsentia Spiritus sancti nõ datur. Vnde idẽ ait, [Connubia legitima carent quidẽ peccato: nec tamen tpe illo quo cõiugales actus geruntur, præsentia Spiritus sancti dabitur, ẽt si prophetæ esse videatur qui officio generationis obsequitur.]

In sermo. de esu agni paschalis, to. 4. Et 31. q. 4 Sciatis. Ibidem. 1. Reg. 21. b Ioan. b. d Origẽ. homi. 6. super Numer. Et 32. quæ. 2. cap. Connubia.

E *Quibus temporibus non sunt celebrandæ nuptiæ.*

Nec solùm in opere carnali obseruanda sunt tẽpora, sed etiã in celebrandis nuptijs: secundũ illud, [Non oportet à septuagesima vsque in octauam Paschæ, & ter tribus hebdomadis ante festũ sancti Ioannis,' & ab aduentu Domini vsq; post Epiphaniam celebrare nuptias: quòd si factũ fuerit, separentur.] Itẽ Nicolaus Papa, [Nec vxorẽ ducere, nec coniugia facere quadragesimali tempore conuenire posse vllo modo arbitror,

33.q.4.cap. Nõ oportet.

Nicolaus Papa ad consulta. Bulgarorum. Et 33. q.4.cap. Nec uxorem.

DE DIVERSIS CONIVGII LEGIBVS.

A DISTINCT. XXXIII.

Quomodo status fuerit in patribus antiquis. 32. q. 4. cap. recum

QVAERITVR hic de antiquis patribus, qui plures simul leguntur habuisse vxores vel concubinas, vtrùm peccauerint. Ad quod dicimus, pro uarietate temporum varia inuenitur dispensatio conditoris. Ab exordio enim

rèt nunc pa rag. Hic ita. Gene. 2.d

temporis inter duos tantùm, Adam scilicet & Euam: inchoatum est coniugium, Deo per os Adæ dicente, Homo adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne una: & secundùm inchoationis modum inter duos tantùm per omnem successionem temporum cõtraheretur coniugium, si primi homines in obedientia perstitissent. Post eorum verò copulam filij & filiæ eorum matrimonio coniuncti sunt, sed vnus vni tantùm, Ideo autem fratres sororibus tunc sunt copulati, quia non erant aliæ mulieres vel viri, quibus Adæ filij vel filiæ iungerentur. Primus omnium Lamech duas legitur simul habuisse vxores: & hoc in eo arguitur: quia pro expletione carnalis voluptatis id fecisse perhibetur. Postea verò, cùm iam penè omnes hominesfalsis diis seruirent, paucis in cultu Dei permanentibus, cõsultũ est à Deo plures in matrimonio copulare sibi: ne illis paucis deficientibus, cultus & notitia Dei deficeret. Vnde Abraham viuẽte uxore ad ancillam intrauit, & ex ea genuit. Iacob etiam liberis & ancillis se copulauit. Et filiæ Loth patre ebrio † usæ sunt. Cùm enim cæteris in idololatria relictis, Abraham & filios eius in peculiarem populum sibi Dominus elegisset, ritè multarũ fœcunditate mulierũ populi Dei multiplicatio quærebatur: quia in successione sanguinis erat successio religionis. Vnde etiam in lege maledicta erat sterilis, quæ non relinquebat semen super terram. Hinc etiã sacerdotibus coniugia decreta sunt: quia in successione familiæ, successio est officij. Non ergo Abrahã vel Iacob deliquit, quia præter uxorem filios ex ancillã quæsiuit: nec tamen illorũ exẽplo præter coniugale debitum, fœcunditatem in aliqua licet alicui quærere: cùm illorum coniugia nostrorum æquentur virginitati, & immoderatus usus coniugii nostri temporis, turpitudinem ferè imitetur fornicationis illius tẽporis. De hoc Aug. sic ait, [Antiquis ustis nõ fuit peccatũ, q̃ pluribus fœminis utebãtur: nec contra naturam hoc faciebant, cũ nõ lasciuiẽdi causã, sed

Gene. 4.e

Gen. 16.a
Gen. 29.30
Gen. 19.g
† abusæ.

Deut. 7.a
Exod. 23.d
Leuit. 21.a

lib. de bono coniugali, c. 15. tomo 6.

sed gignendi hoc facerẽt: nec contra morem: quia eo tempore ea fiebant: nec contra præceptum: quia nulla lege erat prohibitum.] Idem, [Obijciuntur Iacob quatuor vxores: quod quando mos erat, crimen non erat.] [Sic patriarchæ coniugibus excipientibus semen suum, miscebantur, non concupiscentia perficiendæ voluptatis, sed prouidentia propagandæ successionis: sicut Apostoli auditoribus suis admirantibus doctrinã suã condelectabantur, nõ auiditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis.] Idem alibi, [Antiquis tẽporibus cùm adhuc salutis nostræ mysterium velaretur, iusti officio propagandi nuptias cõtrahebant, non victi libidine, sed ducti pietate, qui multo facilius continere possent & vellent. Vtebantur tamen coniugibus: & plures vni uiro habere licebat: quas ea lius habebat, quàm nunc vnã quilibet istorũ, in quibus videmus, quod secundũ veniam cõcedit Apostolus. Habebant. n. eas in opere generandi, non in morbo desiderij.] Item Ambro. [Dixit Sara ad Abraham, Ecce conclusit me Dominus, ut non pariam: intra ergo ad ancillã meam, vt filium facias ex ea: & ita factũ est. Considera primùm q̃ Abraham ante lege Moysi, & ante euangelium fuit. Non ergo in legem cõmisit Abraham, sed legem præuenit. Nondũ enim inter dictum videbatur. Secundò considera q̃ non ardore alicuius vagæ succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ cõtubernio coniugalem posthabuit torũ: sed studio quærendæ posteritatis, & propagandæ sobolis. Adhuc post diluuiũ raritas erat humani generis, erat etiam religionis. Denique & Loth sancti filiæ hanc causam quærẽdæ posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanũ: & ideo publici muneris gratia, priuatam culpã prætexit.] Item Aug. [In fius quamuis cupiat dissolui, & esse cum Christo, tamen sumit alimentũ, non cupiditate viuendi, sed officio cõsulendi, vt maneat quod necessariũ est propter alios. Sic misceri fœminis iure nuptiarum officiosum

Contra Faustum, lib. 22 cap. 47.
Ibid. ca. 48.
Et 31. q. 4. c.
Obiciuntur.
Actuũ 2. c.
Idem de bono coniugali. cap. 13.
1. Cor. 7. 4
Lib. 1. de Abraham pa triarcha, c. 4. Et 32. q. 4. c.
Dixit Sara, Gene. 19. d
Lib. de bono coniugali, c. 15. Phil. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidē, ca. 16 fuit sanctis viris, non libidinosum.][Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est cōcubitus ad salutem humani generis: & vtrunque nō est sine delectatione carnali: quæ tamē moderata, & refrenante temperātia in vsum naturalē redacta, libidido esse non potest. Quod autē in sustentādo vitā illicitus est cibus, hoc est in quærēda prole fornicarius vel illicitus concubitus: & qd est in cibo licito immoderatior appetitus, hoc est in coniugibus venalis ille concubitus.]

B *Non præfertur virginitas Ioannis, castitati Abrahæ.*

Quòd vero castitas virginalis nō præferatur in merito coniugalis castitati Abrahæ, Augustinus ostēdit, inquiens, [Sicut non est impar meritum patientiæ in Petro, qui passus est, & in Ioanne qui passus non est; sic non est impar meritum continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios genuit. Nam illius cœlibatus, & istius cōnubium, pro temporum distributione Christo militauerunt: sed continentiā Ioannes in opere, Abraham in solo habebat habitu.] [Melior est autē castitas cœlibum, quām nuptiarum: quarum vnam Abrahā habebat in vsu, ambas in habitu. Castè .n. & coniugaliter vixit. Esse aūt castus sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit.]

Lib. de Bono coniug. c. 21

Idē ibi c. 22

Lib. 2. cōtra Iouin. paulo post princ. Et hab. 31. q. 4. cap. Quis ignoret,

Item Hier. [Quis ignoret, sub alta dispensatione dei, omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nūc Christiani sunt? Quo modo Abrahā antè placuit in coniugio, sic nunc uirgines placet in castitate. Seruiuit ille legi & tempori suo: seruiamus & nos legi & tempori nostro: in quos fines seculorū deuenerūt.]

1. Cor. 10. c

Gen. 19. e. f.

Ex his apparet, q̄ sancti patres ante lege sine peccato plures habuerunt vxores, vel concubinas. Eas enim nunc vxores appellat scriptura, nunc concubinas. Rachel tamen & Lia ambæ uxores fuerūt, nō cōcubinæ.

C *Oppositio.*

Si quis opponat, quòd fidem tori non seruabant illi patres; dicimus in hoc seruasse fidem tori, quia non aliis, sed ꝓpriis vxoribus vel ancillis miscebātur. Ecce quæ

quæ fuerit consuetudo in hac re ante legem. Legis vero tempore interdixit Moyses carnalem culpā ficti cū matre, cū nouerca, cū sorore, cū nepte, cū amita, cum matertera, cū nuru, & aljis quibusdam. Permisit autem diuortium fieri dato libello repudij: in quo uir scribebat causas, pro quibus vxorem repudiabat. Permisit autem aliam ducere, dato priori libello: quod propter duritiam cordis eorum permisū Christus dicit: non vt concederetur diſsidium, sed vt tolleretur homicidium. [Permisit fieri mala, ne fierent peiora: & hoc permittendo non Dei iustitiam demōstrauit, sed in peccatore minuit culpam.]

Leuit. 18. a

Deut. 27. d

Deu. 24. a

Matt. 19. a

Chry. homi. 32. sup Mat. 19. c. in opere imperfecti.

D *Cui licebat plures habere, vel non.*

Sed nunquid sub lege licebat habere plures vxores? Audi quid scriptū est in Deuteronomio, Non habebit rex vxores plurimas, quæ alliciāt animā eius. Super quē locū ait Augustinus, [Manifestū est Salomonem hoc præceptum transisse. Dauid autem plures habuit, nec præceptū præterijt. Permisū est enim tesi plures habere, non plurimas, quæ alliciant animā, † multiplicare. Cū tamē additur, Vt nō eleuetur cor eius; de alienigenis prohibitum esse videtur. Verūtamen multiplicario vxorum generaliter prohibita est. Permissum est autem regi plures habere, sed non multiplicare.] Veniēte autem plenitudinis tempore, quo Christi grana vbique est dilatata, reducta est lex nuptiarum ad priorem honestioremque institutionem, vt vnus vni in figura Christi & Ecclesiæ cōiungatur. Nec quæriē electio muneris in successione generis, sed in perfectione vitæ & syncerit ate † conscientiæ, & virginitas fœcunditati prefertur, & sacerdotibus continentia indicitur.

Deu. 17. e

Li. 5. i Deu. ca. 27. to. 4.

3. Reg. 11. a

2. Reg. 12. c

† *multiplicatæ.*

Gala. 4. a

† *scientiæ.*

Li. 2. de virginib. paulo ante medium. Et hab. 32. q. 5. cap. Rectra.

E *De uirginitate mentis & carnis.*

Melior est autem virginitas mētis quā carnis. Vnde Ambrosius, [Tolerabilius est mentem virginem quām carnē habere. Vtrunque bonum est, si liceat: si liceat si quām carnē habere. Vtrunque bonum est, si liceat: si nō liceat, saltē nō homini, sed Deo casti simus. Virgo prostitui

Lib. ad vir. laptam, cap. 4. 32. q 5. cap. Reuera. Isi. in Synonym. lib. 2. parag. 3. Aug. lib. de bono coniu. c. 16. Ex 32. q. 4. c. Sicut.

prostitui potest, adulterari non potest: nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam.]Idem, [Nō potest caro antè corumpi, nisi mens antè fuerit corrupta.] Ité Isidorus, [Nō potest corpus corrumpi, nisi prius animus corruptus fuerit. Munda enim à cōtagione anima, caro non peccat.] In fine huius capituli aperitur quomodo verū sit, nisi anima prius fuerit corrupta, corpus non posse corrūpi. s. peccato. Illud etiā Augustini aduertendū est, [Sicut, inquit, sanctius est mori fame, quā idolotyris vesci, ita sanctius est defungi sine liberis, quā ex illicito coitu stirpem quærere. Vndecunq; verò nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, & Deū rectè colant, honesti & salui erunt: semen enim ex qualicunque homine, Dei creatura est: & eo male utenti male erit, non ipsum aliquando malum erit.]

DE PERSONIS LEGITIMIS.

A DISTINCT. XXXIIII.

De matrimonio secundū causam materiale, quæ est personarum legitimarum, uel illegitimarum.

NVNC superest attendere, quæ personę sint legitimæ ad contrahendam matrimonium. Legitimæ iudicantur personæ secundum statuta parium, quæ diuersa sunt. Aliæ namque fuerunt legitimæ ante legem, aliæ sub lege, aliæ in tempore gratiæ. Item in primitiua ecclesia quędā erant legitimæ, quæ modo non sunt. Earum verò quæ modò legitimæ sunt uel illegitimæ, quædam sunt plenè legitimæ, quædā omnino illegitimę, quædam mediæ. Plenè legitimæ sunt, quibus non obstat votum continentiæ, uel ordo sacer, uel cognatio, uel dispar cultus, uel conditio, uel naturæ frigiditas, & si qd est aliud. Penitus verò illegitimę sunt p uotum, p ordinem, per cognationem, per dispare cultum. Mediæ verò sunt, nec plenè legitimæ, nec omnino illegitimæ,

gitimæ, per frigiditatem, per conditionem. Si enim tales iunguntur ignoranter, cōmanere possunt quibusdā accedētibus causis, & eisdem deficiētib. diuidi.

De frigidis separandis.

Sūtetia huius cap. ximum cōtinetur extra de frigidis & malef.

De his enim qui causa frigiditatis debitum reddere non possunt, consulit Greg. vt permaneant. Sed si mulier causatur, dicens, Volo esse mater, & filios pro creare; decreuit vt vterq; eorum septima manu propinquorum iuret, quòd nunquam carnaliter conuenerint: & tunc mulier secundas nuptias contrahat. Vir autem qui frigidæ naturæ est, absque spe coniugij permaneat. Ait enim sic, [Interrogasti de his qui matrimonio iuncti sunt, & nubere nō possunt, si ille aliā, uel illa aliū ducere possit: de quibus scriptū est, Vir & mulier si se coniunxerint, & pòst dixerit mulier de viro, quòd coire non possit cum ea; si potest probari quod dicit per iustum iudicium, alium accipiat: si verò ille acceperit aliam, separentur.] Item, [Requisisti de his qui ob causam frigidæ naturæ dicunt se non posse inuicem operam carni dantes, commiscere. Ille verò si non potest ea vti pro vxore, habeat eam quasi sororem. Quòd si retinaculum coniugale voluerit rescindere, maneant vtrique innupti: nam si huic non potuit naturaliter concordare, quomodo alteri conueniet?] Igitur si vir aliam vxorem vult accipere, manifesta patet rō, quia, suggerēte diabolo odij fomitem, exosam eam habuerit: & ideo eā dimittere mendacij falsitate molitur. Quòd si mulier causatur, & dicit, Volo esse mater, & filios procreare, vterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat, quod nunquā per commixtionem carnis coniuncti, vna caro effecti fuissent. Tunc videtur mulierem secundas posse cōtrahere nuptias. Humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui frigidæ naturæ est, maneat sine coniuge. Quòd si & ille aliā coniugē acceperit, tūc hi qui iurauerāt, periurij crimine rei

Interrogasti. 33. q. 1. cā. Quod autē Requisisti de his.

teneantur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

teneantur, & pœnitentia peracta, priora cogantur recipere connubia.] Hoc seruandum est, cùm vterque idē fatetur. Sed vir si asserit se debitū reddidisse vxori, & illa diffitetur; cui potius fides habenda sit, merito quæritur. De hoc ita: statutū est, [Si quis acceperit vxorem, & habuerit eā aliquo tēpore, & ipsa fœmina dicit quòd nunquam coisset cum ea, & ille vir dicit ꝙ sic; in veritate viri cōsistat: quia vir est caput mulieris.] Hoc de naturali impossibilitate statutum est.

33.q.1.ca. Si quis acceperit. Epist. 5.d

C *De his qui maleficijs impedire coire non possunt.*

De maleficij autem impedimento hoc tenendum decernitur, [Quòd si per sortiarias & maleficas concubitus non sequitur, horrandi sunt quibus illa eueniunt, vt spiritu contrito & humiliato deo & sacerdoti de omnibus peccatis confessionem faciant, & lachrymis, atque eleemosynis, orationibus, & ieiunijs Domino satisfaciant: & per exorcismos ac cætera ecclesiasticę disciplinę munimina ministri ecclesię tales sanare procurent. Quòd si non potuerint, separari valebunt. Sed postquàm alias nuptias expetierint illis viuentibus quibus post iunctæ fuerint, prioribus quos reliquerant, etiam si possibilitas concubendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt.] Quod in fine huius capituli continetur, ex rigore magis dictum intelligēdum est, quàm ex canonica æquitate. Vel intelligendum est non posse reconciliari prioribus, nisi iudicio Ecclesiæ, quo diuisio facta fuerat.

33.q.1.ca. Si per sortiarias.

D *De furiosis addit.*

Furiosi quoque dum in amentia sunt, matrimonium contrahere non valent. Vnde Fabianus, [Neqs furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separentur. Itē Nicolaus Papa, † Hi qui matrimonium sani contraxerunt, & vni ex duobus vel ambobus amentia, vel furor, vel aliqua infirmitas accesserit; ob hanc infirmitatem talium coniugia solui nō possunt. Similiter est etiam sciendum de his qui ab aduersarijs excæcantur,

32.q.7.ca. Neqs furiosus. Ibid c. Hi qui matrimonium. † forte, Si qui.

cantur, vel membris truncantur, vel à Barbaris exacti fuerint.

E *De his qui cum duabus sororibus dormiunt.*

Ex Aure. cōcil. 27.q.2. Qui dormierit.

De his qui etiam qui cum duabus sororibus, vel quæ cum duobus fratribus dormiunt, videndum est quid censeant canones: [Qui dormierit cū duab. sororib. & vna ex illis ante fuerit vxor; neutrā ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri vnquam in cōiugio copulentur. Item nec propriè vxori licet sibi reddere debitū, quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo. Nec post mortem vxoris licet ei adulteræ vel alicui copulari in coniugium.] Item Zacharias Papa, [Concubuisti cum sorore vxoris tuæ? si fecisti, neutram habeas: & vxor tua si non fuerit conscia sceleris, & continere nō vult, nubat in Domino cui vult. tu verò & adultera sine spe coniugij maneatis, & dū viuitis, pœnitentiam agite.] Quod ait, Cui vult nubat, intelligendum est, post mortem viri. Vnde Gregorius, [Qui vxores suas in adulterio deprehendūt, nec ille, nec illa aliam vxorem accipiat, vel alium virum, quamdiu ambo viuūt. Si verò adultera mortua fuerit, vir eius, si vult, nubat: adultera verò nūquam, etsi mortuus fuerit vir eius: sed omnibus diebus vitæ suæ pœnitentiæ lamenta persoluat.] Hic de illo adulterio agitur, quod cum cognato viri vel cognata vxoris committitur.

Leges sunt pœnales, ꝙ facile dispensationē admittunt.

32.q.7.ca. Cœcubuisti.

32.q.7.ca. His verò qui. Nota etiam ex ead.cau. & q.ca. Si quis vidua: et c. Si quis cū nouerca.

Non est dimittenda uxor pro aliqua macula seu

F *deformitate corporis.*

Illud etiā sciendum est, ꝙ pro aliqua infirmitate vel macula corporali non licet viro vxorem dimittere, & econuerso, sed debet alter alteri subsidia prouidere. Vnde Augustinus, [Si vxorem quis habeat sterilē, siue deformē corpore, vel debilem membris, vel cæcam, vel claudam vel surdam, vel si quid aliud, siue morbis, vel laboribus doloribusq; confectam, & quicquid, excepta fornicatione, excogitari potest vehementer horribile, pro societate fideque sustineat.

Aug. lib. 1. de ser. Domini in mō te, c. 31. Et 32.q.5. Sī vxorem.

EODEM

Universidad de Deusto
Biblioteca

EODEM IVRE VTITVR VIR ET MVLIER.

A DISTINCT. XXXV.

De diuortio quod fit propter adulterium.

HOC etiam notandum est, quòd cùm Dominus cõcedat uxorem dimitti causa fornicationis uiro, eadem licẽtia nõ tollitur fœminis. Vnde Hieronymus, [Præcepit Dominus uxorem à uiro non dimitti, excepta causa fornicationis: & si dimissa fuerit, manere innuptam. Quicquid uiris præcipitur, hoc cõsequenter redundat ad fœminas. Non enim adultera uxor dimittenda est, & uir mœchus tenendus.] Item, [Apud nos quod non licet fœminis, æquè non licet uiris, & eadem seruitus pari cõditione cẽsetur.] Ex his ostenditur, quòd mulier potest super fornicatione uirum conuenire, vt uir mulierem. Vnde Innocentius Papa, [Christiana religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat: sed uiros suos mulieres non facilè de adulterio accusant: uirt autem liberius uxores suas adulteras apud sacerdotes deserte consueuerunt. Et ideo mulieribus, prodito earum crimine, negatur cõmunio: virorum autem latente commisso, non facilè quisquam ex suspicionibus arcetur: quitamen submouebitur, si eius flagitium detegatur.]

Matt. 19.a

Hieron. in epist. ad Oceanũ, de morte Fab. to.1. Et 32. quæ 5.ca. Præterpit. Idem Epist. ad Exuperiũ, c. 4. Et 32. qu.5.a. Christiana.

Quod fornicariam nequit dimittere uir, nisi & ipse expers

B *fuerit, & econuerso.*

Si verò queritur, an adulter adulteram possit dimittere causa fornicationis: dicimus quia nequit adultera uxor dimitti à uiro, nisi & ipse expers fornicationis existat, & econuerso. Vnde Augustinus, [Nihil iniquius est quàm causa fornicationis dimittere uxorẽ, si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud, In quo alterum iudicas, teipsum condemnas. Quapropter quisquis fornicationis causa uult abiicere uxorẽ, prior debet esse fornicatione purgatus: quod similiter & de

32.q.6. parag. Ecce. Li. 1. de ser. in monte, c. 28. tomo 4. Rom. 2.a

& de fœmina dixerim.] Idem, [Indignantur mariti, si audiant adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas, cùm tanto grauius eos puniri oporteat, quanto magis ad eos pertinet & uirtute uincere, & exemplo regere fœminas.] Ex his apparet, quòd adulter adulteram dimittere non ualet, & econuerso.

Li. 2. de adulter. coniug. c. 8. Et 32. quæ. 6. Indignantur

Quod possunt reconciliari qui separantur causa

C *fornicationis.*

Si quis autem fornicationis expers fornicariam dimiserit, alii copulari non potest: sed continere oportet, vel ad dimissam redire: sic & de fœmina. Vnde & Apostolus. His qui matrimonio iuncti sunt, præcipio nõ ego, sed Dominus, uxorem à uiro nõ discedere: quod si discesserit, maneat innupta, aut uiro suo reconcilietur. Et de uiro addit, Et vir uxorem non dimittat. Sed Ambrosius ait, [Ideo non subdit de uiro, sicut de muliere, quia licet viro aliam ducere.] Sed hoc à falsariis in Ambrosii libro positum creditur: supplendum .n. esse in uiro, quòd de uxore præmisit, apertè dicit Augustinus, sic, [Quare non addit de viro quod præmisit de muliere, nisi q̃ similem formam vult intelligitur si dimiserit (quod causa fornicationis permittitur) manear sine uxore, aut reconcilietur uxori.] Idem, [Si nec nubere illi cõceditur, uiuo uiro à quo recessit, nec huic alteram ducere uiua uxore quã dimisit: multo minus fas est, illicita eã quibuslibet stupra commitere.] Idem, [Vt nõ facilè dimittatur uxor, Dominus solam fornicationis causam excepit: cæteras uerò uni uersas molestias, si quæ exiterint, iubet pro fide cõiugali, & pro castitate fortiter sustineri: & mœchũ dixit, qui à uiro solutã duxit.] Ex his ostenditur, q̃ si causa fornicationis fit separatio, nõ potest uir uel mulier in aliam trãsire copulam. Possunt aũt reconciliari & cohabitare sicut prius, si dimissum alter reuocare uoluerit.

1. Cor. 7.b

Matt. 19.a

Circa illud 1. Cor. 7. Et uir uxo. non dim. Li. 1. de ser. in monte, c. 26. Et 32. q. 7. c. Apo. dicit Ibidẽ Et 32. q. 7. cap. Si ergo testi. Ibidem pau lo ante. Et 32. q. 7. ca. Dominus ad illud.

D *Quæ prædictis uidentur obuiare.*

Dicit tamen Ioannes Chrysostomus. [Sicut crudelis & iniquus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homil. 32. operis imperfecti. Et 31. q. 1. c. Sicut cru delis. Ad 19. c. de Lapt. Et 32. q. 1. c. Dixit Dominus. Prouerb. 18. d in epist. de diuersit q. cauius initiu, uersus repiit. 3. Et 34. q. 2. Non fa tis Deut. 24. c.

iniquus est qui castã dimittit, sic fatuus est & iniquus qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen uxoris. Itẽ Hieronymus, [Cùm mulier unam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione à marito separauerit, non debet teneri: ne virũ quoque sub maledicto faciat: dicente scriptura, Qui tenet adulteram, stultus est & insipiens.] Idẽ ad Amãdum presbyterum scribens de quãdam quæ uiro suo uiuente alij nupserat, sic ait, [Rem nouam loquor, imò non nouam, sed ueterem, quæ veteris testamenti autoritate confirmatur: Si reliquerit secundum virum mulier, & reconciliari uoluerit priori, nõ potest.]

E *Determinatio.*

Sed hæc omnia intelligẽda sunt de illa quæ ab adulterio recedere noluit, nec per pœnitentiam peccatum delere. Quod si uir scienter patitur, consentire videtur. [Si enim in adulterio perseuerare elegit, patronus turpitudinis, & lenocinij reus maritus habebitur, nisi eam adulterii ream facere uoluerit.] Si autem à peccato recesserit, & per pœnitentiam illud purgauerit, poterit viro reconciliari. Vnde Augusti. [Quod tibi durum uidetur, vt post adulterium reconcilietur coniunx; si fides adsit, non erit durum. Cur n. adhuc deputamus adulteros, quos credimus pœnitentia esse sanatos?] Idem, [Non erit turpis nec difficilis, etiã post patrata & purgata adulteria, reconciliatio coniugii, vbi per claues regni cœlorum, non dubitatur fieri remissio peccatorum: non vt post uiri diuortium adultera reuocetur, sed ut post Christi consortium adultera non uocetur.] Item Gregorius, [† Debet recipere peccatricem quæ pœnitentiam egit, sed non læpe.] Item Hermes, [Si uir scierit uxorem suam deliquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua, & uiuit cum illa; uir reus erit & particeps peccati eius. Quòd si mulier dimissa egerit pœnitentiam, & uoluerit ad uirum reuerti, debet recipere peccatricem quæ pœnitentiam egit, sed non læpe.

32. q. 1. Apud misericordem. Li. 2. de adul coniug. c. 6. Et 32. q. 1. c. Quod autem. Ibidẽ, ca. 9. † Forte, Decet. Lib. qui dicitur Pastoris, uisione 5. mandato 4.

De

F *De illis qui se antè polluerunt per adulterium.* *31. q. 1. c. Nullus. Ex concilio Tiburiensi, cap. 40. Et 31. q. 1. ca. Relatum. Lib. de nuptiis & cõcupis. c. 10. Et 31. q. 1. c. Denique. & c. sequẽ. † non potest, ita penè omnia. Augu. exẽplaria. De bono cõiugali, cap. 14. Similiter 31. q. 1. c. Denique.*

Solet etiam quæri, an ualeat ducrin coniugiũ quæ prius est polluta per adulteriũ. De hoc Leo Papa ait, [Nullus ducat in matrimonium quam prius polluit adulterio.] Item, [Relatum est auribus sanctorum sacerdotum, quendam alterius uxorem stupro uiolasse, & insuper mœchæ iuramentum dedisse, quòd post legitimi mariti mortem, si superuiueret, duceret eam in uxorem: quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus & anathematizamus.] His aliisq; autoritatibus uetantur in coniugium copulari, qui se prius adulterio maculauerũt. Sed contrà Augustinus ostẽdit, dicens, [Deniq; mortuo eo cum quo fuit uetum coniugium, fierit † potest coniugium, cum qua præcessit adulterium.] Idem, [Posse fieri sanè licitas nuptias ex personis illicitè coniunctis, honesto placito subsequente, manifestum est.]

G *Determinatio.*

Sed hæc ultima autoritas de concubinis loquitur, perhibens concubinas posse trãsire ad honestum placitum nuptiarum, si castitatem & fidem seruare uelint. Prima verò autoritas Augustin. de illis agit qui de peccato pœnituerunt, & nihil in mortem uiri machinatæ sunt, nec uiuente uiro fidem adulteræ dedit mœchus, quòd eam in coniugio duceret si superuiueret. Qui verò hæc faciunt, aliis præmissis autoritatibus prohibentur copulari.

SI PRO SERVILI CONDITIONE ualeat uxor separari à uiro, & econuerso.

A DISTINCT. XXXVI.

De impedimento conditionis.

NVNC de conditione uideamus, an ualeat cõiugium diuidere. Ad quod dicimus, quòd nõ negatur ingenua posse nubere seruo: sed si ne scitur esse seruilis conditionis, liberè potest dimitti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

29.q.2.ca. Si quis ingenuus. Ex con. apud Vermeriã, ca. 6.

mitti, cùm seruitus eius fuerit deprehensa, secundum illud, [Si quis ingenuus homo ancillam alterius uxorem acceperit, & æstimat quòd ingenua sit: si ipsa fœmina fuerit postea in seruitute detecta, si eam à seruitute redimere potest, faciat: si non potest, si voluerit aliam accipiat. Si uerò ancillam eam scierat & collaudauerat, post eam vt legitimam habeat.] Item ex eodem, [Si fœmina ingenua acceperit seruum, sciès quòd seruus esset, habeat eum: quia omnes unum patrem habemus in cœlis: vna lex erit uiro & fœminæ.] Cùm dicitur, sciens illum seruum, datur intelligi, quòd si nescierit illum seruum esse, non cogitur manere cum ipso. Si enim conditionis dolum patitur, non cogitur adhærere ei cuius fraude decepta est. Si autem scierit uir conditionem mulieris, uel econuerso, non ualet eam dimittere. Vnde Zacharias Papa, [Si quis liber ancillam in matrimonio acceperit, non habet licentiã dimittendi eam, si consensu amborum coniuncti sunt, nisi ob fornicationem.] De illis agit, quibus alterutrius conditio nota est, quando coniunguntur.

Ibidẽ, ca. Si quis liber.

B *De copula serui & ancillæ diuersorum dominorum.*

In cõ. 2. Cabilo. ca. 30. Et 29.q. 2. c. Dictum est. Matth. 19.

Quæritur etiam, si seruus unius, ancillam alterius acceperit, an sit inter eos coniugium. De hoc etiam ita statutum est, [Dictum est nobis quòd quidam legum seruorum matrimonia potestatiua quadam præsumptione dirimant, non attendentes illud, quod Deus coniunxit, homo non separet. Vnde nobis visum est, coniugia seruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant: sed in uno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Et hoc in illis obseruandum est vbi legalis coniunctio fuit, & per uoluntatem dominorum.] Attende finem huius capituli, ubi videtur innui, præter uoluntatem dominorum inter seruum & ancillam non posse contrahi coniugium, vel si contrahitur, non esse ratum. Quibusdam tamen uidetur inter eos posse fieri coniugium dominis ignorãtibus: de

C *De uiro qui se facit seruum ut dimittatur ab uxore.*

Illud etiam notandum, quòd si mulier virum liberum acceperit, & ille vt causam præstet dissidij, se alicuius seruum fecerit; nec ille vxorem dimittere, nec illa ob vinculum coniugij in seruitutem redigi poterit. Vnde illud, [Perlatum est ad sanctam synodum, quòd quidam ingenuus ingenuam accepit vxorem, & post filiorum procreationem, occasione diuortij, cuiusdam seruum se fecerit: vtrùm & mulierem necessariò tenere debeat, & si tenuerit, an illa etiã seruituti subiici debeat, quæsitum est. Iudicatum est vxorem minimè debere dimitti: non tamen ob Christi legem mulierem in seruitutem redigi, dum ille nõ ex cõsensu coniugis se seruum fecerit, quem liberum ipsa maritum acceperat.] 29.q.2.cap. Perlatum. Ex cõci. Triburiensi.

D *De ætate contrahentium.*

Hoc etiam sciendum est, quòd pueri ante xiiij. annos, & puellæ ante xij. annos secundum leges matrimonium inire nequeunt. Quòd si ante prædicta tempora copulam inierint, separari possunt, quamuis uoluntate & assensu parentum iuncti fuerint. Qui verò in pueritia copulati, post annos pubertatis nolunt se relinquere, sed in coniunctione permanere, iam ex hoc efficiuntur coniuges, & deinceps nequeunt separari. Item, Sponsalia ante septennium contrahi non possunt: solo enim consensu contrahuntur: qui interuenire non potest, nisi ab alterutra parte intelligatur quod inter eos agitur. Duo illa executi sumus cum aliorum quorundam adiectione, quibus coniugium solui potest, nec tamen solui semper necesse est. Nunc de aliis, quæ personas illegitimas penitus faciunt, addendum est, & primùm de Ordine. 30.q.2.cap. Sponsalia.

IN

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN QVO ORDINE NEQVEAT fieri Coniugium.

A DISTINCT. XXXVII.

SVNT igitur quidam ordines in quibus nullatenus pōt cōtrahi coniugiū, & si interceſſerit copula, fit diuortiū: vt ſacerdotium, diaconatus, & ſubdiaconatus. In aliis verò permittitur ſortiri cōiugiū, niſi religionis habitum ſumpſerint, vel cōtinentiæ votum fecerint. Vnde Leo Papa, [Clericos, lectores, oſtiarios, exorciſtas, acolytos, ſi extra votum & habitū inueniuntur, & continentiā profiteri nolunt, vxorem ducere virginē eccleſia Romana permittit, nō viduā vel repudiatam: quia deinceps nec ad ſubdiaconatum prouehi poterunt, nec laicus vxorē ſortitus, niſi virginem, vel bigamus ad clericatū.] Itē ex Carthaginē ſi concilio, [Placuit Epiſcopos, preſbyteros, diaconos, ſubdiaconos ēt ab vxoribus abſtinere: quod ſi non fecerint, ēt ab eccleſiaſtico remoueantur officio: cæteros verò clericos ad hoc non cogi.] Item Leo Papa, [Lex continentiæ eadem eſt miniſtris altaris quæ epiſcopis & preſbyteris: qui cùm eſſent laici vel lectores, licitè vxores ducere potuerunt: ſed cùm ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere quod licuit.] Item in ſexta ſynodo, [Si quis eorū qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali lege mulieri copulari, hoc ante ordinem ſubdiaconatus faciat.] Item Calixtus Papa, [Preſbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, monachis, cōcubinas habere, ſeu matrimonium contrahere penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab huiuſmodi perſonis diſſiūgi, & perſonas ad pœnitentiā debere redigi, iuxta ſanctorū canonū definitionem iudicamus.] Item Grego. [Nullum facere ſubdiaconum Epiſcopi præſumant, niſi qui ſe caſtè victurū promiſerit: quia nullus debet ad

Diſt. 32. c. Seriatim.
Ex Carthag. conci. 5. c. 3.
Et diſt. 32. c. Placuit.
Epiſ. 92. q̄ eſt ad Ruſt. Narbo. Epi. c. 3. Et diſt. 31. c. Lex cōtinentiæ.
Cano. 6. Et diſt. 32. ca. Si quis.
Diſt. 27. c. Presbyteris.
In cap. 42. lib. 1. Regū.

ad miniſterium altaris accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.] Item Innocentius, [Decernimus vt hi qui in ordine ſubdiacō natus & ſupra, vxorem duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque beneficio eccleſiaſtico careant: cùm enim ipſi templum & vaſa Domini, ſacrarium ſpiritus ſancti debeant eſſe & dici, indignum eſt eos cubilibus & immunditiis deſeruire.]

Et diſt. 28. c. Nullum. Innocentius Papa 2. diſt. 28. c. Decernimus.

De interfectoribus ſuarum coniugum.

His adiiciēdum eſt de occiſoribus ſuarū coniugū: de quibus Nicolaus Papa ſcribit Radulpho Bituricenſi Archiepiſcopo, [Interfectores ſuarum coniugū ſine indicio, cùm non addis adulterarum, vel aliquid huiuſmodi, quid aliud habedi ſunt, quām homicidæ, ac per hoc ad pœnitentiam redigendi, quibus penitus denegatur coniugium?] Hic videtur Nicolaus permittere maritis, pro adulterio aut alio hmōi vxores ſuas interficere: ſed eccleſiaſtica diſciplina ſpirituali gladio, non materiali criminoſos feriri iubet. Vnde idem Nicolaus, [Inter hæc veſtra ſanctitas addere ſtuduit, ſi cuius vxor adulteriū perpetrauerit, vtrūm maritus eius ſecundum mundanam legem interficere liceat. Sed ſancta Dei eccleſia nunquam mundanis conſtringitur legibus: gladium non habet niſi ſpiritualem.] Itē Pius Papa, [Quicunque propriam vxorem abſque lege & ſine cauſa interfecerit, aliamque duxerit, armis depoſitis publicam agat pœnitentiam: & ſi cōrumax extiterit, anathematizetur vſquequo conſentiat.]

33. q. 2. Interfectores.
Ibidē, c. Inter hæc.
33. q. 2. Qui cunque.

DE VOTO, ET QVOD VOTVM FACIAT illegitimum matrimonium & nullum.

A DISTINCT. XXXVIII.

NVNC de Voto inſpiciamus. Votum eſt teſtificatio quædā promiſſionis ſpōtaneæ: quæ deo, & de his quæ dei ſunt, propriè fieri debet. Sunt tamen & vota ſtultorum, quæ frangenda ſunt.

Hug. li. 2. de ſacra. parte 12. p multa cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B *De Votorum differentiis.*

Sciendum vero quod votorum aliud est commune, aliud singulare. Commune, vt illud quod in baptismo omnes faciunt, cum spondent renunciare diabolo & pompis eius. Singulare, vt cùm aliquis sponte promittit seruare virginitatem, uel continentiã, uel aliquid huiusmodi. Item singulare uotũ, aliud est priuatum, aliud solenne. Priuatum est, in abscondito factum: Solenne uero, in conspectu ecclesiæ factum. Ite priuatum uotum si uioletur, peccatum est mortale: solenne uerò uiolare, peccatum & scandalum est. Quj priuatum faciunt uotum cõtinentiæ, matrimoniũ cõtrahere non debent: quia contrahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint, non separentur: quia probari non potest quod occulte factum est. Qui uero solenniter uouent, nullatenus cõiugium inire queunt: quibus non solùm nubere, sed & uelle damnabile est. Vnde Augustinus. [In coniugali uinculo si pudicitia seruatur, damnatio non timetur: sed in uiduali continentia & uirginali excellentia uirtus muneris amplioris expetitur: qua expetita, & electa, & uoto oblatã, iam non solùm capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere uelle damnabile est. Vouentibus n. uirginitatem uel uiduitatem, non solùm nubere, sed etiam uelle damnabile est. Quod Apostolus ostendit Timotheo scribens, Adolescentiores uiduas deuita: cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere uolunt: id est, cũ post uotũ cõtinentiæ in delitiis egerint uitam, non dico nubunt, sed nubere uolũt in Christo, quasi tunc non sit peccatũ: sed q̃ sit, ostendit subdens, Habentes damnationem: & quare, subdit, quia primam fidem irritam fecerunt, etsi non nubendo, tamen uolendo: ut uoluntatem quæ à proposito cecidit, appareat esse damnatam, siue sequantur nuptiæ, siue non. Damnatur enim propositi fraus: damnantur tales, q̃a continentię fidem primam irritam fecerunt, id est uotum, uel in uoto uiolato fidem quam in baptismo professæ

De bono uidui. ca. 9. Et 27. q. 1. ca. Nuptiarum bonum.

Dist. 27. ca. Vouẽtibus. 1. Tim. 5. b

professæ sunt.] Si autem pro uoluntate nubendi damnantur, constat, si eam effectui mancipauerint, reuocandum id esse in irritum, easque arcendas redire ad propositum. Vnde Gregorius, [Viduas à proposito recedentes viduitatis, super quibus nos consuluisti, credo te nosse à sancto Paulo, nisi conuertantur, olim esse damnatas: quas & nos Apostolica autoritate damnandas, & à communione fidelium atque à liminibus ecclesiæ arcendas fore censemus, vsquequo obediant Episcopis suis, & ad bonum quod cœperuut, integrè aut voluntariè reuertantur.]

27. q. 1. ca. Viduas à proposito.

1. Cor. 5. b

C *De virginibus non velatis.*

De virginibus autem non uelatis, si deuiauerint, à prædecessore nostro Innocentio Papa tale decretum habemus. [Illæ quæ necdum sacro uelamine tectæ, tamen in proposito uirginali semper sè simulauerunt permanere, licet uelatæ non fuerint, tamen si nupserint, aliquo tempore his agenda pœnitentia est: quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio quam cum deo pepigerunt, solui siue uindicta non poterit?] Item, [Si uirgines nondum uelatæ taliter publicæ pœnitentiæ puniuntur, & à cœtu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur; quanto magis uiduæ, quæ perfectioris ætatis & maturioris consilij existunt, & habitũ religionis assumpserunt, & deinde apostatauerũt, atque ad priorẽ uomitum sunt reuersæ; à nobis & ab omnibus fidelibus à liminibus ecclesiæ & à cœtu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandę, & carceribus tradendę?] Ex his apparet, uirgines uel uiduas uoto cõtinentiæ astrictas, siue fuerint uelatæ, siue nõ, nullatenus coniugium sortiri posse. Quod itidem de omnibus intelligendum est qui continentiam nouerunt. Quod enim antè erat licitum, post uotũ fit illicitũ. Nõ est igitur prætermittendũ quod Innocentius Papa de uiduis & puellis decreuit. [Quæ Christo

Inno. 1. epi. 2. ad Victri cũ epis. c. 13

Greg. in eadem epist.

Cap. 12. epis. 2. ad Victri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et 27.qū.1. c. Quæ Chri stę. †hominibus

spiritualiter nubūt, si postea publicè nupserint, non eas admittendas esse ad pœnitentiam, nisi hi quibus se iunxerant, de mundo recesserint. Si.n.de †omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcunq; viuente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi vnus de illis fuerit defunctus: quantò magis de illa tenenda est, quæ ante se immortali sponso coniunxerat, & post ad humanas nuptias transmigrauit?]Attende quod non solū coniugiū talibus negare videtur, sed etiam locum pœnitentiæ. Sed non ita intelligendum est, vt aliquando excludantur à pœnitentia, quæ dignè pœnitentiam agere volunt: sed illæ non sunt admittendæ ad pœnitentiam, quæ ab incestus copula discedere noluerint: quia post religionis propositū non potest deo reconciliari per pœnitentiam, quæ ad habitū suæ professionis redire neglexerit. Tunc ille cui se coniunxerat, ei defunctus erit, cū ab eius illicitis amplexibus hæc penitus recesserit. Cùm ergo dicitur eas non esse admittendas ad pœnitentiā, nisi hi quibus se iunxerant, de mūdo recesserint, subaudiendum est, eis. Tunc enim eis viri de mundo recedunt & defunguntur, cùm ab eorum concupiscentia istæ se alienant quem sensum similitudo subdita declarat & confirmat.

D *Quam grande malum sit Adulterium.*

Cùm vir & mulier legitimè coniuncti sunt, cōstat alterum altero viuēte ad aliam non posse transire copulam: alioquin adulterium cōmittitur: de quo Clemens Papa ait, [Quid in omnibus peccatis adulterio est grauius? Secundum namque in pœnis tenet locū: quem primum illi habent qui aberrant à Deo. Grauiter ergo peccant adulteri, grauiter fornicarij: sed cunctis his grauius incestuosi: quos omnes transcendunt cōtra naturā delinquentes.]Vnde Augu.[Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur ab incestu. Peius enim est cum matre, quàm cum aliena vxore dormire: sed horum omnium pessimum est quod contra

Epi.1.ad Iacobum Apo. *Et 32.q.7. cap. Quid in omnibus.* *De bono coniuga.c.8. Et 32.qū.7.ca. Adulterij malum.*

contra naturam fit: vt si vir membro mulieris non ad hoc concessō vtatur: hoc execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in vxore.]

E *De illis qui post longam captiuitatem redeunt.*

Hic quæritur de illis fœminis, quæ putantes viros suos interemptos, vel in captiuitate, vel ab iniqua dominatione nunquam liberandos, in aliorum cōiugia transierūt: si illi qui putabantur periisse remeauerint, utrum eis reddi debeant: & an secundi fornicati sint, & ipsæ reę adulterij. De hoc Leo Papa sic ait, [Necesse est ut legitimarum fœdera nuptiarum reintegranda credamus, & remotis his quæ hostilitas intulit, cuique id legitimè reformetur quod intulit: procurandumque est vt recipiat quisque quod proprium est. Nec tamen culpabilis iudicetur, & quasi alieni iuris peruasor habeatur, qui personam eius mariti, qui iam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos qui in captiuitatem ducti sunt pertinebāt, in ius alienum transire potuerunt: & tamen plenę iustitiæ est, ut eisde reuersis reformētur. Ideoque si uiri post longā captiuitatem reuersi, ita in dilectione suarum coniugum perseuerant, ut eas cupiant in suum redire consortium; dimittendū est, & inculpabile iudicandum quod necessitas intulit, & restituendū quod fides poscit. Sin autem aliquæ mulieres ita uirorum posteriorum amore sunt captæ, ut malint his cohęrere quàm ad legitimum transire consortium, meritò sunt notādæ, ita ut etiam ecclesiastica communione priuętur, quæ de re excusabili contaminationem criminis elegerunt. Redeant ergo in suum coniugia statum: quia sicut mulieres quę ad uiros suos reuerti noluerint, impiæ sunt habēdæ; ita illę quæ redeunt, meritò sunt laudandæ.]Ex his ostenditur, illos qui taliter iunguntur, ut credāt uirū interemptum, p ignorātiā, aliquam excusationem habere de peccato, & tantùm primam copulam esse legitimam, non secundam, ueniāmę habere, si careat opprobrio malę uolūtatis.

Epist.79.ad Nicetam cuius initium, Regressus. Et 34.qū.1. & 2. Cum p bellicam.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hug.4.sent. cap.4.

Sed si quis relicta in patria sua vxore, in lõginquam abiens regionem, aliam ducat vxorem, deinde pœnitentia ductus eam dimittere velit, asserens se aliã habuisse quæ viuit, nec Ecclesia permittat, quæ quod ille asserit ignorat: quæritur an in hac secunda copula sit coniugium. Sanè dici potest non esse coniugium, & mulierem de crimine excusari per ignorantiam, vt rum autem adulterium admisisse. Sed ex quo ad primam redire volens, nec valens, cogitur Ecclesiæ disciplina hanc tenere, incipit excusari per obedientiam & timorem, de hoc quòd poscenti mulieri debitum reddit: à qua ipse nunquã poscere debet: & sic de aliis huiusmodi sentiendum est.

Errat hic cũ Hugone Magister.

DE IMPEDIMENTIS QVAE FACIVNT omnino illegitimam personam ad contrahendum matrimonium: quod contingit ex cultus disparitate.

A DISTINCT. XXXIX.

POST hæc de dispari cultu videndum est: hæc est enim vna de causis quibus personæ illegitimæ fiunt ad contrahẽdum matrimonium. Non enim licet Christiano cum Gẽtili vel Iudæa inire coniugium: quia etiam in veteri testamento prohibitum est, fideles viros infideles ducere vxores: Domino dicente, Nõ accipias vxores de filiabus alienigenarum filiis tuis, ne traducant eos post deos suos. Iuxta hoc Domini præceptum Iudæorum coniugia cum alienigenis inita Esdras separauit. Hoc idem etiam in nouo testamento seruatur. Vnde Augustin. [Ne nubat fœmina nisi suæ religionis viro: vel ne virtalem ducat vxorem. Id enim, vt dicis, iubet Dominus, docet Apostolus, vtrumque præcipit testamentum.] Item Ambros. [Caue Christiane Gentili vel

Exod.34.d Deut.7.a 1.Esd.10.a Lib.1.de adul.conu.c. 21.sed tolle ty uerba sint non Augu. Exo.34.d

uel Iudæo filiam tuam tradere: caue ne Gentilem vel Iudæam, uel alienigenam id est hæreticã, & omnẽ alienã à fide tua, vxore accersas tibi. Itẽ, [Si quis Iudæa, siue Christiana Iudæo, siue Iudæa Christiano carnali consortio misceatur, quicunque tũtũ nefas admiserit, à Christiano cœtu protinus segregetur.] Ex his aliisque pluribus testimoniis apparet, non posse contrahi coniugium ab his qui sunt diuersæ religionis & fidei.

1.Cor.7.c Li de Abra hã patriarcha, c.9. Et 28.q.1.ca. Cane. 25.quæs.1. Sed ubi sic legitur, Si qs iudæi cæ prauitati coniugali societate iũgitur, siue: 1.Cor.7.b Lib.1. de adul.coniu. c.21. Et 28 q.1.cap.Sic enim.

De coniugio fidelis & infidelis, & duorum infidelium.

B

Huic autem uidetur obuiare quod Apostolus ait de imparibus coniugiis, Ego dico, non Dominus, Si quis frater habet uxorem infidelẽ, & hæc consentit habitare cũ illo, nõ dimittat illã: & si quę mulier, &c. Sed aliud hoc esse, aliud illud, euidenter ostendit Aug. [Ibi enim agitur de illis coniugiis fideliũ & infideliũ, quæ cõtrahuntur ab eis i dispari religione & in fide manentibus. Apostolus uero agit de illis qui vnius eiusdemq; infidelitatis fuerunt, quãdo cõiuncti sunt: sed cũ uenisset Euãgeliũ, alter sine altera credidit. Intelligisne quid dicam? Attende, vt rẽ ipsam diligẽtius explanem: Ecce coniuges duo vnius infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt: nulla de his quæstio est, quæ pertineat ad illud præceptum veteris & noui testamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli copulare coniugium. Iã sunt coniuges, & ambo adhuc sunt infideles. Tales sunt adhuc quales coniuncti sunt: venitque Euangelij prædicator: credit eorum vnus vel vna, sed ita vt infidelis cum fideli habitare cõsentiat: non iubet Dominus vt fidelis ifidelẽ dimittat, taliter coniunctum.] [Nec apostolus iubet vt nõ dimittat, sed consulit, vt si quis aliter agat, nõ sit transgressor: sicut ẽ de uirginibus consulit.] [Monet aũt quod est lucrandi occasio, cùm possit licitè relinquere, sed non expedit.] [Tunc.n. nõ expedit id quod licitũ est, quãdo permittitur quidẽ, sed ipsius usus aliis adfert impedimentum

Aug.de ser. dom.in mõte, li.1.c.27 Idẽ, li.1.de adul.cõ.ca. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibid.c. 18. *Et* 28. *quæ.* 1. *Sacra.*

dimittum salutis: sicut discessio fidelis ab infideli: quã non prohibet Dominus: quia coram illo non est iusta: sed Apostolus ne fiat, consilio charitatis suadet, vt nemo in ea re iussionis necessitate teneatur, sed cõsilij voluntate liberè faciat.] Ex his monstratur, inter

1. *Cor.* 7

infideles coniugium esse, & consilium Apostoli non obuiare præcepto Domini, quo iubet fidelem non iũgi infideli, & si coniuncti fuerint, separari. [Legitur.n. ꝙ Esdras propheta, imò Dominus per eum iussit Israelitis uxores dimittere alienigenas, per quas ibant ad deos alienos: non illæ per maritos acquirebantur Deo. Rectè hoc præcepit: quia per Moysen iusserat Dominus ne quis uxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant Domino prohibente, Domino iubente dimiserunt. [quia, vt ait Ambro. [Non est putandum matrimonium quod extra decretum Dei factum est: sed cùm cognoscitur, emendandum:] vt quando fidelis infideli copulatur. Sed, vt ait August. [Cùm cœpisset Gentibus Euangelium prædicari, iam coniunctos Gẽtiles Gentilibus comperit coniugibus: ex quibus si non ambo crederent, sed unus uel una, & infidelis cum fideli consentiret habitare, nec prohibere Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo non prohiberi, quia iustitia permittit à fornicante discedere. Et infidelis hominis fornicatio est maior in corde: nec uera eius pudicitia cum coniuge dici potest: quia omne quod non est ex fide peccatũ est: quamuis veram fidelis habeat pudicitiam, etiam cum infideli coniuge, quæ non habet veram. Ideo autem nec iuberi, quia nec contra iussionem Domini Gentiles fuerunt ambo coniuncti.] [Licitũ ergo erat per iustitiam, fideli infidelem dimittere: sed licitũ nõ erat faciendum, propter liberam beneuolentiam.] Euidenter apparet, & inter infideles coniugium esse, & Apostolum de illis agere qui in infidelitate coniuncti fuerunt, & pòst alter ad fidem conuersus est: cum quo etiam infidelis habitare consensit: & hunc non dimittere

Aug. lib. 1. de adul. cõiug. cap. 18. 1. Esd. 10. c Exod 34. Deut. 7. Ambr. super 1. ad Cor. 7 Et 28. q. 1. ca. Quod autẽ August. lib. & cap. iisdẽ. Et 28 q. 1. ca. Sic enim neq; Matt. 19. b

Non uera esse pudicitiam infidelis etiam cũ fideli.

Rom. 14. d Aug. ib. c. 17

dimittere fideli consulit Apostolus: quia fortè per fidelem saluabitur infidelis.

De fornicatione spirituali, ob quam potest dimitti coniux.

C Potest tamen licitè dimittere: quia in infideli est fornicatio, si non corporis, tamen mentis. Causam.n. fornicationis Dominus excepit. Fornicationem verò generalem & uniuersalem intelligere cogimur, non modo.s. corporalem, sed & spiritualem: de qua Augustinus ait, [Idololatria & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis vxorẽ dimitti, sed non iussit; & sic dedit Apostolo locum monendi, vt qui uoluerit nõ dimittat:] potest tamen licitè dimittere. Si.n. fornicatio carnis detestanda est in coniuge, quanto magis fornicatio mentis, id est, infidelitas.

In gloss. ad illud 1. Cor. 7. Si quis frater uxo. Ex sententia Aug. lib. 1. de ser. dom. in monte, c. 28. Ibid. c. 27. Et 28. q. 1. c. Idololatria.

D *Pro quibus uitiis possit dimitti.*

Si aũt quæris, an propter aliud vitium, nisi propter infidelitatem vel idololatriam, possit dimitti; attende quid Aug. ait: [Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia idololatria; non est dubitãdum & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo quã libet illicitam concupiscentiam potest à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, ꝙ propter illicitas concupiscentias, non tãtum quæ in stupris cum alienis uiris uel fœminis committuntur, sed ob quaslibet quæ animam à lege Dei aberrare faciunt, & pernicioſè corrumpi, possit sine crimine & uir uxorem suam dimittere, & uxor uirum. Item, [Rectissimè dimittitur, si uiro suo dicat, Non ero uxor tua nisi mihi de latrocinio diuitias congreges: uel, nisi solita lenocinia exerceas: aut si quid aliud facinorosum uel flagitiosum à uiro suo expetat. Tunc ille, si ueraciter pœnitens est, habetq; fidem per dilectionem operantem, membrum quod eũ scandalizat, amputabit.] Ex his apparet, ꝙ non solùm infidelitas, sed etiam quælibet concupiscentia, quę per-

Ibi. ca. 28. Et 28. q. 1 cap. Idololatria. Aug. in li. de fide & operibus, ca. 16. Et 28. q. 1. cap. Vxor legis-ma. Matt. 17. a

niciosè

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.7. niciosè turpiterque corrumpit, fornicatio spiritualis est, per quam vir uxorem, vel uxor virum dimittere potest. Consulit tamen Apostolus, ne fidelis dimittat infidelem volentem cohabitare, nec à Deo reuocare.

Si fideli liceat aliam ducere, infideli discedente uel dimissa.

E

Consule 28. quæst. 2. Hic quæritur, si fidelis dimittat infidelem, vel infidelis à fideli discedat, an liceat fideli aliam ducere. Videtur autoritas testari, ꝙ illa uiuente alteram ducere non valeat. Amb. enim verba Apostoli exponens ait, [Alioquin si discediti ab inuicem, & uolentes cohabitare dimittitis, & aliis vos copulatis; adulteri estis: & filij vestri qui de hac copula nascuntur, immundi, i. spurij sunt. Item, [Si quis habuerit vxorem uirginē ante baptismum: viuente illa post baptismum alteram habere non potest. Crimina enim in baptismo soluuntur, non coniugia.]

In 1. Co. c. 7

28. q. 2. ca. Si quis. Ex cōc. Meldē.

Quæ præmissa contraria uidentur.

F

Circa illud 1. Corin. 7. Non n. seruit. Sed contrà Ambr. testatur: [Si infidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat. Non n. est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi: quia non debetur reuerentia coniugij ei qui horret autorem coniugii. Non est enim ratum matrimonium, quod sine deuotione Dei est: & ideo non est peccatū ei qui dimittitur propter Deum, si alij se copulauerit. Contumelia enim creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur, ne accusetur alij copulatus. Infidelis autem discedens, & in Deum peccat, & in matrimonium: nec est seruanda ei fides coniugi, qui ideo recessit, ne audiret Christum esse Deum Christianorum coniugium. Si uerò ambo crediderint, per cognitionem Dei confirmatur coniugium.]

Istud addit glo. in eundem locum.

Determinatio.

G

28. q. 2. Si in fid. para. hic dmg. Attende hæc prædictis contraria posse videri, ita ut sibi Ambrosius contradicere uideatur. Sed distinguendum est hic, aliud esse dimittere volentem cohabitare, aliud dimitti propter deum ab illo qui horret nomen Christi. Ibi lex beneuolentiæ non seruatur: hic veritas custoditur. Et ideo cùm liceat dimittere uolentem cohabitare, non tamen ea uiuente aliā ducere licet. Discedentem uero sequi non oportet: & ea viuente aliam ducere licet. Sed hoc non est intelligendum nisi de his qui in infidelitate sibi copulati sunt. Sed si ad fidem vterq; conuersus est, uel si uterq; fidelis matrimonio coniunctus est, & pòst alter eorum à fide discesserit, & odio fidei coniugem reliquerit; dimissus discedentem non comitabitur: nec tamen illa viuente alteram ducere poterit: quia inter eos fuerat ratum coniugium: quod non potest dissolui.

Quidam dicunt coniugium non esse inter infideles, & quare.

H

Hic locus pene ad uerbum habe. 28. q. 1. in principio. Rom. 14. d Aug. lib. 1. de adul. coniug. c. 28. Et 28. q. 1. c. Sic enim. Sunt tamen nonnulli qui inter infideles asserunt non esse coniugium: quia nec rata, nec legitima est eorum copula. Rara non est, quia solui potest: nec legitima, quia Apost. ait, Omne quod non est ex fide, peccatum est. Eorum autem coniunctio non est ex fide: & ideo peccatum est. Non est ergo coniugium: quia nullum coniugium peccatum est. Augustin. etiam dicit, quia non est uera pudicitia infidelis cum fideli,] Sed vera negatur esse pudicitia, non quòd infidelium coniugium non sit verum, sed quia non habet illud triplex bonum quod excusat coitum, & meretur præmium. Item illud Apostoli, Omne quod non est ex fide, peccatum est, non ita intelligendum est, ut quicquid fit ab infidelibus, peccatum sit: sed omne quod fit contra fidem, id est conscientiam, malè fit, & ad gehennam ædificat. Vel in omni eo quod infidelis facit, peccat: non quia illud facit, sed quia non eo modo illud facit quo debet, non referens ad debitum finem.

Quod legitimum sit coniugium infidelium, sed non ratum, & quare.

I

Copula ergo maritalis quæ est inter infideles, coniugium est legitimū, sed nō ratum. Legitimū, quia est inter legitimas personas: sed non ratū, quia sine fide,

Coniu-

Coniugium uerò fidelium est legitimum & rārum, si tamen legitimæ sunt personæ. Quod autem legitima sit infidelium coniunctio. Augustinus testatur dicens, [Vxor legitima societate coniuncta, sine ulla culpa relinquitur, si cum uiro Christiano permanere noluerit.] Ex hoc etiam probatur, quod infideli ad fidem conuerso Apostolus consulit infidelē non dimittere: quod non faceret, si nō esset inter eos legitimum coniugium. Legitimum est, quod legali institutione, uel prouinciæ moribus, non contra iussionem Domini contrahitur.

Lib. de fide & oper. c. 16. Et 28. q. 1. c. Vxor legitima. 1. Cor. 7.

DE COGNATIONE CARNALI ET SPIRITVALI omnino impedientibus matrimonium: et prius de carnali.

A DISTINC. XL.

NVNC supereſt de cognatione aliquid dicere. Est autem cognatio alia carnalis, alia spiritualis. Primùm de carnali cognatione & affinitate inspiciamus. Cognati ergo uel affines in septimo gradu, uel infra, copulari non debent. Vnde Gregorius, [Progeniem suam unumquemque usque ad septimam obseruare decernimus generationē, & quādiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus: quod si fecerint, separentur.] Item Nicolaus Papa, [De consanguinitate sua nullus uxorē ducat usq; post generationem septimam, uel quousq; parentela cognosci pōt.] Itē, [Nulli ex propinquitate sui sāguinis usq; ad septimū gradū uxores ducant.] Hic autē ritatibus, alijsque pluribus, consanguineorū coniunctiones prohibentur usque ad septimum gradum.

Gre. li. 12. regist. ep. 31 ad Felicem Sicilia epi. Et 35. q. 3. cap. progeniem suā. Ibidē, cap. De consanguinitate. Ibid. c. Nulli. Exconc. Lugdunen. Lib. 9. Ety. ca. 5. & 6. Et 35. q. 5. ca. Series.

B *De computatione graduum consanguinitatis.*

Quomodo autem gradus consanguinitatis cōputādi sint. Isido. ostēdit sic, [Series cōsanguinitatis sex gradibus dirimitur, hoc modo: Filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus. Illis seorsum seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi. Nepos & neptis, primus, Pronepos & proneptis, secundus: Abnepos & abneptis, tertius: Adnepos & adneptis, quartus: Trinepos & trineptis, quintus: Trinepotis nepos, & Trineptis neptis, sextus.] Attende quod sex gradus tantùm ponit Isidorus: quia truncum inter gradus non computat. Alij uero qui septem gradus ponunt, truncum inter gradus computant. Variè namque computantur gradus consanguinitatis. Alij enim patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt: alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filiū esse, cùm una caro sint & pater & filius. Autoritates ergo quæ consanguinitatis cautelā usq; in septimū gradū prohibent, patrē ponunt in primo gradu. Illæ verò quę usque ad sextū gradū prohibent, primū gradum filios appellant. Atq; ita fit, vt eædem personæ secundum hac diuersitatē inueniantur in sexto & septimo gradu. Patrē verò in primo gradu ponit, qui fratres dicit esse secundum gradum. Hoc modo computat Zacharias Papa, inquiens, [Parētelæ gradus taliter computamus: Ego & frater meus una generatio sumus, primumque gradum efficimus. Rursus, filius meus, & fratri mei filius secunda generatio sunt, & secundum gradum faciunt: atque ad hunc modū cæteræ successiones.] Inter illos uerò qui sex computāt gradus, & illos qui septem computant gradus, nulla in sensu existit diuersitas, quamuis in numero graduum uarietas uideatur. Vltima enim generatio, si à fratribus sumat initiū numerādi, septima ī uenitur

35. q. 3. ca. Contradicimus. 35. q. 5. c. Parentelæ.

C *Quare sex gradus computantur.*

Quare uerò sex computet Isidorus, ipse aperit, dicens, [Consanguinitas dum se paulatim propaginū ordinibus dirimens usque ad ultimum gradū protraxerit,

Isid. lib. 9. Etym. c. 6. Et 35. q. 4. ca. Consanguinitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xerit, & propinquitas esse desierit, tunc primùm lex in matrimonij uinculum eam recipiet, & quodammodo incipiet reuocare fugientem. Ideo autem vsque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex ætatibus mundi generatio & hominis status finitur; ita propinquitas generis tot gradibus terminetur: In his sex gradibus omnia propinquitatum nomina continentur. vltra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius prorogari. Secundum alios, septem gradus ideo computantur, vt ita post septem gradus sponsus sponsæ iungatur, sicut post hanc uitam, quæ septem diebus agitur. Ecclesia Christo iungetur. His autem occurrit illud quod Gregorius Augustino Anglorum episcopo, à quo requisitus fuerat, quota generatione deberent copulari, rescribit, sic, [Quædam lex Romana permittit, vt siue fratris, uel sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus, ex tali cõiugio sobolem non posse succrescere. Vnde necesse est, ut †quarta uel quinta generatio fidelium licenter sibi coniungatur.] Sed post multum temporis idem Gregorius à Felicæ Messanæ ciuitatis Siciliæ præside requisitus, vtrùm Augustino scripserit vt Anglorũ quarta generatione contracta matrimonia non solueremur, Inter cætera talẽ reddidit rationem. [Quod scripsi Augustino Anglorum episcopo, ipsi etiam Anglorum genti, quæ nuper ad fidem uenerat, ne à bono quod cœperat, metuendo austeriora, recederet, specialiter, & non generaliter me agnoscas scripsisse. Nec ideo hæc ei scripsi, ut postquam in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est usque ad septimam generationem, iungantur.]

In rej. ad 5. interrog. in fine. Et 35. q. 3. c. Quædam lex Romana.

†Gregorius habet, tertia vel quarta. Sic & Gratianus. Li. 12. reg. epist. 31. ad Felicem.

DE GRADIBVS AFFINITATIS OMNINO impedientibus matrimonium.

A DISTINCT. XLI.

NVNC de affinitate uidendum est: de qua Greg. ait. [Porrò de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad utrum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorẽ pertinet, manifesta ratio est: quia si secundum diuinam sententiam ego & vxor mea sumus una caro, profecto mihi & illi mea suaque parentela propinquitas una efficitur. Quocirca ego & soror vxoris meæ in uno & primo gradu erimus: filius verò eius secundo gradu erit à me, neptis verò in tertio. Idq; vtrinque in cæteris agẽdũ est successionibus. Vxorem verò propinqui, cuiuscunq; gradus sit, ita me oportet attendere, quẽ admodũ ipsius quoque gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis sit: qđ nimirum uxori meæ de propinquitate viri sui in cæteris cognationis gradibus conuenit obseruare. Qui verò aliorsum sentiunt, An tichristi sunt.] Item Iulius Papa, [Aequaliter vir coniungatur cõsanguineis proprijs, & cõsanguineis uxoris.] Item Isidor. [Sanè cõsanguinitas, quæ in proprio viro cõseruanda est, etiã in uxoris parentela, de lege nuptiarũ custodienda est: quia constat eos duos fuisse in carne vna. Ideoq; cõmunis est illis utraque parentela.] Item Iulius Papa, [Nullum in utroq; sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris, vsque in septimũ generationis gradum, uxorem ducere, vel incesti macula copulari: quia sicut non licet cuiquã Christiano de sua consanguinitate, sic nec de consanguinitate uxoris coniugem ducere, propter carnis vnitatem.] Item Gregorius, [De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit usque ad septimam generationem obseruare. Nam & hæreditas

35. q. 5. cap. Porrò de affinitate.

35. q. 2. et 3. cap. Aequaliter.

Lib. 9. Ety. cap. 5. et 35. q. 2. & 3. c. Sanè consanguinitas.

Ibidem, cap. Nullum.

Ibid. cap. De affinitate ex cõc. Meldẽsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum per legales instrumentorum definitiones sancita, vsque ad septimum gradum hæredum protendit successionem. Non enim eis succederent, nisi de propagine cognationis deberetur.] His autoritatibus insinuatur & quæ sit affinitas, & vsq; ad quem gradum sit obseruanda, scilicet vsque ad septimum.

B *Variæ traditiones de Affinitate.*

Sed alij videntur concedere, in quinta generatione inter affines contrahi coniugiũ, & in quarta, etiam si contractum fuerit, non separari. Ait enim Fabianus Papa, [De propinquis qui ad affinitatem per virum & vxorem veniunt, defuncta vxore vel viro in quinta generatione iungantur: in quarta si inuenti fuerint, non separentur. In tertia verò propinquitate nõ licet vxorem alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir iungatur in matrimonio eis qui sibi cõsanguinei sunt, & vxoris suæ cõsanguineis, post mortẽ uxoris.] Ecce hic conceditur, in quinta vel quarta propinquitate, affiniũ fieri coniugium. Iulius etiã Papa ait, [Statutum est, vt relictam patris vxoris suæ, relictam fratris vxoris suæ, relictã filij vxoris suæ, nemo sibi in matrimonium sumat: relictã vxorem consanguineorum vxoris suæ, vsq; in tertiam progeniem, nemo in vxorem sumat. In quarta verò & quinta si inuẽti fuerint, nõ separẽtur.] Ecce quã variè de affinitatis obseruatione loquuntur autores. Alij enim vsque ad septimũ gradum eã obseruari sanciunt: alij verò in quinto vel quarto matrimonia contracta non diuidunt. Sed illi veritatis rigore, isti misericordiæ dispensatione uidẽtur proponere. Potest. n. Ecclesia dispẽsare in copula affiniũ, vsque ad tertiũ gradum: sicut Gregorius dispensauit in quarto gradu consanguinitatis. Illud autem nõ est prætereundum, quod Gregorius Venerio episcopo scripsit, [Sedem Apostolicam consulere decreuisti, si mulier copula nuptiali extraneo viro coniũcta, cognationi eius pertineat, si eo defuncto cognatio maneat, vel si sub alio viro cognationis vocabula dissol-

Ibid. cap. De propinquis.

Ibidem. cap. Aequaliter.

Ibid. cap. Et hoc quoque.

Supra, dist. 40. lit. c.

35. q. 10. c. Fraternitatis.

dissoluantur, vel si susceptæ soboles possint legitimè ad prioris viri cognationis transire copulam. Si una caro fuerint, quomodo potest aliquis eorum propinquus vni pertinere, nisi pertineat alteri? Hoc minimè posse fieri credẽdũ est. Porrò uno defuncto, in superstite affinitas non deletur: nec alia copula coniugalis affinitatẽ copulę prioris soluere valet: sed nec alterius coniunctionis soboles placet ad affinitatis prioris viri consortiũ transire. Si quis ergo sacrilego & temerario ausu in defuncto quærit propinquitatẽ extinguere, vel sub altero affinitatis uocabula dissipare, uel susceptas soboles alterius copulæ propinquitati prioris cre d t legitimẽ sociari; hic negat dei uerbũ ualidum esse, quod dixit, Erũt duo in carne vna.] Ecce hic prohibet, si mortuo primo viro uxor eius alij nupserit, filios de secundo uiro genitos ducere uxores de cognatione prioris uiri: quia filij mediãte matre ad cognationem prioris uiri pertinent, cũ quo mater eorũ una caro extiterat. Hoc idẽ etiã Innocentius Papa ait, [Si qua mulier ad secundas nuptias trãsierit, & ex eis sobolem ge nuerit, nullatenus potest ad consortium cognationis prioris viri pertingere.] Hoc autem obseruandum est usque ad septimum generis gradũ, sed maximè usque ad tertium & quartum: sicut suprà positum est.

Gene. 2. d. Matt. 19. &

35. q. 10. ca. Si qua mulier. 1. & 2.

Si coniugium sit inter eos qui nota consanguinitate diuiduntur.

C

Et est sciendum, quòd Ecclesia infra prædictos gradus consanguinitatis coniunctos separat. Si aũt ignoranter coniuncti fuerint in cõspectu Ecclesiæ, & post. modùm probata consanguinitate eiusdem iudicio separati; quæritur vtrùm copula illa cõiugium fuerit. Quibusdam uidetur non fuisse cõiugium, quia non erant legitimæ personæ: sed tamen de crimine excusantur per ignorantiam, & quasi coniugiũ reputatur: quia bona fide, & per manum Ecclesiæ cõuenerunt. Vnde & filij eorum legitimi habentur. Alij verò dicunt fuisse coniugium, licet non essent legitimæ per-

sone: quia talium coniunctiones uocant canones coniugia, ubi de personis agitur, quarum testimonio consanguineorũ sit dirimenda coniunctio. Vnde Vrbanus Papa, [Si duo uiri uel tres cõsanguinitate iurent: & firmauerint, uel ipsi forte cõsciu fuerint, coniugia dissoluãtur. Si uero neutrum cõtigerit, Episcopi eos per fidẽ Christi obtestentur, quatenus palam fateantur, si se recognoscũt consanguineos. Si se iudicio Episcoporum segregauerint, alia matrimonia nõ prohibeantur contrahere.] Idem, [Notificamus tibi, vt cùm tres uel duõ ex propinquioribus eius qui accusatur, hanc propinquitatem iuramẽto firmauerint: uel si duo uel tres ex antiquioribus Ianuensibus, quibus hæc propinquitas est nota, qui bonæ famæ & ueracis testimonij sint, remoto amore, timore, pretio, & omni malo studio, prædicta firmauerint: sine mora coniugia dissoluantur.] [Consanguineos verò extraneorum nullus accuset, uel consanguinitatem in synodo computet: sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet. Si autẽ progenies tota defecerit, ab antiquioribus & veracioribus, quibus propinquitas tota nota sit, Eps canonicè perquirat: & si inuenta fuerit, separentur.] Ecce quibus accusãtibus vel testificantibus dirimẽda sit consanguineorum coniunctio, quæ coniugium uocatur.

35.q. 6. *Si duo uiri.*

Ricardo Ianuen. epi. Et ibi c. Notificamus.

Fabianus Papa. Et ibi dic. c. Consanguineos.

D *distinctio vt lis, quid sit Fornicatio.*

Hæc totidem uerbis repetuntur 36. q. 1. c. *Lexilla præterea, parag. Ced non omnis.*

Hic dicendum est, quòd aliud est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulteriũ, aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio, licet sit genus omnis illiciti coitus qui fit extra vxorem: tamen specialiter intelligitur in usu uiduarum, uel meretricum, uel cõcubinarum. Stuprũ, proprie est uirginum illicita defloratio. Adulteriũ est alieni tori uiolatio: vnde adulteriũ dicitur quasi alterius tori accessio. Incestus est cõsanguineorũ, uel affiniũ abusus. Vnde incestuosi dicuntur, qui consanguineis uel affinibus suis abutũtur. Raptus admittitur, cũ puella uioleter a domo patris educitur, vt corrupta in vxorem habeatur, siue puellæ, siue parentibus uis illa tã

tã constiterit. Hic morte mulctatur: sed si ad ecclesiã cum rapta confugerit, priuilegio ecclesiæ mortis impunitatem meretur. Atiendẽdum est etiam illud Ale xãdri, qui ait, [Qp frater fororve vxoris tuæ cognati dicuntur, ãqpiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius quã vlla cognationis causã. Vxor enim fratris, fratrissa potius quã cognata vocatur. Mariti frater, leuir dicitur. Dominorũ fratrũ vxores, nutrices vocantur, quasi eandem inuam intrantes. Viri soror, glos appellatur. Sororis autem vir non habet speciale nomen, nec vxoris frater.]

35.q.5.cap. *Quod autem frater.*

DE SPIRITVALI COGNATIONE.

A DISTINCT. XLII.

E parẽtalium gradũ famosa quæstione aliquid, licet minus sufficienter, diximus. Iam de spirituali cognatione addamus: quæ etiã personas impedit, vt nõ sint legitimæ ad ineundas nuptias. Tria quædam sunt, consanguinitas, affinitas, & spiritualis germanitas. Consanguinitas est inter eos qui iunguntur secundum lineã generis: Affinitas inter eos, qui genere quidem non sunt coniuncti, sed mediante genere sunt sociati: verbi gratiã, Vxor filij fratris mei, quæ nõ est de genere meo, per ipsum qui est de genere meo, mihi affinis facta est, & ego illi. Spiritualis proximitas est inter compatrem & commatrem, & inter eos quorum vnus alterum de sacro fonte leuauit, vel in catechizatione aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales & spirituales.

Hugo senẽ. 2. cap. 13.

B *Qui sint filij spirituales.*

Spirituales filij sunt, quos de sacro fonte leuamus, uel in catechizatione seu confirmatione tenemus. Filij quoque & filiæ spirituales eorũ sunt, qui trinæ mersionis

30.q.1.cap. *Ad limina. parag. Filios dicimus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

30.q.1.*Omnes quos.* sionis uocabulo eos sacro baptismate tingunt. Dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis, quæ ei peccata sua confiteatur. Vnde Symmachus Papa, [Omnes quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filij, ut & ipsi quos uel nobis suscipientibus, uel sub trinæ mersionis uocabulo mergentibus, unda baptismi regenerauit.] Syluester etiam admonet, ut ad suã filiam pœnitentialẽ nullus sacerdos accedat: quia scriptũ est, Omnes quos in pœnitentia accipimus, ita nostri filij sunt, vt in baptismo suscepti: quorum omniũ flagitiosa est commixtio. Quòd autem compater & cõmater sibi iungi nequeant, nec pater spiritualis, nec mater filiæ uel filio spirituali, ex concilio Maguntinensi docetur: [De eo quòd interrogasti, si aliquis filiolam suam duxerit in uxorem & de eo qui cõcubuit cũ matre spirituali, & de eo qui filium suũ baptizauit, & uxor eius eũ de fonte suscepit, hac causa ut dissidium fieret coniugij, si post in tali copula possunt permanere: sic respondendũ est, Si filiolam aut cõmatrem suã aliquis in coniugiũ duxerit, separãdos esse iudicamus, & graui pœnitentia plectendos, Si uerò coniuges legitimi, vnus uel ambò ex industria hoc fecerint, ut filiũ suũ de fonte susciperent; si innupti manere uoluerint, bonum est: sin autem, grauis pœnitentia insidiatori iniungatur, & simul maneant: & si præuaricator cõiugij superuixerit, acerrima pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugij maneat.] Ex his apparet, q̃ aliquis filiolã suam uel cõmatrem non potest sibi copulare nuptialiter: & si præsumptum fuerit, separandi sunt. Qui autem legitimè cõiuncti sunt, non ideo separandi sunt, quia alter eorũ insidiosè filiũ de fonte leuauit. Quod etiam Nicolaus confirmat dicens, [Nosse desideras, utrùm mulier quæ uiri filium ex alia fœmina genitũ de sacro fonte leuauerit, postmodùm possit cũ eodem uiro copulari. Quos ideo cõiungi posse decernimus, quia secundũ canones sacros, nisi amborũ consensu, nullius religionis obtentu debet coniunx dimittere coniugem: cùm Apostolus præcipiat, Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, &c.]

In cõcil. Maguntinensi, c. 10. Et 30. q. 1. c. Deeo.

Ibi. c. Nosse.

1.*Cor.*7.

Item, [Dictum est nobis, quasdam fœminas desidiosè, quasdam verò fraudulenter, vt à viris suis separentur, proprios filios coram Episcopis ad confirmandũ tenuisse. Vnde nos dignum duximus, vt si qua mulier filium suum desidia aut aliqua fraude coram Episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam vel fraudem, quamdiu viuat, pœnitentiam agat: tamen à viro suo non separetur.] Item Ioan. Papa, [Ad limina sancti Petri homo nomine Stephanus veniẽs, nostro præsulatui innotuit, quòd filium suum in extremo vitæ positum, necdum baptismi vnda lotum, absentia sacerdotum cogente baptizauit, eumq; propriis manibus suscepit. Atque pro huiusmodi negocio reuerentia tua præfatum hominem à sua coniuge iudicauit esse separandum. Quod fieri nullatenus deber, dicente scriptura, Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et Dominus nõ dimittere uxorem, nisi causa fornicationis iubet. Et nos tanta autoritate freti, dicimus † dimittendum esse, & inculpabile[iu]dicandum quod necessitas intulit. Nam baptizandi opus laicis fidelibus, si tamen necesse fuerit, liberè cõceditur. Vnde si supradictus homo filium morientẽ aspiciens, ne animam perpetuò perire dimitteret, vnda baptismi lauit, vt eum de potestate mortis eriperet, bene fecisse laudatur. Ideoque suæ vxori, sibi iam olim legitimè sociatæ, impunè dum vixerit iudicamus manere coniunctum, nec ob hoc separari debere.] His alijsque pluribus autoritatibus edocetur, coniuges non esse separandos, si post legitimam copulam alter alterius filium de fonte leuarit, uel in confirmatione tenuerit.

Exconci. 2. Cabilo. c. 31 Et ibid. cap. Dictum est.

Ibid. ca. Ad limina.

Gene. 2. d Mat. 5. et 19 † dimittente dã non esse.

Sic Grati.

C *Quid præmissis obuiat.*

His autem obuiare videtur, quod Deus dedit Papa ait, [Peruenit ad nos diaconus sanctitatis vestræ epistolã deferens, q̃ quidam viri & mulieres præteri-

Ibidem. ca. Peruenit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to sabbato Paschali, pro magno populi incursu nescientes filios suos suscepisse de lauacro. Cupis ergo scire, an propter hoc debeant viri ac mulieres ad proprium redire, vel non. Nos verò hac re mœsti, priorum inquisiuimus dicta, & inuenimus in archiuis, id est, in armariis Apostolicæ sedis, tam talia contigisse in plurimis ecclesijs, quarum Episcopis ab hac Apostolica sede volentibus scire vtrùm viri ac mulieres redirent ad proprium rorum, beatæ memoriæ sancti patres Iulius Papa, Innoc. & Cœlestinus, cum Eporum plurimorũ consensu, in Apostolorum principis ecclesia† præsidentes, talia rescripserunt & confirmauerunt, vt nullo modo se in coniugio reciperent viri ac mulieres, quicunque † hac ratione suscepterunt natos, sed separarent se, ne suadere diabolo tale vitium inualesceat.]

† *prohibẽtes*

† *aliqua.*

Ibid. Si quis filiastrũ. Ex concil. apud Kermeria.

[Item, Si quis filiastrum vel filiastram suam ante Episcopum renuerit ad confirmationem, separetur ab vxore tua, & aliam nunquam accipiat.] Hæc autem vel ad terrorem dicta sunt, non ꝙ ita esset faciendũ, sed ne illud fieret, summopere cauendum: vel de illis est intelligendum, qui prius filios suos vicissim de fonte susceperunt, quàm fierent coniuges. Præmissis autem autoritatibus omnino consentiendum est, vt siue proprium, siue tantum viri filium mulier de fonte susceperit, non ideo à viro separetur: quod & de viro similiter oportet intelligi.

De copula spiritualium, vel adoptiuorum,
D *vel naturalium filiorum.*

Quòd autẽ spirituales vel adoptiui filij naturalibus copulari nequeant, Nicolaus Papa testatur, ita inquiens, [Ita diligere debet homo eũ qui se suscepit de sacro fonte, sicut patrẽ. Iuret fratres & filios spirituales gratuita & sancta communio est: quæ dicenda non est cõsanguinitas, sed habenda spiritualis proximitas. Vnde inter eos arbitror non posse fieri legale coniugẽ: quia nec inter eos qui natura, & eos qui adoptione filij sũt, veneranda leges matrimonia cõtrahi permittunt.]

Ad cõsulta Bulgarorũ. Et 30. q. 3. Ita diligere.

[Item, Si inter eos non contrahitur matrimoniũ, quos adoptio iungit, quantò potius à carnali inter se contubernio cessare oportet, quos per cœleste sacramentum regeneratio sancti spiritus vincit?]

Si filij ante compaternitatem vel post nati
E *valent coniungi.*

Hoc autem quidam volunt intelligere tantùm de illis filijs quibus cõpatres sancti sũt. De alijs verò qui ante compaternitatem vel post geniti sũt, cõcedunt ꝙ legitime & licitè iungi possunt. Quibus videtur cõsentire Vrbanus secundus, dicens, [Super quibus consuluit nos tua dilectio, hoc videtur respõdendum, vt & baptismus sit, si instante necessitate fœmina puerum in nomine Trinitatis baptizauerit, & ꝙ spiritualium parentum filij vel filiæ ante vel post compaternitatẽ genitæ, possunt legitimè coniungi, præter illam personam qua compatres effecti sunt.]

Ibid. c. Super quibus.

F *Paschalis Papa.*

Paschalis verò secũdus, post cõpaternitatẽ genitos copulari prohibet, scribens Regino Episcopo, [Post susceptum filium de fonte vel filiam spiritualem, qui ex cõpatre vel ex commatre fuerint nati, matrimonio iungi non possunt. Illud etiam notandum est quod in Triburiensi concilio legitur, [Si quis suæ spiritualis commatris filiam fortuitu, & ita contingente rerum casu, in coniugium duxerit, maturiori seruato concilio, habeat atque legitimo connubio honestè operam det.]

Ibi. c. Post susceptum.

Cap. 48. Et ibid. c. Illud etiam.

Si quis ducere possit duas commatres vnam
G *post alteram.*

Solet etiam quæri, si commatrem vxoris post eius obitum quis ducere valeat. De hoc Nicolaus Papa sic scribit, [Scisciatur à nobis sanctitas vestra, si quis duas commatres habere valeat vnam post alteram. In quo meminisse debes scriptum esse, Erunt duo in carne vna. Cùm ergo constet quod vir & mulier vna caro efficiuntur, testat, virum compatrem cõstitui

30. q. 4. ca. Scisciatur.

Gene. 2. d Mat. 19. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

tui mulieri, cuius assumpta vxor commater erat: & ideo virum illi fœminæ non posse coniungi, quæ cõmater eius erat, cũ qua idẽ fuerat vna caro effectus.]

Ex Triburiensi concilio, c.47.

Huic autem illud contrariũ videtur, [Qui spiritualẽ habet compatrem, cuius filiũ de lauacro acceperit, & vxor eius commater non est; licet ei defuncto compatre suo eius vidnam ducere in vxorem: quos nulla generatio spiritualis secernit. Itẽ ex epistola Paschalis Papæ: [Post vxoris obitũ, cũ cõmatre vxoris coniugio copulari nulla ratio vel autoritas videtur prohibere. Non enim per carnis vnionem ad vnionem spiritus transitur.] Sed sciendum est quòd autoritas Nicolai de illo agit, qui uxori suæ debitum reddidit, postquàm commater illius extitit. Aliæ verò autoritates de illo agunt, cuius vxor, postquàm à viro suo derelinquitur, illius commater efficitur, nec post cõpaternitatem à viro suo cognoscitur: vel de viro potius agunt, cuius vxor antè defungitur quàm ab eo cognoscatur.

Ibid.c. Qui spiritualẽ.

Ibid.c. Post vxoris.

Determinatio.

Ibidem.

H *Si vir, & vxor possint simul tenere puerum.*

Ibidem, ca. Quod autẽ vxor.

Solet etiam quæri, si uxor cum viro simul debeat in baptismo suscipere puerum. De hoc Vrbanus ait, [Quòd vxor cũ marito in baptismo simul nõ debeat suscipere puerum, nulla autoritate videtur vel reperitur prohibitũ: sed vt ipsa puritas spiritualis paternitatis ab omni labe & infamia conseruetur immunis, decreuimus vt vtrique simul ad hoc aspirare non præsumant. Quia verò piaculare flagitium commisit, qui duabus commatribus velut sororibus nupsit, magna pœnitentia debet ei iniungi.]

I *De secundis & tertijs nuptijs, & deinceps.*

Lib.de bono viduit.c.12. Et 31.q.1. cap. Quod si dormierit.

Sciendum est etiam, quòd non solùm primæ vel secũdæ nuptiæ sunt literæ, sed etiam tertiæ & quartæ non sunt damnandæ. Vnde Aug. [Secundas nuptias omnino licitas Apost. concedit. De tertijs autẽ & quartis, & de vltra pluribus nuptijs solent homines mouere quæstionem. Sed quis audeat definire, quod nec Apostolum

stolum video definisse? Ait enim. Si dormierit vir eius, cui vult nubat. Non dicit primus, vel secundus, vel tertius, vel quotuslibet: nec à nobis definiendum est quod non definit Apost. Vnde, vt breuiter respõdeam, nec illas nuptias debeo damnare, nec eis verecũdiam numerositatis auferre: nec contra humanæ verecundiæ sensum audeõ dicere, vt quoties voluerint nubant, nec ex meo corde, præter scripturæ autoritatẽ, quotuslibet nuptias dãnare.] Idẽ testatur Hiero, [Ego nunc libera voce exclamo, nec damnari in Ecclesia bigamiã, imò nec trigamiam, & ita licere quinto & sexto, quemadmodũ secundo marito, nubere.] Apost. tamè bigamos à sacerdotali honore excludit. Sed hoc non facit pro vitio bigamiæ, imò pro sacramẽti virtute, vt sit vna vnius, sicut vnica vnici. Illud tamen Neocæsariensis concilij videtur innuere, bigamiã esse peccatũ: [Presbyterum, inquit, in nuptijs bigami prandere non conuenit: quia cũ pœnitentia bigamus indigeat, quis erit presbyter qui talib. nuptijs possit præbere consensum?] Sed hoc de illo intelligi põt, qui primæ vxori insidiatus putatur desiderio secũdæ: vel pro signaculo sacramẽti illud dicitur: quod in bigamõ non seruatur. Ambrosius etiam dicit [q̃ primæ nuptiæ tantùm à Domino sunt institutæ, secundæ verò sunt permissæ. Et primæ nuptiæ sub benedictione dei celebrantur sublimiter: secundæ verò etiam in præsenti carent gloria.]

Ad Pãmachiũ, in apolo. pro libris cõtra Ioui. circa finẽ. Et ib.c. Apo riant quæso 1.Tim.3.a

1.Cor.7.g

Ca.7. Et ibidem, ca. De his qui.

In illud 1. Cor.7. Beatus autem erit.

DE RESVRRECTIONIS ET IVDICII conditione.

A

DISTINCT. XLIII.

OSTREMÒ de conditione resurrectionis, & modo resurgentiũ, necnõ & de die iudicij, & misericordiæ qualitate breuiter differendũ est. [Omnibus quæstionibus quę de hac re moueri solent,

Aug.c.84. Enchiri.

lent, satisfacere non valeo: resurrecturā tamen carnē
omnium quicunq; nati sunt atq; nascentur, & mor-
tui sunt & morientur nullatenus ambigere debet
P. Vita 26. d. Christianus. Ait enim Esaias, Resurgent mortui, &
secund. 70. resurgent qui erūt in sepulchris. Et Apost. Nolumus
1. Thes. 4. d. aūt vos ignorare fratres de dormientibus, vt non cō-
tristemini sicut & cæteri qui spem non habent. S. re-
surrectionis. Si enim credimus q̄ Iesus mortuus est
& resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Ie-
sum, adducet cum eō. Hoc.n. vobis dicimus in ver-
bo Domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus
in aduentū Domini, non præueniemus eos qui dor-
mierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu & in vo-
ce archāgeli, & in tuba Dei descedet de cœlo: & mor-
tui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos
qui viuimus, relinquimur, simul rapiemur cū illis in
nubibus obuiā Christo in aera. & sic semper cū Dño
erimus. His verbis & veritas resurrectionis, & causa
atque ordo resurgentium præclarissimè insinuatur.

B *Vox tubæ.*

Causa enim resurrectionis mortuorū erit vox tu-
bæ, quæ in aduentu Iudicis ab omnibus audietur, &
cuius virtute excitabuntur mortui, & de monumen
tis resurgent. Vnde propheta, Dabit voci suæ vocem
Psal. 67. virtutis. i. effectū resuscitandi mortuos. Et Ioānes E-
Ioan. 5. d. uangelista ait, Venit hora, in qua oēs qui in monu-
mentis sunt, audient vocē filij Dei: & procedent qui
bona fecerunt in resurrectione vitæ: qui vero mala
egerunt, in resurrectione iudicii. Si vero quæritur, cu
1. Thes. 4. d. ius vel qualis erat vox illa, Apostolus dicit q̄ erit ar
changeli. i. ipsius Christi, qui est princeps archangelo
1. Cor. 15. g. rum. Vel vox erit vnius vel plurium angelorum. Ea
Epist. 120. demque dicetur tuba, quia erit manifesta; & nouissi-
ad Honora tū. cap. 34. ma, quia post eā non erit alia. Hæc tuba (vt ait Aug.)
Mat. 25. a. est clamor de quo dicitur in Euangelio, Media nocte
clamor factus est, Ecce sponsus venit. exite obuiam
el. Tubæ nomine aliquod cuidens & præclarum si-

gnum

gnum intelligitur: quod uox archangeli, & tuba dei
ab Apostolo dicitur, & in Euangelio vox filij dei, &
clamor appellatur: quod signum mortui audient, &
resurgent.]

C *De media nocte.*

Media autem nocte dicitur uenturus, vt Aug. ait *Loco præall.*
[non 3 ro hora temporis, sed quia tunc ueniet cùm nō
speratur. Media ergo nocte, scilicet cùm valde obscu-
rum erit, id est occultum, veniet. Dies .n. Domini si- 1. Thes. 5. a
cut fur in nocte, ità ueniet.] Potest tamen non incon- *Super octo-*
grue intelligi mediæ noctis tempore uenturus, quia, *narium 7.*
ut ait Cassiodorus, [hoc tempore primogenita Ægy- *Psal. 118.*
pti percussa sunt, quādo etiam sponsus venturus est.] *Exodi 12.*
Pluribus etiam locis contestantur autores, quòd ad-
uentus Christi dies dicitur Domini, non pro qualita-
te temporis, sed rerum: quia tunc cogitationes & con
silia singulorum patebūt. Vnde in Daniele, Vetustus *Dan. 7. c*
dierū sedit, & libri aperti sunt coram eo. Libri sunt cō
scientiæ singulorū, quæ tunc aperientur ad iis. Et tunc *Matt. 10. c*
implebitur, Nihil occultum quod non reueletur. Ad- *Marci 4. c*
ueniente autem summo Iudice, non solùm aeris te- *1. Cor. 4. a*
nebræ illuminabuntur, sed abscondita cordium ma- *Aug. de Ci-*
nifestabuntur. [Virtute ergo diuina fiet, vt cuiq; ope- *uit. Dei, lib.*
ra sua bona vel mala cuncta in memoriam reuocen- *20. cap. 14.*
tur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur: vt ac
cuset uel excuset hominem cōscientia, eaq; teste dam
netur vel saluetur.]

D *De memoria electorum, si tunc præcedentia mala teneat.*

Hic quæritur, vtrùm electis tunc adsit memoria
præcedentium malorum, sicut bonorum. Quædā au
toritates uidentur tradere, bonos non habituros tūc
memoriam præcedentium, malorum, id est peccato-
rum uel tormentorum. Ait enim Esaias, Ego creo cœ *Esaiæ 65. c*
los nouos, & terram nouam: & non erunt in memo-
ria priora, & nō ascendunt super cor, sed gaudebitis in
æternū. Ità, Obliuioni traditæ sūt angustiæ priores, &
absconditæ ab oculis nostris. Quæ de futuro expones, *Ibidem.*

Hieronymus

Universidad de Deusto
Biblioteca

In com. super illum locum Esaiæ: & in gloss. ibidem.

Hieronymus ait, [Obliuioni tradentur priora mala: quia forsitan in futuro pristinæ conuersationis memoria omnino delebitur, succedentibus bonis æternis: ne sit pars malorum, prioris angustiæ memorari.]Sed hæc & his similia possunt accipi sic, vt nõ excludant memoriam præcedentium malorum, sed ea molestiam & læsionem amoueant. Non enim eorum memoria sanctos contristabit, vel eorum beatitudinem obfuscabit, sed gratiores Deo reddet. Vnde

Lib.4. Moralium, ca. 42.

super Psalmũ 88. ait Gregorius, [Quomodo in æternum misericordias domini canit, qui miseriæ nõ meminit? Quomodo autem plena beatitudo, si memoria reatus mentem tangit? Sed sæpe læti tristium meminimus, & sani dolorum meminimus sine dolore: & inde amplius læti & grati sumus.] Ex his apparet, quòd si priorum malorum memoriam sancti habebunt in futuro, non eis tamen erit ad pœnam vel gloriæ derogationem, sed ad gratiarum actionem. Si verò quæritur, Vtrùm peccata quæ fecerunt electi, prodeant tunc in notitiam omnium, ficut mala damnandorum omnibus erunt nota: non legi hoc expressum in scriptura. Vnde non irrationabiliter putari potest, peccata hic per pœnitentiam tecta & deleta, illic etiã tegi alijs: alia verò cunctis spropalari.

E

De his qui uiui reperientur.

Augu. de Ciuit. De. li. 20. ca. 20.

[Quæri solet, vtrùm illi, quos viuos inueniet Christus, nunquam omnino morituri sint, an ipso temporis puncto, quo rapientur obuiam Christo, ad immortalitatem mira celeritate sint transituri: Non enim dicendum est, fieri non posse, vt dum per aera in sublime portentur, in illo spacio & moriantur, & reuiuiscant. Ad hunc autem sensuum, quo existimamus illos in paruo spacio & passuros mortem, & acceperuros immortalitatem, Apostolus nos vrgere videtur, vbi

1. Cor. 15. c Ibidem.

dicit, Omnes i Christo viuificabimur. Et alibi, Quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Cur autem nobis incredibile videatur, illam multitudinem corporum

corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter & incorruptibiliter reuiuiscere, cùm credamus in ictu oculi futuram resurrectionem, & in membra sine fine victura, tanta velocitate rediturum antiquissimorum cadauerum puluerem? Sed vellem de his potius audire doctiores. Si ergo sanctos qui reperientur Christo veniente viuentes, eiq; obuiam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros; nullas in verbis Apostoli patiemur angustias, generaliter accipientes illud quod dictum est, Omnes quidem resurgemus, scilicet tam boni quàm mali: sed non omnes immutabimur, scilicet in solennitatem resurrectionis.] De hoc etiã Ambr. ait, [In ipso raptu eorum qui uiui reperientur, mors erit & resurrectio: vt anima quasi per soporem egressa de corpore, eidem in momento reddatur.] Contrà vero scribens ad Marcellam Hieronymus restari videtur, dicens, quosdam in fine seculi adueniente Christo non esse morituros, sed viuos reperros in immortalitatem repentè mutandos.] Horũ autem quid verius sit, non est humani iudicij definire.

1. Cor. 15. g Super illud 1. Thes. 4. Deinde nos qui uiui-mus. Epist. cuius initiũ, Magnis nos, in fol. 3. quæstion. 3.

F

Quomodo intelligitur Christus iudex uiuorum & mortuorum.

Aug. c. 55. Enchi.

His autem adijciẽdum est, dupliciter intelligi quòd dicitur Christus iudicaturus uiuos & mortuos. Aut enim uiui accipiuntur, qui in aduentu eius viui reperientur, licet in raptu morianturi & mortui, qui antè decesserant: uel viui & mortui, accipiuntur iusti & iniusti.

G

Quomodo omnes incorrupti resurgent.

1. Cor. 15. g

Cumq; ex prædictis sanè credi valeat omnes resurrecturos, credendum est etiam quòd omnes resurgẽt incorrupti: nõ vtique impassibiles: quia reprobi mortem patientur æternam, sed sine diminutione membrorum, omnia humani corporis habituri membra: nec tamen gloria ac † spe impassibilitatis induentur.

† *specie.*

DE

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE AETATE ET STATVRA RESVRgentium.

A DISTINCT. XLIIII.

OLENT autem nonnulli percunctari & quærere, an in eadem ætate & statura corporis omnes resurrecturi sint.

S. Quidam putauerunt omnes resurrecturos secundum mensuram ætatis & staturæ Christi, ideo quia Apostolus

Ephe. 4. c ait, Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Sed his verbis non eadem resurgentibus assignatur statura, sed

Hi rymo' su- per illud E- phe. 4. donec oēs occur. ætas. [Omnes enim in eadem ætate resurgent, in qua Christus mortuus est & resurrexit, cuiuscunque ætatis mortui fuerint.] Virum autem posuit, nō vt distin

† virtutum Lib. 22. de ciuitat. toto fparsim 15. c. gueret sexum, sed vt significaret perfectionem † virtutis quam tunc habebunt: sed non omnes eandem staturam corporis obtinebunt. Vnde Augu. [Non ait, in mensuram corporis vel staturæ, sed ætatis: quia vnusquisque suam recipiet mensuram corporis, quam vel habuit in iuuentute, etiam si senex obijt, uel fuerat habiturus, si antè est defunctus. Ætas vero erit illa ad quam peruenit Christus, scilicet iuuenilis, vt circa triginta annos. Triginta enim duorum annorum & trium mensium erat ætas Christi in qua mortuus est & resurrexit. Non est autem fas dicere quod in resurrectione accedat corpori magnitudo, quam nec habuit hic, nec erat habiturum diu viuendo: nec maiora corpora redigenda sunt ad modum Dominici corporis. Periret enim multùm de illis corporibus, cùm

Luc. 12. b nec periturus sit capillus, vt ait Dominus, Capillus de capite vestro non peribit.]

Quod rejurget quicquid fuit de substantia & natura corporis, & in eadem parte corporis.

B [Non enim perit deo terrena materies, de qua mortalium

mortalium creatur caro: sed in quemlibet puluerem cinerémve soluatur, in quotlibet halitus auraſque dif fugiat, & in quamcunque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcunque etiam animalium vel hominum cibum carnemque mutetur, illi animæ in puncto temporis redibit, q̄ illā carnē primitus ut homo fieret, creſceret, viueret, animauit.] [Ipsa ergo terrena materies, q̄ discedente anima fit cadauer, non ita resurrectione reparabitur vt ea quæ dilabuntur, & in alias atque alias aliarum rerum species formasq; vertuntur: quamuis ad corpus redeant vnde dilapsa sunt, ad easdem quoque corporis partes vbi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillis capitis redit, quod tam crebra tonsura detraxit; si vnguibus, quod toties dempsit execatio; immoderata & indecens, cogitantibus, & ideo resurrectionem carnis non credentibus, occurrit infor mitas. Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli igne liquesceret, vel conteretur in puluere, vel confunderetur in massam, & eam vellet artifex rursùm ex illius materia & quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quæ particula materiæ cui membro staturæ redderetur, dum tamen totū ex quo constituta fuerat, restituta resumeretur: ita deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex, de toto quo caro nostra extiterat, eam mirabili celeritate restituet: nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem, vtrùm capilli ad capillos redeāt, & vngues ad vngues: an quicquid eorum perierat, mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur, curante artificis prouidentia, ne quid indecens fiat.] [Indecorum quippe aliquid ibi non erit: sed quicquid ibi futurum est, hoc decebit: quia nec futurum est si non decebit.]

Aug. c. 88. Enchi. Hug. lib. 2. de sacr. parte 7. cap. 13.

Aug. ibi. ca. 89.

Aug. ib dē. cap. 90.

C *Quod sancti sine omni deformitate resurgent.*

Hoc autem in corporibus sanctorū intelligendum est: de q̄bus consequenter adiungit, [Resurgent ergo

Augu. in eo dem, c. 91.

Universidad de Deusto Biblioteca

Aug. Ser. 15. sanctorum corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate: in quibus tanta facilitas quanta felicitas erit: propter quod & spiritualia dicta sunt, cùm procul dubio corpora sint futura, non spiritus.] Ex his apparet, quòd vna erit ætas omnium resurgentium, scilicet iuuenilis: statura verò diuersa, scilicet, quam quisque habuerat in iuuenili ætate, vel erat habiturus, si antè est defunctus. Nec de substantia de qua hominis caro creatur, aliquid peribit: sed omnium particularum antè dispersarum collectione reintegrabitur naturalis substantia corporis. Sanctorum quoque corpora sine omni vitio fulgida sicut sol resurgent, præcisis cunctis deformitatibus quas hic habuerunt.

Si mali tunc habeant, quas hic habuerunt, deformitates.

D De reprobis autem quæri solet, an cum deformitatibus hic habitis resurgant. Hoc autem Augu. non asserit, sed dubium relinquit, ita inquiens, [Quicunque ab illa perditionis massa, quæ per Adam facta est, nõ liberantur per Christum, resurgent quidem etiam ipsi, vnusquisque cum sua carne, sed vt cum diabolo cuiusque angelis puniantur. Vtrum verò ipsi cũ vitiis & deformitatibus suorum corporum resurgant, quæcunque in eis gestarunt; inquirendo laborare quid opus est? Non enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna damnatio.] Ecce non definit an tunc habeãt deformitates quas hic habuerũt, reproborũ corpora.

Ibidẽ, c. 92. *Matt. 25. d*

E *Quod non consumentur corpora quæ tunc ardebunt.*

Si verò quæritur de corporibus malorum, quomodo in igne ardeant, & nõ consumantur; Augu. variis exemplis astruit, & sempiternis ignibus ea ardere, & non consumi illa combustione: [sicut animus, cuius præsentia corpus viuit, & doiorem pati potest, mori autem non potest. Hoc enim erit tunc in corporibus damnatorum, q̃ nunc esse scimus in animis omniũ.]

Consule Aug. li. 21. de ciui. c. 1. 2. 3. 4. *Ibid. ca. 3.*

Si

F *Si dæmones corporali igne cremantur.*

Quæri etiam solet, an dæmones corporali igne ardeant. Ad quod Aug. respondens ait, Cur non dicamus, quamuis miris, veris tamen modis, etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi, si spiritus hominum etiam ipsi incorporei, & nũc potuerunt includi corporalibus mebris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari?] [Gehenna illa, quæ stagnum ignis & sulphuris dicta est, corporeus ignis erit, & cruciabit damnatorũ corpora hominum & dæmonum, sed solida hominum, aerea dæmonum. Vnus enim vtriusq; ignis erit, vt Veritas ait.] De quo igne si quæritur, qualis, vel vbi sit, Aug. sic respondet, [Ignis æternus cuiusmodi sit, & in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominẽ scire arbitror neminẽ, nisi fortè cui spũs diuinus ostẽdit.]

Decim. Dei, lib. 21. c. 10 *Ibidem.* *Apoc. 19.* *Matt. 25. d* *De ciuic. dei lib. 20 c. 16*

G *Si animæ sine corporibus sentiunt ignem corporalem.*

Cùm autem constet animas igne materiali in corporibus cruciandas, quæri solet, an interim ante resurrectionem corporum animæ defunctorum reproborum materiali igne crementur. De hoc Iulianus Toletanæ ecclesiæ Episcopus, Gregorij dicta secutus, [Si viuentis hominis in corporeus spiritus tenetur in corpore; cur non post mortem etiam corporeo igne teneatur? Teneri autem per ignem spiritum dicimus, vt in tormento ignis videndo atque sentiendo puniatur.] [Quòd autem non solũ videndo, sed etiam experiendo anima ignis tormentum patiatur, ex Euangelio colligitur, vbi Veritatis voce diues mortuus dicitur in inferno sepultus: cuius anima quòd in igne teneatur, insinuat, cùm Abraham deprecatur, dicens, Mitte Lazarum, vt intingat extremũ digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meã: quia crucior in hac flãma. Dum ergo peccatorem diuitem damnatum in ignibus Veritas perhibet, quis sapiens reproborũ animas teneri ignibus neget?] præcipuè cũ humanæ animã corporis similitudine hãbere doceat

Lib. 2. Pro. Toletanæ gnosti. de futuro seculo, cap. 17. *Ex li. 4. Dia. lo. Grego. ca. 29.* *Lucæ 6. f*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Super Gene. li. 12. c. 33. Aug. ita inquiens, [Profiteri animam habere posse similitudinem corporis, & corporalium omnino membrorum, quisquis renuit, potest negare animam esse,

Ex ibid. Iulianus, c. 16 quæ in somnis videt vel ambulare se, vel sedere, vel huc atque illuc gressu vel etiam volatu ferri: hoc sine quadam similitudine corporis non fit. Proinde si hanc similitudinem etiam apud inferos gerit nõ corporalem, sed corpori similem: ita etiam in locis videtur esse non corporalibus, sed corpralium similibus, siue in requie, siue in doloribus.] In Cassiani etiã volumine legitur. [quòd non sint ociosæ, neque nihil sentiant, cùm diues ille in inferno se flamma cruciari clamet. Vnde probatur, animas defunctorum nõ solùm suis sensibus non priuari, sed nec istis affectibus, scilicet, spe, tristitia, gaudio, ac metu carere; & ex his quę sibi in illo generali examine reseruãtur, eas quidam iam incipere prægustare.]

Iulianus hæc recitat ibid c. 15. ex Cassia. coll. 1. abbatis Moysi, c. 14.

H *De abortiuis fœtibus, & monstrosis.*

Illud etiam inuestigari oportet, si abortiui fœtus & monstra resurgent, & qualia. De quo Augustinus ita ait, [Occurit de abortiuis fœtibus quæstio, qui iam nati sunt in vteris matrum, sed non ita vt iam possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus; de his qui iam formati sunt tolerari potest vtcunque quod dicitur: informes verò quis non procliuius perire arbitretur, sicut semina quæ concepta nõ fuerunt?] [Scrupulosè quidem inter doctores quæri ac dispurari potest, quando incipit homo in vtero viuere, an sit quędam vita occulta, quæ nondum motibus viuentis appareat. Negare enim vixisse puerperia, q̃ ideo membratim execantur, vt eiiciantur ex vteris prægnantium, ne matres etiam, si mortua ibi relinquantur, occidãtis impudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo viuere, ex illo vtique iam mori potest: mortuus verò, vbicunque illi potuit mors euenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat, reperire nequeo.]

In Enchiri. cap. 85.

Ibid. c. 86.

De monstris Ibid. c. 87.

[Neque enim & monstra, quæ nascuntur & viuunt, quan-

quantumliber citò moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut ita resurrectura credenda sunt, sed potius correcta eorum emendataque natura. Absit enim vt illũ bimembre, quem nuper natum in oriente fratres fidelissimi, qui eum viderunt, retulerunt, & S. Hieronymus scriptum reliquit, vt vnum hominem duplicem, ac non potius duos (quod futurum erat, si gemini nascerentur) resurrecturos existimemus. Ita & cætera, quæ nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figurã resurrectione reuocabũtur.]

DE DIVERSIS ANIMARVM RECEptaculis & conditionibus.

A DISTINCT. XLV.

PRAETEREA sciendum est, quòd [omnes animæ (vt ait Aug.) cùm de hoc seculo exierint, diuersas habent receptiones: bonæ habent gaudium, malæ verò tormenta. Sed cùm facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quãdo cũ corpore torquebuntur.] Ex his ostenditur, quòd maius erit gaudium sanctorum in resurrectione, & post, quàm fuerit ante, & quòd diuersa receptacula habebunt animæ sanctorum. De quibus idem Aug. ait, [Tempus quod inter hominis mortem & vltimã resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut vnaquæque digna est vel requie, vel ærumna, pro eo quod sortita est in carne dum viueret.]

Sup Ioannẽ tract. 49. Et in glo. super illud 1. Thess. 4. Deinde nos.

In Enchi. c. 109. Et in lib. de 8. qũ. Dulci qę. 2.

B *De suffragijs defunctorum.*

[Neque negandum est, vt ait Aug. defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cùm pro illis sacrificium mediatori offertur, vel eleemosynæ fiunt in Ecclesia. Sed hæc eis tantùm prosunt, q̃ cũ vi-

In Ench. ubi supra, c. 110. Et 13. qũ. 2. c. Tempus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerent, hæc sibi ut post ea possent prodesse, meruerũt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortem; nec tam malus, vt ei non prosint ista quicquam. Est verò talis, in bono, vt ista nõ requirat: & est rursus talis in malo, ut nec his valeat, cùm hæc uita trãsierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam quispiam grauari uel releuari. Nemo autem speret quod hic neglexit, cũ obierit, apud Deum promereri. Non ergo ista quæ pro defunctis commendãdis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sunt aduersa sententiæ, qua dictum est, Omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat unusquisq; secundum ea quæ per corpus gessit, s. bona uel mala: quia etiam hoc meritum sibi quisq;, cùm in corpore viueret, cõparauit vt possint ei ista prodesse: non.n. omnibus prosunt. Et quare non? nisi propter differentiam vitæ, quã quisq; gessit in corpore? Cùm ergo sacrificia, siue altaris, siue quarumcumq; aliarum eleemosynarum, pro baptizatis omnibus offerũtur; pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis sunt propitiationes. Sed pro ualde malis etsi nulla sunt adiumẽta mortuorũ, tamen qualescunque viuorum consolationes sunt. Quibus uerò prosunt, uel ad hoc prosunt ut sit plena remissio, uel certè ut tolerabilior sit ipsa damnatio.] [Orationibus ergo sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorum spiritibus offeruntur, non est dubiũ mortuos adiuuari, ut cum eis misericordius agatur à Domino quàm eorum peccata meruerunt. Hoc.n. à Patribus traditum tota obseruat ecclesia, ut pro eis qui in cõmunione corporis & sanguinis Domini defuncti sunt, cũ ad ipsum sacrificiũ loco suo cõmemorãtur, oretur, ac pro illis quoq; id offerri cõmemoretur. Non est ergo ambigendum ista prodesse defunctis, sed talibus, qui ita vixerunt ante mortem, ut possint eis hæc utilia esse post mortem. Nam qui sine fide operante per dilectionẽ, cuiusq; sacra-

Rom. 14. b

Aug. in sermone de uerbis Apo. ser. 32. Et in gl. super illud 1. Thes. 4. c. Nolumus vos.

Gal. 5.

sacramẽtis, de corpore exierunt, frustra illis à suis huiusmodi pietatis officia impenduntur, cuius, dum hic essent, pignore caruerunt, nõ misericordiam sibi thesaurizantes, sed iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur, cùm pro eis aliquid boni operantur sui: sed eorum meritis præcedentibus consequentia ista redduntur. Nam istam quisq; finiens uitam, nisi quod in ea meruerit, non poterit habere post eam:] Ecce quibus & qualiter prosunt illa quę pro defunctis frequentat Ecclesia. Mediocriter malis suffragãtur ad pœnæ mitigationem; mediocriter bonis ad plenã absolutionẽ: qui non habent tantæ perfectionis merita, vt non indigeant iuuari per pauperes: quorum est regnum cœlorum: quos sibi fecerunt amicos de mammona iniquitatis. Quorum tanta est perfectio, ut his adiutoriis non indigeãt: quales sunt Apostoli & Martyres. Vt.n. ait Aug. [Iniuria est pro Martyre orare in ecclesia cuius nos debemus orationibus commẽdari: pro aliis autem defunctis oratur.

Rom. 2. a

Matth. 5. a

Luc. 16. c

De uerbis Ap. ser. 27.

C *De officijs sepulturæ.*

De pompis uerò exequiarum idem Augustinus ita dicit, [Pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ, uiuorũ sunt qualiacunq; solaria, non adiutoria mortuorum. Quia si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, obest pio uilis, uel nulla. Præclaras exequias in conspectu hominũ purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorum: sed multo clariores in conspectu Domini, ulceroso illi pauperi ministerium exhibuit angelorum: qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in abrahæ gremium.] (Sit tamen cura mortuos sepeliendi, & sepulchra construendi: quia hæc in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt: nec solum in corporibus patriarcharum aliorumq; sanctorum, sed etiam in ipsius Domini corpore qui ista fecerunt, laudati sunt. Impleant igitur homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta mœroris.

Ibid. et de ciuit. dei, lib. 1 ca. 12. et 13 Et in lib. de cura p mor. cap. 2.

Luc. 16. f. g

Aug. in ser. de uerbis Ap. post. ser. 32. Et lib. de Cura pro mort. cap. 3.

Tob. 2. et 12 Gẽ. 21. a. et 25. a. & 35 b. & 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iean. 19.g Verùm illa quæ adiuuant spiritus defunctorum, scilicet oblationes, orationes, multò obseruantius procurent.]

De duobus æquè bonis, quorum alter plura post
D *mortem habet auxilia.*

Solet moueri quæstio de duobus, vno diuite, altero paupere, pariter sed mediocriter bonis, qui prædictis suffragiis indigent, & meruerunt pariter post mortẽ iuuari: pro altero verò, id est, pro diuite, speciales & communes fiunt orationes, multæque eleemosynarum largitiones: pro paupere verò non fiant nisi communes largitiones & orationes. Quæritur ergo, an tantum iuuetur pauper paucioribus subsidiis, quãtũ diues amplioribus. Si non pariter iuuatur, non ei redditur secundum merita: meruit enim pariter iuuari: quia pariter boni extiterunt. Si verò tantum suffragij consequitur pauper quantum diues: quid contulerit diuiti illa specialiter pro eo facta? Sanè dici potest, nõ ei magis valuisse generalia & specialia, quàm pauperi sola generalia suffragia. Et tamen profuerunt diuiti specialia, non quidem ad aliud, vel maius aliquid, sed ad idem ad q̃ generalia: vt ex pluribus & diuersis causis vnũ perciperetur emolumentũ. Potest tamen dici aliter, illa plura subsidia contulisse diuiti celeriorem absolutionem, non pleniorem.

Responsio.

Quibus suffragijs iuuabuntur mediocriter boni
E *qui in fine inueniuntur.*

Sed iterum quæritur de aliquo mediocriter bono, qui talibus indigẽs suffragijs, in ipso consummationis seculi articulo cũ reliquis migrabit, si saluus erit. Pro eo non offertur vlterius sacrificium, vel oratio, vel eleemosyna: nec habebat tantæ perfectionis merita, quæ his suffragijs non egerent: nunquid ergo saluabi-
1.Cor.23.c tur? Aestimo eum quasi per ignem transeuntẽ, saluari meritis & intercessionibus cœlestis ecclesiæ: quæ P fidelibus semper intercedit voto & merito, donec impleatur Christus.

Quomodo

Quomodo sancti glorificati audiunt preces supplicantium, &
F *quomodo intercedunt pro nobis ad Dominum.*

Sed fortè quæris, Nunquid preces supplicantiũ sancti audiunt, & uota postulantiũ in eorũ notitiã perueniũt? Nõ est incredibile, animas sãctorũ, quæ in abscondito faciei Dei ueri luminis illustratione lętãrur, in ipsius cõtẽplatione ea quæ foris agũtur intelligere, quã tu uel illis ad gaudiũ, vel nobis ad auxiliũ pertinet. Sicut n. angelis, ita & sanctis qui Deo assistunt, petitiones nostræ innotescũt in Verbo Dei quod contẽplãtur. Vnde & dicũtur angeli orationes & uota nostra offerre Deo: nõ quia eũ doceant, sed quia eius volũtate super eis consulunt. Vnde Augustinus, [Angelis qui sunt apud Deũ, innotescunt petitiones nostræ, vt quodammodo eas offerant Deo, & de his cõsulãt: & quod Deo iubẽte implẽdũ esse cognouerint, hoc nobis euidenter uel latenter reportet. Vnde & angelus hominibus ait, Cũ oraretis, orationem uestrã obtuli Deo.] [Ad oĩa quidẽ sciẽda sufficit Deo sua perfectio: habet tamen nuncios, id est angelos, non qui ei quæ nescit annuncient: (non .n. sunt vlla quæ nesciat) sed bonũ eorũ est de operibus suis eius cõsulere veritatẽ: & hoc est q̃ ei dicuntur nonnulla nunciare, nõ vt ip se ab eis discat, sed ut ab eo ipsi, per Verbum eius sine corporali sono. Nunciant etiã quod voluerit, ab eo missi ad quos uoluerit, totũ ab illo per illud Verbum eius audietes, id est, in eius ueritate inuenientes, quid sibi faciendũ, quid, quibus, & quando nunciandũ sit. Nam & nos orantes eum, nõ eum docemus: quia nouit (vt ait Verbũ eius) pater vester quid uobis necessariũ sit, priusquàm petatis ab eo. Nec ista ex parte cognouit: sed futura omnia teporalia, atq; in eis ẽt quid & quãdo ab illo petituri fueramus, & quos, & de quibus rebus vel exauditurus uel non exauditurus esset, sine initio antè præsciuit.] [Non ergo dicitur angelus orationes nostras offerre Deo, quasi Deus tũc noũerit quid uelimus, & quo indigeamus: quæ oĩa ante quàm

Hug. de sacramentis, li. 2. parte 16. ca. vltimo.

Tobiæ 12.c Apoc. 8.a Epistola. 121. ad Probã, cap. 9.

Tobiæ 12.c An. li. 15. de Tri. c. 13

† ex aliquo tempore, habet Aug. epist. 120. ad Honoratum, c.

Matt. 6. d.

29. Et *in* quàm fiant, sicut & postquàm facta sunt, nouit: sed *Glossa. Aug.* quia necesse habet rationalis creatura tẽporales cau-*Hier. Rhe. 4* sas ad æternam veritatem referre, siue perendo quid *Petitiones* erga se fiat, siue consulendo quid faciat.] *nostræ inno* *Quod dictum est de angelis attribuit sanctis* *tescant.* G *animabus.*

Si autem angeli à Deo per Verbum eius discunt petitiones nostras, & quid de his implendum sit. & quid non; cur non credamus & animas sanctorum Dei faciem contemplantium, in eius ueritate intelligere preces hominum, & quæ implendæ sint uel nõ? Inde est quòd deus dicitur exaudire preces quorundam, non solùm quando effectui mãcipat, sed etiam quando innotescit curiæ angelorum & sanctarum animarum quid inde futurũ sit, uel non: & quod cognoscunt in dei uoluntate esse, uolunt & ipsi. Adeò enim supernæ uoluntati addicti sunt, ut nihil præter eius uoluntatem queant uelle. Intercedunt ergo ad Deum pro nobis sancti, & merito, dum illorum merita suffragantur nobis; & affectu, dum uota nostra cupiunt impleri: quod tamen non faciunt, nisi in uoluntate dei, implenda didicerint. Oramus ergo ut intercedant pro nobis, id est, ut merita eorum nobis suffragentur, & ut ipsi uelint bonum nostrum: quia eis uolentibus Deus uult, & ita fiet. Ex præmissis constat, quòd cum quibusdam misericordius agit Deus, quàm eorum peccata meruerint, scilicet cum medio criter malis, qui suffragijs Ecclesiæ iuuantur.

SI VALDE MALIS DETVR MITIgatio pœnæ.

A DISTINCT. XLVI.

De statu & conditione impiorũ post mortem.

QUæritur hic de ualde malis, utrũ & ipsi in aliqua pœnarum mitigatione Dei misericordiam sentiant, ut minus quàm meruerint puniãtur. Quidam autumant eos nullam reuelationem pœnæ habituros: quod confirmant

mant Iacobi autoritate dicentis, Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Aug. et ait, [Misericordia hic, iudicium in futuro.] Idem distinguens quomodo omnes uiæ Domini sint misericordia & ueritas, ait, [Erga sanctos, omnes uiæ Dei misericordia; † erga iniquos, omnes ueritas: quia & in iudicãdo subuenit, & ita nõ deest misericordia; & in miserando id exhibet quod promisit, ne desit ueritas. Erga omnes autem quos liberat & damnat, omnes uiæ sunt misericordia & ueritas: quia ubi non misereretur, uindictæ ueritas datur.] Dicens, ubi non misereretur, dat intelligi aliquid à deo fieri, ubi ipse non misereretur. Sed his occurrit quod ait Cassiod. super Ps. 50. loquens de misericordia & pietate Dei, [Hæ duæ, inquit, res iudicio Dei semper adiunctæ sunt. Ergo & in punitione malorũ non est iustitia sine misericordia.] Idem de iudicio & misericordia ait, [Hæc duo mutua societate sibi iunguntur: in his breuiter omnia opera dei includit.] Augu. quoq; respondens illis qui reproborum supplicia finem habitura contendunt, ita illorum repellit opinionem, asserens reprobos perpetuò puniendos, ut eorum supplicia mitigari aliquatenus non neget: [Frustra, inquit, nonulli æternam damnandorum pœnam & cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu, atque ita futurum esse non credunt, non quidem scripturis aduersando diuinis, sed pro suo motu dura quæque molliendo, & in leuiorem, flectendo sententiam: quæ putant in eis terribilius esse dicta quàm uerius. Non enim (inquiunt) obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas. Hoc quidem in psalmo legitur: sed de his intelligitur qui sunt uasa misericordiæ: quia & ipsi non pro meritis suis, sed Deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant pertinere, non ideo necesse est vt damnationem opinentur fieri posse eorum, de quibus dictum est, Ibunthi in sup-

I *Iacob.* 2.c *in psal.* 31. *con.* 1.
Cas. 29. *in psal.* 118.
† *Aug. non habet illud. erga iniquos*
Idem Cassi. super Psal. 100.
In Enchir. c. 112.
Psal. 76. *Rom.* 9.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

supplicium æternum: ne hoc modo putetur habitura finem felicitas eorum, de quibus econtrario dictũ
Matt.25.d est, Iusti autem in uitam æternam. Sed pœnas dãnatorum certis temporibus existiment, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari. Et sic quippe intelligi potest manere ira Dei in illis, id est, ipsa damnatio. Hæc.n. vocatur ira Dei, non diuini animi perturbatio: ut in ira tua.i.manente ira tua, non cõcineat miserationes suas, non æterno supplicio finem dando, sed leuamen adhibendo uel interponendo cruciatibus: quia nec psalmus ait, ad finiendam iram suam, uel post iram tua, sed in ira tua. Quæ si sola esset, alienari à regno Dei, & carere magna multitudine dulcedinis Dei, tã grandis tamen est pœna, ut ei possint nulla tormenta
Ibi.ca.113 quæ nouimus, comparari, si illa sit æterna, ista autem sint quamlibet multis seculis longa.][Manebit ergo sine fine mors perpetua damnatorum, & ipsa omnibus erit communis, sicut manebit communiter omnium uita æterna sanctorum.]Ecce ita asserit hic pœnas reproborum non esse finiendas, quod non improbat, si dicatur eorum supplicio aliquod leuamen adhiberi. Vnde non incongruè dici potest, Deum, etsi iustè id possit, non omnino tantum punire malos in futuro quantum meruerunt, sed eis aliquid, quantumcunq; mali sint de pœna relaxare.

B *Determinat præmissas autoritates.*

Iacobi 2.c Quòd ergo dictum est, Iudicium sine misericordia fieri illi qui non fecit misericordiam, ita intelligi põt, ꝙ iudicium damnationis fiet illi qui non fecit misericordiam, pro eo ꝙ fuit sine misericordia. Vel fiet iudicium ei sine misericordia liberante & saluante: qui ramen in aliqua pœnæ alleuiatione misericordiam Dei sentiet. Ita cùm dicitur, misericordia hic, iudicium in futuro; non negatur quin in futuro sit misericordiæ effectus, & in electis, qui per misericordiam ab omni miseria liberabuntur, & in reprobis, qui minus quàm meruerunt, cruciabuntur. Sed hic non sine causa dici

tur fieri dei misericordia, & iudiciũ in futuro: quia & hic multis modis miseretur deus, quibus non miserebitur tũc. Vocat.n. deus nunc peccatores & iustificat: *Lucæ 5.e*
quod tunc nõ faciet: & tunc reddens singulis secundũ *Rom.8.*
merita sua, manifestè iudicabit, qui nunc occultè iudi *De occulto*
cat. [Cuius occultum iudicium (vt ait Aug.) intelligi- *iudicio Dei*
tur pœna qua quisq; vel exercetur ad purgationem, uel *In expositio*
admonetur ad conuersionem, vel, si contemnit, excæ *ne tituli.*
catur ad damnationem.]Occultum ergo iudiciũ dei, *psal.9.*
pœna dicitur qua iudicat purgando, conuertendo, uel excæcando. Iudicia quoq; dei interdum appellantur dispensationes eius de omnibus rebus. Vnde, Quam *Rom.11.d*
incomprehensibilia sunt iudicia eius. Et, Iudicia eius *Psal.35.*
abyssus multa. Iudicium aũt quo in futuro iudicabit, *De sententia Iudicis*
intelligitur sententia iudicis, qua ventilabitur area, i. *Matt.25.c*
diuidentur localiter boni à malis ministerio angelorum & isti in uitam ducentur, illi in supplicium mittentur: qui nunc simul mixti sunt.

C *De iustitia & misericordia Dei.*

Sed quomodo iustitiam Dei & pietatem, id est misericordiã, suprà Cassiodorus duas esse res dixit, quæ *Suprà, li.a*
semper adiunctæ sunt iudicio Dei? Iustitia.n. dei & misericordia non duæ res sunt, sed una res, i. una diuina essentia est, sicut suprà pluribus autoritatibus ostẽsum est. Quia non est Deo aliud esse misericordem, *Lib.1.*
quàm misericordiã; nec iustum, quã iustitiam; sed idẽ prorsus. Nec aliud est ei esse misericordem, quã iustũ; vel misericordiam, quã iustitiam; sed oĩno idem: quia nõ denominatiuè, sed essẽtialiter hæc de deo dãr. Cur *De operibus iustitiæ, misericordiæ, & bonitatis Dei.*
ergo dicit scriptura de operibus Dei, quædam esse misericordiæ, quædam iustitiæ? Si enim iustitia dei, misericordia est; quæcunq; sunt opera misericordiæ, esse videntur iustitiæ, & econuerso. His responderi potest sic, illis locutionibus, quibus huiusmodi operum fiunt distinctiones, ut alia misericordiæ, alia iustitiæ, alia bonitati attribuantur; non diuersitas subiectis, id est rei his vocabulis significatæ exprimitur, sed

Varietas

Universidad de Deusto
Biblioteca

varietas sensuum & effectuum in creaturis monstratur. Cùm enim dicitur deus iustus uel iustitia, essentia diuina prædicatur: & etiam quòd ipse sit distributor & iudex meritorum, intelligi datur. Ita & cùm dicitur misericors, essentia diuina prædicatur, & insuper quòd ipse sit miserorum liberator, intelligi datur. Similiter cùm dicitur bonus, essentia diuina prædicatur, & insuper autor omnium bonorum ostenditur. Ita & cùm dicitur deus, essentia diuina prædicatur, & ipse timendus ostenditur. Inde ergo quędam opera misericordiæ, quædam iustitiæ dicuntur, non quin diuina essentia hæc & illa operetur, & quin hęc & illa sint opera diuinæ essentiæ, quæ dicitur misericordia & iustitia; sed quia quędam sunt quibus ostenditur iudex & æquus distributor, quædam quibus ostenditur miserator. Misericors enim dicitur in natura, miserator in exhibitione. Et in quibusdam operibus dicitur effectus esse misericordiæ, in quibusdã effectus iustitiæ: non quòd aliud efficiat iustitia, aliud misericordia Dei, si ad essentiam referas; sed quia ex quibusdam effectibus intelligitur iudex, ex quibusdã miserator, uel, ut quibusdam placet, iustus & misericors. Sed secundum hoc occurrit quæstio, quomodo ex alijs ostendatur iustus, & ex aliis misericors, cùm sit idem ei esse iustum & esse misericordem. Si enim secundum eandem rationem dicitur iustus & misericors, ex eo opere quo intelligitur iustus, intelligitur misericors, & econuerso. Sed dixi suprà, quia cùm dicitur deus iustus & misericors, ita eadem diuina essentia significatur, & secundum eam idem prædicatur, vt etiam quædam diuersa intelligantur. Intelligimus enim per hoc eũ esse miseratorem & iustum iudicem. Quod euidenter Origenes ostendit, dicens, [Omnia quæ dei sunt, Christus est. ipse sapientia eius, ipse fortitudo, iustitia, sanctitas, ipse prudentia, ipse ueritas. Sed cùm unum sit in subiacenti, pro uarietate sensuum, diuersis nuncupatur uocabulis. Aliud enim

Homilia 5. super illud Hier. c. 10. Qui fecit terram in sor.

enim significat sapiẽtia, aliud iustitia. Quando enim sapientia dicitur, disciplinis te diuinarum humanarumque rerum instruere intelligitur: quando iustitia, distributor uel iudex meritorum insinuatur. Ita & prudentia cùm dicitur, doctor & demonstrator bonarum uel malarũ rerũ, uel neutrarũ intelligitur.]

Autoritatibus probat quædam iustitiæ, alia misericordiæ, alia bonitati attribui.

D Quòd autem quædam opera misericordię, quædam iustitiæ, quædam bonitati attribuantur, in scripturis facilè est reperire. Et de misericordia quidem & iustitia manifestum est: de bonitate uerò & misericordia amplius latet. Sed Augusti. docet illa opera propriè ad misericordiam pertinere, quibus aliqui à miseria liberantur: ad bonitatem uerò non solùm illa, sed fœcundam & gubernationem naturalium: ita dicẽs, [Ad misericordiam pertinet, quòd à peccatis mũdat, & de miseria liberat: ad bonitatem verò, quòd cęlum & terram, & omnia ualde bona creauit, ut essent.] Idem, [Cœli non indigent misericordia, ubi nulla est miseria: in terra hominis abundat miseria, & superabundat Dei misericordia. Miseria ergo hominis & misericordia dei plena est terra, non cœli: qui non indigent misericordia, indigent tamen regente Domino. Omnia enim indigent Domino, & misera, & felicia: quia sine illo miser non subleuatur, felix non regitur.] Item alibi, [Misericordia est erga miseros, bonitas erga quosliber.] Interdum tamen misericordia largè accipitur, ut bonitas.

Super psal. 135.

Ibidẽ super psal. 32. con. 2.

In glossa, super illud ps. 24. Secundũ misericordiam tuam memẽto mei tu.

Quomodo uniuersa uiæ Domini dicantur misericordia & veritas.

E Post hæc considerati oportet, ex quo sensu uniuersę uię Domini dicantur misericordia & ueritas. Hoc multiplicem recipit expositionem. [Vniuersæ enim uiæ Domini misericordia & ueritas quibus ad nos uenit, (vt Augustinus ait super psal.) intelliguntur duo aduentus: primus, in quo manifestam & multiplicem

Super psal. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plicè misericordiã nobis exhibuit: & secundus, in quo requirẽdo merita, iustitiã exhibebit.] Vniuersę ęr viæ Domini, id est, quibus ad Dominũ ascendimus, sunt iustitia, qua à malo declinamus; & misericordia, qua bonũ facimus. In his. n. duobus omne bonum meritũ includitur. Sed cũ superius Cassiod. dixerit in his duobus omnia opera Dei, includi, meritò quæri põt, an in omni opere Domini hæc duo mutuò sibi iũgãtur. Quibusdam placuit non in omni opere Domini hæc duo concurrere: secũdum effectum dico: nam secundum essentiam non diuiditur misericordia à iustitia, sed unum est. Verùm secundùm effectum non in omni opere Domini dicunt esse misericordiã & iustitiã: sed in quibusdã fatentur tantũ misericordiam, in aliis iustitiam, atque in aliis misericordiã & iustitiã. Fatentur tamen, Dominum omnia quæ fecit misericorditer agere & iustè, referentes rationẽ dicti ad Dei uoluntatem, quæ iustitia est & misericordia, nõ ad effectus misericordiæ & iustitiæ, qui sunt in rebus. Aliis autem uidetur, quòd sicut dicitur Deus omnia opera sua iustè facere & misericorditer, ita concedendum sit in omni opere dei iustitiam esse & misericordiã, id est clementiam, secundum effectũ vel signũ: quia nullum opus Dei est in quo non sit effectus uel signum æquitatis & clementiæ, siue occultæ, siue apertæ. Aliquando enim manifesta est clementia siue benignitas, & occulta æquitas, aliquando econuerso.

Suprà, lit. a

DE SENTENTIA IVDICII.

A DISTINCT. XLVII.

SOLET etiam quæri, qualiter dabitur iudicij sententia. Sed non est perspicuũ id explicare. Non enim scriptura apertè definit an uoce illa proferantur, Venite benedicti, &, Ite maledicti: an uirtute Iudicijs ita fiat, conscientijs singulorum

Matt. 25. d

singulorum attestantibus: vt modò dicitur futurum vt iudicis potentiæ effectus ipsius dictione significetur. Illa etiam Esurui, & non dedistis mihi manducare, & huiusmodi, magis conscientiis exprimenda plurimi putant quàm verbis: quia Apostolus in momento & in ictu oculi mysterium consummandum tradit. Sed illud ad resurrectionis statum tantùm referunt, non ad iudicium: qui iudicij sententiam, & malorum increpationes, & bonorum præconia verbis expremẽda asserunt.

Ibidem.

1. Cor. 15. g

B *Quod iudicabunt sancti, & quomodo.*

Non autem solus Christus iudicabit, sed & sancti cum eo iudicabunt nationes. [Ipse enim Apostolis ait, Sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Nec est putandum quòd duodecim Apostolis tantũ hoc promiserit Christus. Vbi enim sedebit Paulus, qui plus omnibus laborauit, si non ibi sedebunt nisi duodecim? Per duodecim ergo sedes perfectio tribunalis, id est vniuersitas iudicantiũ intelligitur, scilicet omnes perfecti, q reiectis omnibus securi sunt Christum: Per duodecim tribus, vniuersitas iudicandorum.] Iudicabunt verò eos sancti non modò cooperatione, sed etiã autoritate & potestate. Vnde, Gladij ancipites in manibus eorum, id est, sententia de bonis & malis in potestate eorũ. Si verò quæritur, quæ erit eorum potestas vel autoritas in iudicando; puto nõ ante posse sciri quàm videatur, nisi diuina reuelatione quis didicerit.

Sapien. 3. b
Aug. lib. 20 de ci. dei, c. 5.
Matt. 19. d
1. Cor. 15. b
De duodecim sedibus.
Matt. 19. et in glo. ibidẽ.
Marci 10. d
Psal. 149.

C *De ordinibus eorum qui iudicandi erunt.*

Erunt autẽ quatuor ordines in iudicio. [Duę quippe sunt partes, electorum scilicet, & reproborum: (vt Greg. in Moralibus ait) sed bini ordines eisdem singulis partibus continentur. Alij enim iudicantur, et pereunt: alij non iudicãtur, & pereunt. Alij iudicantur, & regnant: alij nõ iudicantur, & regnant. Iudicantur, & pereunt, quibus Dominica inclamatione dicetur, Esurui, & nõ dedistis mihi mãducare, &c. Nõ iudicã-

Lib. 16. cap. 24. super 36 cap. 1. eb.
Matt. 25. c
Ioannis 3. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

rtur, & pereunt, quibus Dominus ait, Qui non credit, iam iudicatus est. Eorũ enim damnatio toti ecclesiæ nota est & certa: & ideo dicuntur tunc non iudicari, quia ad conspectũ districti Iudicis cũ aperta damnatione suæ infidelitatis accedent. Qui verò professionem fidei sine operibus habent, iudicabuntur, & peribunt, id est, redarguentur vt pereant. Qui verò nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationẽ Iudicis in se fieri non audient: qa infidelitatis suæ tenebris præiudicati, eius quẽ despexerant inuectione redargui non merentur. Isti autem saltem verba Iudicis audiẽt, qui eius fide saltẽ verbo tenuerũt. Illi autẽ in dãnatione sua æterni Iudicis nec verba percipiẽt, qui eius reuerentiã nec verbo tenus seruare voluerũt: & ideo illi iudicandi, sed isti non iudicandi, dicuntur.] [Ex electorum verò parte alij iudicantur, & regnant, scilicet qui virę maculas lachrymis tergunt, & eleemosynarũ superinductione operiunt: quibus Iudex veniens in dextra consistentibus dicet, Esuriui, dedistis mihi mã ducare. Alij autem non iudicantur, & regnant, qui etiam precepta legis perfectione virtutũ transcendũt: quia nõ hoc solùm quod lex præcipit implere cõtẽti sunt, sed & quod ad perfectionem consulitur, implere studeant. De quibus propheta ait, Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Et Salamon de ecclesiæ sponso loquens ait, Nobilis in portis vir eius, quando sederit cũ senatoribus terræ. Et Iob ait, Non saluat impios, & pauperibus iudiciũ tribuit. Hi ergo rectè sub generali iudicio non tenentur, sed iudices veniunt: quia & præcepta generalia viuendo vicerunt, & omnibus relictis Christum secuti sũt. Rectè pauperibus iudicium tribuit, qui quantò huic mundo magna humilitate despecti sunt, tantò tunc maiori culmine potestatis exeresc ent.] [De talibus dicitur, Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Vincens Dominus cũ patre in throno sedit: qa post passionis

Iacobi 2.c
Ibidẽ, c.25.
Prouer. 3.a
Matt.25.c
Esaiæ 3.c
Prou.vlt.c
Iob 36.a
Sap.5.a
Gre.ib.c.25
Apoc.3.d

passionis certamẽ, & resurrectionis palmã, quòd patri esset æqualis, omnibus claruit. Nobis verò in throno filij sedere, est ex eiusdem filij potestate iudicare.] [Quia enim iudicandi principatum ex eius virtute percipimus, quasi in throno eius residemus.] Ex his apparet, quòd etiam perfectiores sancti cum Christo iudicabunt potestate, & quare quidam dicuntur iudicandi, alij non iudicandi.

Ibidẽ, c.29.

D *De ordine Iudicij, & ministerio Angelorum.*

Cùm autem in Euangelio legatur quòd Dominus mittet angelos suos qui colligent de regno eius omnia scandala, & mittent iniquos in caminum ignis; & item, Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittet eos in caminum ignis; & iterum, Mittet angelos suos cũ tuba, & congregabunt electos à quatuor ventis; & cùm propheta dicat, Congregate illi sanctos eius: ministerio angelorũ illa impleri dubitandum non est. Domino enim veniente ad iudiciũ, præcedet ante eum ignis, quo comburetur facies mundi huius: & peribit cœlum & terra, nõ secundum substantiam, sed secundum speciẽ, quę immutabitur: cœlũ quidem aereum, non æthereum. Tantum enim ascẽdet ignis in iudicio, quantum ascenderunt aquæ in diluuio. Ille autem ignis malis qui reperti fuerint viui, erit cõsumptio, bonis verò nõ, ut ait Aug. [Hoc erit incendium mundi sanctis, quod fuit caminus trib us pueris.] In quibus si aliquid purgandum fuerit, p illum ignem purgabitur. Alijs verò nullam ingeret molestiã. Purgato verò per ignem mundo, & ad iudiciũ veniẽte Domino, emittetur vox illa magna, qua resurgent omnes mortui: & tunc ministerio angelorum ventilabitur area: quia boni congregabunt ibi de quatuor partibus mundi angelico ministerio: quo & rapiẽtur obuiam Christo in aera, reprobis in terra quam dilexerunt, remanentibus. Et tunc præconia illa bonorum, Esuriui, & dedistis mihi manducare; & increpationes illę malorũ, Esuriui, & nõ dedistis mihi manducare,

Matt.13.f
Ibidem, f
Matt.24.e
Psal.49.
De ciuit.dei li.20.c.18.
Dani.3.g
Lucæ 3.d
1.Thes.4.d
Matt. 25.e

manducare, &c. proferentur vel sono vocali, vel alio modo. Denique proferetur sententia super vtrosque,
Matt. 25. g Venite benedicti: &, Ite maledicti, &c. Et ministerio
Idem 13. f angelorum, virtute Dei cooperante, mittentur mali in caminum ignis, hoc est, in infernum.

Si post iudicium dæmones præerunt hominibus ad puniendum.

I.

Eccle. 39. d Et solet quæri, vtrum in inferno malis ad puniendum præsint dæmones post iudicium: quos carnifices tortoresq; animarum scriptura appellat. Apostolo.
1. Cor. 15. d dicit, quod Christus tunc euacuabit omnem principa
Haymo. sup 1. Cor. 15. tũ, & potestatẽ, & virtutẽ. [Dum. n. durat mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus præsunt: sed omnibus collectis, tam omnis prælatio cessabit.] Hinc quidam putant, post iudiciũ dæmones non habere potestatem cruciandi homines, sicut modò: sed vt dæmones virtute dei cruciari sine creaturæ ministerio asserunt, sic reprobos homines ibi non per operationem dæmonũ, sed virtute diuina tantùm æternis subiici cruciatibus. Præmissa tamen autoritas nõ id cogit sentire: quę etsi asserat tunc nec dæmones dæmonibus, nec hoĩes hominibus præesse, nõ definit tamen an dæmones præsint hominibus ad torquendũ. Vnde quibusdã videtur, eos sic extare hominibus tortores in pœna, sicut extiterunt incentores in culpa.

DE FORMA ET POTESTATE IVDICIS.

A DISTINCT. XLVIII.

Zach. 12. e SOLET etiã quæri, in qua forma Christus iudicabit. In forma vtique serui iudicabit: quæ omnibus in iudicio apparebit, vt videant mali in quem pupugerunt. Diuinitatem verò eius mali non videbunt. Vnde Esaias, Tollatur
Esaiæ 26. b impius, ne videat gloriam Dei. Humanitatem videbunt,

bunt, vt timeant: diuinitatem verò non, ne gaudeãt. *secundũ interp.* 70
Diuinitas enim sine gaudio videri non potest.

B *Qualis apparebit tunc in forma serui.*

Sed cùm in forma humana constet eum appariturum, quæritur an in forma illa gloriosa appareat, sicut verè est, an in forma qualis in passione extitit. Quidã putant à malis talẽ videri qualẽ crucifixerũt. Infirmãquia dicit scriptura, Vt videant in quẽ pupugerunt. Sed apertè Augu. dicit, formã serui glorificatam, à bonis & à malis tũc videri, sic, Cùm in forma *Zach. 12. e* serui glorificata iudicantem viderint boni & mali, tolletur impius, vt non videat claritatem Dei, quæ Deus *De Trini. li. 1. ca. 13. sed secũdũ vem magis quã verba.* est: quã soli mundo corde videbunt: quod erit eis vita æterna. Forma ergo humana in Christo glorificata videbitur à cunctis: vnde & Christus dicitur iudicaturus, quia filius hominis est. Ita. n. legitur in Euangelio Ioannis, Et potestatem dedit ei iudicium facere: *Matt. 5. a Ioan. 17. a Ioan. 5. d* quia filius hominis est. Non quòd ipse ex virtute hominis sit iudicaturus, vel quòd ipse solus sine patre & spiritu sancto sit iudicium facturus: sed quia ipse solus in forma serui iudicans, bonis & malis videbitur. Cũ ergo † pater non iudicat quenquam, sed omne iudiciũ dedit filio, non ita est intelligendũ, quãsi filius solus iudicet, & non pater: sed quia forma filij humana cunctis in iudicio apparebit, non in firma, sed gloriosa. Iudicabit aũt ex virtute diuinitatis, non sine patre & spiritu sancto: & apparebit terribilis impiis, & mitis iustis. Erit enim terror malis, & lumen iustis.]

† *Addẽdum vẽ, dr̃, aut si mile quid.* *Ioan. 5. d*

Quare secundum formam serui dicitur Christus

C *suscitaturus corpora.*

Et sicut dicitur Christus secundũ formã serui iudicaturus, propter causam præmissam; ita etiam dicitur suscitaturus corpora mortuorum secũdum humanitatem, cùm tamen virtute diuinitatis sit suscitaturus, nõ humanitatis. Sed hac ratione illud dicitur, quia in humanitate suscepit quod est causa nostræ resurrectionis, i. passionẽ, & resurrectionẽ. Ideo ei asscribitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundùm hominem susciatio mortuorũ. Vnde Au-
Super Ioan. tract. 23. in fine. gust. [Per Verbum filiũ Dei, fit animarũ resurrectio: per Verbum factum in carne filium hominis, fit corporum resurrectio.] Item, [Iudicat & suscitat corpora non pater, sed filius secundum dispensationem humanitatis: in qua minor patre est Christus. In eo quòd est filius Dei, est vita quæ viuificat animas: in eo q̃ est filius hominis, iudex.] Ecce secundum formam humanitatis dicitur suscitaturus corpora, & iudicaturus. Iudicaturus aũt, quia illa forma cũctis in iudicio apparebit: & suscitaturus, q̃a in eadẽ forma meritum & causam resurrectionis nostræ suscepit, & q̃a secundum eandem formam vocem dabit, quam mortui de monumentis resurgent & procedent. Secundũ quòd Deus est, viuificat animas, non pater tantùm: quia non tantùm pater vita est, sed & filius cum eo, & spiritus sanctus eadem vita est, quæ pertinet ad animam, non ad corpus. Corpus enim non sentit vitam sapientiæ, sed anima, quæ illuminatur à lumine æterno. Licet ergo Christus potentia diuinitatis viuificet animas, & suscitet corpora, & iudicet; non otiosè tamen & præter rationem ei secundum formam Dei tribuitur viuificatio animarum, & secundum formã serui iudicium & resuscitatio corporum.

Ibidem.

D *De loco Iudicij.*

Putant quidam Dominum descẽsurum in vallem Iosaphat in iudicio, eo quòd ipse per Ioelem prophetã sic loquitur, Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis. In cuius capituli expositione ita reperi, [Hoc quidã pueriliter intelligunt, quòd in valle quæ est in latere montis Oliueti, descensurus sit Dominus ad iudiciũ: quod friuolum est: quia non in terra, sed in spacio huius aeris sedebit contra locum montis Oliueti, ex quo ascẽdit. Et sicut Ioannes Chrysosto. dicit, angeli deferent ante eum signum crucis: vnde in Euangelio Veritas dicit, Et tunc apparebit signum filij hominis, &c. Iosaphat

Ioel. 3. a

In glo. circa princ. illius capitis.

Homilia de cruce & latrone, to. 5. Matt. 24. c

phat autem interpretatur iudicium Domini. In vallẽ ergo Iosaphat, id est, iudicij Domini, cõgregabuntur omnes impij. Iusti verò non descendent in vallem iudicij, id est damnationis, sed in nubibus eleuabuntur obuiam Christo.]

1. Thes. 4. d

E *De qualitate Luminarium & Temporis post iudicium.*

Veniente autem ad iudicium Domino in fortitudine & potestate magna, sol & luna dicuntur obscurari, non sui luminis priuatione, sed superueniente maioris luminis claritate. [Virtutes quoque cœlorum, id est angeli, dicuntur moueri, non metu damnationis, vel aliqua perturbatione pauoris, sed quadam admiratione eorum quæ viderint.] Vnde Iob, Columnæ cœli pauent aduentum eius. Ante diem verò iudicij sol & luna eclipsim patientur, sicut Ioel testatur dicens, Sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis. Magnus verò dicitur, propter magna quæ ibi fiẽt. Cũ aũt factũ fuerit cælũ nouũ, & terra noua, tunc erit lux lunæ sicut lux solis, testante Esaia, & erit lux solis septẽpliciter. i. sicut lux septẽ dierũ: quia quãrũ luxit sol in prima conditione septẽ dierum ante peccatum primi hominis, tantũ lucebit post iudiciũ. Minorata. n. fuit lux solis & lunæ, aliorumq; syderum, per peccatũ primi hominis: sed tunc recipiet sol mercedẽ sui laboris: quia septẽpliciter lucebit: & tunc non erit vicissitudo diei & noctis, sed tantùm dies. Vnde Zacharias, Et erit dies vna quæ nota est Domino, non dies neque nox: & in tẽpore vesperæ erit lux: quia tunc nõ erit varietas diei & noctis, quæ modò est, sed cõtinua dies & lux. Esaias tamen videtur dicere, quòd tunc nõ luceat sol vel luna, loquens congregationi sanctorũ: Non erit ibi, inquit, amplius sol ad lucendum per diẽ, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam. Sèd his verbis non negat solem & lunam tunc lucere, sed significat, his qui rũe erunt in æterna beatitudine, nullum lucis vsum præ-

Lucæ 21. e
Matt. 24. c
Greg. 17. Moral. c. 14 & 15.
Iob 16. c
Ioel 2. g
Esaiæ 65. c
Esaiæ 30. f
Zach. 14. b
Esaiæ 60. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hiero. lib. 17. comen. in 60. cap. Esaiæ.

stare. Quia, vt ait Hieronymus super eũdem locum. [Cœli & terræ, solis atque lunæ nobis cessabit officium: & erit ipse Dominus lumen suis in perpetuũ.] Potest etiam intelligi illud Esaiæ ea ratione dictum, quia sol & luna tunc non habebunt ortum & occasum, sicut nunc. Vnde Isidorus illud Esaiæ quasi exponens ait, [Post iudicium sol laboris suis mercedem suscipiet. Vnde Propheta, Lucebit septempliciter, & nõ veniet ad occasum nec sol nec luna, sed in ordine quo creati sunt, stabunt, ne impij in tormentis sub terra positi, fruantur luce eorum. Vnde Abacuc, Sol & luna stetere runt in ordine suo.] Ecce apertè dicit solem & lunam tunc lucere, sed stabiliter permanere: vbi etiam significat infernum esse sub terra. Si verò quæritur, quis sit vsus lucis solis & lunæ tunc, fateor me ignorare: quia in scripturis non memini me legisse.

Lib. 1. c. 5

Esaiæ 30. f

Abacuc 3. c

DE DIFFERENTIA MANSIONVM in cælo & in inferno.

A DISTINCT. XLIX.

Aug. in Enchi. c. 111.

POST resurrectionẽ verò facto vniuerso impletoque iudicio, suos fines habebunt ciuitates duæ, vna Christi, alia diaboli, vna bonorum, altera malorũ, vtraque tamen angelorũ & hominũ. Illis voluntas, illis facultas nõ poterit esse peccandi, vel vlla conditio moriendi: isti in æterna vita feliciter viuentibus, illis infeliciter in æterna morte sine moriendi potestate durantibus: quoniam vtrique sine fine. Sed in beatitudine isti, alius alio præstabilius: in miseria verò illi, alius alio tolerabilius permanebunt.] Ex his apparet, quòd sicut boni differenter glorificabuntur, alij magis, alij minus; ita & mali differẽter in inferno punientur. Sicut. n. in domo patris, id est, in regno cœlorũ, mãsiones multæ sunt,

Ioan. 14.

id est, præmiorum differentiæ: ita & in gehenna diuersæ sunt mansiones, id est, suppliciorum differentiæ. [Omnes tamen æternam pœnam patientur: sicut oẽs electi eũdem habebunt denariũ, quẽ pater familias dedit omnibus qui operati sunt in vinea. Nomine denarij aliquid omnibus electis commune intelligitur, scilicet vita æterna, Deus ipse: quo omnes fruetur, sed impariter. Nã sicut erit differens clarificatio corporũ, ita differens gloria erit animarum. Stella enim a stella, id est, electus ab electo differt in claritate mentis & corporis. Alij enim aliis vicinius clariusq; dei speciẽ contemplabuntur: & ipsa conteplandi differentia diuersitas mansionum uocatur. Domus ergo est vna, id est, denarius est unus: sed diuersitas est ibi mansionum, id est, differentia claritatis: quia vnum est summũ bonum, beatitudo, & uita omnium, id est, Deus ipse. Hoc bono omnes electi perfruentur, sed alij aliis plenius.] Perfruentur autem videndo per speciẽ, nõ per speculum in ænigmate. Habere ergo uitam, est uidere uitam, id est, cognoscere Deum in specie. Vnde Veritas ait in Euangelio, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum, esse vnum & solum uerum Deum: hoc est, habere vitam, id est, cognoscere te. Nõ est ipsa cognitio, quod tu es: sed per cognitionem habetur bonum quod tu es, id est, vita.

Au. homil. 67. sup Ioã. secundũ vẽ. Mat. 20. a

1. Cor. 15. f

1. Cor. 13. d

Ioan. 17. a

B

Si omnes homines volunt esse beati.

Solet etiam quæri de beatitudine, vtrũm eam omnes uelint, & sciant quæ sit uera beatitudo. De hoc Augustinus in 13. lib. de Trin. ita differit, [Mirũ est, cùm capessendæ retinendæq; beatitudinis voluntas una sit omnium, vnde tanta existat de ipsa beatitudine rursus diuersitas uoluntatũ: non quod eã aliquis nolit, sed quòd non omnes eam norint. Si enim eam omnes nosc erent, non ab aliis putaretur esse in uirtute animi, ab aliis in uoluptate corporis, ab alijs atque alijs alibi atque alibi. Quomodo ergo omnes amant, quod nõ omnes sciũt? Quis potest à mare qđ nesciũ?

Cap. 4.

sicut

sicut suprà disputaui. Cur ergo beatitudo amatur ab omnibus, nec tamē scitur ab omnibus? An fortè sciũt oēs quę ipsa sit, sed non omnes sciunt ubi sit, & inde contentio est?][An fortè falsum est, quod pro vero posuimus, beatè uiuere omnes homines uelle? Si.n. beatè viuere est, verbi gratia, secundum animi uirtutem uiuere; qũo beatè viuere vult, qui hoc non vult? nonne verius dixerimus, Homo ille non vult beatè viuere, quia non uult secundum uirtutem viuere? qđ solum est beatè uiuere. Non ergo omnes beatè uiuere uolunt, imò pauci hoc uolunt, si non est beatè uiuere, nisi fm uirtutē animi uiuere: quod multi nolũt. Itáne falsum erit, vnde nec ipse Cicero dubitauit? ait .n. Beati certè omnes esse uolumus. Absit vt hoc falsũ esse dicamus. Quid ergo? an dicendum est, etiam si nihil aliud sit beatè uiuere, quàm secundum uirtutē animi viuere; tamen & qui hoc non vult, beatè uiuere vult? Nimis quidē hoc uidetur absurdum. Tale .n. est acsi dicamus, qui non vult beatè viuere, vult beatè uiuere. Istā repugnantiam quis audiat? quis ferat? & tamen ad hanc contrudit necessitas. Si omnes beatè uiuere uelle uerum est, & nõ oēs uolunt sic uiuere; qũo solùm uiuitur beatè?][An illud ab his angustiis poterit nos eruere, si dicamus nihil esse beatè uiuere, nisi uiuere secundum delectationem suam; & ideo falsũ non esse qđ oēs beatè uiuere uelint, quia oēs ita volũt, vt quemq; delectat? Sed id quidem falsum est: uelle .n. quod non deceat, est esse miserrimum. Nec tam miserum est non adipisci quod uelis, quàm adipisci uelle quod non oporteat. Quis ita cæcus sit, ut dicat, aliquē ideo beatum, quia uiuit ut vult? cùm profectò etsi miser esset, minus tamen esset, si nihil eorum quæ perperam voluisset, habere potuisset. Mala .n. uoluntate uel sola miser quisq; efficitur; sed miserior, cùm desiderio malæ uoluntatis impletur. Quapropter, quoniam verum est qđ omnes homines esse beati velint, idq; ardentissimo amore appetant, & propter hoc cætera quæcunque

Ibid. Paulo post.

Cicero in Hortensio.

Ibid. cap. 5 in principio.

cunq; appetant; nec quisquam potest amare, quod omnino quid uel quale sit nescit, nec põt nescire quid sit, quod se uelle scit: sequitur vt oēs beatam uitā sciãt. Omnes autē beari habent quod volunt: quamuis nõ omnes qui habent quod volunt, continuò sint beati. Continuò autem miseri sunt, qui uel non habent qđ uolunt, uel id habent quod non rectè uolunt. Beatus ergo non est, nisi qui & habet omnia quæ vult, & nihil vult malè. Ille quippe beatè uiuit, q uiuit ut vult, nec malè aliquid vult.][Cùm ergo ex his duobus cõstet beata uita, licet in malis sit aliquis bonus, non tamen nisi finitis omnibus malis est beatus. Cùm ergo ex hac uita qui in his miseriis fidelis & bonus est, uenerit ad beatā uitam; tunc erit uerè, quod nunc nullo modo esse põt, vt sic hõ uiuat qũo vult. Non .n. ibi volet malè uiuere, aut uolet aliquid quod deerit, aut deerit aliquid quod voluerit. Quicquid amabitur aderit: nec desiderabitur quod non aderit. Et omne quod ibi erit, bonum erit: & summus Deus summum bonum erit: &, quod est oĩno beatissimũ, ita semper fore certũ erit. Beatos aũt esse se uelle, oĩum hominũ est. Beatos se esse velle, oēs in corde suo vident: nec tamē omnium est fides, qua ad beatitudinem peruenitur.]

Quis sit beatus.

Ibidem ca. 6.7.8.

Si quid de Deo cognoscis aliquis, quod ibi non intelligant omnes.

C Solet etiam quæri, utrùm aliquid de Deo cognoscat aliquis magis meritus, vt Petrus, quod nõ cognoscat aliquis minus meritus, vt Linus. Pluribus uidetur qđ omnia de Deo ad beatitudinē spectantia oēs communiter electi cognoscant, sed differenter. Nihil .n. in Deo noscibile maius dignius q; uidetur, quàm eũ intelligere trinum & unum. Hoc aũt omnes tunc per speciem cognoscent. Vnde sequitur, ut nõ sit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beatorum. Omnes ergo cuncta illa uidebunt, quorum cognitio seruit beatitudini: sed in modo uidendi differēt. Alius enim alio magis, alius alio minus fulgebit.

1. Cor. 15. f

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De paritate gaudij.

Hom.67.super Ioã. Et in lib. Sen. Prosp.360.

D Solet etiam quæri, an in gaudio dispares sint, sicut in claritate cognitionis differunt. De hoc Augustin. [Multæ mansiones in una † domo erunt, s. variæ præmiorum dignitates: sed vbi Deus erit omnia in omnibus, erit et in dispari claritate par gaudium: ut quod habebunt singuli, commune sit omnibus: quia etiam gloria capitis omnium erit per vinculum charitatis.] Ex his datur intelligi, q̃ par gaudium omnes habebunt, etsi disparem cognitionis claritatem, quia per charitatem, quæ in singulis erit perfecta, tantũ quisq; gaudebit de bono alterius, quãtum gauderet si in seipso haberet. Sed si par erit cũctorum gaudium, videtur q̃ par sit omnium beatitudo: quod constat omnino non esse. Ad quod dici pòt, quod beatitudo par esset, si ita esset par gaudium, ut etiam par esset cognitio: sed quia hoc non erit, non facit paritas gaudij paritatem beatitudinis. Potest etiã accipi par gaudiũ, ut non referatur paritas ad intentionem affectionis gaudentium, sed ad vniuersitatem rerum de quibus gaudebitur: quia de oi re vnde gaudebit unus, gaudebũt oẽs.

† *v.ita.*

E *Si maior sit beatitudo Sanctorum post iudicium.*

Post hoc quæri solet, si beatitudo sanctorum maior sit futura post iudicium, quàm interim. Sine omni scrupulo credendum est, eos habituros maiorem gloriam post iudicium quã ante: quia & maius erit gaudium eorũ, ut suprà testatus est Aug. & ampliorem erit eorum cognitio. Vnde Hieronymus, [Peracto iudicio ampliorem gloriam suæ claritatis Deus demonstrabit electis.] [Si quem mouet quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere, si eis potest sine corporibus summa beatitudo præberi: difficilis quæstio est, nec pòt à nobis perfectè definiri. Sed tamen dubium non est, & raptam à carnis sensibus hominis mentem, & post mortem ipsa carne deposita non sic videre posse incommutabilem substantiam, i. deum, sicut sancti angeli vident, siue alia

Dist.45.huius,para.1 & hac dist. Super illud Ose.6. Viuificabit nos post tres dies.

Aug.li.12. super Gene. cap.35.

alia lætiori cã, siue ideo quia ineſt ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, quo retardatur quodammodo, ne tota intentione pergat in illud sũmum cœlum, donec ille appetitus cõquiescat. Porrò si tale sit corpus, cuius sit difficilis & grauis administratio, sicut hęc caro quæ corrumpitur, multò magis auertitur mens ab illa uisione summi cœli. Proinde cũ hoc corpus iam non animale, sed spirituale receperit æquata angelis, habebit perfectũ naturæ suæ modum, obediens & imperans, uiuificata & uiuificãs, tã ineffabili facilitate, ut sit ei gloriæ, quod fuit sarcinæ.]

Sap.9.d

1.Cor.15.f

SI MALI IN INFERNO PECCABVNT.

A DISTINCT. L.

Dist. præce. Lit. A. ex omnichi. c.111.

Hic oritur quæstio, ex præmissis ducẽs originem. Supra n. Aug. loquẽs de malis in inferno damnatis, & bonis in cœlo glorificatis, dixit q̃ nec bonis uoluntas, nec malis facultas esse peccandi poterit. Et de bonis quidem cõstat: sed de malis, à quibus uoluntatem malã nõ remouet, quæritur qũo sit uerum eos nõ posse peccare, imò qũo uerum sit eos non peccare, cùm malam habeant uoluntatẽ. Quidã autumant illam voluntatem non esse peccatum sed supplicium tantùm. Alij verò peccatũ esse fatentur, sed per illud eos non mereri aliquam pœnã: quia non est ibi locus merendi. Illud ergo peccatum, dicunt non esse meritũ supplicij, sed supplicium mali meriti, quod in hac vita præcessit. De hoc aut Augustin. ita dici, [Tempus acquirendi uitam æternam in hac tantũ uita Deus hominibus dedit: vbi uoluit etiã pœnitentiã esse fructuosam. Ideò hic pœnitentia fructuosa est, quia potest hic hõ deposita malitia bene uiuere, & mutata uoluntate, merita simul operaq; mutare, & ea gerere quę Deo placeãt. Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem pœnitentiam in futuro seculo de

Fulgentius lib. de fide ad Pet.c.3.

Sapien.5.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Domini non inueniet: quia etsi erit stimulus pœnitudinis, tamen nulla erit tibi correctio uoluntatis. A talibus enim ita culpabitur iniquitas sua, ut nullatenus ab eis possit uel diligi vel desiderari iustitia. Voluntas.n. eorum talis erit, ut habeat semper in se malignitatis suæ supplicium, nunquam tamen recipere possit bonitatis affectum. Quia sicut illi qui cum Christo regnabunt, nullas in se malæ uoluntatis reliquias habebunt; ita illi qui erunt in supplicio æterni ignis cum diabolo & angelis eius deputati, sicut nullam habebunt vlterius requiem, sic bonam nullatenus poterũt habere uoluntatem. Et sicut cohæredibus Christi dabitur perfectio gratiæ ad æternam gloriam; ita consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas pœnam, quando exterioribus deputati tenebris, nullo illustrabuntur interiori lumine ueritatis.] Ex his apparet, reprobos in inferno pœnitentiam sic gesturos, ut per eam prauam uoluntatem non deserant: & illa maligna uoluntas erit eis ad cumulum pœnæ: per quam tamen non merebuntur: quia nullus meretur nisi in hac uita.

Matt. 25. d

B *Quare dicuntur tenebræ exteriores.*

Hic quæri potest, quare illæ tenebræ quibus inuoluentur mali in gehenna, dicuntur exteriores. Quia tunc mali penitus extra lucem corporalem & spiritualem, scilicet deum, erunt. Nunc enim etsi patiantur tenebras in cæcitate mentis, non tamen penitus extra lucem dei sunt, nec corporali luce priuantur. De hoc Augustin sic ait, [Ira dei & in iudicio erit & hic est in cæcitate mentis, cùm dantur mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebræ erunt: quia tunc peccatores penitus erunt extra deum. Quid est enim penitus esse extra deum, nisi esse in summa cæcitate? Si quidem habitat deus lucem innaccessibilem. Hæ autem tenebræ hic iam incipiunt in peccante, cùm ab interiori dei luce secluditur, sed non penitus dum in

Super illud psal. 6. Turbatus est à furore oculus meus.

1. Tim. 6. c

in hac uita est.] Ecce quare ibi peccator dicitur pati exteriores tenebras, & non hic: quia ibi secludetur penitus à luce dei: quod non hic. Sed quomodo intelligenda est illa secluſio? an quia non uidebunt deum per speciem? sed nec aliquis uidet hic deum per speciem. An per dissimilitudinem quam facit peccatum inter deum & hominem? sed & hic multi per grauia peccata elongantur à Deo. An quia deum odiunt, ita vt velint deum non esse? sed & hic multi deum oderunt: de quibus scriptum est, Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Quæ est ergo illa elongatio? Sanè exteriores tenebræ intelligi possiunt quædam malignitas odij & uoluntatis, quæ tunc excrescet in mentibus reproborum, & quędam obliuio dei: quia tormentorum interiorum & exteriorum doloribus adeò afficientur & turbabuntur, ut ab illis ad cogitandum aliquid de deo, uix, uel rarò, uel nunquam mentem reuocent. Vt qui nimio premuntur pondere, adeò stupescunt & turbantur, ut interim in aliam cogitationem non se extendant; sed illuc totus tendat impetus cogitationis, ubi sentitur uis doloris. Sed in hac uita nullus adeò malus est, ut penitus secluda tur à cogitatione dei: quia nec perdit appetitum beatitudinis, & queandam boni amorem, quem naturaliter habet rationalis creatura. Illas autem exteriores & profundissimas tenebras reprobos ppessuros post iudicium dicit Augustinus, opponens de illo diuite, [qui in inferno positus, eleuans oculos uidit Abrahã, & in sinu eius Lazarum: cuius comparatione coactus est confiteri mala sua, usque adeo, ut fratres roget ab his præmoneri. Quod ante iudicium factum legitur: sed post iudicium in profundioribus tenebris erunt impij, ubi nullam dei lucẽ uidebunt cui cõfiteãtur.]

Psal. 73.

Super illud psalm. 6. In inferno quis confitebitur tibi? Lucæ 16. f.

C *De animabus damnatorum, si quam habent notitiam eorumquæ hic fiunt.*

Præterea quęri solet, si reproborum animæ quæ nunc in inferno cruciantur, notitiam habeant eorũ quæ

Aug. super illud psal. 108. Dispeream de terra. Eadem habentur i lib. de cura p mortuis, c.14. et 15. Lucæ 16.f

quæ circa suos in hac vita geruntur, & si aliquo modo doleant super infortunijs suorum charorum. Hãc quæstionem Aug. commemorat, ex parte eam explicans, ex parte verò insolutam relinquens: ait enim, [Quæret aliquis, an vllus dolor tangat mortuos de his quæ in suis post mortem contingunt, uel quomodo ea quæ circa nos aguntur nouerint spiritus defunctorum. Cui respondeo, magnam esse quæstionem, nec in præsenti differendã. Veruntamen breuiter dici potest, quòd est cura mortuis de suis charis: vt de diuite legitur: qui dum tormenta apud inferos pateretur, leuauit oculos ad Abraham, & inter alia dixit, Habeo enim quinque fratres: mitte aliquem ex mortuis, vt testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorum. Habent enim mortui curam de uiuis: quos sciunt uiuere, quia nec in locis pœnarum uident eos, ubi diues sine fratribus erat; nec in requie beatorum, vbi Lazarum & Abraham, quamuis longè, agnoscebat. Non tamen ideo consequens est, eos scire quæ circa charos suos aguntur hic, uel lætã, uel tristia.]

Quomodo accipienda sunt quæ de Lazaro
D *& diuite leguntur.*

Si quis autem quærat, quomodo intelligatur quod de Lazaro & diuite legitur; audiat Aug. respõsum dicentis, [Si quis putat animas corpore exutas locis corporalibus contineri, cùm sint sine corpore, non deerunt qui faueant, & diuitem sitientem in loco corporali fuisse contendant, ipsamque animam corpoream præparasse linguam, & stillam de Lazari digito cupuisse. Sed melius est dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. Diuitem in supplicio, pauperem in refrigerio esse non dubito: sed quomodo intelligatur diuitis lingua, digitus Lazari, flamma inferni, sinus Abrahæ, & huiusmodi, uix à mansuetis, à contentiosis autem nunquam inuenitur.]

Aug. super Gen. ad lit. lib. 2. ca. 5.

Si se

E *Si se videatur boni & mali.*

Solet etiam quæri, vtrùm vicissim se videant illi qui sunt in inferno, & illi qui sunt in gloria. Sicut sancti tradunt, & boni malos, & mali bonos vident usque ad iudicium: post iudicium verò boni videbunt malos, sed non mali bonos. Vnde Gregorius, [Infideles in imo positi, ante diem iudicij fideles super se in requie attendunt: quorum gaudia pòst cõtemplari nõ possunt.]

Greg. ho. 40. in Euan. Et angl. sup illud Lucæ 16

F *De Chaos inter bonos & malos.*

Elevans aũt oculos.

Sed cùm sancti malos in tormentis videant, nónne aliqua compassione erga eos mouentur? nonne eos de tormentis liberari cupiunt? Recole illud euangelicum quod Abraham diuiti respondit, Inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, nõ possint, neque inde huc transmeare. Quid est illud chaos inter bonos & malos, nisi hinc iustitia, inde iniquitas, quæ nullatenus sociari valẽt? Adeò. n. sancti Dei iustitiæ addicti sunt, vt nulla compassione ad reprobos transire valeant, nulla p eis inter sanctos fiat intercessio. Quomodo ergo inde volunt aliqui transire ad illos, sed non possunt? Quia si dei iustitia admitteret, nõ fieret eis molesta liberatio corũ. Vel ita dicũtur velle & nõ posse, nõ qa velint & non possint, sed quia etsi vellent, non possent eos iuuare. De hoc ita Gregorius air, [Sicut reprobi à pœnis ad gloriã sanctorum transire volunt, & nõ possunt; ita & iusti p misericordiã mente ire volunt ad positos in tormentis, vt eos liberent: sed non possunt: quia iustorũ animæ etsi in naturæ suæ bonitate misericordiam habent, iam tunc autoris sui iustitiæ coniunctæ tanta rectitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur.]

Lucæ 16.g

Greg. eadem homilia, circa illud, Homo quidam erat diues.

Quod uisa impiorum pœna non minuit beato-
G *rum gloriam.*

Postremò quæritur, an pœna reproborum visa decoloret gloriam beatorum, an eorũ beatitudini profi-

Ibi. ad illud Filii recorda vit.

ciat. De hoc ita Gregorius ait, [Apud animum iusto-rum non obfuscat beatitudinem aspecta pœna repro borum: quia vbi iam compassio miseriæ non erit, minuere beatorum lætitiam non valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant, ad maiorem tamen gloriam vident pœnas malorum, quas per gratiam euaserũt: qui Dei claritatem vident, nil in creatura agitur quod videre non possint. Non est autem mirandum, si sancti iam immortales reprobos videant mentis intelligentia, cùm prophetę mortales adhuc, videre hæc omnia meruerunt.] [Egredientur ergo electi, non loco, sed intelligentia vel visione manifesta, ad videndum impiorum cruciatus:] quos videntes non dolore afficientur, sed lætitia satiabuntur, agentes gratias de sua liberatione, visa impiorum ineffabili calamitate. Vnde Esaias impiorum tormenta describens, & ex eorũ visione lætitiam bonorum exprimens, ait, Egredientur, electi scilicet, & videbunt cadauera virorum qui preuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur: & erunt vsque ad satietatẽ visionis omni carni, id est electis. Lætabitur enim iustus, cùm viderit uindictam.

Hieronym. sup illud 66. Esaiæ, Egredientur, & videbunt.

Esaiæ vlt. g

Psal. 57.

Esaiæ 6. a *Hæc de pedibus sedentis super solium excelsum, quos Seraphin duabus alis uolabant, scriptori, etsi non auditori, commemorasse sufficiat: qui à facie eorsus sedentis, per media ad pedes usque, uia duce peruenit.*

PETRI LOMBARDI EPISCOPI PARISIENSIS SENTENTIARVM libri quarti & vltimi.

FINIS.

RERVM OMNIVM AC QVAESTIONVM LOCVPLETISSIMVS INDEX,

QVAE IN QVATVOR HISCE Sententiarum libris continentur, secundum literarum ordinem digestus.

Index in Primum librum.

ACCIDENS nullum cadere in Deũ, distin. 26.c

Aequalitas cur Filio attribuatur, dist. 30.b

Aeternitas, potẽtia, magnitudo quomodo sint in Deo, dist. 19.b

Aeternitas, species, usus, quomodo de personis dicãtur, dist. 31.c

Amor, mens, & notitia in anima, imago Trinitatis, di. 3.f

Amor, charitas, dilectio patris, & filij, & spiritus sancti, dist. 10.a. & 17.b

Anima quomodo sit imagno Trinitatis, dist. 3.g

Anima dicitur simplex respectu corporis, dist. 8.c

Animæ an de cœlo possint reduci ad corpora propter aliqua merita, dist. 41.d

BONITAS, sapientia, potẽtia, quomodo de deo dicãtur, distin. 34.f

Bonitas spiritui sancto, sapientia filio, potentia patri quare attribuatur, ibid. g.h

Boni quadruplex acceptio, distinc. 46.h

Bona facere & mala uitare, quare præceperit Deus, di. 47. per totum.

CHARITAS, amor, & dilectio patris, & filij, & spiritus sancti, dist. 10.b 17.d

Charitas quãuis sit substantia Trinitatis, proprietamen refertur ad spiritum sanctum, distin. 10.c

Charitas dicitur deus, dist. 10. & 17. per totum.

Charitas, quæ est spiritus sanctus, utrũ augeatur uel minuat in homine, uel an ma-

gis uel minus habeat, ibi g
Cognoscendi Deũ modi quatuor, dist.3.a b.c
Creatura mundi, quare dicatur homo, ibid.
Creaturã quãlibet habere uestigium Trinitatis, ibid.f
Creaturam nullam à se & per se quicquam facere posse, dist.42.g
Ex Creaturis qũo cognoscatur Deus, dist.3.a
In Creaturis uestigium Trinitatis, ibid.f
DEVS utrùm fruatur, an utatur nobis, dist.1.f
Deus uerus, unus, solus est Trinitas, dist.1.per totum.
Deus quomodo cognoscatur per creaturas, quãus sit inuisibilis, dist.2.per totum.
Dei in trinitate vnitas quomodo probetur, dist.3.f.& per totum.
Deus utrùm genuerit Deum, dist.4.a
Deus utrùm uoluntate an necessitate sit, & utrùm nolẽs an uolens sit Deus, dis.16.a
Deus quomodo simplex, incõmutabilis, & immortalis, distin.8.a.& per totum.
Dei simplicitas nulli prædicamentorũ subiicitur, ibi.g
Deus cùm sit simplex, quomodo multiplex dicatur, distinct.8.f
Deus quomodo dicatur substantia, ibid.b
Deum nõ triplicem, sed trinũ dicendum, dist.19.c
Deum uerius cogitari quàm dici, dist.2.d
Deum esse, & quod Dei est, non idem ualere, dist.34.b
Deus qũo bona cognoscat, & qũo mala, dist.36.b
Deus qũo dicatur esse in omnibus rebus, dist.37.a.b
Deus quomodo habitet in sanctis. ibi.e
Deus ubi fuerit antequã esset creatura, dist.37.c
Deum non dici localem, nec loco, nec tẽpore moueri, distin.37.l
Deus qũo sciat uel nesciat omnia, dist.39.per totum.
Deũ posse scire aliquid nouiter, uel ex tempore, ibi.b
Deus quatuor modis dicitur operari, dist.12.h
Deus de Deo utrùm secundũ substantiã dicatur, di.27.h
Deus quare dicatur omnipotẽs, cũ nos multa possimus, quæ ipse non põt, di.42.a.b
Deus an põssit meliora facere quàm facit, di.44.per totũ.
Deus an semper possit omne quod prius potuit, ibi.d
Dei uoluntas quid sit, & quibus modis accipiatur, dist.45.f.& dist.47.b

Deus

Deus an uelit ab omnibus fieri omnia quæ præcipit, uel non fieri quæ prohibet, dist.45.k.& dist.47.c
Deus utrùm uelit mala fieri, dist.45.d
Deus uult omnes homines saluos fieri, quomodo intelligatur, dist.46.c
Deus an sit causa qp homo sit deterior, dist.46.l
Dei uolũtas bona qũo per malas hominum uolũtates impleatur, dist.48.a.b
Differre numero quid sit, dist.19.q
Dilectio quare propriè dicat spũs sanctus. dist.10.a.b
Dilectio patris, & filij, & spũs sancti, dist.32.a
Dilectio qũo sit in Trinitate, di.32.per totum.
Discretio quomodo accipiatur in personis Trinitatis, dist.24.h
Distinctio, uel personæ distinctæ, qũo dicatur, dist.24.g
Diuina natura nulli prædicamentorum subiicitur, ibi.g
Diuinarum personarum qualitates, dist.19.& dist.20.per totum.
Diuinæ essentiæ nulla personarum est pars, dist.19.g
Diuinæ personæ utrùm differant numero, dist.9.p.q
Diuinæ tres personæ utrùm sint plus possint quã una, di.19.r.& dist.20.a
Diuersitates nominum in diuinis quæ sint, dist.22.per tot.& dist.25.a
Diuersitatem nullam esse in Trinitate, di.23.i
Doctrinam omnẽ esse aut de rebus, aut de signis, dist.1.a
Donum qua ratione dicatur spiritus sanctus, dist.18.a
ELECTIO dei uel reprobatio utrùm fiat ex meritis hominum, d.41.per to.
Aequalitas diuinarum personarũ in quo consistat, dist.19 per totum, & dist.20
Aequalitas utrùm secundum substantiam, an secundum relationem dicatur de diuinis personis, dist.31.a
Aequalitas quid sit, ibi.b
Aequalitatis nomine an ponatur aliquid, an remoueatur, dist.31.b
Aequalitas quare attribuatur filio, dist.31.b
Essentia utrũ genuerit essentiam, dis.5.i.& per totum.
Essentiæ diuinæ proprietates, distin.8.per totum.
Essentia diuina est simplex, incommutabilis, immortalis, dist.19.per totum.
Essentiam filio præstat de patre generatio, dist.18.g
Essentiam spũi sancto præstat

à patre & filio processio, di stinc. 12.f
Essentia diuina sunt æternitas, magnitudo, & potetia, distinc. 19.b
Essentia diuina quomodo p dicerur de personis, ibi b
Esse ex deo, & in deo, & p deū, an idem valeant, dist. 36.d
Esse & velle in deo eadem esse, dist. 45.a.b
FACERE Deum quicquid vult quomodo intelligatur, dist. 42.f
Facerène plura possit Deus quàm fecit, di. 43. per totū.
Facerène melius aliquid possit Deus, quā facit, di. 44.a
Filius vtrū sit genitus de substantia patris, di. 5. p totum.
Filius cùm nō sit de nihilo, sed de aliquo, vtrùm sit ex aliqua materia, dist. 5.l
Filius an voluntate, an necessitate genitus sit, dist. 6.a
Filius an potuerit gignere patrem, vel esse pater, dist. 7.a & per totum.
Filius posteriorne patre sit, di. 9. per totum.
Filij generatio quam ineffabilis sit, dist. 9.h
Filius vtrùm semper gignatur, vel semper sit genitus, uel semper gignetur, ibi. k
Filio quid sit proprium, ibi. & distin. 10.c
Filius utrùm possit dici spiritus sanctus, uel econuerso, ex quo ambo procedunt, distin. 13.c.d
Filius quomodo sit missus, distin. 15.b
Filius à se datus est, missus, & processit, ibi. e.f
Filius cùm à seipso missus sit, quare dixerit, A meipso nō ueni, ibi. h
Filius utrùm semel tantū missus sit an sæpius mittatur, ibi. i
Filium mitti duobus modis, ibi. k
Filius secundum quid dicatur minor patre, distin. 16.c.d
Filium, secūdum quòd homo est, non solum patre & spiritu sancto, sed etiā seipso esse minorem, ibid.
Filius utrùm natiuitate sit essentia, distin. 18.f. g
Filius, cū sit nobis datus, utrū possit dici noster, ibi. n
Filius quomodo sit in patre. distin. 19 c
Filius utrùm sit æqualis patri secundū substantiā dist. 31.a
Filius utrū sit sapiens sapientia genita, an ingenita, dist. 32.d
Filius an sit sapiens seipso uel per seipsum. ibid. e
Filio quare attribuatur sapientia, distin. 34.f.g
Frui & uti quid sit, & in quo differant

differant, distin. 1.a
Futura quo sint in præsentia dei, dis. 35. per totum.
Futura utrū sint causa scietiæ uel prescientiæ dei, dis. 38.c

GENERATIO in diuinis quomodo intelligenda, distin. 4. per totum.
Generatáne sit diuina essētia, distin. 5.a
Generarène possit filius sicut pater, distin. 7. per totum.
Generare an sit extra potentiam filij, ibi. f g
Generatio filij utrùm habeat principium aut finem, dist. 9. per totum.
Generatio in diuinis utrum intelligi possit. di. 9. b. i
Generari quare non dicatur spiritus sanctus, sed procedere, dist. 13. per totum.
Generatio dat essentiā filio, distin. 18.f
Genita sapientia utrùm secūdum substantiam dicatur, an secundum relationem, dis. 28.f.
Græci quare negent spiritum sanctum procedere à filio, dis. 11.b

HABITARE qui dicatur deus ubique, dist. 37. per totum.
Habitare quo in sanctis dicatur Deus, ibi. e
Vbi habitarit deus, antequam esset creatura, dist. 37. e
Homo creatura mundi, di. 3.a
Homousion quid sit, dis. 34.i
Hypostasis quid sit, & quid hoc nomine significetur, distin. 26.a
Hypostases determinari proprietatibus, non substantiā, distin. 27.d

IACOB quare electus sit, & Esau reprobatus, dist. 41. p totum.
Ignorantiæ peccatum utrum grauius sit peccato infirmitatis, distin. 22.b
Imago Trinitatis quo in anima, dis. 3.g
Imaginem Trinitatis aliter in anima esse, aliter in Trinitate, ibi. p. q
Imaginē relatiuè dici de filio, sed essentialiter de Trinitate, dist. 28.g
Imaginē diuersimodè accipi, distin. 31.c
Immortalitas uera in solo deo distin. 8.c
Ingenitus quo accipiatur, dis. 28.a. per totum
Ingenitus & non genitus utrū idem naleant, an uero differant. distin. 28.b
Iudæi qualiter impleuerint uolunratem Dei Christum occidendo, dist. 48.b.c

LOCALITER sit deus, vel vtrum moueatur localiter, dist.37.i.
Locale dici duobus modis, dist.37.i.
Localesne sint spiritus creati, ibi i.
MAGNITVDO quomodo in deo, dist.19.b.c.
Mala vtrùm simpliciter sint in deo, dist.36. b.
Mala vtrùm dei uolũtate fiãt, dist.46. d.
Mala fieri bonum esse quomodo intelligatur, ibi.g.
Mala ad quid & quibus prosint. ibi. i.
Memoria, intelligentia, dilectio, quomodo sint in mente, dist.3.g.h.
Memoria, intelligentia, uoluntas, quomodo sint unitæ, ibi. l.
Memoria, intelligentia, uoluntas, vtrùm prædicentur relatiuè ad se inuicem, ibi.m.
Mens humana quomodo habeat imaginem Trinitatis, ibi.g.
Meritũ obdurationis vel miserecordiæ vtrum sit aliquod, dist.41.a.
Merita an possint esse cã prædestinationis uel præscientiæ. ibi.per totum.
Mittaturne à se spiritus sanctus, dist.15.a.b.
Mitti filium & spiritum sanctum, non autem patrem, dist.14.c.d.n.
Missus utrum semel tantum sit filius, an sæpius, di. 15.i.
Missus filius duobus modis, ibid. k.
Missi quia sunt filius & spiritus sanctus, an ideo minores patre, ibi.o.
Missionem sancti spiritus fieri duobus modis, dist. 16.a
Missio spiritus sancti in corda hominum quomodo fiat. dist.17.per totum.
Multiplicem non dici deum, quamuis sit trinus, di.23.k.
Mundi creatura quare dicatur homo, dist.3.a
Mutari an possit aliquo modo deus, di.8.c.d.
Mutari secundum tẽpus quid sit, dist.37.k.
Mutari secũdum locum quid sit, ibi.l
NATVRA filius quare dicatur Christus dis.5. m.
Naturã diuinã nulli prædicamentorum subijci, dist.8.g.
Natura & res naturæ an sint idem, dist.34.b.
Natus quare non dicatur spiritus sanctus, sed procedens, dist.13.b.
Nascendo an acceperit filius aliquid à patre, dist.18.f.g
Necessitatene filius pater genuerit, dist.6.a
Nihil esse in deo quod non sit deus, dis.8.i.
Nomina dei diuersa esse, distin.8.a
Nomina quæ de deo dicũtur, inueniri in septuplici differentia, dist.22.a.b
Nomina propria personarum non substantialiter, sed relatiuè ad inuicem dici.d. 22.e
Nomina ad vnitatem essentiæ pertinentia, non relatiuè, sed substantialiter de singulis personis & singulariter dici, ibid.e.f
Nomina relatiua personarum quæ sit, dist.26.e.& per totum, & dist.27.e
OBDVRATIO vtrum ex aliquo fiat merito, distinct.41.a
Omnia quare dicantur esse in deo, dist.35.e.f & dis. 36. per totum.
Omnia esse ex deo, per ipsum, & in ipso, vtrum idem ualeant, dist.36.d
Omnipotens quare dicatur deus, di.42.a & i.
Omnipotens quare deus dicatur, cum homo multa possit, quod nõ potest Deus dist.42.b
Omnipotentiam dei duobus modis considerari. ibid.e.
Omnipotentiam dei limitari non posse, dist. 43. per totum.
Omnia entia utrũ simul facta sint, an succesliuè, d. 12.a.
Ordo quis seruandus in argumento Trinitatis, dist.2.e
PASSIO Christi vtrùm placuerit viris bonis, dist. 48.d
Passiones sanctorum an uelle debeamus, ibid.e
Pater vtrum diuinam essentiam genuerit, dist. 5. a & per totum.
Pater vtrum uoluntate an necessitate genuerit filium, dist.6 per totum.
Pater utrum potuerit uel uoluerit gignere filiũ: vel, an posse generare filium, sit aliqua potentia in patre, q̃ nõ sit in filio, dis. 7 per totum.
Pater quare non dicatur missus, dist. 15.n
Pater in quo maior filio, distinct.10.c. d
Pater quomodo sit in filio, & filius in patre, dist.19.e
Pater solus deus quomodo dicatur, dist.21.b
Paternitas quid significet, distinct.27.e
Parer utrum sicut dicitur ingenitus, debeat dici non genitus, dist.28.b
Patrem & filium esse, vtrum sint idem, an diuersa distinct.28.e

Pater quomodo sit principiū totius diuinitatis dist. 29.a
Pater & filius ab æterno principiū, non spiritus sanctus, dist.9.b.
Permissio & operatio quādo dicātur dei volūtas. di.45.l.
Personarum proprietates, quę sint, di.26.a.b.
Personæ diuinæ quomodo distinguantur, dist.9.a.
Personę Trinitatis vtrum sint partes essentiæ diuinæ dist. 19.h.
Personæ diuinæ vtrū species sint, an indiuidua, quoad essentiam, ibi.h.i.
Personæ diuinæ vtrùm differant numero, ib.p.q.
Personę tres simul, an sint magis aliquid quā vna, ibi.i. & di.20.per totum.
Persona vtrùm relatiuè, an secūdū substantiam prædicetur de diuinis personis, dist. 23.a.b.i
Persona quare pluraliter & non sing. de diuinis personis simul prædicetur. di.32.c
Personæ nomine quid significetur, cū dicitur pluraliter tres personæ, di.45.per totū
Personam in Trinita. tripliciter accipi. dist.25.i.k
Persona & essętia an sint idē, an non, dist.34.per totum.
Posse gignere vtrū aliqua sit potētia in patre, quæ nō sit in filio, dist.7.per totum.
Possitne sēperdeus quod olim potuit, dist.44.d.
Potētitia, æternitas, magnitudo, ī deo sunt vnū, dist.19.b
Potentia quare attribuatur patri, dist.34.g
Potuerintne Deus meliora facere, quā fecit, di.44.p totū.
Pręceptio, prohibitio, cōsiliū, quare dicantur dei volūtas, dist.45.h.
Prædestinatio qd sit, & de quibus, di.35.a & di.40.a
Prædestinatio & præscientia vtrū potuerint esse in deo si nulla futura fuissent, d.35.b
Prædestinatio & præscięntia in quo differant, dist.40.a
Prædestinatus vtrùm damnari possit, dist.40.b
Predestinationis effectus qui sint, dist.40.d
Prædestinationis an sit aliqd meritum, dist.41.a
Predicamento nulli subijcitur deus, dist.8.g
Prescięntia de quibus sit, d.35.a
Prescięntia qūo sit ī deo, ibi.b.c
Præsentia esse deo omnia præterita & futura, dist.35.f.& dist 36.per tot.
Præscięntia an sit causa rerum, an contra res causæ prescientiæ, dist.38.a
Præscięntia dei an sit causa malorum, dist.38.c
Præscięntia dei vtrùm fallipossit, dist.38.e
Præscirēne deus aliqd possit, quod prius nunquam scivit vel præsciuit, dist.39.b
Præscientia in quo differat à prædestinatione, dist.40.a
Vtrùm semper præsciat deus ea q̄ semel præscivit, d.41.f
Principium accipitur multipliciter, dist.29.a
Principium totius diuinitatis pater, dist.39.a
Principium quomodo sit pater & filius, non spiritus sāctus, dist.29.b
Principium omnium creaturarum est tota Trinitas, dist. 29.b.& dist.1.a
Procedere proprium spiritus sancti, dist.26.b
Procedere quare dicatur spūs sanctus, & nō gigni, di.13.a
Procedere quare etiam dicatur filius, cùm spiritus sanctus nō dicatur gigni, ibidē.
Processio à patre alia filij, alia spiritus sancti, dist.13.b
Processio spiritus sancti quomodo fiat à patre & filio, dist.11.& 12.per totum
Processio spiritus sancti duplex, dist. 14.a
Processio spiritus sancti æterna, dist. 18.d
Propriū dei esse, semper deum esse, dist.8.a.b.
Proprium patris quid sit, & quid filij, & spiritus sancti, dist.26.b
Proprietates quæ sint quibus distinguūtur personæ, dist. 27.a.b
Proprietatibus determinari hypostases, non substantiam, ibidem.d.
Proprietates personarum plures, dist.28.a
Proprietates personarum an sint ipsæ personæ, id est diuina essentia, dist.in.33.a.& per totum.
Proprietates quomodo possint esse in dei natura, vt eā non determinent, dist.33.h
Prouidentia dei de quibus sit, dist.35.a
Proximum dici quatuor modis, dist.28.c
RELATIVA nomina Trinitatis, di.26.c.d.& d.27.c
Reprobatio deiquid sit, d.40.d
Reprobationis an sit aliquod meritum, di.41.a
Reprobationis quis sit effectus, ibidem.
Res quibus fruendum uel vtēdum, di.1.a. & per totum.
SAPIENSNE sit pater sapiētia quā genuit, dist.31.d
Sapientine sit filius sapientia genita, dist.32.d
Sapiens utrùm sit filius seipso, vel

so, uel per seipsum dist. 32.c
Sapientia an tantùm una sit patris & filij, distinct. 32.h
Sapientia quare attribuatur filio, dist. 10.& dist. 34.g
Scientia omnis aut rerum aut signorum. dist. 1.a
Scientiã dei simplice propter varios rerum status diuersa habere nomina, dist. 35.a
Scientia dei quarum rerum sit. dist. 35. per totum.
Scientia uel præscientia an sit causa rerum, an econuerso, dist. 38.& per totum.
Scientia dei utrum possit augeri, uel minui, uel mutari, dist. 39.a
Scirene possit deus aliquid ex tempore quod nunquam sciuit dist. 39.c
Scire an possit deus plura quã scir, ibidem.c
Signum & res quomodo differant, dist. 1.a
Similitudo quid sit, dist. 31.c
Simplex quomodo dicatur solus deus, & non aliqua creatura dist. 8.d
Simplicitas dei nulli prædicamentorum subijcitur, ibidem. g.
Solus pater, solus filius, solus spiritus sanctus, utrum recte dicatur, dist. 21.a.b
Solus pater est deus solus filius est deus, solus spiritus sanctus est deus, utrum dici possit, ibidem, b
Solitudo nulla est in Trinite, dist. 23.i
Spiritus sanctus amor siue dilectio patris & filij, dist. 10. per totum.
Spiritum sanctum procedere à patre & filio, dist. 11.b
Spiritum sanctum Græci negãt procedere à filio. d. 11.b
Spiritum sanctum etiam procedere à filio auroritatibus Græcorum probatur, Ibidem, c
Spiritus sanctus utrum prius uel plenius procedat à patre quàm a filio, d. 12. per totũ.
Spiritus sanctus quare non dicatur genitus, sed procedens, dist. 13.a
Spiritus sanctus utrum debeat dici ingenitus, dist. 13.e
Spiritus sancti processio duplex dist. 14.a.
Spiritum sanctum utrum viri sancti dare possint, ibi. d
Spiritus sanctus utrum à seipso detur, dist. 15.a
Spiritum sãctum duobus modis mitti, dist. 16 a
Spiritus sanctus, amor & charitas, qua diligimus deũ & Proximum, dist. 17.a.b
Spiritus sanctus quo mittatur uel detur nobis, ibi. f
Spus sanctus utrũ augeatur in homine, uel an magis, minusve habeatur, dist. 17.i
Spiritus sanctus utrum eadem ratione dicatur donũ, qua datũ uel donatũ, di. 18.a.b
Spiritum sanctum procedẽdo accepisse nõ tamũ ut sit donũ, sed et ut sit essentia, ibi. f
Spũs sanctus vtrũ ad seipsum referatur, ibi. m.
Spiritus sanctus qua proprietate dicatur donum, dist. 26. f
Spiritus sanctus an Trinitas dici possit, dist. 26.g
An per spiritum sanctũ Pater & Filius se diligant, di. 32.a
Substantiam abusiue Deum dici, dist. 8.b
Substantiam in diuinis prædicari de tribus psonis tãquã genus de speciebus, uel species de indiuiduis, dist. 19.h
Substantialiter ne ista dicãtur, scilicet, Deus de Deo, lumẽ de lumine, dist. 27.h
Temporalis processio spiritus sancti quæ fuerit, dist. 14. per totum.
Temporaliter quæ dicantur de deo dist. 33. per totum.
Tẽporaliter vtrum possit deus aliquid scire quod nunquã sciuit, dist. 39.b
Testimonia ueteris testamẽti, quibus Trinitas probatur, dist. 2.d.e.f
Testimonia specialia veteris testamẽti de spiritu sãcto, ib.g
Testimonia nouę legis de Trinitate, ibid.h.
Tres personæ i diuinis an maius aliqd possint simul, quã vna uel duæ, d. 19.e.p totũ.
Tres personas nõ sic vnã dici substantiã, vt genus & species, nec secundũ causã materialem, nec vt tres homines vnius naturæ, dist. 19.l
Tres Deus cur nõ dicamus, vt tres personas. dist. 23.f
Tres essentias cur nõ dicamus sicut tres personas, dist. 23. g
Tres personæ cùm dicitur, qd nomine ternarij significetur, dist. 15.e.& dist. 24.e
Triplex quare non dicatur deus, sed trinus, dist. 19.t
De Trinitate scribẽtium quæ fuerit intentio, dist. 2. b
Trinitas est vnus solus uerus Deus, dist. 2.a
Trinitatis cognitio an aliqua ex creaturis haberi possit, dist 3. per totum.
Trinitatis imago qũo in mente humana, ibidem. g.h
Trinitas vtrũ de vno deo prędicetur, sicut vnus deus tribus personis, dist. 4 c
Trinitatis operatio inuisibilis, dist. 15.a
Trinitas quomodo dicatur solus deus, cum sit cum animabus sanctis, dist. 21.e

Trinitas an de aliqua persona rum singulatim dici possit, dist.22.c
Trinus, trinitas, unus, duo vel duæ, tres uel tria, plures, pluralitas, &c. quid significent, dist.24.a
Trinitaris filius homo, & Trinitas pater hominū, d.27.e
VBI fuerit Deus antequā esset creatura, dist.37.c
Vbiq; quomodo sit Deus sine locali motu, dist.37.i
Velitne semper hoc Deus qđ semel uoluit, dist.44.d
Velle & esse in Deo idē, dist. 45.b
Vera immortalitas in deo solo, dist.8.c
Verba cuiuslibet temporis rectè prædicari de deo, dist8.b
Vnitas sanctæ Trinitatis quæ sit, dist.2.& dist. 24.per totū
Vnitas & trinitas secundū Isido. quomodo distinguantur, dist.14.k
Vnitas cur Patri attribuatur, dist.30.b
Vnus uel una, duo uel duæ, quid his uocabulis significetur, dist.24.a
Vnum cur esse dicantur Pater & Filius, non vnus, distinc. 31.i
Voluntate an necessitate, uel vtrum uolens an nolens pater genuerit filium, dist.6.c
Voluntatem dei secundum eſ sentiam de eo dici, di.45.a
Voluntatem dei summè bonam, primam esse causam omnium quæ naturaliter sunt, dist.45.d.e
Volūtatem dei multis modis accipi, ibid.f
Voluntas dei Vtrū cassari possit, dist.46.a
Voluntate dei utrùm fiāt mala, dist.46.d
Volūtatem dei semper impleri, quicquid homo faciat, dist.47.per totum.
Voluntate mala aliquando id nos uelle, quod deus vult bona, dist.48.d
Voluntatem dei bonam mala interdum voluntate hominum impleri, dist.48.b
Vti & frui quomodo differāt, dist.1.c
Vti quid sit, & quibus rebus utendum, dist.1.b

INDICIS LIB. I. FINIS.

INDEX RERVM AC QVAESTIONVM,

LIBRI II.

ACTVALE peccatum quid sit, dist.35.a
Actus qualescunq; vtrùm inquantū sunt, boni sint, & à Deo, dist.35.b per totum.
Actus malus, inquantum peccatū est, an sit priuatio boni, dist 32.k
Actus mali vtrū ex Deo sint, dist.27.per totum.
Actus uoluntatis, intelligentiæ, & memoriæ, quomodo differant, dist. 19.b
Actus qui simpliciter boni sit, qui mali, dist. 40.a
Actuum triplex differentia, dist.40.b.c
Actus hominis iudicari ex intentione & causa, dist. 40.c
Actus hominis sine fide malos esse, dist.21.a
Actus & voluntas mala in eodem homine, an sit unum peccatum, an plura, dist. 41.a
Adæ status ante peccatū qualis fuerit, dist. 10.a
Adam & Eua vtrùm in Paradiso liberis operā dederint, dist.20.per totum.
Adam utrùm sine alimonia in Paradiso viuere potuerit, dist. 10.g
Adam tribus modis tentatus, dist.23.per totum.
Adam in quo deceptus sit, in quo non, dist.22.e
Adam magisne an minus peccauerit quàm Eua, di.22.e f
Adam triplicē habuisse ante peccatum scientiā, dist.25.c
Adam vtrū præsciuerit suum casum, dist.23.f
Adam quam gratiam habuerit ante peccatum, dist.24.a
Adam vtrū ante lapsum uirtutes habuerit, dist.26.b
Adā & Eua de ligno uitæ comedentes, quare nō sint facti immortale, dist.26.g
Adæ peccatum quomodo trā sierit in oēs hoīes, dist.30.a
Adæ peccatum an fuerit originale, an actuale, dist.in.30.h
Adæ peccatū actuale an grauius fuerit peccatis aliorū hominum, dist.33.f
Adam & Eua vtrùm acceptā peccati remissione saluari sint, dist.33.h

Adæ

Adæ & Euę peccati quæ fuerit causa principalis, dist. 34. per totum.
Angeli quare creati. dist. 1.d.e
Angeli quãdo & ubi creati, distin. 2. per totum.
Angelis quatuor data ĩ initio suæ conditionis, dist. 3.a
Angeli an sint æquales ĩ sapiẽtia, in essentia & in libertate arbitrij, dist. 3.b
Angeli utrũ habeãt aliqua cõmunia, dist. 3.c
Angeli bonine an mali creati sint, dist. 3.d
Angeli an statim ceciderint post creationem, dist. 3.d.e f
Angelos triplicẽ habuisse ante lapsum cognitionẽ, dist. 3.i
Angeli utrũ ante casũ mutuã habuerint dilectionem, distin. 3.x
Angeli an beati & perfecti, an miseri creati fuerint, dist. 4.a
Angeli mali vtrũ suũ casum præsciuerint, & boni suam beatitudinem, dist. 4.a.b
Angelorum quosdã post creationẽ Deo adhæsisse, quosdam recessisse, dist. 5.a
Angeli utrũ ante lapsũ habuerint liberũ arbitrium, d. 5.b
Angelis bonis qualis gr̃a fuerit data in cõuersione. d. 4.c
An de quolibet gradu alig angeli ceciderint, dist. 6.a
Angeli unde & quo ceciderit, distin. 6.b
Angeli mali vtrũ habeant inter se prælationes, dist. 9.d
Angeli boni quare non possint peccare, & mali bonũ uelle, cũ utrique liberũ habeant arbitrium, dist. 7.a.b
Angeli mali qũo possint aliquid facere, & quomodo non, dist. 7.i
Angeli an habeãt corpora naturaliter sibi vnita, & qũo hominibus appareãt dist. 8.a & per totum.
Angelorum ordines qui, & quot: unde ordinum nomina assumpta: & quomodo distinguantur, distin. 9. per totum.
Angeli eiusdẽ ordinis an sint æquales, dist. 9.f
Angeli an omnes ad nunciãdum mittantur, dist. 10.a
Angelum bonũ habere quẽlibet ad custodiam, dist. 11.a
Angeli vtrùm singuli singulis hominibus deputati sint, an unus pluribus, di. 2. & 11.b
Angeli an proficiant in merito & præmio usque ad diẽ iudicij, dist. 11.d
Anima quare sit cõiuncta corpori, dist. 1.x
Anima de quo, quãdo, & qũo creata sit, dist. 17.a
Anima quare creetur à Deo, quam scit in peccato concipiendam, dist. 32.g
Anima an talis sit ante baptismum, qualis à Deo creata est, dist. 31.h
Animæ vtrùm ex creatione sint æquales, & quomodo vna nobilior alia, dist. 32.i
Animalia minuta seu insecta vtrũ primis illis diebus creata sint. dist. 15.d
Animalia venenosa & noxia facta ob peccatum, dist inc. 15.c
Aquæ quando factæ, & quomodo in vnum locum congregatæ, dist. 14.e
Aquæ an sint super cœlum, & quales, distinct. 14.a

BAPTISMO peccatũ originale deleri, dist. 32.a
Baptismus an purget carnem, sicut purgat animam, distin. 32.c
Bonitas Dei causa prima omnium creaturarum, distin. 1.c.d
Bona voluntas comitatur gratiam, distin. 26.c
Bonorum tria genera. di. 26.x
Bonum & malum quomodo sint in eodem, dist. 22.e.f
Bonum, inquantum bonum est, à Deo procedere, dist. 37. per totum.
Bonum multipliciter dici, distin. 41.c

CAPITALIA vitia quot sint, dist. 42.b
Caro quomodo polluatur in coitu, dist. 31.b.c
Caro utrùm in baptismo purgetur à fœditate quam ex libidine coitus contraxit, distin. 32.c
Causa prima omnium rerum est bonitas Dei, di. 1.c.d
Causæ primordiales omnium rerum sunt in Deo ab æterno, dist. 17.f
Causæ primordiales quomodo sint etiã in creaturis, dist. 18 g
Causa inter Deum, hominẽ, & diabolum, dist. 20.b
Causa prima primi peccati quæ fuerit, dist. 34.b
Cibus quomodo conuertatur in humanam substantiam, distin. 30.n.o
Cœlum quomodo & quando crearit Deus, dist. 1.c. & distin. 2.a
Cooperans & operans gratia quæ sit, dist. 26.a.b
Conceptio & natiuitas quando dicantur, di. 31.i
Cogitatio boni ante fidem, distin. 26.g
Cogitationem boni non sufficere ad salutem, dist. 26.b
Contraria quomodo in eodẽ, dist. 34.f
Creator omniũ rerum vnus solus

solus deus, dist. 1.a
Creare & facere quomodo differant, dist. 1.a
Creare, agere, & facere quomodo dicantur de Deo, & quo de creaturis, dist. 1.b.
Creata an fuerit simul corporalis & spiritualis creatura, uisibilis & inuisibilis materia, di. 2. c.d.f.
Creare quare Deus uoluerit malos, dist. 23.b.
Crimen quid sit, dist. 42.e.
DAMNATORVM paruulorum ante baptismū quę sit pœna, distinct. 33.e.
Decimus ordo quomodo dicatur impleri ex hominibus, cum non sint nisi nouē ordines, dist. 9.f g.
Delictum & peccatum quomodo differant, dist. 42.g.
Desperatio quid sit, & quomodo fiat, dist. 43. per totum.
Diabolus an præsciuerit suum casum, dist. 4.a.
Diabolus unde & quo deiectus, dist. 6.a.b.
Diabolo quare non sit concessum habitare in cœlo uel in terra, dist. 6.c.
Diaboli an habeant prælationes inter se dist. 6.d.
Diaboli an omnes sint in aere caliginoso, an aliqui in inferno, dist. 6.e.
Diabolus cū semel uictus fuerit à uiris sanctis, an ultra accedat ad eos uel ad alios, distinct. 6.b.
Diaboli utrūm habeant liberum arbitrium, dist. 7.a.b.c.
Diabolos uigere triplici acumine scientiæ, dist. 7.e.
Diabolum multa posse per naturæ uigorem, sed uirtute Dei prohiberi, dist. 7.l.
Diaboli an intrent corpora hominū substantialiter, di. 8.e.
Diabolū inuidia accessisse ad tentādum homine, di. 21.a.
Diabolus quare prius tentarit fœminam quam uirum, & quare in aliena forma, distinct. 21.a.b.
Diabolus qūo & per quę tentarit primū hominē, dist. 21.c.
Diaboli peccatum quare non sit curabile, dist. 21.f.
Diabolicę potestati an sit resistendum, cum illam à Deo habeat, dist. 44.c.
Dialecticorum de contrariis regula quādo fallat, di. 34.f.
Diem diuersis modis accipi in scriptura, dist. 13.d.
Die prima quid Deus crearit, dist. 13.a.
Die secunda quid Deus creauerit, dist. 14.a.b.c.d.
Die tertia, quarta, quinta, & sexta, quid operatus sit deus dist 14. per totum & distin. 15.a.b.
Die septima quomodo dicatur deus requieuisse, distin. 15. f
ELONGARE quomodo se dicatur homo à Deo, distin. 35.n
Eua quare de latere Adæ dormientis facta, dis. 18.c.d
Euam cur prius aggressus sit diabolus, dis. 21.a
Eua quare non horruerit serpentem, dist. 21.b
Eua quomodo locuta sit cum serpente, ibi.c
Eua an plus peccarit quā Adā, dist. 22.e
FACERE & creare quomodo differant, dist. 1.a
Facere, creare, agere, quomodo de Deo dicantur, qūo de creaturis, dist. 1.b
Facere aliquid qūo dicātur necromantici, dist. 17.f
Facere quomodo possint aliquid dæmones, dist. 7.l
Famem an habuissent primi parentes si non peccassent, dist. 20.g
Fide nō habita omnem actionem esse malam, distin. 41, per totum.
Filij quales nascerētur si Adā non peccasset, distin. 20. per totum.
Filij qualiter puniantur propter peccata parentum usq; in tertium & quartam generationem, dist. 35.i
Filius bonus quid sit, dist. 38.a
Finis uoluntatis quis sit, dist. 38. b. c
Finis, uoluntas, & intētio, qūo differant, dist. 38.f
Firmamentum quomodo factum sit, & de qua materia, dist. 14.a
Firmamentum quare dicatur, cùm tamen moueatur, distinc. 14.c
Fœditas quæ ex libidine contrahitur, utrūm in baptismo diluatur, dist 32.c
Formæ in qbus apparēt deus, angeli, uel dæmones, quales sint, dist. 8.a.b
GABRIEL, Michael, Raphael, an sint nomina spirituū, an ordinum, di. 10.d
Gladius flammeus ante Paradisum positus quid significet, dist. 29.e
Gratia utrum fuerit data homini in creatione, dis. 24.a
Gratia duplex, dist. 26.a
Gratia operans & cooperans q̄ sit, dist. 26.a
Gratia Dei præueniri uoluntatem hominis, dist. 26.c.d
Gratia præueniens uoluntatē est fides cum dilectione, distin. 26.d
Gratia operans & cooperans utrūm sit una & eadem gratia, dist. 26.i

Universidad de Deusto

Gratia præueniens quomodo mei, caiur augeri, dist, 26. K
Gratia an sit virtus, dist. 27.c
Gratiam non esse actum, sed actus causam, ibi.
Gratia principalis bona voluntas, dist. 20.e
Gratia operante & cooperante vtrum eguerit homo ante peccatum, dist. 19.a
HAeresis Pelagianorum de libero arbitrio quæ fuerit, dist. 28.b
Homo quare creatus, dist. 1.e. & dist. 16.a
Homo vtrum saluandus fuisset si angelus nõ cecidisset, dist. 9.g
Homines quot sint saluandi, an quot perstiterunt angeli, an quot ceciderunt, distinc. 9.h.i
Homo quando factus, di. 15.e
Homo factus ad imaginem & similitudinem dei, dist. 16. per totum.
Homo quomodo dicatur imago Dei, dist. 9.e
Hominis anima vtrum de aliquo facta sit, & quando facta, dist. 17.a.b.c
Homo in qua ætate factus, distin. 17 d
Hominis status ante peccatũ qualis fuerit, dis. 19.a
IGnorantia triplex, distinct. 22. K
Ignorantia quæ excuset peccatum, dist. 22.h.i
Imago & similitudo in quo differant, dist. 16.d
Imago Dei homo, dist. 16.c
Immortalitas quã habuit homo ante peccatũ, vtrũ fuerit ex conditione naturę, an ex dono gratiæ, dist. 19.b
Infidelium vtrũ vlla sint opera bona, dist. 41.n
Infidelium vtrum vlla sit intẽtio bona, dist. 17.a
Intellectum præcedere cogitationem & delectationẽ boni, dist. 26.h
Intelligentiæ, memoriæ, & voluntatis actus quomodo differant, dist. 39.b
Intentio, volũtas, & finis qũo differant, dist. 38.f
Intentionem aliquando accipi pro volũtate in sacra scriptura, dist. 38.f
Intentio pro voluntate sumpta vtrum sit ipsam et volũtas, dist. 38.g
Ex intentione censeri omnia hominum opera, dist. 40.c
LIberum arbitrium quid sit, dist. 24.c. & dist. 25.a
Liberũ arbitrium an deus habeat, & quomodo, distinc. 25.c.d
Liberum arbitrium vtrum habuerint angeli ante casum, dist. 5.b

Liberum arbitrium utrùm ad huc habeãt angeli & dæmones, dist. 7.b.c
Liberum arbitrium utrum habeant sancti in cœlo, d. 25.e
Liberum arbitrium utrũ animalia bruta habeant, distinctio. 24.f
Liberum arbitrium an ad omne tempus referatur, distinctio. 25 b
Liberi arbitrij quatuor status, distinct. 5.g
Libertas arbitrij triplex, distinctio. 25. i
Libertatem à peccato qui homines habeant, dist 25.K
Libertas ad malum an sit libertas arbitrij, dist. 45.d
Liberum arbitrium vtrũ æqualiter sit in bonis & in malis ad bonum & ad malum, distin. 25.n
Liberum arbitrium in quibus bonis sit, dist. 26.l
Lignum scientiæ boni & mali quare sic uocetur, dist. 17.f
Lignum uitæ & lignum scientiæ boni & mali vtrùm unũ fuerint, an duo, dist. 17.d
Lignum uitæ quare sic dictũ, ibidem.
Ligno vitæ non utens homo an semper uiuere potuerit, dist. 19.c.d
Ligni uitæ spiritualis esus, distin. 24.h.i.K
Loqui qũo potuerint primi homines, cum non didicerint, dis. 21.g
Lucifer quomodo dixerit, Ascendam in cœlum, &c. distin. 2.h
Luciferum excellentissimum fuisse oĩum Angelorum, distinct. 6 a
Lucifer an sit ligatus in inferno, dist. 6.f
Lucifer, utrùm habiturus sit maiorem potestatem tempore Antichristi, quàm modò habet, dist 5.g
Luminaria cœli quãdo & qua re facta, distinct. 4 f.g
Lux quare primò facta, di. 13.a
Lux illa utrùm fuerit corporalis, an spiritualis, dist. 13.b
Lux prima vbi facta sit, cùm abyssus terram tegeret, distin. 13 c
MAGICAE artes utrum Dei fiant virtute, an diaboli, distin. 7.f
Malos quare crearit deus, distin. 23.b
Mala uitare non semper esse meritorium palmæ, distinctio 23. c
Malum vnde principaliter ortum sit, dist. 24.b
Mala uoluntas est secunda eã malorum, dist. 25.c
Malum quid in re sit. dist. 34.d
Malum & bonum quomodo

dicantur esse in eodem, di. 34.c.f
Malus actus vtrùm sit priuatio boni, distin. 35.e
Malorũ autor vtrũ sit Deus, distin. 37. per totum.
Mala voluntas & actio in eodem homine vtrùm sint vnum peccatum, an plura, distin. 42.a
Materia de qua factus est mũdus, qualis fuerit in principio, dist. 12. per totum.
Materia de qua factus est mũdus, quomodo vocetur, distin. 11.c
Memoriæ, intelligentiæ, voluntatis actus, quo modo differant. dist. 39.b
Merita vnde proueniant, dis. 27.c
Meritum bonum quomodo constituatur in homine, distin. 27.c
Et quod sit primum meritũ, ibidem.
Mereri quomodo dicatur fides, dist. 27.f
Meritis vtrũ angeli proficiãt, distin. 11.d
Mori vtrum potuerit homo in statu innocentiæ, distinct. 19.a
Mori non posse vtrum fuerit homini ex conditione naturæ, an ex beneficio gratiæ, dist. 19.d
Mortale peccatum quid sit in anima, distin. 24.h.i
Mortale vtrùm sit quod in sola cogitationis delectatione tenetur, distin. 24.i
Mortalis quare factus sit homo, cũ comederit de ligno vitę, distin. 29.g
Mortalia peccata septem, dist. 42.b
Motus mentis an ex libero arbitrio sit, distin. 20.c
Motus voluntatis in homine duplex, distin. 39.c
Mulier quare post vtrũ facta sit, distin. 18.b
Mulier quare de latere formata sit, non de alia corporis parte, distin. 18.c
Mulieri vtrũ præceptum etiã fuerit datum, dis. 21.g
Mundus an de aliqua materia factus sit, & qualis fuerit illa materia, & vbi substiterit, distin. 12. per totum.

NATALIA quando formata sint, dist. 15.a
Natiuitas quando dicatur, & qñ conceptio, dist. 31.i
Naturaliter qũo velimus bonum, dist. 39.c

OBDVRATI quomodo sint dæmones, dist. 8 a.i
Obdurati cùm sint dæmones, vtrùm habeant liberum arbitrium, dist. 7.b
Obsessorũ corpora vtrùm dæmones intrent substantiali ter, an non, dist 8.c
Obstinatio quale peccatum, distin. 43.a
Obstinatio omnis vtrũ sit peccatum in spiritũ sanctum, dist. 43.c
Omnia quæ fecit deus, quomodo dicãtur valde bona, dist. 15.g
Omnis homo naturaliter vult bonum, quomodo intelligatur, dist. 36.c
Omnes actus indicari ex fine, distinct. 40. per totum.
Omnes actus sine fide malos esse, dist. 41. per totum
Operari Deũ quatuor modis, dist. 12.h
Operari patrẽ in filio quomodo intelligendum, distinct. 13.h
Opera sex dierum quomodo distincta, dist. 12.a. & 13.a
Orare vtrùm liceat pro omnibus mortuis, dist. 43.c
Ordines angelorũ quot sint, & quomodo nominentur, distin. 9.a.b
Ordines angelorum vtrùm ab initio creationis sint distincti, dist. 9.c
Ordo decimus quomodo dicatur impleri ex hominibus, distinct. 9.g
Originale peccatum quid sit, distin. 30.e.g
Originale peccatũ an sit culpa, an pœna, dis. 30.e.f
Originale peccatum dici fomitem peccati, id est, concupiscentia, distin. 30.g
Originale peccatum per Adã intrasse in omnes, dist. 30.h
Originale peccatum vtrũ voluntarium sit, distin. 30.i
Originale peccatum quomodo à patribus transeat in filios, distin. 31.a
Originalis peccati causa an sit culpa, an pœna, an aliquid aliud, distin. 1.e.f
Originale quare dicatur, ibidem, h
Originale peccatum quomodo dimittatur in baptismo, distin. 31.a
Originale peccatum qua iustitia infligatur animæ innocenti, distin. 32.c
Originale peccatum vtrùm sit voluntarium, an necessarium, ibidem, f
Origo primi peccati quæ sit, distin. 35.b

PARADISVS quot modis accipiatur, dis. 17.e
Paradisi locus qualis & vbi sit, dis. 17.e.
Extra Paradisum cur homo conditus dis. 17.e
Paruulorum pœna sine baptismo decedentiũ mitissima, dis. 33.e

Peccandi modi quomodo distinguantur, di. 42. f
Peccandi potentia an sit á Deo, an á diabolo, distinct. 14. per totum.
Peccandi progressus in nobis qualis in primis fuit patentibus, dist. 24 g
Peccatum Adæ vnde ortum habuerit, distinct. 22. a. & per totum.
Peccatum Adę quomodo plura peccata in se habuerit, dist. 33. d
Peccatum Adæ an sit grauius cæteris peccatis, dist. 33. f
Peccatum Adæ non fuisse originale, dist. 30. b
Peccatum Adæ quomodo intrauerit in mundum, ibidem, c. & per totum.
Peccata parentum an transeãt in filios, & quomodo, distin. 33. a. b. Et an omnium an aliquorum tantùm, distinct. 33. a
Peccata parentum quomodo vsitentur in filios vsq; ad quartã generationẽ, di. 33. i
Peccatum primũ vnde sit ortum, distinct. 34. b
Peccatum quid sit, dist. 35. a
Peccatum quomodo possit corrumpere bonum, cũ nihil sit, dist. 35. l. m
Peccatum, inquantũ peccatũ, an sit causa peccati, d. 36. a
Peccatum, inquantum peccatum, an sit pœna peccati, distinct. 36. per totum.
Peccatum hominis quare curabile, & non diaboli, distin. 21. f
Peccatum commissum vtrũ maneat in homine vsque quo pœniteat, dist. 42. d
Peccatum dupliciter manere in homine, ibidem.
Peccatum, & delictũ quomodo differant, ibidem.
Peccata mortalia septem, distinct. 42. b
Peccatum in spiritum sanctũ quid sit, distì. 43. a
Peccatum in spiritum sanctum quomodo accipiatur, ibibem, c.
Pelagianorum hæresis, distinct. 28. b
Perfectum dici tribus modis, distin. 4. e
Pœna utrum sit priuatio boni, distinct. 35. o
Potentia peccandi an sit hominis à Deo, an a diabolo, distinct. 44. a
Potentiæ an sit resistendum, cùm à Deo sit dist. 44. d
Prescierintne mali angeli suum casum, dist. 4. a
Præsciuerintne homo suũ casum dist. 23. f
RADIX omnis mali superbia & cupiditas d. 42. i. K

Rationalis creatura quare facta sit, dist. 1. d. f. g
Rationalis creatura duplex, dist. 1. d. & l
Rationem duas habere partes, dist. 24. f
Ratio ubi in anima incipiat, dist. 24. f
Ratio & sensualitas quomodo differant, ibidem.
Reatus quid sit, dis. 42. e
Resistere malo quando meritorium, & quãdo nõ, d. 24. c
Resistendum an sit potestati, dis. 44. c
SENSVALITAS quid sit, dis. 24. f
Sensualitas quibus modis accipiatur scriptura, dist. 24. b
Septimo die requieuisse deum quomodo intelligatur, distin. 15. g
Serpentis specie quare diabolus hominem tentarit, distin. 21. b
Serpens quare dicatur callidior cunctis animalibus, distin. 21. b
Serpentem quare non exhorruerit mulier, dis. 21. b
Sol cur factus sit, si lux prima sufficiebat, dist. 13. f
Superbia quo fuerit in primis parentibus, di. 22. a. d. e
Superbia radix omnis mali, dis. 42. i
Superbiæ quatuor species, ibi.
TENTATIONIS ordo quis fuerit circa primos parentes, dis. 21. c
Tentatio duplex, di. 21. e
Tentari quare permiserit deus hominem, quem sciebat casurum dis. 22. a
Tenebras duobus dici modis, di. 12. d
Terra quomodo & unde facta: & quid nomine terrę significetur, dis. 12. per totũ.
VENENOSA animalia quare & quando facta, d. 15. c
Veniale peccatum quid sit in anima, di. 24. h
Vir quare ante mulierem factus sit, dis. 18. b
Virtutibus utrùm quis malè vti possit, dist. 26. k
Virtus quæ sit, & quis actus eius, dis. 7. a. & per totum.
Virtutum quæ munera, dist. 27. g
Virtus an sit motus mentis, distin. 27. l
Virtutes utrùm hõ ante peccatum habuerit, dis. 19 b
Viuentem animam quomodo dicatur habere homo, dist. 19. b
Volũtas præcesserit ne primũ hominis peccatum, distinctio. 22 m
Voluntas quid sit, dis. 26 b
Voluntatem bonam antecedere quædam dei dona, d. 26 c

Voluntas ex fine cognoscēda, dist.38.a
Voluntates bonas unū habere finem, dist.38.c
Voluntas, intentio, finis, quomodo differant, d.38.f
Voluntas quare dicatur peccatum, cum sit de naturalibus bonis, quorum nullum peccatum est, dist.39.a
Voluntatis actus cur præ cæterarum potētiarum actibus interdū peccatū sit, dist.39.b
Voluntas mala & actio mala in eodem homine & circa eandem rem, an sint unum peccatum, an plura, distinc. 42.a
Vsus idem uirtutis & liberi arbitrij, dist.27.1

INDICIS LIBRI II.

FINIS.

INDEX IN TERTIVM LIBRVM.

ABRAHAE in lūbis qūo Christus fuerit, distinctio 3.c
Angelorum dilectio utrū charitatis præcepto contineatur, dist.28.b
CARDINALES virtutes quatuor, dist.33.a
Charitas quid sit, dist.27.b
Charitas, fides, spes, & operatio, secundum quid dicantur æqualia, dist.25.c
Charitas maior spe, & fide, ibidem.
Charitas seu dilectio Dei & proximi qūo se habeant inuicem, dist.27.c.d.e
Charitatis ordines quod sint, dist.29.a
Charitatis gradus diuersi, distin.29.h
Charitas semel habita an amitti possit, di.31.a
Charitatem an damnandi habeant, ibidem.
Charitatem qualem habuerit Christus, dist.31.d
Charitas Dei qūo in creaturis, dist.32.per totum
Charitas mater omnium uirtutum, dist.36.per totum.
Christi incarnationem qualiter tota Trinitas operata, dist.3.& 4.per totum.

Christi caro quomodo in matris utero formata, distin.2. c.& 3.a
Christi anima quomodo carni unita, dist.2.b
Christus quare non fuerit decimatus in Abrahā, dist.3.c
Christi caro quare non sit dicta peccatrix, sed similis peccato, dist.3.d
Christi incarnario quare peculiariter attribuatur spiritui sancto, dist.4.a
Christus quare dicatur natus de spiritu sancto, dist.4.b.c
Christus quare dicatur ab Apostolo factus, quem nos fatemur natum, dist.4.d
Christus, secundum quòd homo, utrū sit prædestinatus, dist.7.c.1.& dist.10.f
Christus utrū secūdum quòd homo, sit persona in Deitate, dist.10.a.b
Christus an debeat dici bis genitus, sicut dicitur Dei & hominis filius, dist. .b
Christus utrum sit adoptiuus filius, dist.10.d.e
Christi humanitas quomodo adoranda sit, dist.9.per totū.
Christus utrum sit creatura, vel crearus, uel factus, dist. 11.per totum.
Christus utrum aliā carnē assumere potuerit quā de genere Adam, dist.12.a
Christus homo utrū peccare potuerit, dist.12.c.d
Christus utrū potuerit incarnari in sexu muliebri, distin.12.e
Christus an sapientia & gratia proficere potuerit, dist,13.a per totum.
Christum duplicem habuisse sapientiam, dist.13.d
Christus utrū sapientiam parem Deo habuerit, uel si omnia scierit quæ deus, distin.14.a
Christus an omnes humanæ naturæ defectus assumpserit, distin.15.a & per totum.
Christus quomō habuerit tristitiam passionis, dist. 15.d e f.& dist.17.c d
Christus utrū habuerit aptitudinem moriendi, dist. 16.a
Christus quid de quatuor statibus hominis acceperit, distin. 16.b
Christus utrum aliquid uoluerit vel orauerit quod nō sit factum, dist.17.a
Christum duas habuisse uolūtates.dist.17.b.c
Christus quid sibi, quid nobis meruerit, dist. 18.a.b
Christus quare noluerit pati, cū merita eius sufficerent redimēdo generi humano distin.18.c
Christus qūo nos à diabolo & à pec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

à peccato redemerit, di. 16.a
Christus an solus debeat dici redemptor uel mediator, distinct. 19.c
Christus an aliter potuerit redimere hoiem, & quare potius isto modo, dist. 20.a
Christus quo rraditus à Deo, Iuda, & Iudæis, dist. 20.c.d
Christi anima utrū in morte fuerit separata à Verbo, distin. 21.a
Christus qua ratione dicatur mortuus uel passus. dis. 21.d
Christus utrum in morte fuerit homo, dist. 22.a
Christus an ubicumq; est, sit hō: & q̄ ubiq; totus fuerit, sed non totum, dis. 22 b.c
Christus utrū fidē, spē, & charitatem habuerit, di. 23. a & dis. 26.c.& d.27.per totum.
Christus utrū ordinem diligē di seruauerit, dist. 33.d
Christus utrum uirtutes cardinales habuerit, dist. 33.a
Christus utrum septem dona spiritus sancti habuerit, distin. 34.b
Cornelius Centurio quam fidem habuerit. dist. 25.d
Creaturam omnem quomodo diligat Deus, dist. 32.c
Credere Deum, uel Deo, uel in Deum, quomodo differant, dist. 23.d
Credere quid sufficerit antiquis de Christo ante aduentum ipsius, dis. 25.c

DAMNANDI utrū habeāt charitatem, dis. 31 a
Decē præcepta quomodo contineantur in duobus mandatis charitatis, dis. 37.a
Deus est homo, deus factus est homo, quo hæ loquutiones intelligantur, dis. 6.a
Deus qualiter alios magis, alios minus diligat, di. 32.b.c
Diabolum non esse alienum à Dei potestate, dis. 20.a
Diabolus qua iustitia victus, dis. 20.a
Dilectione eadem an diligatur Deus & proximus, dist. 27.c
Diligendi modus quis sit, distin. 27.d.e
Diligenda quatuor, & quæ, distin. 28.e
Dilectionis præceptum quid contineat, dist. 27.& 28.per totum.
Dilectionis ordo quis sit, distinct. 29.a
Dilectio amicorum an maioris sit meriti, inimicorum dilectione, dis. 30.a
Diligerēne debeamus omnes homines, d. 39.b
Dilectionē quā habeat Deus erga creaturas, distinct. 32. per totum.
Dilectionem Dei duobus modis considerari. dis. 38.c
Diuina natura quomodo sit ī carnata, dist. 5.a.b
Diuina natura an debeat dici caro facta, di. 5.c
Diuina natura an debeat dici nata de uirgine, dist 8.a
Dolorem utrū habuerit Christus in passione, distin. 15.d
Dona spiritus sācti an sint uirtutes, dist. 34 a
Dona septem spiritus sancti utrū habuerit Christus: & utrum in angelis sint, distin. 34.a.b
Dulia quid sit, & quæ eius species, dist. 9 a

ELECTOS utrū dilexerit Deus ab æterno nō aūt reprobos, dist. 32.c

FIDEM utrum habuerit Christus. dist. 22 .a
Fides q̄d sit, & quot modis accipiatur, d. 23.b.c.& h
Fidem an habeant dæmones, distin. 23 c.d
Fidem propriè esse de his quæ non uidentur dist. 23.g
Fides cur una dicatur, dis. 23.f
Fides quare fidamentū. d. 23.i
Fidem an habuerit Petrus in Christi passione, dis. 24.b
Fidem non esse de incognitis, ibidem, e
Fidem unā fuisse Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorū, distin. 25. per totū.
Fides antiquorum quæ fuerit, dist. 25.a
Fides simplicium quæ fuerit ante aductū Christi, d. 25.b
Fides, spes, charitas, & opus, quomodo æqualia, di. 25.c
Filius quare carnē assumpserit, non autem pater vel spiritus sanctus, dist. 1.b
Filius assumendo carnem an aliquid fecerit quod nō pater vel spiritus sanctus, d. 1.d
Filius quomodo sit incarnatus, & quare torā naturam humanam assumpserit, & qualem carnem assumpserit, dis. 1.2. & 3. per totum.
Filius quare dicatur natus de spiritu sancto, dis. 4.c
Filius hominis utrūm dici possit descēdisse de cœlo, sicut dicitur filius Dei, dist. 22. d
Fœmineo i sexu utrum Deus humanam naturam assumere potuerit, dist. 12.c
Forma idolorū an sit à Deo, distin 39.b
Furtum quid sit, & quid nomine furti intelligatur, distinct. 37.c
Furtum an fecerint filij Israel quādo spoliauerunt Aegyptios, dis. 27.c

GENERARI utrum potuerit pater vel spiritus sanctus. dist. 1.b
Gratiæ plenitudinem unde acceperit Christus dist. 16.b

HABITVS quatuor esse ipecies, dist. 6.g
Homo quidam à uerbo Dei est assumptus, quomodo intelligatur, dist. 5.c
Homo est Deus, homo factus est Deus, quomodo intelligatur, dist. 6.a
Homo dominicus quare non dicatur, sicut dicitur homo Deus, dist. 7. m
Homo deus an semper fuerit, an cœperit esse, dist. 12.a
Hominis status quatuor, distinct. 16.b
Humanitatis nomine quid intelligatur, dist. 2.a
Humanitas Christi quomodo adoranda, dis. 9.a
Humana natura vtrũ assumpserit personam, dist. 5.a
IDOLVM quid sit, dist. 37.b
Idolum nihil esse in mũdo, ibidem.
Idolum & similitudo in quo differant, distin. 37.b
Idolorum forma an sit à Deo distin. 37.b
Incarnarine potuerit pater vel spiritus sanctus, dis. 1. c
Incarnatio Christi quomodo facta, dist. 2. 3. & 4. per totũ.
Incarnationis opus quare attribuatur spiritui sancto, dist. 4.a
Inimici quatenus diligendi, dist. 29. f. g
Inimicos diligere vtrũ sit maioris meriti, quàm diligere amicos, dist. 30. per totum.
Intellectus & sapientia in quo diffurant, dist. 35.b
Intellectus & scientia, prout sunt dona spiritus sancti, in quo differant à seipsis, prout naturaliter sunt in anima, dist. 35.d
Intelligentia, scientia, & sapiẽtia, in quo differant, di. 35.c
Iudæi vtrùm bonum opus fecerint Christum occidendo, dist. 20.d
Iudicis minister utrùm peccet occidendo aliquem, dist. 37.c
Iuramentum quid sit, di. 39.a
Iuramentum tripliciter fieri, dist. 39.b
Iuramentum vtrùm semper sit malum, dist. 39.c
Iurare utrùm liceat per creaturas, dist. 39.d
Iurario per Deum utrùm sit grauior quã per creaturas, vel per Euangeliũ, dis. 39.e
Iurare per Deũ quid sit, ibid. f
Iuramentum per falsos deos an sit ratum, dist. 39.g
Iuramentum contra deum factum non esse tenendum, dist 39.h
Iurare callidè duplex peccatum, dist. 39.k

LATRIA quid sit, dis. 9.a
Lex quare dicatur compri mere manum, & non animum, dist. 40.a
Lex euangelica quo differat à Mosaica dist. 7.b
Litera occidẽs quid sit d. 40. b
MANDATA charitatis duo, dist. 27.b
Mandata decem quomodo cõtineantur in duobus præceptis charitatis, d. 37. p tot.
Mariam immunem fuisse ab omni peccato, dis. 3.b
Mediator quare solus dicatur Christus, & secundum quã naturam, dist. 19. e. f. g
Mediatoris fidem quomodo habuerint antiq, d. 25. a. b. c
Mendacij tria genera, d. 38.a
Mendacij iterũ octo genera, ibidem.
Mendacium quid sit, d. 38. b
Mentiri quid sit, ibid. c
Mendacium utrum semper sit peccatum, di 38 d
Quid sibi, quid nobis Christus meruerit, dis. 18.b
Meritis an Christus profecerit, dist. 18.b
Meruerit ne Christus aliquid quod sine merito habere potuit, dist. 18.d
Missio filij in mundum qualis fuerit, distin. 1. 2. & 3. per totum.
Mœchiæ nomine quid contineatur, dist 37.c
Moriendi necessitatem vtrũ Christus habuerit, dis 16 a
Mori quomodo uoluerit uel noluerit Christus, d. 17. a. b
Mori quare uoluerit Christus, distinct. 18 e. & 19.b
Morte Christi quare redemptio facta sit, & non aliter, distinct 20 a
Morte Christi utrum separata sit diuinitas à carne & anima dis. 21. per totum
Mortis triduo vtrũ Christus fuerit homo, dis 12.a
Mortis triduo utrũ Christus secundum humanitate vbi que fuerit, dis 22.b
NATIVITAS Christi duplex, distinct 8.b
Natura diuina utrum debeat dici caro facta, dis. 5.c
Naturas duas habuisse Christum, dis. 6. d. e
Natura diuina utrum debeat dici nata de uirgine, dis. 8. a
OPERATIO, fides, spes, & charitas, quomodo dicãtur æqualia, dist. 25.c
Oratio uel uoluntas Christi utrum semper impleta sit, dist. 17. per totum.
PARENTES quomodo honorandi, dis. 37.c
Parentes mali quomodo diligendi, dist 23. f
Passio & propassio quid sit, distin.

distinct.23.f
Passio Christi an sit opus Dei, an Iudæorum, dist.20.d
Passionis Christi quæ fuerit causa, dist.18.e
Patiendi necessitas an fuerit in Christo, dis.16.a
Peccare utrum potuerit Christus, dist.12.c
Periurium quid sit, disti. 39.a
Periurium fieri tribus modis, ibidem,b.
Periurium an sit cum incautè iuratur, dist.39.i
Persona utrùm in Christi incarnatione personâ assumpserit, an naturam, dist.5.a
Personam cur non assumpserit Deus, cum assumpsit hominem, dist.5.d.e
Solo Pœnæ timore abstinens à peccato, inimicus est iustitiæ, dist.36.c
Præcepta decē quomodo contineantur in duobus mandatis, distinct. 37. per totū.
Prædestinatus vtrum fuerit Christus secundum hominem, dist.10 f
Proximum totum quomodo diligere debeamus, dis.28.a
Proximus quis sit, distin. 28.b

REDEMPTIO generis humani an solâ Xpi morte fieri potuerit, dist.20.a
Redemptor an solus Christus dici debeat, di 19.c
Reprobos vtrum dilexerit Deus ab æterno, dist 32.c

SACRILEGIVM tribus modis committit, dist.37.c
Sapientia quomodo profecerit Christus secundū quòd homo, dist.13.a
Sapientiā æqualem Deo vtrū habuerit Christus secundū animam, dist.14.per totū.
Sapientia & scientia quo differant, dist.35.a
Sapiētia & intellectus quo differant, dist.35.b
Sapientia, scientia, & intelligentia, quo differant d.35.b
Similitudo & idolum quomodo differant, di.37.b
Spes, fides, charitas, operatio, secundum quid æqualia dicantur, dist.25.c
Spes quid sit, dist.26.a
Spes de quibus sit, dist.26 b
Spes & fides quo differant, ibidem.
Spes & fides vtrum in Christo fuerint, dist.26.c
Spiritus sanctus utrum potuerit incarnari, distinct. 1. per totum.
Spiritui sancto quare attribuatur opus incarnationis, distinct.4.a
Spiritus sancti dona septem, distinct.34.a
Spiritus sancti dona vtrū habuerit Christus, dis.34.b
Spiritui sancto quare attribuatur remissio peccatorum, distin.37.d

TImorem pœnæ quomodo habuerit Christus, dis.15. per totum.
Timor pœnæ qui fuit in Christo, an fuerit seruilis, an initialis an aliius, dist.34.l
Timores quatuor. dist.34.d
Timore pœnæ à peccato absti nens, inimicus est iustitiæ, distin.36.c
Totus & totum cùm de Christo dicuntur, ad quid referā tur, dist.22.c
Tristitiám quomodo habuerit Christus, dist.15.d.e

VIRTVTES cardinales quatuor, dist.33.a
Virtutes istas vtrùm habuerit Christus, dist.33.a
Virtutes an sint connexæ, distin 36.a
Virtutes vtrùm quis omnes pariter habere possit, distin ctio, 36.b
Virtutis vtrùm cessabunt in futuro, distin.33.a
Volūtates duas habuisse Christum, dist.17.a
Vsura quid sit, & quomodo committatur, dis.37.b

INDICIS LIBRI III.

FINIS.

INDEX IN LIBRI QVARTI.

ABRAHAE castitati an sit virginitas Ioānis præferenda, dist.33.b
Abortum procurātes quando homicidæ, distin.31.b
Abortiuorum corpora an cū suis deformitatibus resurrectura, dist.44.h
Absolutionis potestas quatenus data sacerdotibus, dist. 14.& 18.per totum.
Absoluendi potestatem vtrū omnes habeant sacerdotes, distin.19.b
Absolui peccatorem dupliciter, distin.18.d
Accidentia vbi maneant post transsubstātiationem panis

& vini in corpus Christi,di. 11.a.b.& dis.12.a
Acolytorum ordo quis sit, & quod ipsorum officium,distin.24.f
Adæ matrimonium quomodo ordinatum à principio, dis.33.per totum.
Adoptiui filij vtrùm naturalibus copulari possint,di.42.d
Adulter adulterum vtrùm dimittere possit, dis.35.b
Adulterium quid sit, dis.41.d
Aedificare lignũ, fœnum,stipulam,quid sit,dis.21.a.b
Aedificare aurum,argentum, lapides pretiosos, quid sit, ibidem.c
Aetas contrahentium quæ sit, distin 39.a
Aetas ordinandorum quæ sit, distinct.25.
Aetas Christi quæ fuerit, distin.44.a
In qua ætate resurrecturi sint homines,ibidem.
Affines in quo gradu matrimonium cõtrahere possint,dis. 40.& 41.per totum.
Affinitas quid sit, & ubi fiat,distin.42.per totum.
Angeli quomodo orationes hominum Deo offerant,di. 43.g.h
Angeli quale ministerium habituri sint in die iudicij, distin.47.d
Animas in inferno, duplici igne puniri,dis.44.f.g
Animæ quomodo iuuentur eleemosynis,orationibus,& sacrificio altaris,ibidem.
Animarũ de hoc seculo exeũtium diuersa receptacula, dis.45.a
Aqua & spiritus sancto renasci, quomodo intelligatur, distin.4 e
Archiepiscopus quis sit, distin. 24 m

BAPTISMVS quid sit, distin.3.a
Baptismus Christi & Ioannis quo differant,dist.2.d
Baptismus Ioannis quid vtilitatis habuerit, dist.2.c.Et vtrùm sacramentum.ibidẽ.
Baptismi Ioannis quæ forma verborum fuerit,dist.2.f
Baptismi Christi quæ sit forma,dist.3.b
Baptismus an expresso tantũ Christi nomine,ratus sit ibidem.a.
Baptismus an tradi possit in nomine patris tantùm, vel spiritus sancti tantum, dist. 3.c.d
Baptismi institutio quando facta,distin.3.f
Baptismus qua verborum forma administratus ab Apostolis ante Christi passionẽ, ibidem.c
Baptismi materia cur sola aqua,ibidem.b
Baptizandus quoties immergi debeat,ibidem.i
Baptismus quare sit institutus,ibidem.l
Baptismum fictè suscipientes an sint verè baptizati, di.4.b
Baptismus an deleat pœnam, sicut delet peccatum,ibid.f
Baptismus vtrùm conferat gratiam paruulis ad benè agendum.ibidem.h
Baptismus paruulorũ & adultorum quo differant, ibid.h
Baptismi sacramentum æquè dari bonis & malis,à bonis, & à malis ministris, dis.5.a
Baptismus an sit verus in hæresi vel in schismate datus in nomine Trinitatis, dist.5.a
Baptizare quibus licear,distin. 6.a
Baptizati ab hæreticis an sint rebaptizandi,dist.6.h
Baptizari an possit puer in vtero materno,ibidem.b
Baptismus an ratus sit, verbis corruptè prolatis, dis.6.c
Baptizatus an sit, iocosè immersus in nomine Trinitatis,ibidem.e
Baptizandus quibus renuntiare debeat,ibi.g
Baptismum quòd præcedere debeat catechismus & exorcismus,ibidem.h
Baptismus vtrũ fieri queat in aqua non benedicta,ibi.d
In Baptismo an vir & vxor simul puerum tenere possint, distin.42.h
Beati in cœlo an aliud velle pssint, quã quod Deus vult, distin.45.h
Beatitudo quid sit, & quid beatè viuere,dist.49.b
Beati an omnes homines esse desiderent, distinct. 49. per totum.
Beatus quis sit,ibidem.
Beati an omnia æqualiter cognoscant & intelligant, ibidem.c
Beati an æquale gaudium habeant,dist.16.d
Beatitudo sanctorũ an maior futura sit post eidem iudicij, distin.49.c
Benedictiones omnium sacerdotum an sint efficaces, dis. 19.c.d
Benedictionem sponsi & sponsæ pertinere non ad substantiam sacramenti, sed ad decorem & solennitatem, distin.28.b
Bonitas,iustitia, misericordia, quomodo sint in Deo, distin.46.d.e
Bona opera sine charitate facta quid valeant,dist.15.d
Bona opera in peccatis facta ad quid valeant, distin.15.f

CANTOR quis dicatur. distin.24.m
Castitas Ioannis & Abrahæ an æqualis fuerint meriti, distinctio.33.h
Castitas mentis melior virginitate corporis, dist.33.c
Catechismus quid sit, distinctio.6.h
Catechismus baptismo præmittendus, ibidem.
Chrisma vnde fiat, & quomodo, dis.23.a
Circuncisionis quis fuerit in veteri lege effectus, distinctio.1.f
Circuncisio cur data, & quare die octauo, dis.1.h.i
Circuncisio quare mutata in baptismum, dis.1.k
Circuncisio & legalia quando cessauerint, dis.3.k.
Circucisio quare nõ aperuerit cœlum, dis.3.m
Clauium potestas, scilicet ligãdi & soluendi, quomodo, & quando, & quibus detur, distinctio.18.& 19.per totum.
Claues spirituales quæ, distin.18.b
Clerici qui sint, & vnde dicantur, dis.24.b
Cœlum æreum, & nõ æthereũ, quomodo mutabitur in die iudicij, dis.47.d
Concentor & Cantor, quis dicatur, distin.24.m
Confessio peccatorum qualis esse debeat, dis.15.& 16.a
Confessio coram sacerdote an ad remissionem peccatorũ necessaria, dis.17.c
Confessio an possit fieri corã laico, ibidem.c
Confessionem publicãtis quæ pœna, dis.21.g
Confessor qualis quærendus sit, ibidem.
Confessio ad quid valeat, ibi.f
Confessorem non debere morienti pœnitentiam iniungere, nisi conualuerit, di.20.d
Confiteri vtrùm necesse sit omnia peccata venialia & mortalia, distin.21.d
Confessio generalis quid prosit. ibi.e
Confitenda non esse tanquã ex humilitate peccata quæ admissa non sunt, ibid.f
Cõfessionem nulli sacerdotũ prodere licere, dis.21.g
Confirmationis sacramentũ quid sit, quæ eius forma, & quis effectus, distin.7.a
Confirmationis sacramentũ à solis Episcopis administrandum, dist.7.a
Confirmari quare debeat homo post baptismus, ibi.
Confirmatio ieiunis administranda, ibidem.
Confirmatio vtrũ sit dignior baptismo, ibidem.

Cognatio duplex, dis.40.a
Cognatio spiritualis vnde causetur, dis.42.a.b
Cognatio Dei in sanctis an sit æqualis, dis.19.c
Coitus coniugalis an fiat cum peccato, dist.26.d.31.f.g.& 32.d
Commatres duas vtrùm ducere liceat, dist.42.g
Coniugium quare & quando sit institutum, dis.26.a.b.& 30.d
Coniugium quid sit, & qualiter seruari debeat, di.27.a.b
Coniugium quando per præceptum, quando per indulgentiam institutum, di.26.c
Coniugium Mariæ & Ioseph vtrũ fuerit perfectum, di.26.g.28.c.& 30.b
Coniugij triplex bonũ, di.31.a
Coniugij separatio duplex, distin.31.a
Coniuges veri qui sint, di.31.c
Coniugium quomodo fuerit ordinatum tẽporibus antiquis & tẽpore Adę, di.33.a
Coniugium quando & propter quas caulas separetur, dist.35.& 36.per totum.
Coniugium in quibus ordinibus sacris cõtrahi nõ possit, distinct.37.a
Coniugiũ inter fideles & infideles vtrùm consistere possit, dist.39.a.b
Coniugiũ infidelium an sit legitimũ, dis.39.i
Consanguinitas quid sit & in quotum vsque gradum cõputetur, distin.41.& 42.per totum.
Conscientia accusatura omnia mala opera in die iudicij q̃ fecerit homo, distinct.43.c
Cõsecrare virgines an simplex sacerdos possit, dist.20.f
Consecrare vel ordinare vtrũ possit simoniacus, di.25.c
Consensus matrimonialis duplex, distin.27.c.& 28.a
Consensus de futuro cũ iuramento vtrùm efficiat matrimonium, dis.28.a
Consensum occultum non iudicari ab Ecclesia, dis.28.b
Consensus de præsenti vtrùm sufficiat ad matrimonium contrahendum, dis.28.c
Consensus de qua re fiat, ibidem.c
Consensum coniugalem liberũ esse debere, nõ coactum, distin.29.a
Contritione sola sine cõfessione oris, an dimittatur peccatum, dist.17.a
Continentiã an vir vel mulier vouere possit sine alterius consensu. di.27.& 32.b.
Continentia quare sacerdotibus

bus indicta sit, dist. 33.d
Corona & tonsura clericalis quid significet, d. 24.b

DAMNATI utrùm habeant memoriam suorum peccatorum, dist. 45.c
Damnati an cum suis deformitatibus quas hic in corpore habuerunt, sint resurrecturi, dist. 44.d
Damnatorum corpora quomodo ardeant, & non consumantur, dist. 44.e
Damnati quali igne crucientur, & vbi sit ille ignis, distin. 44.f
Damnatis utrùm detur aliqua mitigatio pœnæ, dis. 46. a. & per totum.
Damnati utrùm curam aliquam habeant viuentium, dist. 50.c.
Damnati utrũ peccent in inferno, dist. 50.ã
Debitum carnis quando liceat soluere, quando non, dist. 32. per totum.
Denarij nomine quid intelligatur, dist. 49.a
Diaboli an corporali igne crementur in inferno, dis. 44.f.
Diaboli utrum post diem iudicij præfuturi sint hominibus ad puniendum, di. 47.e
Diaconatus ordo quid sit distio. 24. h
Diuortiũ quando & in quibus casibus licitũ, d. 34 35. 37. & 39.

ECclesiasticus iudex qualis debeat esse, dist. 19.e
Electorum peccata hic per pœnitẽtiam deleta vtrum manifestanda sint in iudicio, dist. 43.d
Electos sine omni deformitate resurrecturos, di. 44.c
Eleemosyna quid sit, dist. 15.c
Eleemosynarum genera, ibid.
Eleemosyna in peccato mortali datam utrum prosit, distinct. 15.c
Eleemosynis iuuari animas defunctorum, di. 45.b.c
Episcopus quid sit, & unde dicatur, dist 24.d.
Episcoporum ordo quadruplex, dist. 24.m
Error impediens matrimonium quadruplex, distinct. 30.a
Eucharistiæ sacramentũ quãdo & quare sit institutum, dist. 8. per totum, & 12.h
Eucharistiæ manducatio duplex, distin. 9. per totum.
Eucharistia quomodo sit in altari, dist. 10. per totum.
Eucharistiæ consecratio & cõuersio quomodo fiant, distinct. 11. a.b
Eucharistia viaticum cur dicta sit, dist. 8.a
Eucharistiam non dandã populo intinctam, dist. 11.b
Eucharistiam an sæpius sumere expediat, dist. 12.h
Excommunicatus vtrùm Eucharistiæ sacramentũ conficiat, dist. 13.a
Excõmunicationis effectus, distinct. 18.g
Excommunicatos utrùm sim plex sacerdos reconciliare possit, dist. 20.f
Exequias sumptuosas nõ prodesse defunctis, dist. 45.d
Exercitationis tres species, distinct. 1.d
Exorcismus quid sit, dist. 6.h
Exorcistarũ ordo quis sit, distinct. 24.c

FIDES quid operetur in baptismo, dist. 4. a
Fides quando suppleat uicem baptismi, dist 4.c
Fides paruulorũ & adultorũ quomodo differant, dis. 4.d
Fidem petere quomodo dicãtur paruuli in baptismo, distinct. 6.g
Filij adoptiui utrũ possint naturalibus copulari, dis. 42.d
Flagellari hominem à Deo quinque modis, dist. 15.a
Fornicatio utrùm dirimat matrimonium, dist. 35.b
Fornicatio spiritualis quid sit, dist. 39.c
Fornicatio stuprum, adulterium, incestus, raptus, in quo differãt, d. 41.d
Furiosi an matrimonium cõtrahere possint, dist. 34.d

GIEZITAE qui sint, d. 25.d
Glosa quæ vocetur, d. 41.d
Gradus sacrorum ordinum septem, dist. 24.a

HAERETICVS utrùm baptizare possit, di. 6 c. & alia sacramenta ministrare, distinct. 25. per totum.
Hæreticus vtrùm cõficiat corpus Christi, di. 13 & 25. ã
Hæreticus quid sit, & quid faciat hæreticum, dist. 13.b.
Hæresis simoniaca triplex, distinct. 25.g
Hostia intincta nõ danda populo, dist. 11.g
Hostia quare 3 tres partes frãgatur, & quid illæ partes significent, dist. 12. b f.
Humilitatis causa nulli confitẽdum peccatum quod nõ fecit, dist. 21.f

IANITORES qui sint, & quod illorum officium, di. 24. c
Ianitrices quæ sint, dist. 41.d
Ignis purgatorij qualis sit, distinct. 21.a
Ignis damnatorum qualis, & ubi sit, dist. 43.e.f.g.
Igne purgandum mundũ ante iudicium, dis. 47.d
Immolatio Christi semel facta quare sæpius iteretur, distinct. 12. g
Incestus quid sit, dist. 41.d

Indulgentia triplex, dist. 16.d
Infidelis vtrùm cum fideli matrimonium contrahere possit, distin. 39.a.b
Ingenuus quis sit, dist. 36.a
Intentionem conficiendi non habens, vtrùm conficiat sacramentum, dist. 13.a
Interfectoribus vxorum quæ pœnitentia sit iniungenda, distin. 37.b
Ite, missa est, quomodo intelligatur, dist. 24.m
Iudex qualis esse debeat sacerdos in audiendo confessionem, distin. 19.c
Iudex viuorum & mortuorũ quo sensu Christus dicatur, dist. 44.f
Iudiciũ extremum vtrùm noctu an interdiu futurũ sit, distin. 43.c
Iudicium dei occultum quod sit, distin. 46.c
Iudicij sententia qualiter fiet, distin. 47.a
Iudicaturine sint sancti cum Christo, dist. 41.b
Iudicandorum quatuor ordines, distin. 47.c
Iudicis Christi qualis futura forma, distin. 48.a
Iudicium in quo loco futurũ, dist 48.d
Iusiurandum legitimum tres debere comites habere, distin. 39.a
Iustitia & misericordia vtrùm in deo sint idem, an diuersa, dist. 46.d
LAMECH primum omnium duas habuisse vxores, distinctio 33.a
Lectoris officium quod sit, distinct. 24.d
Legalia quando cessauerint, dist. 3.k
Leuir quis dicatur, dist. 41.d
Lignũ, fœnum, stipulam ædificare quid sit, dist. 21.a.b
MALEDICAM benedictionibus vestris, quomodo intelligatur, dist. 19.c
Malus sacerdos vtrùm sacramenta ministrare possit, distin. 5.& 13.a
Mali vtrum in inferno peccaturi sint, dist. 50.a
Mali vtrùm in inferno habeãt notitiã eorum quæ hic agũtur, dist. 50.c
Mali & boni vtrùm se inuicẽ visuri sint post iudicium, distin. 50.f
Maria & Ioseph vtrùm fuerit verum coniugium, di. 26.g. & 28.c. & 30.b.c
Matrimonium quando, quare, & vbi sit institutum, dist. 26.a.b & 30.d
Matrimonium quando secundum præceptum, quando secundum indulgentiam institutum, dist. 26.c
Matrimonium cuius rei sit sacramentum, dist. 26.f.g
Matrimonium quid sit, distinctio 27.b
Matrimonij causa efficiens q̃ sit, distinctio. 27.c
Matrimoniũ utrùm solo fiat consensu, dist. 27.d
Matrimonium quando inciat, dist. 27.e.f
Matrimonium utrùm faciat consensus de futuro cũ iuramento, dist. 28.a
Matrimonium quibus uerbis contrahatur, dist. 28.c
Matrimonij substantia, consẽsus de præsenti, dist. 28.b
Matrimonium impediri consensu coacto, di. 29.a
Matrimonium impediri quadruplici errore, dist. 30.a
Matrimonij bona tria, distinctio 31.a
Matrimonii separatio duplex, dist. 31.b
Matrimonium vtrùm sine sacramento esse possit, distinctio. 31.c
Matrimonialis congressus an sine peccato fieri nequeat, dist. 31.g.& 32.d
Matrimonium quomodo ordinatum fuerit temporibus antiquis, distinctio. 33. per totum.
Matrimonium quas ob causas separetur, dist. 34. 35. & 36. per totum.
Matrimonium utrùm sit inter seruos diuersorum dominorum, distinct. 39.b
Matrimonium qua ætate contrahi possit, dist. 36.d
Matrimonium in quibus ordinibus contrahi nequeat, distinct. 37.a
Matrimonium an sit inter fideles & infideles, distinctio. 39.a.b
Matrimonium infidelium vtrum sit legitimum, distinctio 39.i
Matrimonium quoto affinitatis, gradu contrahi non possit, distinct. 40 & 41. per totum.
Matrimonium consanguineorum quibus testibus, dissoluatur, dist. 41.d
Matrimonium vtrũ fieri possit inter filios uel filias spirituales, dist 41.a
Matrimonium utrũ filii naturales cum adoptiuis contrahere possint, dist. 42.d
Meritis quibus iuuandi sint qui in fine seculi reperiuntur, dist. 45.f
Merita sanctorum quomodo nobis suffragentur, distinctio. 45.g.h
Mersio trina an fieri debeat in baptismo, dist. 3.i
Misericordiusne agat deus cũ malis

malis, quàm peccata eorũ temeruerunt, distinctio 45. c. & 46.a
Misericordia & iustitia dei utrùm sint idem, an diuersa, dist. 46.d
Misericordia, bonitas, iustitia, utrùm habeant distincta opera, dist. 46.e
Misericordia & iustitia sunt uiæ Domini quomodo intelligatur, dist. 46.f
Monstra utrùm cum suis deformitatibus resurrectura sint, dist. 44.h
Mortem an omnes subituri sint, dist. 43.c
Mundus quomodo consumẽdus igni ante iudicium, distinct. 47.d
NEOPHYTVS quid sit, distinct. 9.h
Nisi quis renatus fuerit, &c. quomodo intelligatur, distinct. 4.e
Nocte media uenturum Christum, quomodo intelligatur, dist. 43.e
Nuptias bonas esse, distinct. 26. per totum.
Nuptialia pacta duplicia, distinct. 27.l
Nuptiarum causa finalis, distinct. 30.d
Nuptiæ quibus temporibus non sint celebrandæ, dist. 32.c.d.e
Nuptiæ quomodo fuerint temporibus antiquis ordinatæ, distinct. 33.a
Nuptiæ secundæ, tertiæ, uel quartæ utrùm sint licitæ, an non, dist. 42.i
OBLATIO eorum qui sine confessione decedunt, utrũ sit recipienda, d. 20.g
Obscuratio solis & lunæ qualiter fiet in die iudicij, distinct. 48.e
Occisores uxorũ qualiter debeãt pœnitere, dist. 37.b
Offendi Deum tribus modis, dist. 46.a
Officia sacrorum ordinum quomodo Christus impleuerit, dist. 24. per totum.
Olei consecratio utrùm à simplici sacerdote fieri possit, distinct. 20.f
Opera bona sine charitate facta uana, dist. 15.f
Opera bona in peccatis facta ad quid ualeant, dist. 15.f
Orationes & eleemosynæ quibus prosint dist. 45.e
Orationes omnium utrùm sancti audiant, dist. 45.g
Ordines sacri quot sint, & quomodo nominentur, dist. 24. per totum.
Ordinare utrum possint hæretici. dist. 25. per totum.
Ordinare utrùm possint simoniaci, dist. 25.d.e

Ordi-

Ordinandorum ætas quæ esse debeat, dist. 25.i
Ordines sacri matrimonium qui impediant, distinctio. 37.a
Ordines iudicandorum quatuor, dist. 47.c
Ostiarij officium quod sit, distinct. 24.c
PARVVLI qui incircuncisi olim mortui sunt, utrum perierint, dist. 1.l
Patriarcha unde dicatur, distinct. 43.m
Peccata an sæpius remittãtur per pœnitentiã, dist. 14.d
Peccata utrum per solam contritionem remittantur, sine oris confessione, dist. 17. per totum.
Peccata quomodo remittant sacerdotes, distinct. 18. per totum.
Peccata utrùm post hanc uitam remittantur, distin. 21. per totum.
Peccata dimissa an iterum redeant, dist. 22.a
Peccata impedientia matrimonium, dist. 39.d
Personæ legitimæ quæ sint, dist. 37.a
Pœnitẽ sacerdotis confessionẽ reuelantis quæ sit, dist. 21.g
Pœnæ damnatorum an aliquando mitigentur, distinctio. 46.a
Pœna damnatorum à beatis conspecta utrum gaudium eorum diminuat, d. 50.g
Pœnitentia duplex, dist. 14.a
Pœnitentia quid sit, & unde dicatur, dist. 14.a
Pœnitentia solennis quæ sit, ibidem.c
Pœnitẽtia an susceipi possit de uno peccato sine altero, distinct. 15.a
Pœnitentiæ perfectionem tribus constare, di. 16.a
Pœnitentia uera quę sit, ibidem.
Pœnitentia falsa quam sit, ibidem.b
Pœnitentiam tribus agi modis, dist. 16.c
Pœnitentia uenialium quæ sit, distin. 16.d
Pœnitentia finalis quantum ualeat, dist. 2.a
Pœnitentia non completa decedentes qualiter purgentur, dist. 20.b
Pœnitentiam morientibus nõ esse imponendam, distinctio 20.d
Pœnitentiam nõ esse in necessitate negandam, ibid.c
Pœnitentię tempus quamdiu durer, dist. 20.a
Polygamia ueterum patrum an licita fuerit, dist. 33.a
Purgatorij ignis qualis sit, distinct. 21.a

RA-

RAPTVS quid sit, distinctio 41.d.
Rapientur quomodo obuiã Christo qui uiui reperientur ante iudicium,d.43.c
Reconciliationem non negandam tempore necessitatis,dist.20.c.
Reconciliari non posse à presbytero pœnitentes inconsulto Episcopo,dist.20.f
Redemptio generis humani à diabolo & peccato, quomodo per Christus facta, dist.19.per totum.
Remittanturne aliqua peccata post hanc uitam, distinctio.21.a
Resurrectionis modus & conditio, dist.43 per totum.
Resurrectionis causa, distinctio.43.b
Resurgentium ętas & statura,dist.44.a
Resurrecturum quicquid est de substantia & natura hominis,dist.44.b
Resurrecturine sint sancti & mali cum deformitatibus quas hic habuerunt,distinctio.44.c.d
Resurrectio abortiuorum & monstrorũ qualis,di.44.h
SAcramentum quid sit, distin.1.b
Sacramentum & signum quo differant,dist.1.b
Sacramenta quare instituta, distin.1.c
Sacramentum quibus constet,ibidem.d
Sacramenta veteris & nouæ legis quo differant,di. 1.e
Sacramenta nouæ legis quæ, & quot,di.2.a
Sacramenta quare non fuerint ĩstituta statim post lapsum hominis,dist.1.b
Sacramenta non contaminari mala sacerdotum vita,dist.13.a
Sacerdos vtrùm possint dimittere vel retinere peccata,dist.19.per totum.
Sacerdotes an omnes habeãt claues Ecclesię,d.19.protũ.
Sacerdoti simplici non licere reconciliare publicè pœnitentem inconsulto Episcopo,dist.20.f
Sacerdotalis ordo vnde sumpserit exordiũ,dist.24.i
Sacerdotes à mulierum consortio debere penitus esse alienos, distinctio 37. a. &33.d
Sacrificium altaris an celebrari possit sine aqua distinctio. 11.g
Sacrificiumne sit quod in altari geritur,an immolatio, distinct.12.g
Sancti an omnes equaliter cognoscant deum,dist.49.c
Sancti an equale habeant gaudium in cœlis,dist.49.d
Sanctorum beatitudo vtrùm maior post iudicium futura sit,dist.49.e
Sãctorum gloriam utrùm ob nubiles pœna damnatorũ, dist.50.g
Satisfactio uera quæ sit, quæ falsa,dist.16.a.b
Satisfactio venialium quę sit, dist.16.d
Schismatici utrùm sacramentum eucharistiæ conficiãt, dist.13.a
Separatio duplex.dist.31.b
Signum quid sit,dist.1.b
Signum & sacramentum quo differant,ibidem.
Simoniacus utrum consecrare uel ordinare possit, distinct.25.d
Simoniacam hæresim triariam contrahi,dist.25.g
Spiritualis cognatio quæ sit, distinct.42.a
Spirituales filij qui sint, distinctio.42.b.
Spirituales filij utrùm naturalibus copulari possint distinct.42.d
Sponsa an monasterium intrare possit sine consensu spõsi, distin.27.g
Spõsa quæ vidua dicatur mortuo sponsoꝰ, quæ non, distinct.27.n
Sponsam uiduam docens an ad sacros ordines admitti possit,dist.27.o
Sponsos & sponsas uarie in scripturis intelligi, distinctio 27.k.l
Subdiaconatus ordo quis sit, distinct.21.g
Succentoris officium, distinctio.24.m
TAbula secũdum post naufragium pœnitentia distinct.14.a
Tenebræ interiores quæ sint, distinct.18.i
Tenebræ exteriores quare dicantur in inferno distinctio.40.b
Tonsura clericalis quid significet,distinct.24.b
VElle an aliud possint sancti quàm quod Deus uult, distin.45.h
Venialia peccata quibus deleãtur,dist.16.d
Venialia peccata quomodo post hanc uitam purgentur,dist.21.a.b
Venialia peccata quatenus cõfitenda, dist.21.c
Virgines consecrare an queat presbyter,dist.20.f
Virginitas Ioãnis utrùm præferenda sit castitati Abrahæ.dist.33.b
Virginitas mentis melior uirginitate carnis,dist.33.c

Vnctionum tria genera, distin.23.a
Vnctionis sacramẽtum à quo institutum,di.23.b
Vnctionis sacramentum an iterari queat, dist.23.c
Votum quid sit,dist.38.a
Votum duplex,scilicet, cõe & singulare,dist.38.b
Votum singulare duplex, scilicet, priuatum & solenne, dist.38.b
Vxores plures an habere licue rit tẽpore legis,dist. 33.d
Vxorem dimittendam non esse ob ullam corporis maculã aut infirmitatem, d.34.f
Vxorem licere dimittere ob causam fornicationis, distin.35.b.c.d
Vxor propter fornicationem spiritualem an possit dimitti,dist.39.c
Vxorum interfectores quam pœnitentiam agere debeãt, dist.37.b

INDICIS LIBRI IIII.

FINIS.

INDEX

INDEX AVTORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE

QVAE A MAGISTRO ALLEGANTVR AC ENARRANTVR.

In quo prima nota librum, proxima distinctionem, tertia paragraphum significat.

EX GENESI.

Cap. 1.a. IN principio creauit Deus cęlũ & terram, lib.2. dist.1. para.a. b.c.
Et dist.12.par.a. Et distin.13.par.b
Fiat firmamentũ in medio aquarum,lib.2.distin.14.a.b
Et diuisit lucem à tenebris, ibi.f
Terra erat inanis, &c. & tenebræ erant super faciem abyssi,li.2.d.12.c
Fiat lux : & facta est lux, li.2.dist.13.a.b.c
Factumq; est uespere & mane dies vnus,ibi.d.e
Dixit deus, &c. fiat, &c. ibi.g.h.i.K
Et uidit Deus q̃ esset bonum,lib.2.dist.14.d
Congregẽtur aquæ in locum unum,ibid.e
b. Fiant luminaria,ibid.f
Et sint in signa & tempora, ibid. g
Producant aquæ reptile animæ uiuentis, lib. 2. dist.15.a
Producat terra animam uiuentem, ibi.b.c.d
c. Faciamus hoiem ad imaginem & similitudinẽ nostram, lib.1.d.2.d.e
Et di.24 d. Et lib.2.dist. 16.a. & sequentibus.
d. Et dominamini piscibus maris,&c.153.h
Vidit Deus cũcta quæ fecerat: & erãt ualde bona,lib.2.distin.15.g. & distin.37
2.a. Compleuit Dominus die septimo opus suũ q̃d fecerat, & requieuit, &c.lib.2. dist. 12. g. & dist.15.f.g
Benedixit diei septimę,& sanctificauit illũ, ibi.h
b.For-

b. Formauit igitur Dominus Deus homine de limo terræ, &c. hib. 2. di 3. a
stin. 1. x
Et inspirauit i faciē eius, &c. li. 2. dis. 17. a. b. c
Et factus est homo in animam uiuentem lib. 2. dist. 19. a
Plantauerat autem Dominus Deus paradisū uoluptatis à principio. lib. 2. dist. 17. c. f
Lignum etiā uitæ in medio paradisi, ibi. & dis. 19. b. & sequentibus.
Lignum quoq; scientiæ boni & mali, dist. 17. f
c. Tulit ergo Dominus, &c. & posuit eum in paradiso uoluptatis, di. 24. i
Formatus igitur, &c. adduxit eam ad Adā, ut videret dist. 23. c.
Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autē scientiæ boni & mali ne comede, dis. 29. f
d. Cumq; obdormisset, tulit unam de costis, dis. 18. per totū, & li. 4. di. 28, c
Hoc nunc os ex ossibus meis, lib. 4. dist. 26. a
Quamobrem relinquet homo patrē & matrē, &c. ibid. f
Vir adhærebit uxori suę: & erunt duo in carne una, lib. 4. dist. 33. a
Sed & serpens erat calidior cunctis animantibus, lib. 2. dist. 21. b
Cur præcepit uobis Deus ut non comederetis? li. 2. dis. 21. c. d
Eritis sicut dij, sciētes bonum & malum, libro 1. distin. 2. f
Scit enim Deus quòd in quocunq; die comederitis, &c. lib. 2. dist. 21. c. d. & dist. 21. a. b. c. d
d. Nūc ergo ne, &c. & sumat de ligno, &c. emisit eū Dominus, &c. lib. 2. distin. 29. c. d.
Collocauit ante paradisum uoluptatis Cherubim, & flammeum gladium, ibid. e
4. a. Respexit Dominus ad Abel & ad munera, li. 4. distin. 16. a
b. Nūquid custos fratris mei ego sum? &c. li. 4. d. 17. f
d. Lamech accepit duas uxores, lib. 4. dis. 33. a
8. b. At illa uenit ad uesperā, portās ramum oliuæ, lib. 4. dis. 4. f
9. b. Crescite & multiplic. &c. lib. 4 dist. 26. b
d. Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus

tribus suis, li. 2. di. 33. n
19. c. Non possum quicquam facere donec illo introcas. li. 1. dis. 43. c
22. a. Tolle filium tuum unigenitum, &c. lib. 1. dis. 45. K. & distin. 47. c
27. c. Ego sum primogenitus tuus Esau, &c. li. 3. dist. 38. d
29. c. Ad quam cùm ex more Iacob, li. 4. dist. 30. a
Ex Exodo.
1. d. Non sunt Hebræę sicut Aegyptiæ mulieres, li. 4. distin. 38. a
Benè ergo fecit Deus obstetricibus. &, Aedificauit illis domos, ibi.
3. b. Ego sum Deus Abrahā, Isaac, & Iacob, li. 1. distin. 34. c
d. Ego sum qui sum, &c. li. 1. dist. 8. a. b
4. f. Filius meus primogenitus Israel, li. 1. dis. 26. d
7. b. Vocauit autem Pharao sapiētes & maleficos, &c. lib. 2. dis. 17. f. & l
8. c. Digitus Dei est hic, ibid.
c. Fecerunt que malefici similiter incātationibus suis, &c. ibi. f. g. l
11. a. Postulet vir ab amico suo, &c. lib. 3. di. 37. c
16. d. Iste est panis quē dedit vobis Dominus ad vescendum, &c. lib. 4. distin. 8. a
g. Qui plus collegerat non habuit amplius, lib. 4. dist. 11. f
20. a. Non habebis deos alienos. li. 3. dist. 37. b
Ego sum Deus visitās iniquitates patrum, &c. lib. 2. dist. 33. b. c. d. i
b. Non assumes nomē Domini Dei tui in uanū, &c. li. 3. dist. 37. b
Memento vt diem sabbati sanctifices. ibidem.
Honora patrem tuum & matrem, &c. ibi. & dis. 29. c
Non occides, lib. 3. distin. 37. b
Non mœchaberis, ibid.
Non furtum facies, ibid.
Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, ibid.
c. Non desiderabis uxorem proximi tui, lib. 4. dis. 40. a
26. f. Facie & velū, &c. quod appendes, lib. 3. distin. 33. a
28. f. Facies & laminam de auro, &c. & erit super tiaram imminens. lib. 4. dist. 49. b
32. b. Fecerunt deos aureos, lib. 2. distin. 33. c

31.d. Nō videbit me homo & viuet, lib.2.dist.8.d

34.b. Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis,&c. ne fornicat. faciant,&c.lib.4.distinc. 39. a. b

Ex Leuitico.

5.d. Anima quæ peccauerit per ignorantiam, &c. lib.2.dist.22.i.K

13.b. Plaga leprę si fuerit in homine,lib.4.dist.17.d

16.c. Cumque portauerit hircus omnes iniq. &c. inducatur vestibus, &c. lib.3.dist.21.a

19.c. Non periurabis in nomine meo, &c. lib.4.dist. 39.per totum.

21.d. Ego Dominus qui sanctifico vos,lib.4.distinctio.5.c

Ex Numeris.

3.b. Applica tribum Leui, & fac stare,lib.4.di.24.h

6.c. Tunc tradetur Nazareus ante ostium tabernaculi,ibi.b

d. Vos ponite nomen meū, &c.lib.4. dist.19.c

11.d. Et auferā de spiritu meo, tradamque eis. lib. 1. dist. 18.K

19.c. Omnis qui tetigerit animæ humanæ mortic-inum,&c.lib.4. dis.18.i

23.c. Nō enim est Deus quasi homo vt mentiatur,li. 1. dist.42.c

Ex Deuteronomio.

5.b. Furtumque non facies, lib.4 dist 37.c

6.a. Audi Israel,dominus vester Deus vnus est.lib. 1. dist.2.d. & dist.23.f. & 26.c

c. Per nomen illius iurabis, lib.3. dist.39. per totū.

32.a. Statuit terminos populorum,&c.li.2.dist.9.h

Ex Iosue.

2.a. Fateor, venerunt ad me: sed nesciebam vnde esset,lib.3.distin.38.a

Ex Regum.

2.Reg.24.c. Ego peccaui & iniquè egi: isti qui,&c.lib. 4 dist.14.c

4.Reg.2.b. Obsecro vt fiat spiritus tuus duplex in me, lib.1.dist.17.K

Ex Paralip.

1.Par.23.a. Et totidem psaltes canentes,lib.4.di.24.d

26.a. Diuisiones autem ianitorum,ibid.c

Ex Tobia.

4.c. Quod tibi non vis fieri, alij, &c.lib.3. dist.37.c

Ex Hester.

13.c. Non est qui tuæ resistere possit voluntati, lib.1. distinct.42.f.& distin. 45.f

45.f.& distinct.47.a

Ex Iob.

1.c. Boues arabant. lib. 3. distin. 25.b

5.b. Nihil fit in terra sine causa,lib.1.dist.43.d

26.c. Qui ligat aquas in nubibus,lib.2.dist.14.b

31.d. Vtinam esset nobis arbiter,lib.3.dist.19.f

38.a. Vbi eras cùm me laudarent astra matutina,li. 2.dist.2.f

40.c. Ipse est principium viarum Dei, &c. lib.2.dis. 3.c.& dist.6.a

Ex Psalmis.

42. Ego hodie genui te, li.1. dist.2.f.& dist.9.K

3. Domini est salus, lib.1. dist.17.a

45. Quoniam non deus volens iniquitatem tu es, lib.3.dist.12.c

ibid. Perdes omnes qui loquū tur mendacium, lib.3. distinct.38

7. Scrutans corda & renes Deus.lib.2.dist.38.f

8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, li.2.dis.1.h

10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam,li. 3.distinct.28.a

15. Deus meus es tu: quoniā bonorum meorū non eges,lib.1.dist.1.g

ibid. Quoniā nō derelinques animā meam in inferno,li.3.dis.12.b.c

16. Vt non loquatur os meū opera hominū, lib. 1. distinct.47.b

ibid. De absconditis tuis adimpletus est venter eorū, lib.1.distin.36.b

18. Exultauit vt gigas ad, &c.lib.3.dist.21.d

Timor Domini permanens in seculum seculi,lib.3.dist.34.g

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Dñe, li.4.dis.21.c

24. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas lib.4.dist.46.a

30. In te Domine speraui; non cōfundar in æternum,lib.3.dist.26.c

31. Beati quorū remissę,&c. lib.4.dist.18.d

Dixi, Cōfitebor aduersū me iniustitiā meā Dño lib.4.dist.17.a

35. Quia apud te est fons vitæ,lib.1.dist.5.f

Iudicia Dei abyssus multa,lib.4.dist.46.a

36. Reuela Domino viā tuā, & spera in eo.li.4.di.17.c

37. Gemitus meus à te non est absconditus, lib.4. dist.20.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

140. Elevatio manuum mearum sacrificiū vesperti num, lib. 4. distin. 20. a
45. Deus noster refugium & virtus, lib. 1. dist. 30. a
49. Et pluchritudo agri mecum est, lib. 1. dist. 35. f
50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, lib. 2. dist. 30. f. & lib. 2. dist. 31. h & lib. 2. dist. 33. c
Cor contritū & humiliatum Deus non despicies, lib. 4. distin. 20. c
Sacrificium Deo spiritus contribulatus, lib. 4. dist. 16. a. & lib. 4. dist. 17. a
57. Supercecidit ignis, & non viderunt solem, lib. 2. distin. 31. a
8. Deus meus misericordia mea, lib. 1 dist. 17. e
61. Ab ipso enim patientia mea, ibidem.
63. Accedet homo ad cor altum, lib. 1. dist. 17. h
66. Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus, lib. 1. dist. 1. f
67. Dominus nomē illi, ibid.
Qui educit vinctos in fortitudine, lib. 2. dist. 43. b
Conuertam in profundum maris, ibid.
68. Infixus sum in limo profundi, & nō est substātia, lib. 1. distin. 33. i. & lib. 1. distin. 37. d
Delicta mea à te nō sunt abscōdita, li. 4. di. 21. e
Neque absorbeat me profundum, neque vrgeat lib. 4. distin. 17. a
60. Tu es patientia mea, li. 1. distin. 17. c
74. Quia neque ab oriente neque ab occidente, li. 1. distin. 36. b
76. Aut continebit in ira miserationes suas, lib. 3. distin. 20. a
77. Panem angelorum manducauit homo, lib. 4. distin. 8. a
69. Incensa igni & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt, lib. 2. distin. 42. f
80. Israel, si audieris me, non erit in te Deus recens, lib. 1. distin. 2. f
93. Turtur inuenit sibi nidū, &c. lib. 2. distin 41. b
87. Repleta est malis anima mea, lib. 3. dist. 15. d
Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber, lib. 3. di. 21. b
Aut medici suscitabunt & confitebuntur tibi. lib. 4. distin. 18. i
88. Misericordias Dñi in eternū cantabo, li. 1. di. 45. g. & lib. 4. distin. 43. d

Domine

90. Domine spes mea, lib. 1. distin. 17. c
101. In generatione & generationem anni tui, lib. 1. distin. 19. b
Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, lib. 1. distin. 8. c
103. Omnia in sapientia fecisti, lib. 2. distin. 13. h
104. Quærite faciem eius semper, lib. 1. distin. 2. a
110. Magna opera Domini, exquisita in omnes volūtates eius, lib. 1. dist. 45. g
Initiū sapiētiæ timor Dñi, li. 3. di. 34. c. & sequenti.
113. Omnia quæcunque voluit fecit, lib. 1. dist. 42. f 45. f. & 47. b
118. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, lib. 2. dist. 26. h
Omnis consummationis vidi finem, li. 2. di. 38. a
127. Beati omnes qui timent Dominum, li. 3. distin. 34. d
137. Et alta à longe cognoscit, li 1. dist. 36. b
138. Mirabilis facta est scientia tua ex me, li. 1. dist. 34. l
Quò ibo à spiritu tuo? lib. 1. dist. 3. g
147. Mittit crystallum suam sicut buccellas, lib. 2. distin. 43. b

Ex prouerbiis.

1. a. Principium sapientiæ timor Domini, lib. 3. distin. 34. c. & sequen.
8. c. Dominus possedit me ab initio viarum suarum, lib. 1. dist. 2. f
Ante omnes colles ego parturiebar, li. 1. dist. 9. d
14. d. Miseros facit populos peccatum, lib. 2. dist. 4. a
16. a. b. Paratur voluntas hominis à deo, & à Domino gressus, &c. lib. 2. dist. 26. a
18. a. Impius cùm in profundū venerit contemnit, lib. 4. dist. 17. a
21. d. Abominabilis deo impiorum oblatio, lib. 2. distin. 40. d

Ex ecclesiaste.

7. d. Solummodo hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum, lib. 2. distin. 24. a

Ex cantico Canticorum.

2. a. Introduxit me rex in cellam vinariā, ordinauit in me charitatem, lib. 3. distin. 29. a. c

Ex Sapientia.

1. b. Spiritus sāctus disciplinæ effugiet fictū, lib. 1. distin. 2. g
Spiritus Domini replevit orbem terrarum, lib. 1.

distin.37.a
e. Os quod mentitur occidit animam, lib.3.dis.38.c
d. Deus mortem non fecit. lib.2.distin.37.c.
a.d. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, lib.2.distin.30.c
6.b. Aequaliter est illi cura de oibus, li.1.dis.39.d
7.c. Est .n. in illa spiritus, &c. incoinquinatus, certus, &c. lib.1. dist.17.f
d. Omnia potens, & in se permanēs. li.1.dis.29.b
Et per nationes & in animas sanctas se trāsfert, lib.1.dist.12.K.l. & distin.37.b
8.a. Attingit à fine vsque ad finem, li.1.dist.37.h.o. & dist.45.e
9.b. Emitte illam de cœlis sanctis tuis, lib.1.di.12.K
d. Corpus quod corrumpitur aggrauat animā, li.2.dist.32.e
11.d. Omnia in mensura, numero, & pōdere disposuisti, li 2.dist.9.e
Nihil eorum odisti quæ fecisti. li.3.dist.32.a.b.c
12.b. Non est alius deus quā tu, cui cura est de omnibus, lib.1.distin.39.d
Ex Ecclesiastico.
3.c. Altiora te ne quæsieris, lib.1.distin.9.h
10.b. Initiū omnis peccati superbia, lib.2.dis.42.i
11.b. Vita & mors, &c. à deo sunt, lib.2.dist.37.e
17.d. Confiteberis viuens, viuus & sanus cōfitebaris, li.4.dist.20.a
17.d. A mortuo, velut qui nō est, perit confessio, lib.4.dist.17.a
18.a. Qui viuit in eternū creauit omnia simul, lib.2.dist.2.c
23.d. Antequàm crearentur, Deo sūt omnia cognita, lib.1.dist.38.a
24.a. Ego ex ore Altissimi prodij, &c. lib.1.dist.2.f
31.b. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, lib.3.dist.12.d
Ex Esaia.
5.e. Væ his qui dicunt malū bonum. lib.2. distinct. 34. h. & distin.37.c.ac sequen.
6.a. Sāctus, sanctus, sanctus, dominus deus. lib.1.distin.2.f
b. Volauit ad me vnus de seraphin, &c. forcipe, li.1. dis.2.h. & dis.37.n & lib.2.dist.10.b
7.b. Nisi credideritis nō intelligetis, lib.3.dis.24.c
8.a. Antequā sciat puer vocare patrem, li.3.d.13.c
9.a. Puer natus est nobis, lib.1.dist.15.d
11.a. Egredietur virga de radice Iesse, &c. & requiesceet super eū spiritus Domini, lib.3. distinct.34.b
d. In cœlum ascendam, & exaltabo soliū meū, li.2.dist.2.h. & dist.6.a
30.f. Erit lux lune sicut lux solis, li.4.dist.48.e
43.b. Ante me non est formatus deus, & post me, li.1.dist.9.f
d. Dic tu iniquitates tuas, &c. lib.4.distin.17.a
45.b. Ego Deus creans malū, & faciens bonum, lib.2.dist.37.e
48.c. Nunc misit me Dominus & spiritus eius, li.1.dist.15.d
53.b. Verè languores nostros ipse tulit, lib.3.dist.19.d.& 21.a
e. Generationem eius quis enarrabit? lib.1.dist.2.f.& d.9. h. & d.13.d
54.a Lætare sterilis quę non paris, lib.2. dist.9.i
57.d. Omnem flatum ego feci, lib.2.dist.17.b
60.d. Nō erit tibi amplius sol ad lucendum, lib.4.distin.48.e
61.a. Spiritus Domini super me, lib.1.di.2.g. & dist.15.d.& dist.34.b
63.a. Quis est iste qui venit de Edom, li.2.di.11.c
64.b. Oculus non uidit deus absque te, li.1.dis.35.a
65.c. Ecce n. ergo creo, &c. & non erūt in memoria. Et stati ante illud, Obliuiōi traditę sūt angustię priores, li.4.d.43.d
66. Cœlū mihi sedes est, terra aūt, &c. lib.1.d.37.b
Ex Hieremia.
1.b Priusquàm exires de vulua, lib.4.dist.6.b
17.a. Maledictus homo qui confidit in homine, li.1.dist.1.f
e. Duplici cōtritione cōtere eos, lib 4.di.15.a
23.c. Cœlum & terrā ego impleo, lib.1.dist.37.a
Ex Ezechiele.
3.c. Sed etsi conuersus, &c. pona offendiculum, li.2.distin.36.a
13.d. Vt interficerent animas quæ nō moriuntur, & uiuificarēt alias q̄ non viuunt, li.4.dist.19.d
18.a. Patres comederunt vuā acerbam, li.2. dist.33.i. & sequentibus
e. Iniquus si conuersus fuerit ab iniqtatibus suis.

Vel alias, In quacunque hora ingemuerit peccator, lib.4.di.20.a
f. Si auerterit se iustus, lib.4. distin.16.c
28.c. Tu signaculum similitudinis, &c. omnis lapis pretiosus operimentū, lib.2.distin.6.a
33.b. Filij hominis speculatorē dedite, lib.4.di.24.l

Ex Daniele.

7.c. Millia millium ministrabant ei, lib.2.dist.10.a

Ex Osee.

4.a Sanguis sanguinem tetigit, lib.2.dist.36.a

Ex Ioele.

23.c. Sol & Luna obtenebrati sunt, li.4.dist.48.c
a.g. Sol conuertetur in tenebras. ibidem
Post hoc effundam spiritum meum super omnem carnem, lib.1. distin.14.c

Ex Amos.

3.b. Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit? lib.2.dist.37.c
4.b. Plui super vnam ciuitatē, & super aliam nō plui, li.4.dist.15.b

Ex Michæa.

5.a. Et tu Bethlehem Ephrata, paruulus es, &cæt. lib.1.distin.2.f

Ex Naum.

1.c. Non iudicabit Deus bis in idipsum: aut secundum nostram translationem, Non consurget duplex tribulatio, li.4.di.15.a. & sequēti.

Ex Abacuc.

3.a. In medio duū animaliū, li.1.dist.2.h
c. Sol & luna steterunt in habitaculo suo, lib.4.distin.48.c

Ex Malachia.

1.a. Iacob dilexi, Esau autem odio habui, li.1.di.41. a.b.& li.3.dist.32.c
2.a. Maledicam benedictionibus vestris, lib.4.di.13. a.& dist.19.d
3.b. Ego sum, & non mutor, li.1. dist.8.c. & lib.2. distin.1.b

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

1.c. Cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, li.4. dist.30.b
Inuenta est in vtero habens, lib.3.dist.4.c
d. Quod in ea natum est, de spiritu sancto est, lib.2. distin.21.h
a.d. Mortui sunt enim q quærebant animam pueri, lib.2.dist.33.c
3.a. Pœnitentiam agite: appropinquabit .n. regnum cœlorum, li. 4. dist.14.
b. Facite dignos fructus pœnitētiæ, li.4.d.16.a
c. Ego baptizo uos aqua lib.4.distinct.2.d
d. Vidit spiritum Dei descendentē sicut colūbam. lib.1.dist.16.b
4.8.9.12.15. De dęmoniacis, lib.2.dist.8.c
5.a. Beati mundo corde: qm̄ ipsi deū uidebūt, li.1. distinct.2.a
b. Luceāt opera vestra coram hominibus, lib.2. dist.38.c
e. Quicūq; dimiserit vxorem suā, det ei libellū repudij, lib.4.d.34.c
f. Ego dico uobis non iurare oio, per totam, dist.39.lib.3.
g. Diligite inimicos uestros, li.3.dist.28.b & dist.29.c.& dist.30.a
Orate pro persequentibus vos, lib.2.d.26.c
Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, lib.1.dist.39.d
Estote perfecti sicut & pater uester cœle. per fect. lib. 1. distinctio. 9.K.
6.a. Attendite ne iustitiam uestram, &c. nesciat sinistra tua, &c. lib.2. distinct.38.c
Cùm facis eleemosynā, ibidem, c.
b. Pater noster qui es in cœlis, lib.1. dist.33.d
Adueniat regnum tuū, lib.2.distin.38.c
Panem nostrum super substantialē da nobis hodie, li.1.dist.18.l
Dimitte nobis debita nostra, li.3.dist.30.a. & lib.4.dist.16.c
Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra li. 1.dist.45.i
d. Quærite primū regnū Dei, lib.2.dist.38.d
7.b. Omnia quæcunq; uultis vt faciāt uobis homines, li.3.dist.38.c
c. Non potest arbor mala fructus bonos facere, lib.2.dist.35.c
d. Nō noui vos, li.1.d.36.b
8.a. Præcepit ne cui diceret li.1.dist.47.c
Vade, ostende te sacerdoti, lib.4.dist.18.f
b. Filij regni eiicientur in tenebras exteriores, lib.4.dist.50.b

9.d. Obtulerunt ei hominem mutum, lib.4.dist.16.f
10.c. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in vobis, li.1. distinctio.11.a
Nihil occultū quod non reueletur, lib.4.di.43.c
d. Capillus de capite uestro non peribit, li.4. distinctio 44.a.b
11.a. Tu es qui uenturus es; an alium expectamus? li 3.dist.20.c
12.b. In Beelzebub prīcipe dæmoniorum eiicit dem. li.2.dis 43.d
d. Quomodo potest quisquā intrare in domum fortis.&c.li.3. d. 19.a
e. Quicunque dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neq; I hoc seculo, neq;, &c. li.2.dist.43.a,& sequē. & li.4.dist.21.a
Spiritus domini sup me, lib.1.dist.34 b
d. Quæ est mater mea, li.1. dist.45.i. & li.2.di.19.f
Fulgebunt iusti sicut sol, lib.4.dist.44.c.
16.c. Quæcunq; solueritis super, &c.li.4.dist.17.a.e. & distinctio 18 per totum.
d. Vade retro me satana, li.1.dist 48 c
18.b. Angeli eorum semper uident faciem patris, li 2 dist.11.a
d. Iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, lib.4. dist.22.a
19.a. Quod Deus coniunxit homo non separet, lib. 4.dist.36.b.& dist. 42: b.& sequent.
b. Moyses ad duritiā cordis uestri, &c. li.4.dis. 28.c
Qui pōt capere capiat, li. 1.dist.17.g
d. Sedebitis super sedes xij. iudicantes, &c.lib.4.di stin.47.b
20.a. Conuentione autem facta ex denario diurno, li.4 di.49.a
22.c. Ego sum deus Abrahā, deus Isaac, & deus Iacob, li.1.dist.34 e
Errans nescientes scripturas, li.1.dist.5.i
d. Diliges Dominum deū tuū ex toto corde tuo, & proximum tuum, &c.li.3.dist.27.b.c.d.e. f.& dist. 28. & 29. per totum.
In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ, li 3.di.36.c
23.d Quoties volui congregare fil.tu.li.1. distinctio 46.a.b
25.d. Ibunt hi in supplicium, &c. iusti autem, &c. li. 4. dist.46.a.b
26.a. Pauperes semper habetis vobiscum, li.4.di stin.10.a
Accipite, &comedite, hoc est corpus meum, li.4. diss.10.d
Hoc est corpus meū, lib. 4.di.8.c.& dist.10.a
d. Tristis est anima mea vsque ad mortem, lib.3. dist.15.d
Pater, si possibile est, trāseat à me calix iste, lib. 3.dist.17.b.c
Veruntamen nō sicut ego uolo, sed sicut tu, ibi.a.& sequent.
e. Qui autem tradidit illū, dedit eis signum dicēs, li.3 dist.20 e
An putas quia non possum rogare patrē &c. li.1.dis.43 c
27.a. Iudas pœnitentia ductus retulit 30.arg. li. 4. distinct.15.g
Peccaui tradens sanguinē iustum, li.2.di.43.c
e. Deus, deus meus, ut quid dereliquisti me? lib. 3. dist.21.a
28.d. Euntes, &c. baptizantes eos in nomine. &c. lib. 1.dist.14.c.& li. 4. dist. 4.a,& dist.3.b

Ex Marco.

1.d. Vide nemini dixeris, sed vade ostende te sacerdoti, li.1.dist. 45. K. & dist.47.c
De dæmoniacis, lib.2.distinct.8.c
5.a. Legio mihi nomen est, li. 4.dist.15.f
8.d. Vade retro me satana, li. 1.dist.ult.c
d. Tristis est anima mea vsque ad mortem, lib.3. dist.15.d
14.d Spiritus promptus est, caro autem infirma. li.3. dist.17.c
Transfer calicem hunc à me, lib.3.dist.7.c.d

Ex Luca.

1.c. Hic erit magnus, & filius Altissimi, li.3. dist.14.d
d. Quomō fiet istud; quoniam virum non cognosco? li.4.di.28.c
Spiritus sanctus superueniette, li.3. dist.3.a
e. Exultauit infans in utero meo, li.4.dist.6.b
f. Veniet in spiritu Heliæ, li 1.dist.18.K
2.f. Proficiebat Iesus ætate, & sap. li.3.dist.13.b
4.c. Et ut reuoluit librū, &c. spiritus Domini, lib.4. dist.24.d
d. Hodie impleta est hæc scriptura,

scriptura, li. 1. d. 15. d
De dæmoniacis, lib. 2. dist. 18. c
5. c. Et præcepit illi ut nemini diceret, li. 2. d. 47. c
6. c. Virtus de illo exibat & sanabat omnes, lib. 1. dist. 14. b
c. Mutuum date nihil inde sperãtes, li. 3. d. 37. c
7. b. Eccę defunctus efferebatur, lib. 4. dist. 16. a & dist. 17. K
8. a. Maria Magd. de qua septem dæmonia exierant, li. 4. di. 15. f
10. b. Nomina uestra scripta sunt in cœlis, lib. 3. dist. 31. a
c. Homo quidam descẽd. ab Hierusalẽ in, &c. lib. 2. dist. 25. h
11. c. Reuertar in domũ meã vñ exiui, li. 4. d. 22. a
f. Date eleemosynam, & ecce oĩa mũda sũt uobis, lib. 4. dist. 15. c
15. b. Aut quæ mulier habẽs drachmas decem, lib. 3. dist. 1. b
16. f. Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui, lib. 4. distin. 44. g
g. Inter nos & uos chaos magnum, li. 4. di. 10. f
Habeo quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi ueniãt in hunc locum tormentorum, lib. 4. dist. 50. b. c
17. d. Ite, ostendite uos sacerdotibus, li. 4. d. 17. a
18. d. Nemo bonus nisi solus Deus, lib. 1. dist. 27. h
23. f. Et nos quidem iustè, & cæ. hic verò nihil maligni. 4. dist. 20. a &c.
26. c. Hoc facite in meã commemorationem, lib. 4. distin. 12. f

Ex Ioanne.

1. a. In principio erat uerbũ, li. 1. d. 2. h. & li. 3. d. 11. a
Omnia per ipsum facta sunt, lib. 1. dist. 46. f & lib. 2. dist. 37. a. b. & li. 3. distinct. 11. a
Illuminat oẽm hominẽ uenientẽ in hunc mũdum, lib. 1. dist. 46. c
Quod factũ est: in ipso uita erat, lib. 1. di. 35. e
Et sine ipso factũ est nihil, lib. 2. dist. 37. a
d. Dedit eis potẽtem filios dei fieri, li. 1. dist. 30. b
Verbum caro factũ est, lib. 1. dist. 15. K, & dist. 16. c. & lib. 3. dist. 6. c
Vidimus gloriam eius, &c. plenum gratiæ & veritatis, li. 3. d. 13. a
Lex per Moysẽ data est, lib. 1. distin. 10. d
Gratia & veritas per Iesũ Christũ facta est, lib. 3. dist. 1. a
Deũ nemo uidit vnq̃, lib. 2. dist. 8. d
d. Nõ sũ dignus vt soluã eius corrigiã calceamẽti, li. 3. distinct. 2. b
c. Ecce agnus Dei, ecce q̃ tollit peccata mundi, lib. 4. dist. 18. d
2. c. Et cùm fecisset quasi flagellũ de funiculis, ioẽs eiecit de templo, li. 4. dist. 24. c
d. Soluite tẽplũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud, lib. 3. dist. 3. e
3. a. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. li. 4. d. 3. f. & di. 4. e
Spiritus vbi vult spirat, lib. 1. d. 15. a
b. Nemo ascendit in cœlũ nisi qui descendit de cœlo, li. 3. dist. 22. d
d. Qui desursũ uenit supoẽs est, li. 3. dist. 16. b
Nõ. n. ad mẽsurã dat deus spũm, li. 1. d. 17. K. & lib. 3. di. 13. a. & d. 15. b
4. d. Deus spũs est, li. 1. d. 16. g
5. b. Totum hominẽ sanauit in sab. li. 4. dis. 16. f
c. Pater meus vsque hodie operat, & ego operor, li. 2. d. 15. f. g. & d. 11. g.
d. Venit hora in qua omnes qui in monumẽtis sunt audient vocẽ filij dei, lib. 4. di. 43. b
Neq; n. pater iudicat quẽquam, &c. potestatem dedit ei iudiciũ facere, qa filius hominis est, li. 4. di. 48. b. c
e. Sicut. n. pater habet vitã in semetipso, lib. 1. dist. 9. n. & dist. 12. e
6. d. Ego sũm panis uitæ, li. 4. dist. 11. d
e. Ego sum panis viuus q̃ de cœlo descendi, ibid.
f. Quomodo potest hic nobis dare carnẽ suam ad manducandum? lib. 4. dist. 10. a
Qui manducat meã cãrnem & bibit meum sãguinem, habet vitam æternã, lib. 4. dis. 9. a
Caro mea vere est cibus, & sanguis meus uere est potus, li. 4. dist. 8. c
Sicut misit me uiuens pater, & ego viuo pp patrem, lib. 1. dist. 9. n
g. Spiritus est qui uiuificat; caro non prodest quicquam, lib. 4. distinct. 10. a
7. b. Mea doctrina non est mea, libr. 1. distinctio. 12. e

Universidad de Deusto
Biblioteca

8.a. Qui sine peccato est primus in illam lapidem mittat, lib. 4. dis. 19. c
c. Principium, qui & loquor uobis, lib. 1. dist. 29. b
Qui facit peccatū seruus est peccati, lib. 2. distinctio 25. c. i
e. Si filius uos liberauerit, uerè liberi eritis, lib. 2. dist. 15. k. m
In veritate nō stetit, &c. lib. 2. dist. 3. h
Ego à meipso non ueni, lib. 1. dist. 12. h
f. Ille homicida erat ab initio, lib. 2. dist. 3. e h
9. d. Aetatem habet, loquatur pro se, li. 4. dist. 6. g
10. d. Pono animam meā vt iterum sumam eā, lib. 3. dist. 20. & dis. 21. c
f. Ego & pater unum sumus, lib. 1. dist. 2. h. & dist. 25. g. & dis. 34. b. i
g. Quem pater sanctificauit & misit in mundum, lib. 1. dist. 12. f
11. c. Domine iam fœtet: quatriduanus est enim, lib. 4. dist. 16. a
f. Lazare ueni foras, lib. 1. dist. 43 c. & lib. 4. dist. 17. a. & dist. 18. d
g. Hoc à semetipso non dixit, lib. 4. distinct. 19. c
12. d Anima mea turbata est, lib. 3. dist. 15. d
13. d. Mandatum nouum do uobis, lib. 3. di. 27. d
14. a. In domo patris mei mā siones multæ sunt lib. 4. dist. 49. a. d
Ego sum uia, ueritas, & uita, li. 1. dist. 46. n
b. Philippe qui uidet me, uidet & patrem, lib. 1. dist. 23. i
Ego in patre, & pater in me, lib. 1. dist. 17. e
d. Quem mittet pater in nomine meo, li. 1. dis. 11. a. & dist. 15. b
Pater maior me est, lib. 1. dist. 16. d. e
Nunc dico uobis priusquam fiat, vt cùm factum fuerit credatis, lib. 3. dist. 24. a
15. b. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quā ut animam, &c. lib. 1. distinct. 29. h
d. Quem ego mittam uobis à patre, spiritū ueritatis, lib. 1. dis. 11. a
Qui à patre procedit, lib. 1. di. 12. a. c. d
16. b. Si autem abiero, mittā eū ad uos, li. 1. d. 15. b
c. Non loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, lib. 1. dist. 8. b. & dist. 11. e
Omnia quæcunque habet pater, mea sunt, lib. 1. dist in. 20. b & distinct. 34. b
f. Exiui à patre, & ueni in mundum, lib. 1. di. 13. b. & dist. 15. b. K
17. a. Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, lib. 1. dist. 16. d
Vt cognoscant te esse Deum uer. & quem, &c. lib. 1. di. 21. d. & lib. 4. dist. 49. a
e. Ego pro eis sanctifico meipsum, li. 1. di. 15 f
d. Vt vbi ego sum & illi sint mecum, lib. 1. dist. 37. b
19. b. Non haberes in me potestatem nisi tibi datū esset desuper, lib. 2. distin. 44. b
f. Exiuit sāguis & aqua, li. 2. distinct. 18. d
g. Videbūt in quem trāsfixerunt, li. 4. d. 18. b
20. c. Accipite spiritū sanctū, lib. 1. di. 13. c. & d. 14. b
Quorū remiseritis peccata remit. lib. 4. distinctio. 18. d. e
e. Hæc cùm dixisset, insufflauit, lib. 1. dist. 14. b
g. Quia vidisti me Thoma credidisti, lib. 3. distinct. 24. a
21. f. Cùm senueris extēd. manus tuas, li. 3. di. 17. b

Ex epistola Pauli ad Romanos.

1. a Qui factus est ei ex semine Dauid, li. 3. dist. 4. d
Qui prædestinatus est filius dei, &c. li. 3. distin. 7. per totum.
Testis est mihi deus, lib. 3. dist. 39. f
c. Deus enim illis manifestauit, lib. 1. dist. 3. a
Inuisibilia enim dei per ea quæ, &c. li. 1. dis. 3. a
Et coluerūt & seruierūt creaturę potius quàm creat. li. 3. dist. 9. b
d. Tradidit illos deus in passiones ignominiæ, lib 2. di. 36. b
2. a. Existimas autem hoc ô homo, qui iudicas eos qui talia agunt, lib. 4. distinct. 19 e.
3. c. Ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro, lib. 4 dist. 1. a
d. Omnes peccauerunt & egent gloria dei, lib. 2. dist. 30. f
Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionē quæ est ī Christo Iesu lib. 2. dist. 26. d. & distinct. 27. b. & sequent.

Quem

Quem proposuit deus propitiatorem per fidem, li.3.dist. 19.a
4.b. Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei, lib. 4.distin.1.h
c. Vocat ea quæ non sunt tãquam ea quæ sunt, lib.1.dis.35.f
5.a. Iustificati ergo ex fide spem hab.lib.2.d.26.d
Charitas dei diffusa est in cordibus nostris li. 1.dist.14 c.& distin.17. f.l.& dist.41.b
b. Commendat suam charitatem deus in nobis, lib.3.dist.19 a.f
Cùm inimici essemus reconciliati sumus deo per mortẽ,li. 3.dis.19.f
Sicut per unum hominẽ peccatũ in hunc mundum intrauit,lib.2.distin.30.a.& l
Et per peccatũ mors: & ita in omnes homines mors pertrãsiit, ibidẽ.
In quo omnes peccauerunt,lib.2.distin.30.h
c. Qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, lib.2. distin.12.d
d. Sicut per inobediẽtiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, lib.2.di.30.b.K
6.a. Ita & nos in nouitate ambulemus, lib.4.d.3.l
Hoc scientes, quod vetus homo noster semel crucifixus est vt dest. cor. pec. li.2. distin.32.a.b
b. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur,lib.4.d.12.g
Non ergo regnet peccatũ i vest.o mort.cor. lib.2.dist.32.a.b
c. Peccatũ enim uobis nõ dñabit, li.2.d.25.K
d. Cùm serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ,ibidem,i.K.l
Gratia autem dei vita æterna,lib. 2.dis.27.f
7.d. Scio. n. qa nõ habitat ĩ me bonũ,li. 2.d.31.d
Non quod uolo bonũ hoc facio, sed quod nolo malũ hoc ago, lib. 2. dist.36.f. & dist. 39.c.& dis.41.d
Video aliam legem in memb. me. repug. li. 2.dist. 30.g.h.& dist. 31.b.& 32.b
8.a. Nihil ergo damnationis est iis qui sũt in Christo,ibidem,
b. Si quis spiritũ Christi non habet, hic nõ est eius, lib. 1.dist.34.a
Corpus per peccatũ mortuum est,lib.2.dis.19.a & lib.3.distin.16.a
Si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis,lib.1. distin.9.a
c. Non accepistis spiritũ seruitutis iterum in timore,lib.3.dist.34.c
Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, lib.1.distin.26.d
e. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, lib.1.distin.46.g. & sequentibus
f. Quos prædestinauit hos & vocauit, li.1.di.35.a
Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed, &c.lib 3.distin.20.c
Quomodo non etiam cũ illo omnia nobis donauit lib.1.distin.1.h
9.c. Cùm nondum nati fuissent, vt secundũ elect. lib.1.distin.41.d
d. Igitur non volentis neque currentis, sed, &c. lib.2.di.26. per totum
Deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat, li.1.di.40.& 41.
Eius voluntati quis resistit.li.1.dis.42.f. & dist. 45.f.& dis.47.a
10.a. Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti,lib.2.distin.28.b
c. Corde creditur ad iust. ore, &c.lib.2.di.26.f.& lib.4.distin.1.d
d. Fides est ex auditu: aud. autẽ p verb.li.3.d.24.c
11.a. Si autem gratia,iam non ex op.lib.1.dis.41.b. & lib.2.distin.26.d
Reliquiæ secundũ electionem gratiæ,li.1.di.41.b
d. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, lib.1.distin.13.h
Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt oia, li.1.dis.2.h.& 23.b
12.a. Vt probetis quæ sit voluntas dei bona, beneplacita, & perfecta.lib.1.dist. 45.f
13.a. Nõ est potestas nisi à deo, lib. .distin.41.b
Qui resistit potestati,Dei ordinationi resistit, li. 2.distin.44.c
c. In hoc verbo instauratr. Diliges proximũ tuũ sicut teipsum, li.3.dist. 27.d
Plenitudo legis est dilectio,lib.2.dis.41.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

14.b. Omnes stabimus ante tribunal Christi, li. 4. distin. 45. b
d. Omne quod non est ex fide peccatum est, lib. 2. distin. 41. a
16.d. Soli sapienti deo, li. 1. di. 21. b

Ex priore Epist. ad Corint.

1.b. Diuisus est Christus; lib. 3. dist. 13. c
d. Christum dei virtutē & sapientiam lib. 1. di. 5. f & dist. 9. c. & 31. c
2.b. Si cognouissent, nunquā dominum gloriæ crucifixissent, li. 3. di. 22. d
Oculus non vidit, nec auris audiuit, lib. 1 distin. 35. a
c. Spiritus hominis qui in ipso est, lib. 1. dis. 18. x
3.b. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat. lib. 4. dist. 5. b. c
Qui plantat & qui rigat vnum sunt, lib. 1. distin. 31. i
c. Si quis superædificat, &c. aurum, &c. li. 4. di. 21. a
Spiritus dei habitat in vobis, lib. 1. dis. 34. a
d. Templum Dei sanctum est quod estis vos, lib. 1. distin. 37. a
Omnia. n. vestra sūt, &c. lib. 2. dis. 1. h. i
4.a. Nihil mihi cōsciusū: sed nō in hoc iustificatus sum. lib. 4. di. 15. c
6.d. Qui adhæret Domino, vnus spiritus est, lib. 1. dis. 31. i.
An nescitis quoniam mēbra vestra templū sunt spiritus sancti? lib. 2. di stin. 35. n
7.a. Propter forn. vnusquisque suam vxo. ha. li. 4. distin. 24. d
Vir vxori debitum reddat, similiter vxor viro, lib. 4. dist. 32. a
Mulier sui corporis potestatem non habet sed uir, lib. 4. dis. 27. h
Hoc autem dico secundum indulgentiam nō secundum imp. lib. 4. di stin. 26. c. & distin. 31. g
c. Si quis frater habet vxorē infidelē, & hæc consentit habitare cum illo; non illam dimittat, li. 4 distin. 39. b. & sequē.
e. Misericordiam consecutus sum, vt sim fidelis, lib. 1. distin. 41. d
f. Qui sine vxore est, solicitus est q̄ Domini sunt, lib. 4. distin. 21. c
8.b Idolum nihil est in mundo, lib. 3. distin. 37. b
9.b. Nunquid de bobus cura est deo? lib. 1. dist. 39. d
10. d. Panis quem frāgimus nōne participatio corporis Domini est: lib. 4. di stin. 12. e. f
Vnus panis & vnum corpus multi sumus, lib. 4 distin. 8. c
11.a. Caput Christi deus, lib. 1. distin. 31. h
b. Vir imago & gloria Dei est, lib. 2. dis. 16. c
g. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, lib. 4. distin. 9. b. c
12.a. Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto, lib. 1. distin. 46. o
Alij sermo datur sapientiæ, alij sermo scientię, lib. 3. distin. 35. a
b. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens, &c. lib. 1. distin. 11. e, & lib. 3. distin. 34. a
Omnes in vno spiritu potati sumus, lib. 2. di. 14. c
13.a Si linguis hominum loquar & angelorū, charitatem autem nō hab. lib. 1. distin. 17. f. & li. 3. distin. 23. i
b. Et si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, &c lib. 4. di. 16. d
c. Charitas nunquam excidit, lib. 3. distin. 31. a
Ex parte cognoscimus, & ex parte prophet. lib. 1. distin. 37. b. & lib. 3. distin. 27. f. & distin. 35. a
d. Videmus nunc per speculum in ænig. lib. 1. dist. 1. d. & lib. 4. dis. 49. a. & lib. 3. dis. 27. c
Nunc aūt manet fides, spes, char. lib. 3. di. 25. e
15.b. Gratia dei sum id quod sum, lib. 2. dis. 27. a
Nō autem ego, sed gratia dei mecum, li. 2. d 16. a
Sicut in Adā oēs moriūtur, li. 4. dis. 44 b. c. d.
c. Cùm euacuauerit omnē potestatem & principatum, lib. 4. dist. 47. e
e. Quod seminas non viuificatur nisi prius moriatur, lib. 4. distin. 43. e
f. Stella differt à stella in claritate, lib. 4. dist. 49. a
g. Cùm autē mortale hoc induerit immort. li. 4. distin. 49. e
16.a Veniam autē ad vos cū Macedoniam pertransiero, lib. 3. dis. 19. a

Ex poster. ad Corint.

1.c. Vt ex multarum personis facierum, eius quæ, &c.

ritatem autem non habuero, &c lib. 4. di. 16. d

gratiæ agantur, lib.3. dist.30.b
2.d. Christi bonus odor sumus,li.1.dist.46.h
5.b. Non quòd sufficientes simus cog. ali.lib.2.dist. 26.g
Litera occidit, spiritus autem viuificat, li.3. dist.40.b
d. Vbi spiritus domini,ibi libertas,li.2.dist.25.i
Nos verò reuelata facie gloriã Domini speculantes,lib.4.di.24.b
5.a. Nolumus expoliari, sed superuestiri, li.2.di.1.k
d. Deus erat in Christo mũdũ rec.li.3.dist.19.f

Ad Galatas.

1.b. Si quis vobis euangelizet pter id qđ euangelizamus, &c. li.1.dist.11.c
2.d. Iustificati ex fide Christi Iesu,li.1.dist.17.n
3.a. Qui ergo tribuit vobis spiritũ, & operat virtutes,&c.li.1.dist.17.f
d. Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis,lib.4.dist.4.c
4.a. At vbi venit plenitudo tem.li.3.dist.1.a
Misit deus filium suũ natum ex mul. factũ sub lege, lib.3.dist.11.b.& dist.2.a.b. & distin.4.d & lib.1.distin.16.b.& distin.15.b.c
Misit deus spiritum filij sui, &c.lib.1.dist.11.a.b
d. Illa quę sursum est Hier. libera est,li.2.dist.9.i
5.a. Fides per dilectionẽ operatur, lib.2.dist.26.g.& lib.3.dist.23.c.d.i
c. Caro concupiscit aduersus spiritum, lib.2.dist. 36.f.& dist.41.d.& lib. 3.dist.17.b
d. Fructus autẽ spiritus est charitas, gaudiũ, &c. li.1.dist.1.h

Ad Ephesios.

1.a. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ, lib.1.dist.35.a.& distin. 36.a.& dist.40.d. & lib. 3.dist.32.c
Qui prædestinauit nos in adoptione filiorũ, lib.3.dist.10.d
c. Proposuit instaurare omnia in Christo, &c.lib. 2.di.9.g. & li.3.di.1.b
d. Et cõstituens ad dexterã, &c.super omnem principatum,&c.lib.2.dist. 9.a.& sequent.
2.a. Eramus natura filij iræ, sicut & cæteri, li.1.dist. 26.d. & lib.2. dist. 30. f. & lib.3. dist.20.a
b. Gratia saluati estis per fidem,lib.2.dist. 27.b
Christum habitare per fidem in cord.uest.lib.1 dist.34.b
4.a. Soliciti seruare vnitatem spiritus in uinculo pacis,li.1.dist.32.b
Vnus deus, una fides, unũ baptisma,l.3.d.23.f
b. Dedit dona hominibus, li.1.dist.14.c
Donec occurramus oẽs, &c.in virum perfectũ, lib.4.dist.42.a
5.a. Tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ & hostiam in odorem suauitatis li.3. dist.20.c
d. Surge q dormis, & exurge à mortuis, lib.4. distin.18.d
f. Nemo carnem suam unquã odio habuit,lib.3. dist.28.a

Ad Philippen.

1.d. Cupio dissolui & esse cũ Christo. li.1.d. vltim.c
2.a. Qui cum in forma dei esset,&c.semetipsum exinaniuit,li.1.di.16.d.& li.3 dist.5.a
Non rapinam arbitratus est esse se equalẽ deo, lib.2.di.21.f
Habitu inuentus ut homo,lib.3.dist.5.g
Propter quod & deus exaltauit illum,lib.3.dist.18.a
Donauit illi nomen qđ est super omne nomẽ lib.1.dist.16.c
b. Qui operatur in nobis uelle & operari,li. 2.dist. 25.q.& d.26.a,& d.27.k
4.b. Pax Christi exuperat omnem sẽsum,li.1.di.9.h

Ad Colos.

1.b. Qui eripuit nos de potestate tenẽ.li.1.dist 5.i
c. Siue throni,siue dominationes, siue principatus,li.2.dist.9
2.a. In quo sũt omnes thesauri sapientię & scientiæ dei recõditi,li.3.d.14.b
b. In ipso inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter,li.1.di.37.a, & lib.3.dist.23.a

Ad Thess. epist. priore.

3.c. Vt uideamus faciẽ uestrã, & cõpleamus ea quæ desunt fidei uestræ, li. 1.dist.11.c

Ex priore ad Timot.

1.a. Finis præcepti est charitas,&c.li.3.dist.27.b
d. Inuisibili,soli deo honor & gloria. lib.1.dist.21.b
2.b. Qui vult oẽs homes saluos fieri,lib.1. dist. 46.a.c, & li.3.dist.31.d
Vnus.n.est deus, unus mediator dei & hominũ, lib. dist.19.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

d. Vir non est seductus, sed mulier, li.2.dis.22.d.e
8.b. Radix omnium malorũ est cupidit. li.2.dis.42. i.& li.5.dist.32.b
c. Quę ostendet beatus & solus potens, li.1.dis.4. c.& dist.21.b
Qui solus habet immortalit.li.1.d.18.c.& di.21.b
Ex Posteriore ad Timot.
4.a. Et à veritate auditum auertent. in prologo.
Ad Philem.
1.d. Ita ego te fruar in Domino, lib.1.dist.1.f
Ad Hebræos.
1.d. Nonne omnes sunt administratorij spiritus, lib. 2.dist.10.b
5.b. Exauditus est ꝓ sua reuerentia, li.3 dis.34.c
7.b. Per Abraham & Leui q decimas accepit, decimatus est, lib.3.di.3.c
9.c. Christus assistens pontifex futurorum bonorum, li.3.dis.10.c
d. Si sanguis hircorũ & taurorũ, & cinis vitulorũ, lib.4 dist.1.b
g. Statutũ est omnibus hominibus semel mori, li.3.dist.16.a
10.f. Horrẽdum est incidere in manus dei viuẽtis, lib.4.dis.10.b
11.a. Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium, li.3.di.23.h
Sine fide impossibile est placere Deo, lib.3.dis. 25.a,& sequen.
Credere oportet accedẽtem ad Deum qa est. ibidem
13.a. Honorabile cõnubium in omnibus, & torus immaculatus, li.2. dis. 20.a
Ex Actis Apostolorum.
1.a. Vos aũt baptizabimini in spiritu sancto, lib.4. dist.3.c.d
2.a. Factus est repentè de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus, lib.1. dist. 16.b
Repleti sunt omnes spiritu sancto, li.1. di.14.c
Et cœperũt omnes loqui variis linguis, ꝓut spiritus dabat eloqui illis, lib.1.dist.24.b
f. Pœnitẽtiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum, li.4.dist.16.c
5.a. Cur tentauit satanas cor tuum, lib.2.dis.8.e
8.b. Vir autem quidã nomine Simon, li.4.dist.25. d,& sequen.
c. Qui cum veniissent, orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum, lib.1.dis.14.d
10.a. Orationes tuę & eleemosynæ ascenderũt in cõspectu dei, lib.3 distin. 25.d
17.f. In ipso viuimus, mouemur, & sumus. li.1.dist. 36.d
19.a. Ioannes baptizauit populum baptismo pœnitentiæ, dicens, lib.4.distin.2.e.f
21.c. Virũ cuius est zona hęc, sic alligabunt in Hierusalem, lib.1.dist.vlt.e
Ex epistola Iacobi.
1.c. Apud quem non est trãsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, li. 1.dist.8.c.& dist.35.e
2.b. Qui offendit in vno, factus est omnium reus, lib.2.dist.41.a,& lib.4. dist.16.a
c. Iudicium sine misericordia illi qui nõ fecit misericordiam, lib.4.dist. 46.a
d. Dæmones credunt & cõtremiscunt, li.3.distin. 23.c
5.c. Infirmatur quis in vobis? &c. vngentes eum oleo in nomine Domini, lib.4.dis.23.b
d. Confitemini alterutrum peccata vestra, lib.4.distin.17.d.e
Ex prima Petri.
2.b. Vos autẽ genus electũ, regale sacerdotiũ, lib. 4.dist.24.b
d. Qui peccata nostra ipse ptulit in corpore suo, li.3.dist.19.d. & distin. 21.a
4.a. Christo passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, lib.3. dist.21.d
Ex secunda Petri.
2.a. Si.n. Deus angelis suis nõn pepercit, sed rudẽtibus inferni detractos, in tartarũ tradidit cruciandos, lib.2.dis.6.e
d. A quo qs superatus est huius & seruus est, lib. 2 dist.25.h
Ex prima Ioannis.
1.d. Si dixerimus quoniam peccarũ nõ habemus, lib.3.dis.3.b
2.b. Qui diligit fratrẽ, in lumine manet, lib.1.dist. 17.c
3.b. Manifesti sunt filij Dei & filij diab.li.1.dis.17.f
4.b. Diligamus inuicẽ: quia char.&c. & omnis qui diligit fratrem suũ, ex Deo natus est, lib.1.

dist.10.c,& 17.a,& sequen.
In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniã ipse dilexit nos, & misit filium suum propitiationem, ibidem
Deus charitas est, ibid.
c. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, li.1.dist.17.d
d. Timor non est in charitate, li.2.distin.40.b,& distin.41.b,& li.3.dis. 34.c,& sequent.
Perfecta charit. foras mittit timorem, ibi.
5.b. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo li.1.dist.2.h
d. Non pro illo dico ut roget quis.li.2.di.43.a
Vt simus in uero filio eius, lib.1.dist.5.i

Ex Apocalypsi.

3.c. Tene quod hes ne alius accipiat coronam tuã, lib.1.dis.40.b
d. Qui uicerit, dabo ei edere de ligno vitæ, li.4.distin.47.c
12.a. Draco de cœlo cadens traxit secũ, li.2.dis.6.b
19.c. Habens nomen scriptũ quod nemo nouit nisi ipse, lib.1.dist.21.d
d. Missi sunt hi duo in stagnũ ignis, li.4.dist.44.f
20.c. Cum consũmati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere, lib.2.dist.7.f.g
d. Liberi aperti sũt: & alius liber apertus est, q̃ est vitæ.lib.4. distinctio.43.c
Et infernus & mors missi sunt in stagnũ ignis, lib.4.dist.44.f

FINIS.

STVDIOSIS LECTORIBVS.

Quoniam proximæ aliquot paginæ erant vacaturæ, visum est, humanissimi Lectores, coronidem hanc adiicere, futuram uobis nec inutilem, nec ingratam. Valete, & quicquid istud est, boni consulite.

CATALOGVS LIBRORVM D. AVRELII AVGVSTINI,

QVEMADMODVM HODIE IN TOMOS DISSECTI SVNT.

TOMO PRIMO CONTINENTVR.

DIvi Augustini uita, autore Possidonio cuiusdam Indiculus operum D. Augustini nuper Louanij excusus.
Retractationum lib.ij
Confessionum li.xiij.
Principiorũ Dial.lib.i.
De Grammatica li.j
Decem Categoria. li.j
Principiorum Rhetorices lib.j
De musica lib.vj
Contra Academicos lib.iij
De ordine, lib.ij
Soliloquiorum lib.ij
De vita beata lib.j
De immortal. aiæ.lib.j
De magistro lib.j
De libero arbitr.li.iij
De quantitate animæ lib.j
De uera religione lib.j
De moribus Ecclesiæ catholicæ, & moribus Manicheorũ, li.ij
De Genesi, contra Manichæos, lib.i)
Tres regulæ Augustini.
Tertia regula Aug. est ad
De uita eremitica, ad sororẽ, li.j
fœminas scripta, epist.cix

TOMO II.

Epistolarum uolumen.

TOMO III.

De doctrina Christiana lib.iiij
Loqutionum li.vij
De fide & symbolo lib.j
Ench. ad Laurentiũ, li.j
De ecclesiasticis dogmatibus lib.j
Autor est Gennadius.
De fide, ad Petrum Diaconum, lib.j
Autor Fulgentius.
De Trinitate lib.xv
De Genesi ad literam imperfectus lib.j
De Genesi ad literam lib.xij

De

Universidad de Deusto

De mirabilibus sacræ scripturæ lib.iij
De agone Christiano lib.j
De opere Monachorum lib.j De spiritu & lit.ad Marcel. li.j
De diuinatione dæmonum lib.j
De spiritu & anima lib.j Speculum,li.j
Quæstiunculæ de Trinitate.
De benedictionibus Iacob patriarchæ.
Liber sententiarum ex B. Augusti. Collector Prosper.

TOMO IIII.

De mendacio,ad Consentium, lib.j
Contra mendacium,ad eundem,lib.j
De fide & operibus,lib.j
Quæstionum in Heptateuchum lib. vij
Quæstionum Euangelicarum lib.ij
Quæstionum Euangelicarum secundum Matthæum lib.j
De consensu Euag. li. iiij Octogintatrium quæst. lib.j
Vigintiunius sententiarum lib.j
De diuersis quæstionibus,ad Simplicianum, lib.ij
De octo Dulcitij quæstionibus lib.j
Quæstionum 65.dialogus.
Quæstionum ueteris & noui testamenti lib.j
De cura pro mortuis gerenda,ad Paulinum,lib.j
De catechizandis rudibus lib.j
De incarnatione Verbi lib.ii
De trinitate & vnitate dei lib.j
De essentia diuinitatis lib.j. De fide rerum inuisibilium li.j
De substantia dilectionis lib.j. De continentia . lib.j
De patientia lib.j. De bono uiduitatis lib.j
De uera & falsa pœnitentia lib.j
De salutaribus documentis lib.j
De amicitia lib.j. De sermone Domini in monte lib. ij
Expositionis epistolæ Pauli ad Roma. inchoatę lib.j
Expositionis quarūdā propositionū ex epi. ad Romanos, li.j
Expositionis epistolæ Pauli ad Galatas lib.j
Annotationum in Iob lib.j

TOMO

TOMO V.

De Ciuitate Dei lib.xxij

TOMO VI.

De hæresibus ad Quod uult deum,lib.j
De quinque hæresibus oratio.
Cōcio ad Carechumenos contra Iudæos, Paganos, & Arrianos.
Orario aduersus Iudæos.
De altercatione Ecclesiæ & Synagogę dialogus.
De utilitate credendi,ad Honoratum,lib.j
Contra epistolam Manichæi,quam uocant fundamēti, lib.j
De duabus animabus,contra Manichæos,lib.j
Contra Fortunatum quendam Manichæorū presbyterū , li.j
Contra Adimantum Manichæi discipulum,lib.j.
Contra Factum Manichæū,lib.xxxiij. De actis cū Felice Manichæo,lib.ij
De natura boni contra Manichæos, lib.j
De fide,contra Manichæos,lib.j
Contra aduersarium Legis & Prophetarum lib.ij
Contra Priscillianistas & Origenistas , ad Orosium.lib.j
Contra sermonem Arrianorum lib j
Contra Maximinum Arrianum Episcopum lib.iij
Cōtra Felicianū Arrianorū de vnitate Trinit.ad Optatū, li.j.
De bono coniugali,contra Iouinianum,lib.j
De sancta virginitate lib.j
De adulterinis coniugis,ad Pollentium,lib.ij
De Epicureis & Stoicis tractatus j
De eo quod dictum est,Ego sum qui sum,tractatus. j

TOMO. VII.

Psalmus D. Augustini contra partem Donati.
Contra epistolam Parmeniani lib.iij
Cōtra literas Petiliani Cirthensis episcopi Donatistæ, lib. iij
Contra Cresconium grammaticum lib.iiij
Contra Epistolam Gaudentij episcopi Donatistarum, lib. ij
De Baptismo,contra Donatistas,lib.vj
De unico Baptismo,contra Petilianum,lib.j

De

Universidad de Deusto

De unitate Ecclesiæ,contra epistolam Petiliani,lib.i
Opus Breuiculi collationum cum Donatistis.
Post collationem contra Donatistas lib.j
Super gestis cum Emerito Donatist.episcopo,sermo.
De gestis cum Emerito Donatist.episcopo.
Contra Fulgentium Donatistam lib.j
De peccatorum meritis & remissione, ad Marcellinum, li.iij
De natura & gratia,contra Pelagianos,lib.j
De gratia Christi, contra Pelagium & Celestium, lib.ij
De nuptiis & concupiscentia, ad Valerium Comitem, lib. ij
Contra duas epistolas Pelagianorum,ad Bonifacium, lib.iiij
Contra Iulianum Pelagianum, lib.vj
De anima,& eius origine,lib.iiij
De prædestinatione & gratia li.j
Prosperi epist.ad Agustinũ de reliquis Pelagianæ hæreseos.
Hilarii epistola ad eundem de eodem argumento.
De prædestinatione Sanctorum lib.j
De bono perseuerantiæ lib.j. De prædestinatione Dei lib. j
De gratia & libero arbitrio , ad Valentinum,lib.j
De correptione & gratia,ad eundem,lib. j
Ad articulos falso sibi impositos responsio. Autor Prosper.
Hypognosticon cõtra Pelagianos li.6 Collecti sunt à quopiã
De perfectione iustitiæ,contra Celestium,li.j ex August.

TOMO VIII.

Enarationes in omnes Psalmos.

TOMO IX.

In Euangeliũ Ioannis expositio. In epistolã canonicã Ioan
In Apocalypsim Ioannis expositio. (nis expositio.
Meditationum lib.j
De diligendo Deo liber alius,qui & Meditationũ inscribitur.
Soliloquiorum animæ ad deum lib.j Manuale,lib.j
De triplici habitaculo lib.j Scalæ Paradisi,lib.j
De duodecim abusionum gradibus lib.j

De

De contritione cordis lib.j De cognitione veræ vitæ lib.j
De speculo lib.j De uita Christiana lib.j
De assumptione B. Mariæ uirginis.
De disciplina Christiana. De decem chordis.
De cantico nouo lib.j De contemptu mundi lib.j
De uanitate seculi lib.j
De obedientia & humilitate sermo.
De bono disciplinę sermo. De visitationẽ infirmorũ, lib. ij
De consolatione mortuorum,sermones ij
De quarta feria,siue cultura agri Dominici, sermo.
De cataclysmo,sermo. De tempore Barbarico sermo.
De sobrietate & uirginitate sermo.
Speculum peccatoris,tractatus.
De pœnitentiæ medicina. Fragmentum est 50.homiliæ libri quinqua.homiliarum.
De utilitate pœnitẽtiæ tractatus.Sermo est eiusdẽ libri xxvij
De conflictu uirtutum & uitiorum lib.j
De quatuor uiciis Charitatis tractatus.
De laudibus Charitatis tractatus.
De honestate mulierum lib.j
De pactoribus lib.j
De ouibus liber,siue homilia.
De symbolo fidei,ad Catechumenos,lib.iiij
De conuenientia decem præceptorum & x. plagarum,lib.j
De rectitudine catholicæ conuersationis,tractatus.
De utilitate ieiunij tractatus.
De Vrbis excidio tractatus.
De creatione primi hominis tractatus.
De arbore scientiæ boni & mali,tractatus.
De pugna animæ tractatus.
De Antichristo tractatus.
Psalterium quod matri suæ composuit.
Super Magnificat expositio.

TOMO X.

De uerbis Domini lib.j
De uerbis Apostoli lib.j

Liber

Universidad de Deusto

Liber quinquaginta homiliarum.
Homiliæ de tempore.
Homiliæ de Sanctis.
Ad fratres in eremo. Soli postremi duo sermones Augus. sunt, habiti ad populum Hipponensem.
Liber alius sermonum iam nuper inuentus, & Louanij excusus.

CATALOGI OPERVM D. AVREL. AVG.

FINIS.

VENETIIS,
Apud Bartholomæum Rubinum.
M. D. LXX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca